BIBL. NAZ.
Vittorio Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
G
108
NAPOLI

Google

Digitized by Google

in pavillonis [illegible] regia [illegible] . . .

[illegible] 2 · afferens plures dd. [illegible] [illegible] . . . . [illegible] 3. fol. 122

[illegible] Dec. 282 [illegible] incipit in Regii Camera .

[illegible] de [illegible] 83-

I

Digitized by Google

Digitized by Google

Ex Biblioth. de Arcy
Cas. 176.g.

108

DECISIONVM SVPREMI ITALIAE CONSILII,

Regiæ Cancellariæ, & Cameræ Summariæ Regni Neapolitani,

AVTHORE

D. IO. FRANCISCO DE PONTE, PATRITIO NEAPOLITANO,

I. C. celeberrimo, Feudiſta maximo, & in vſu forenſi exercitatiſsimo, Marchione Murconi, ciuſdem ſupremi Conſilij Regente, ac Decano Collateralis

LIBER VNICVS,

IN QVO ILLVSTRES CONTROVERSIAE NON MINVS VSV frequentes, quàm arduæ, ac difficiles, quæ & Noſtris, & Externis maximum faceſſere negotium viſæ ſunt frequentiùs, ſumma cum eruditione (habito priùs diligentiſſimo examine) iuxtà veras, & germanas legum ſanctiones ita reſoluuntur, & dilucidantur, vt non ampliùs Iuriſperitos contorqueant; ſed ſic penitus euerſæ concidant, vt omnis dubitandi anſa in poſterum præcluſa videatur.

Acceſſere eiuſdem D. Authoris Repetitiones Feudales elaboratiſſimæ pariter, ac doctiſſimæ, & vt plurimùm rerum iudicatarum authoritate obuallatæ.

Cum gemino Indice vtiliſſimo, luculenter contexto, diſtinctè, & ordinatè diſpoſito.

AD SANCTISSIMVM D. N.

PAVLVM QVINTVM

PONTIFICEM MAXIMVM.



CVM PRIVILEGIO. SVPERIORVM PERMISSV.

NEAPOLI, Ex Typographia Tarquinij Longhi. M. DC. XII.

SVMPTIBVS HECTORIS SOLDANELLI.

Biblioth.a de Rosa
Caſ. 1768.

SANCTISSIMO, AC BEATISSIMO D. N.

PAVLO QVINTO PONTIFICI MAXIMO.

IOAN. FRANCISCVS DE PONTE MVRCONIS MARCHIO,

Ad humillima pedum oſcula.

DIGNITATIS tuę ſplendor, Sanctiſſime Pater, ita illuceſcit omnibus; vt etſi venerationis officium exigat, neminem tamen à clementia prohibeat; luminare quippe maius nuncuparis ſimul, & maieſtate coruſcum, & lenitate iucundum. Iccircò dùm liberaliter lumen tuum omnibus impertiris, ita illius fulgore compeſcis omnes, vt eiuſdem etiam charitatis ardore refoueas. Exinde vtriuſque poteſtatis temporalis nimirum, ac ſpiritualis apicem in te cognoſcimus reſidere, cum in Dei Vicario, & Petri digniſsimo ſucceſſore manſuetudinem Chriſti experimur amantes, & totius mundi principatum Beato Petro, & eius ſucceſſoribus collatum, obſequentes veneramur. Paſtori igitur vniuerſali debemus oues amorem, Principi ſubditi reuerentiam, virtutibus denique tuis omninò deuincimur: nam talem te Pontificem exhibes, qualem alium priuatus expoſceres ad tanti culminis dignitatem nullo humano conatu, ſed ſola Diuina diſpenſatione euectus: tranquille idem imperans, tranquillitatem facis; ſalutari ſeueritate aliquando adhibita, quæ innoxiam reddit clemẽtiam tuam. Vidi & ego, Te Principe, Romam annona ita affluentem benignitate tua, vt ſimilis noſtro æuo non reperiretur, & quod caput eſt, vidi ita æqua lance omnibus impertitam Iuſtitiam, vt nec fra-

tres

tres tui ſecundum carnem aliquid auderent inuiolati illius rigoris adimere, & ſæpè compelleremur reſcire, an fratres, vel notos haberes in terris. Vbi nunc Pontificiæ agnationis libertas procliuis, vbi Romanæ diſſolutiones? Te ſedente omnia compreſſa ſunt; ſed & animarum zelus tuus quanto feruore coruſcat, totius Chriſtiani Orbis compoſitionem, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ cenſuram, non nè vigilantiæ tuæ debemus? at pietatem ſimul, & amplitudinem animi tui in ipſis ſacris templorum ſtructuris ſatis agnoſcimus. Famæ igitur tuæ ſuperuiuis, Paſtor Sanctiſsime, & quod pauci poſt cineres, ipſe etiam ante fatum adeptus es. Cogit inſuper me priuatæ ſeruitutis deuotio, atque clementiæ tuæ erga me eximia munificentia. Quapropter qualeſcunque labores meos ſanctiſſimæ celſitudini tuæ dicandos icciréò cenſui, quia debeo ouis, debeo ſubditus, debeo ſeruus. Paſtor, Princeps, Dominus potes accipere, & ſublimitatis tuæ auſpicijs prodire obſignatos permittere: nam & humiles valles æquè, vt ſumma faſtigia ſol illuminat ita, & Tu noſtri æui maxime planetarum humilitatis meæ munus clementer excipias, numine tuearis, & nomine: ſimilis omninò illi in Cœlis, cuius vicem geris in terris, qui nec Viduæ minuta deſpexit, & voluntatem in omnibus potius, quàm opus approbat. Sanctiſſimos pedes tuos humiliter oſculans, à Diuina bonitate diù nobis beatitudinem tuam in iſta luce viuere cum Catholico Orbe poſtulo, atque opto.

SEQVITVR INDEX
NOTABILIORVM,

Quæ ex his deciſionum monimentis omni eruditione refertis, inſigni doctrina excultis, & ſempiterna memoria condignis D. IO. FRANCISCI DE PONTE Marchionis Murconi, I.C. clariſsimi, & inter Feudiſtas notiſsimi, & maximæ authoritatis ſelegit, & delibauit Horatius Mazzapinta V.I.D. peritiſſimus in hunc ſatis aptum, & diſtinctum ordinem diſponendo.

In quo illud non erit ſilentio obruendum ſemper deciſionem, vel folium eſſe repetenda ſub quouis inferiori numero illis carente.

A

ABSENS.

Vide in verb. actus in fine.

ACCESSORIVM.

ACceſſorium non ſequitur ſuũ principale, quando diuerſa militat ratio deciſ. 34. nu. 35.

ACTOR.

Vide in verb. reus, ſententia in penult. ſumm.

ACTVS.

Actus in potentia idem operatur, quod actus in eſſe, idque fuſè exornatur: hinc idem indicatur de potentia de facili reducibili ad actũ, quod de ipſo actu deciſ. 4. nu. 16. cum ſeqq.

Actus nullus, & inualidus habetur perinde, ac ſi non eſſet in eſſe deductus nu. 39.

Actus ordinatus ad tollendam alterius obligationem ex debitoris voluntate eſt viribus exhauſtus quò ad creditoris præiuditium, deciſ. 28. nu. 13.

Actus ex poteſtatis defectu eſt nullus ipſo facto nu. 33.

Actus prohibitus ratione publici boni eſt adeò nullus, vt ipſemet actum gerens poſſit reuocare iuxta text. in l. quemadmodum C. de agric. & cenſit. lib. 11. nu. 35.

Actus prohibitus in beneficium reuocare volentis poteſt ab eodem reuocari nu. 36.

Actum geſtum aduerſus legis interdictum poteſt idemmet gerens reuocare, & contra factũ ſuum venire, & idem obtinet, ſi actus ſit ipſo iure nullus nu. 38. & 39.

Actus poteſtatiui longè diſtant à caſualibus deciſ. 34. nu. 34. iſthæc tamen diſtinctio ceſſat reſpectu intereſſe dependentis à debito ſortis principalis nu. 47.

Actus vnicus eſt ad manutenendum ſufficiens in materia iuriũ incorporalium cauſam diſcontinuam habentium deciſ. 36. nu. 16.

Actus vt ſuſtineatur, in dubio præſumitur explicatus validè, & eo modo, quo abſolui à gerente poterat deciſ. 39. nu. 18.

Actus geſtus in præiuditium abſentis, illi nequaquam officit ſcientia ſuperueniente, niſi ſpetialiter approbet nu. 24.

Vide in verb. beneficium, clauſula in fine, confirmans, ius hab. cauſ. diſc. Papa, ſolennitas.

ADHOA.

Adhoa nil aliud eſt, quàm ſeruitium in pecunia deciſ. 3. nu. 11.

Adhoa vnde originem traxerit, exponitur nume. 19.

Adhoa immunitate conceſſa includitur adiuuamentum, & ſic è conuerſo nu. 20.

Vide in verb. adiutorium.

ADIVTORIVM.

Adiutoria, & ſeruitia omnia, quæ præſtantur à vaſſallis Domino, appellantur adhoamenta, quæ fieri conſueuerunt in generali parlamento. Hinc Capyc. error in ſua inueſtitura detegitur, opinantis, adiutoria largo modo dici adhoam deciſ. 3. nu. 16. cum ſeqq.

ADMIRATI TRIBVNAL.

Vide in verb. iuriſdictio circa med.

ADVLTERIVM.

Vide in verb. lucrum in fine, maritus in penult. ſumm. ſententia, vxor.

AGNA-

INDEX.

AGNATVS.

Agnati ſecundum communem vſum loquendi non diſtinguuntur à cognatis deciſ. 5. nu. 9.

Agnatus de iure communi feudorum anteferſtur extraneo in venditione feudi facienda pro æquali pretio, ac etiam Domino illud redimere volenti deciſ. 11. nu. 1. & 2.

Agnatus poſt mortem agnati iure auocat feudũ ab eo alienatum abſque alia pretij ſolutione, quod tamen obtinet in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, & non hæreditario: quia in eo tenetur habere ratum factum defuncti nu. 3. 4. & 13.

Agnato duplex reuocandi ius eſt indultum ex diuerſo tamen fonte, videlicet vnum poſt mortem, & hoc inhæret iuri ſuccedendi, & alterum in vita ratione ſanguinis, ex quo proficiſcitur ius prothomiſeos deciſ. 11. nu. 11. & fol 80. nu. 76.

Agnatus prælationis prærogatiua nequaquam gaudet in feudo hereditario nouo, prout nec in feudo ex pacto pariter nouo, & ratio aſſertur deciſ. 11. nu. 12.

Agnatus caret prælationis priuilegio in venditione neceſſaria, quæ fit præuia baſtarum ſolennitate, prout nec eo caſu locum habet reuocatio inducta per Conſtit. Reg. conſtitutionem diu. mem. nu. 14. & 15.

Agnato proximiori competit nedum ius retractus reſtituto pretio etiam in vita alienantis poſt contractum perfectum, verum etiam ius prohibendi, ne vendat alteri, quàm ſibi, vel proximiori agnato nu. 11. fol. 74.

Agnatus in feudo ex pacto ſuccedit poſt mortem alienantis ex perſona propria, velit, nolit alienans nu. 19. fol. 75.

Agnatus retrahens feudum alienatum in vita alienantis, anticipat tempus ſucceſſionis, ob quam anticipationem ſoluit pretium, ad quod non teneretur poſt mortem alienantis nu. 20. cum ſeq.

Agnato proximiori poſt alienantis obitum non competit aliquod ius reuocandi iure proprio feudum hæreditarium nu. 21.

Agnatus proximior etiam poſt mortem alienantis, imò adita eius hæreditate poſſet exercere ius prothomiſeos aduerſus emptorem, niſi defunctus potuiſſet vẽdere, & obligare rem propriam hæredis, qui poſt aditam hæreditatem defuncti factum labefactare nequit, tùm magis in alienatione facta de re propria teſtatoris, quam hæres potuiſſet iure proprio nanciſci poſt alienantis obitum num. 84. cum ſeqq. fol. 80.

Agnatus proximior tempore alienationis non ſemper eſt proximior tempore mortis alienantis nu 88.

Agnati prælatio in retrahendo feudum alienatum qua ratione nitatur, & an illa eadem vigeat ita in feudo hæreditario, prout in non hæreditario, & cur in feudo ex pacto, & prouidentia nouo idem prælationis ius conquieſcat nu. 89. cum ſeqq. fol. 81.

Agnato proximiore non retrahente ſequens in gradu quantũuis remotior admittetur nu. 92.

Agnatus viuo alienatore non admittitur ad feudi reuocationem: quia illo in humanis exiſtente non cenſetur ei fieri præiuditium; ſed id intelligendum eſt de ea reuocatione, quæ exercetur abſque pretij reſtitutione num. 97. cum ſeqq.

Agnatus proximior ſtante ſtatutaria diſpoſitione, ex qua facultas tribuatur alienandi feudũ ex pacto, & prouidentia, nequaquam à iure retractus excludetur nu. 103. fol. 82.

Vide in verb. debitum, filius, prælatio.

ALIENATIO.

Alienatio eſt penitus interdicta eorum, quæ in damnum vergunt Coronæ deciſ. 26. nu. 11.

Alienatione rei prohibita venit locatio ad longum tempus deciſ. 28. nu. 25.

Alienatione interdicta venit hyppotheca, quando per legem eſt facta prohibitio, maximè quando ſumus in fauorabilibus, & principaliter in fauorem alicuius hæc proceſſit interdictio, & ratio eſt: quia prohibito vno cenſetur prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illud nu. 50. 51. & 54.

Alienatione rei minoris, vel Eccleſiæ prohibita, cenſetur etiam prohibita hyppotheca, num. 52.

Vide in verb. fideicommiſſum, locatio.

ANNONA.

Vide in verb. Nauis.

ANNVS.

Anni decem dicuntur longum tempus deciſ. 38. num. 15.

ANTEFATVM.

Vide in verb. lucrum, maritus, pactum.

APPELLATIO.

Appellationum cauſæ nunquam intelliguntur conceſſæ, niſi ſit dictum expreſſè nu. 21. cum ſeqq.

Appellationes cauſarum iuriſdictionis, quam Eccleſia in Regno tenet in feudum, vt Baro, pertinent ad Regem, idque admittunt Doctores abſque controuerſia; veruntamen lis eſt inter eos non modica, tenente illa in allodium, & idem in obiecta difficultate ſentit eruditiſſimus Author, cui non ſecus, ac Iſerniæ ſecretiora feudorum arcana notiſſima eſſe videntur, & vltra authoritates Ioan. Andr. Angeli, Freccia, & aliorum, ex propria penu multa depromit, quæ hanc ſententiam ſtabiliunt, atque confirmant, quam poſteà declarat bifariam, primò, niſi conceſſa eſſet

eſſet iuriſdictio Eccleſiæ Romanæ. Item niſi liberè eſſet incorporata in patrimonio eccleſiæ: nam his euentis concedit appellationes deuolui ad Eccleſiaſticum, ſuperaddit poſtremò non intelligi in dubio iuriſdictionem totaliter in Eccleſiam tranſlatam, niſi eſſet Eccleſia Romana, & ita refert deciſum in Collaterali Conſilio deciſ.2.nu.1.2,& 20.cum ſeqq.

Vide in verb. Princeps.

ARGVMENTVM.

Argumentum de ſimilibus ad ſimilia admittunt conſuetudines feudorum etiam in culpis, ob quas feuda deuoluuntur, eadem tamen militante ratione deciſ.1.nu.21.

Argumentum ab etymologia vocabuli validum eſt in iure deciſ.3.nu.18.

Argumentum rectè, & validè ducitur de feudo ad officium, & de beneficio ad officium deciſ. 28.nu.5.

ASSECVRATIO.

Vide in verb. maritus.

ASSENSVS.

Aſſenſus intelligitur præſtitus in illis euentis, in quibus Dominus aſſentire tenetur, & requiſitus negligit deciſ.4.nu.35.

Aſſenſum non vitiant verba ſuperflua; ſed vitiantur, idque fusè exornatur num. 36. cum ſeq.

Aſſenſus ſuper alienationibus feudorum eſt conſuetudinibus feudalibus conformis, hinc dicitur gratia, & manet ſub diſpoſitione l.beneficium ff.de Conſtit.Princ. vt in expreſſo ſit latè interpretandus deciſ.5.nu.4.

Aſſenſu an ſit roboranda conuentio diuiſionis iuriſdictionis Caſalis à Terra, cui ſubiacet, et quid deciſum deciſ.6.nu.1.

Aſſenſus non iuuat contractum reuocatum, etiã ſi reuocatio fuerit reuocata poſt aſſenſus impetrationem: at impetratus poſt reuocationis reuocationem, & prima conuentionis confirmationem vtique contractum firmitatis præſidio obuallabit nu.22.cum ſeqq.

Aſſenſu non eſt opus in contractu, qui cum Rege celebratur nu.15.

Aſſenſus non extenditur de caſu ad caſum, nec de tempore ad tempus, nec de re ad rem, nec de perſona ad perſonam deciſ.8.nu.11.

Aſſenſus ſuper obligatione officiorum cuiuſcunque generis eſt à Cathol. Maieſtate impetrandus, & ita vſus forenſis inualuit deciſ.28.nume.63.

Aſſenſus tacitus in Regno non ſatis eſt; ſed exigitur expreſſus deciſ.34 nu.14.

Aſſenſus ſuper ſorte extenditur ad intereſſe aduerſus Fiſc. & ita iudicatum num. 32. & 38.

Vide in verb. clauſula, debitum, emphyteuſis, feudalis contractus, feudum, officium, Prorex, regalia.

B

BALIVS.

BAlius an ſedere debeat in loco, vbi pupillus ſederet, & ſic vocem, & præcedentiã habere. In obiecta difficultate expenſis iuribus, & diſtinctis Doctor. traditionibus fuit per Collat. Conſ. concluſum, ius huiuſmodi honorificum pupilli oſſibus infixum nequaquam per Baliũ repreſentari, prout nec per Procuratorem deciſ.15.nu.2.cum ſeqq.

Balius de iure Regni, vel erit teſtamentarius, vel datiuus, & ſic legitimus nequaquam datur, quo loci fusè agitur de intellectu Capit. Reg. incip. feudatarius deciſ.20.nu.4.

Balius per Regem confirmatus dicetur datiuus nu.5.

Balius non dicitur quis conſtitutus ex facultate data adminiſtrandi, & gubernandi, nec ex conſtitutione fideicommiſſariorum cenſentur illi Balij conſtituti; ſed benè teſtamentorum exequutores nu.8.

Balius datur principaliter perſonæ, ad quod Aret. conſ. commendatur nu.9.& 10.

Baliatus terminatur in anno 14.nu.17.

Balius vnicus conſtituendus eſt ſecundum Regni Conſtit. & Capitula, quo loci diſcrimen adnotatur inter facultatem datam à lege, vel ab homine: quandoquidem caſu priori non poteſt adminiſtratio coarctari, nec debet pendere ab alieno arbitrio nu.18.& 19.

Vide in verb. feudatarius.

BARO.

Vide in verb. Ciuitas, Procurator.

BELLVM.

Bellum inter Turcas, & Chriſtifideles eſt perpetuò indictum deciſ.21.nu.2.

Vide in verb. bona, miles, Rex, vaſſallus in princ.

BENEFICIVM.

Beneficij tacita inducitur renũtiatio per actum contrarium incompatibilem deciſ.4. nu.15.

Vide in verb. argumentum in fin. Clericus, fructus, locatio, minor, officium, ſuſpenſio.

BONA.

Bona hoſtium efficiuntur capientium de iure gẽtium, etiam ſi capta ſint extra belli conflictũ, idq; verum in bonis mobilibus, niſi in alieno prehenſa ſint territorio deciſ.21.nu.1.

Bona capta propter bellum indictum in eo prehenſa dicuntur nu.3.

Bona in belli conflictu prehenſa ſunt Duci belli præſentanda adhoc vt inter milites diuidantur, & ibi de ratione: cæterum conſuetudo aliud induxit ſcilicet, vt abſolutè fiant capientium nu.5.

Bona hoſtium & ſi non ſint capta in acie belli, nec in bello campeſtri: ſed in territorij diſcurſu, adhuc capientium emolumentis cedunt, & ita deciſum nu. 6.

Bona hoſtium non poſſunt capi in alieno territorio. ſ. amicorum, in quo hoſtes ſunt affidati, et ita eſt intelligenda Socc. traditio, de qua in l. 1. ff de acq poſſ. nu. 7.

Bona hoſtium naufragium paſſa de iure cõmuni ſiunt capientium ex frequentioribus Doctorum placitis nu 9.

Bona Chriſti fidelium naufragium paſſa de conſuetudine fiſco inferebantur, ſi intra triduum illorum Domini non comparebant ſecundum Andr. iſ. hæc tamen conſuetudo contrarijs moribus fuit ſublata ſecundum Afflic. nec illa quò ad infidelium bona locum habebat, cuius occaſione expenditur Innocentij doctrina in cap. ex literis de iurepatronat. & deciſiones aliàs facta recenſentur, & diſtinguuntur, & contrarijs occurritur diſcuſſo articulo ſecundum terminos iuris communis, quo loci pariter adnotantur nouiſſimæ prouiſiones Catholicę Maieſtatis, quibus diffinitum eſt, omnia bona hoſtium naufragata fiſci commodis inferri, ſecundum quas in facti contingentia fuit iudicatum nu. 10 cum ſeqq. iuncto num. 25. vbi ſententiæ tenor ſubijcitur.

Bona ex nauigio iacta propter naufragij metũ efficiuntur capientium, ex quo pro derelictis habita videntur nu. 14.

Bona capta in naufragij trepidatione in ipſo naufragio pręberſa dicuntur, & ſic in incendio: quia ſatis eſt veniſſe ad actum proximum, quod eſt verum, ſi poſteà naufragium ſubſecutum fuerit, aliàs ſecus, cuius occaſione declaratur doctrina Bald. & Caſtrenſ. in l. ſi fugitiuus C. de ſeru. fugit. quo loci pariter traditur, quando principium, & quando finis attendi debeant nu. 15. & 17 cum ſeqq...

Bona habita pro derelictis ſiunt capientium; ſed in dubio talia non præſumuntur nu. 22.

Bona, ſi dubitetur, an ſint pro derelictis habita, erunt vel capientium, vel propriorum Dominorum, & ſic Fiſcus ſe intromittere non debet nu. 23.

Vide in verb. feudum, honeſtas, infidelis, minor.

C

CAPTVRA.

Vide in verb. bona, infidelis.

CARCER PRIVATVS.

Vide in verb. læſę maieſtatis crimen.

CASVS.

CAſus omiſſus interdum non habetur pro omiſſo, vtpotè ſi plures ſint caſus eandem habentes rationem: quia tunc ſi de vno tãtum fieret mentio, diceretur hoc fieri exemplariter, quo euentu extenditur diſpoſitio de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum, quinimò dicetur propriè comprehenſio, & non extenſio, idq; fuſe exornatur deciſ. 40. nu. 30.

Vide in verb. contractus.

CASTRVM.

Caſtrum, Terra, oppidum, & alia huius generis conceſſa à Rege, non intelliguntur in feudum, niſi expreſſe dicatur deciſ. 2 nu. 9.

Caſtro, vel Villa conceſſis, intelligitur etiam cõceſſa iuriſdictio, imò merum, & mixtum imperium, maximè ſi ſolitum erat concedi, & hoc potiſſimum in Eccleſia nu. 12.

Caſtrum omne in Regno eſt in dubio feudum quaternatum, non autem de iure communi, quod tamen non obtinet in Eccleſia: nam reſpectu eius nedum non preſumitur quaternatum; ſed nec etiam feudum nu. 19.

Caſtro nil naturaliter reperitur deputatum, niſi quod conſuetudo tribuerit, & ſic pariter in officijs deciſ. 37. nu. 11.

Caſtrum quando cõprehendat Terram, & quando Terra Caſtrum, & quando capta poſſeſſione vnius intelligatur prehenſa poſſeſſio alterius fuſè deciſ. 40. nu. 34.

Vide in verb. iuriſdictio, merum imperiũ.

CESSIO.

Ceſſio, quæ ſit extraneo, dimanat ab æquitate legali. ea propter cedens ad nihilum tenetur ex ſua ceſſione, quæ nec aduerſus ipſum operatur deciſ. 34. nu. 22.

Ceſſionarius quando concurrat cum cedente nu. 23.

Ceſſio in incorporalibus traditionis locum obtinet nu. 24.

Ceſſionem priùs obtinens videtur alijs conceſſionarijs præferri iuxtà regulam text. in cap. qui prior de reg. iur. in ſexto, quæ fuſè examinatur num. 25. & 26. Id tamen iuſtè reuocatur in dubium nu. 29.

Cedens intelligitur cedere ius, quod habet nu me. 27.

Vide in verb. furtum in princ.

CIVITAS.

Ciuitas in plures diuiditur plateas, quarũ quælibet facultatem habet faciendi mandata illis perſonis, quę ſunt de eadẽ platea dec. 15. n. 16.

Ciuitas per ſuos Decuriones repreſentata antecedit omnes Barones, & Titulatos Regni, num. 22.

Ciuitas in generalibus parlamentis, quæ celebrantur pro donatiuis faciendis, caret voce, ſeù voto: quia non donat ex ſpetiali immunitatis priuilegio eidem tributo, quo nedum ipſa, eiuſq; Ciues perfruuntur; ſed etiam habitantes in ea: hinc in die, in qua parlamentum congregatur pro donatiuo faciendo Ciuitas non interuenit; ſed benè in ſequentibus

congre-

Congregationibus,& vnaquaque Platea,etiã Popularis ſuos conſtituit deputatos,& in omnibus iſtis actibus,tam in loquendo,quàm firmando, ſeu ſubſcribendo literas, & gratiias Ciuitas omnes antecedit Barones nu.23. cum ſeqq.

Vide in verb.Decurio,Syndicus.

CLAVSVLA.

Clauſula de ſtylo Cancellariæ apponi conſueta in aſſenſibus, vt intelligatur præſtitus aſſenſus quò ad ea bona,in quibus feudatarius habet ſucceſſores,vnde proceſſit deciſ.4.nu.1.

Clauſula de ſtylo non alterat,nec aliquid operatur nu.49.

Clauſula adiecta diſpoſitioni perfectæ, inducit modum,& non conditionem nu. 50.

Clauſula ex certa ſcientia non operatur in his, quæ ſunt facti,& ibi de ratione,& hæc eſt frequentiùs recepta ſententia, quæ tamen coangustatur in caſu, quo diceret Princeps ſe informatum,dum concedit, & poſtea adijceretur clauſula præfata deciſ.27.nu.8. & 9.

Clauſula motu proprio operatur diſpenſationem defectus perſonæ, ſi concedens plenam illius notitiam habuerit, & ſic quando informatus concedit ex certa ſcientia nu 10.& 11.

Clauſula vel quocunque modo adiecta poſt expreſſionem certi modi vacationis,omnes actus includit deciſ.38. nu.43.

Clauſula & quatenus opus eſt de nouo concedimus,quid operetur in confirmatione, & quid ſi ſimpliciter dicatur(confirmamus,& de nouo concedimus nu. 44.

Clauſula motus proprij ineſſe intelligitur conceſſioni factæ ob ſeruitia, ea propter expenditur,& declaratur text.in cap ſi motu proprio de præbend.in ſexto, quo loci pariter ſubijcitur, ex quibus præſumatur iſthæc clauſula nu.45.cum ſeqq.

Clauſula nonnulla importantes reſolutionem actus ipſo iure commemorantur deciſ.40. numer.26.

Vide in verb ſucceſſor in 2.ſumm.

CLERICVS.

Clericus de iure communi eſt habilis ad ſuccedendum in feudo, quando ex eo ſeruitium perſonale non debetur,vel honeſtè poteſt præſtari, vel expleri per ſubſtitutum, & hæc eſt frequentioribus calculis recepta ſententia; at contraria, & negatiua inualuit in Regno, ſecundum quam indiſtinctè fuit iudicatum, & procedit in Clerico etiam in minoribus conſtituto deciſ.4. nu.2.

Clericus,qui ab agnatis fuit ſubductus ad clericatum aſſumendum in fraudem ſucceſſionis, habitum dimittendo, admittitur ad ſucceſſionem feudi per viam reſtitutionis in integrum num.3.

Clericus beneficiatus ſecundum diſpoſitionem iuris canonici nõ poteſt dimittere beneficium abſque licentia ſui Prælati nu.7. id tamen non ſeruatur de conſuetudine nu.13.

Clericus in minoribus, & beneficiatus vxorem ducendo,amittit beneficium, non autem in ſacris nu 14.

Clericos ob facinoris immanitatem fori priuilegio neutiquam gaudere eſt ſacris canonibus diffinitum, & pariter Conſtitutione Regni incip.de perſonis ſancitum eſt, omnes clericorum cauſas ad eorum forum remittendas excepto crimine læſæ maieſtatis, cuius occaſione opinio gloſ.ibi ab impugnatione Iſern. & Afflict. rectè vindicatur per D. Authorem deciſ.9.nu.5.& 6.

Clericus an propter crimen læſæ maieſtatis ſit degradandus nu.8.

Clericus in profundum malorum delatus, & ſceleribus deditus poteſt abſque degradatione puniri per Iudicem ſæcularem nu.10.

Clericus num vſuario, vel vſufructuario comparandus deciſ 12.nu.10.

Vide in verb. conſuetudo, feudatarius, filius,fructus,Iudex,Papa.

COGNATVS.

Vide in verb.Agnatus in princ.

COMMODATARIVS.

Commodatarius, vel cõductor Equi ad bellum, vel ad longum iter, vtendo eo ad vſum deſtinatum,ſi pereat,cedet in commodantis,vel locantis detrimentum deciſ.17.nu.2.

COMPARATIO LITERARVM.

Comparatio literarum nunquam plenam faciet fidem Hinc communiter exploditur traditio Bart.in l.admonendi ff.de iureiur. arbitrantis,quod tanta poſſit eſſe vis comparationis,vt illi ſoli credatur deciſ.38.nu.31. & 32.

Comparatio literarum eſt facienda per Iudicẽ, qui hoc euentu adhibere debet ſecum in arte peritos nu. 33.

Comparatio literarum quando deneganda, nu.35.

COMPREHENSIO.

Vide in verb.caſus.

COMPROMISSVM.

Vide in verb.litigans.

CONDITIO.

Conditione maximè caſuali defecta nequaquam debetur deductum in pactum ſub ea conditione deciſ.24.nu.2.

Conditio habetur pro adimpleta,quando ſtat per eum,cuius intereſt non adimpleri, idque amplè exornatur nu.17.

Vide in verb. ſtatus.

CONDVCTOR.

Conductor ſi re locata vti frui non poſſit, actionem habet aduerſus locatorem ad intereſſe,

I N D E X.

deciſione 28. numero 17.

Conductor vectigalium ſi in ſoluendo moram interponat, vſuris ſe reddit obnoxium deciſ. 29.nu.6

Vide in verb.commodatarius,merces.

CONFESSIO.

Confeſſio iuditialis quo pacto differat ab extraiuditiali,& quam probationem faciat,maximè ſi ſuper ea ſit lata ſententia, etiam quod falſum ſit quis confeſſus deciſ.39.nu.11.

Confeſſiones hæredum officiunt ipſis,eorumq; ſucceſſoribus etiam ſingularibus nu.12.

Confeſſione ſola abſque rei traditione non acquiritur dominium, niſi illa ſit facta in poſſeſſoris beneficium nu.34.

Vide in verb. dominium circa med. ſocius criminis.

CONFIRMANS, & CONFIRMATIO.

Confirmans quando dicatur dare deciſ. 38.nume.37.

Confirmationis natura eſt adhibere robur actui confirmato, non autem illum prorogare, niſi aliter de confirmantis voluntate conſtet, quæ in conſpicuo eſt, quando ex certa ſcientia id agit. Hinc ex ordine adnectitur,quando quid factum dicatur ex certa ſcientia num. 38. & 39.

Confirmationi ex certa ſcientia poteſt opponi de ſubreptione reſpectu eorum,quæ in facto verſantur.nu.40.

Confirmatio actus nulli operatur illius validitatem,& agitur ex confirmante, & non confirmato, idq; verum, ſi confirmans potuiſſet principaliter diſponere deciſ.39 nu.46.

Vide in verb. clauſula paulò ante finem, Princeps in fin.

CONFISCATIO.

Confiſcationis pœnæ de iure communi ſunt abrogata exceptis ſceleribus læſæ maieſtatis, & hæreſis deciſ. 22. nu.11. At diſſidium fuit inter iuris Interpretes, ſi ſublatæ ſint confiſcationes, quando ſunt principaliter impoſitæ in pœnam delicti, vel in conſequentiam, & opiniones contrariæ referuntur nu.12.

Confiſcationis pœna bona extra territorium ſita quando includat,hac de re notab. Bart. diſtinctio recenſetur nu.16.

Confiſcatio ſi fiat de iure communi; non autem ex ſtatuto particulari, tunc bona inferuntur fiſco loci,vbi poſita ſunt, ſi iuriſdictiones, & burſæ fiſcales diſtinctæ ſint nu. 18.

Vide in verb.feudum,maritus,ſodomia.

CONSENSVS.

Conſenſus nequaquam arguitur ex præſentia, quando ſumus in arduis, & magni præiuditij deciſ. 39.nu.25.

CONSILIARIVS.

Vide in verb.dignitas.

CONSTITVTIO CONSTITVTIONEM diuæ memoriæ.

Conſtitutio præfata tribuit reuocationis beneficium eiſdem contrahentibus, hinc reuocans contractum per ipſum celebratum, non dicitur eſſe in dolo,cum ſub clypeo, & authoritate legis id agat deciſ.6.nu.3.

Conſtitutionis prædictæ beneficium reſpectu reuocationis conquieſcit poſt preces Regi porrectas, & pendente conſultatione ſuper aſſenſu præſtando,& ita deciſum nu.3.5.& 13. circa finem.

Conſtitutionis prælibatæ beneficium ceſſat in venditione neceſſaria facta ſub haſta optima ratione,quæ refertur.Idq; admittunt Doctor. abſque controuerſia reſpectu venditoris, dubitant tamen in emptore, ſeù offerente emere in iuditio,in qua difficultate idem concludendum eſt ex ſolidiſſimis rationibus adauctis per D. Authorem, qui & eruditione,& authoritate plurimum valet nu.6. & 14.

Conſtitutionis memoratæ beneficium ſilet data fraude reuocare volentis. Nec pariter locum habet in alienationibus à iure permiſſis nu.8. & 12.

Vide in verb. Agnatus, feudatarius paulò poſt med.feudum,officium.

CONSVETVDO.

Conſuetudinem,præſcriptionem,ſeù immemorabilem poſſeſſionem non eſſe Principis priuilegium; ſed habere vim tituli, ſeù priuilegij à Principe conceſſi rectè contendit D. Author, vir doctrina, & exercitatione inſignis,idque perſpicuè deducit ab ipſiſmet legibus, & Doctorum traditionibus deciſ.2.nu.8.

Conſuetudo contractus non protrahitur vltra caſum,in quo inducta eſt deciſ.8.nu.11.

Conſuetudo cognoſcendi contra Clericos in certis delictis enormibus quomodo ſuſtineri queat deciſ.9.nu.4.

Conſuetudine veteri, quæ fuerunt comprobata, tolerabilia eſſe iuris regula eſt conſtitutum deciſ.37.nu.12.

Vide in verb. bona.

CONSVETVM.

Vide in verb.ſolitum.

CONTRACTVS.

Contractus titulus verus attenditur, & non illius denominatio deciſ.28.nu.16.

in Contractus omiſſum habetur pro omiſſo deciſ.39.nu.8.

Contractus reſolutus ex vna parte in vniuerſum corruit ex indiuiduo voluntatis deciſ. 40.nu.28.

Vide in verb.aſſenſus circa med. conſuetudo,fideicommiſſum in fin.locatio.

CREDITOR.

Creditor ſoluens pecuniam anteriori creditori,

& ſi

Digitized by Google

I N D E X.

& ſi quò ad hyppothecam in illius locum non ſuccedat, vtetur nihilominus exceptionis beneficio aduerſus alios creditores deciſ. 4. nume.34.

Creditorum priuilegia ex cauſa, & non ex tempore extimantur iuxtà text. in l. priuilegia ff. de priuil cred quæ tamen limitatur, vt procedat in actione perſonali, non autem reali, deciſ. 34. nu. 1.

Creditor habens duo priuilegia quando præferatur vnum habenti nu. 2.

Creditorum concurſus, & non prælatio reſpectu temporis inter ipſos locum habet, quando ex plurium pecunia res ſalua facta eſt, hac de re ingenioſè inducitur text. in l. idemq; §. fin. qui pot. in pign. hab & pariter text. in l. 2. C. de priuil. fiſc. & in l. licet C. qui pot. in pig. hab. nu. 11. 12. & 13.

Creditor anterior non poteſt auocare pecuniam ſolutam poſteriori creditori, qui eam bona fide conſumpſit: nam fiſcus tantum iure extraordinario aufert nu. 20.

Creditoris prælatio non oritur ex poteſtate dominij: ſed conuentionis, quæ induxit ordinem prælationis nu 29. & 41.

Creditoris priuilegium, de quo in l. interdum ff. qui pot. in pig. hab. an ſicut locum habet pro ſorte principali; ita pariter obtineat pro intereſſe, & concluditur affirmatiuè aduerſus Rip. Hinc declaratur doctrina Caſtrenſ. in l. ideò ff. de compenſat. & Bart. in l. idemq; ff. qui pot. in pign. perperam pro contraria parte ponderati nu. 30. & 50. cum ſeqq.

Creditoris prælatio, de qua in l. licet C. qui pot. in pign. hab. non eſt fundata ſuper priuilegio; ſed iuris communis diſpoſitione. Hinc notabiliter infertur diſpoſitionem d. l. habere locum tàm in ſorte principali, quàm in intereſſe iuxtà regulam l. Lucius ff. qui pot. in pign. hab. & reg. qui prior. quæ fusè examinantur, & ſecundum hanc affirmatiuam opinionem fuit ſemper deciſum, & practicatum, licet nouiſſimè contrarium fuerit decretum in vna Aula Sac. Conſ. ſed ſunt fata cauſarum ſecundum D. Authorem nu. 40. 42. & 45. vſque ad finem.

Vide in verb. actus in 3. ſumm. debitor, mutuum, pupillus.

CVRIALIS.

Curiales dicuntur omnes, qui à Curia recedere non poſſunt, & de Curiæ gagijs viuunt. Hinc Porterij Sacri Conſilij dicuntur Curiales, & obligati Curiæ illius Tribunalis deciſ. 36. nu. 3. & 4.

Vide in verb. Iudex in penultimo ſummario.

D

DEBITOR.

Debitor in acquirendo poteſt creditoribus præiudicare deciſ. 4. nu. 45. & deciſ. 34. nu. 10. & 43.

Vide in verb. mater.

DEBITVM.

Debitum vtiliter contractum ob cauſam Domini, vel feudi, licet non deuinciat illud hyppothecæ nexu abſque aſſenſu; ſoluendum tamen erit à Domino, vel agnato, ſi ad eos deuoluatur, idq; fusè exornatur, quo caſu poteſt etiam procedi ad interpoſitionem ſecundi decreti, & Rex tenetur aſſentire ex punctuali deciſ. Andr. in Conſtit. Regni ſi quis poſt litem deciſ. 4. nu. 28. & 29.

DECVRIO.

Decuriones repreſentant Ciuitatem. Hinc geſta per ipſos facta dicuntur per omnes de Ciuitate deciſ. 18. nu. 13.

Vide in verb. Ciuitas, dignitas, Syndicus in penult. ſumm.

DEGRADATIO.

Vide in verb. Clericus paulò ante finem, Papa.

DELICTVM.

Delictum committit qui prædium emit in Prouincia, in qua militat, aut Rempubl. gerit, niſi prædia mercetur paterna num. 65. cum ſeq. fol. 78.

Delicta, quæ clàm patrari ſolita ſunt, probantur per coniecturas, & præſumptiones deciſ. 16. num. 11.

Delictum non excluditur, ſi pœna minuatur, & quod ignoſcitur in pœnæ remiſſione non operatur quò ad ea, quæ ex delicto conſequutiuè inferuntur deciſ. 24. nu. 28.

Vide in verb. Officialis, Præſes, Prælatus, ſolitum, teſtis.

DESCENDENS.

Deſcendens ex fœmina dicitur eſſe de ſanguine eius, à quo fœmina ortum habet: quia ſanguis ita continuatur per lineam fœmininam, ſicut per maſculinam: hinc idem eſt dicere de ſanguine alicuius, quod de eius cognatione, hinc etiam Bald. tradidit, in nepote ex filia eſſe ſanguinis continuationem, & Caſtrenſis addidit rationem deciſ. 5. nu. 6. 7. & 8. cæterum intelligenda ſunt præfata in vltimis voluntatibus, conceſſionibus, & beneficijs, in quibus lata eſt facienda interpretatio, aliàs ſecus; ex quo deſcendentes ex fœmina propriè non dicuntur de ſanguine, & ita deciſum num. 11. cum ſeq.

Vide in verb. immunitas.

DICTIO.

Dictio, quod ſi, aduerſatiua aduerſatur ſub eiſdem qualitatibus nu. 10. fol. 73.

Di-

I N D E X.

Dictionis,& natura deciſ.37.nu.10.

DIGNITAS.

Dignitatis ordo eſt duplex, vnus fundatus ſuper prioritate temporis, quippè qui attenditur inter habentes æqualem dignitatem: alter honoris amplitudine ſtabilitus, & hic poſterior prefertur priori. niſi conſuetudo obſiſtat, quæ in hac materia primum tenet locum. Hinc videmus eſſe vſurpatum, Titulatos de Collaterali Conſilio præcedere ſecundum antiquitatem temporis; non autem prærogatiuam dignitatis deciſ.8.nu.1.2.3.& 10.& deciſ.15.nu.11.

Dignitatis ordo eſt ſeruandus. Hinc habentes vnum ex ſeptem officijs antecedunt omnes Titulatos.& ita deciſum,& Titulati precedunt Regentes Regiam Cancellariam,& Regentes alios titulo non decoratos ratione maioris dignitatis deciſ.8. nu.4.& 5.

Dignitatis ordo eſt obſeruandus. Hinc Conſiliarius priuatam agens cauſam, ſedet loco ſuo: quia dignitas eſt inſeparabilis, & Epiſcopus in aliena Diœceſi, licet ſedeat in Capitulo, vt Canonicus; nihilominus propter dignitatem inſeparabilem anteit omnibus poſt Præſidem in Capitulo, cuius occaſione expenditur gloſ.in cap. à collatione de appell. in ſexto nu.6 & 7.

Dignitatis ordo eſt cuſtodiendus. Hinc videmus, habentes vnum ex ſeptem officijs præire Decurionibus Ciuitatis, qui antecedunt omnes Titulatos nu.8.

Dignitatis prærogatiua priuilegio temporis eſt anteferenda etiam in Conſiſtorio Principis. Hinc inter habentès vnum ex ſeptem officijs, qui Conſiliarij Collaterales appellantur, vnuſquiſque in Collaterali præcedit ſecundum dignitatem,& amplitudinem officij; & non temporis antiquitatem. Ad cuius confirmationem adducitur punctualis doctrina D.Frecc.expenditur quoque text. in l. 1.C. de conſul.lib.12. & demum refertur conſimilis deciſio aliàs facta inter Locumtenentem Regiæ Cameræ, & Præſidem Sacri Conſilij, vt & ſi iſte fuerit creatus de Collaterali Conſilio poſt Locumtenentem, nihilominus præcedat ratione maioris dignitatis nu.9. 12.13. 14.& 15.

Dignitatibus, & honoribus an ſit excluſa Platea Popularis in beneficium Nobilium Ciuitatis, ad cuius reſolutionem diligenter expenditur ſententia Friderici Regis ſuper huiuſmodi controuerſia aliàs prolata deciſ.18. n.1.

Dignitas ſeu honor aſportandæ haſtæ pallij in ingreſſu Archiepiſcopi Neapolitani cur pertineat ad Plateam Capuanam, ſubijcitur, nu.15.

Vide in verb. minor.

DISTRIBVTIONES QVOTIDIANAE.

Diſtributiones quotidianæ non præſtantur, niſi ſeruientibus,& intereſſentibus verè, quod benè declaratur deciſ.25.nu.15.cum ſeqq.

DOCTOR.

Vidè in verb. miles.

DOMINIVM.

Dominium rerum interceptarum ſtatim fiſco acquiritur, caproper iuditium datur aduerſus hæredes deciſ.29. nu.3. quo euentu pariter debentur fructus, prout ſi eſſet intercepta pecunia, deberetur intereſſe etiam ex mora irregulari in fiſci beneficium contracta, idq; vltra text in l.1 C.de his, quibus vt indig. rei iudicatæ authoritate obuallatur nu.9. cum ſeqq.

Dominium directum Regnorum eſt Regum in vniuerſo; rerum verò particularium eſt vaſſallorum deciſ 33. nu.13.

Dominium quo pacto intelligatur tranſlatum ex confeſſione irreuocabili, & ex certa ſcientia facta in iuditio, quando id, quod quis fuit confeſſus non erat verum deciſ.39.nu.33.

Dominium transfertur ex cauſa putatiua traditione ſequuta, maximè ſi ſimus in actibus præter,& non contra ius, idq; obtinebit etiam ſi inutilis præcedat contractus nu.38.& 39.

Dominij exceptio quando continet poſſeſſionis deſtructionem ſemper admittitur deciſ.40. nu.5.

Vide in verb. bona, confeſſio in fin. dos, fera. feudatarius paulò ante fin. maritus. poſſeſſio.

DOMINVS.

Dominus directus ſolitum cenſum recipiendo, caducitatem omnem remiſiſſe cenſetur deciſ. 1.nu.22.

Domini, & non vaſſalli eſt eligere vel ſubuentionem in pecunia, vel perſonale ſeruitium deciſ.3.nu.7.

Dominus concedendo feudum ad ſe deuolutum infra modicum tempus poſt deuolutionem, intelligitur concedere cum ſeruitio conſueto, nu.22.

Dominus exercens prælationem, non vt ſibi feudum acquirat; ſed vt alteri concedat, feudum nequaquam mutabit ſuam antiquam naturam ob nouam conceſſionem; ſed vtique tranſibit cum illa primaua nu.23.

Dominus acquirens feudum titulo particulari, & non ex lege feudi, poſſidebit vti priuatus, & qualitas feudalis non reſoluitur, hinc tenetur ad omnia onera vaſſalli alienantis, cuius occaſione doctrina Andr.in cap.1.§.huius autem generis ex quibus cauſ. feud. amitt. optimè declaratur nu.25.cum ſeqq.

Dominus ex feudo acquiſito titulo particulari non ſoluit interim ſeruitium, id tamen non

ſtuit

Digitized by Google

ſuit ex eo, quaſi qualitas feudalis ſit extincta: quia oppoſitum eſt verius; ſed quia ſibi ipſi ſoluere non poteſt nu.27.
Dominus directus non poteſt cedere ius prælationis, quod habet in feudo per vaſſallum vendito num.28. neque illud exercere ad alterius vtilitatem, & beneficium deciſ.28. nu.12.
Dominus poteſt reuocare alienationem feudi abſque aſſenſu factam, ſi feudatarius non praueniat deciſ.c.nu.9.
Dominus ſi ſæuiat in ſeruos, tenetur bonis conditionibus illos vendere, idq; poterit Iudex ex officio mandare deciſ.16.nu.35.
Dominus ſi ita grauis, & moleſtus ſit vaſſallis, vt ad ſæuitiam id adſcribi poſſit, iuriſdictione exui, ac denudari poterit, & ſi ſuperior indifferenter grauet ſubiectos, poterit ei interdici adminiſtratio nu.36.
Dominus directus cognitionem habet cauſarum inter ſuos vaſſallos vertentium, niſi vaſſallus neget ſe eſſe vaſſallum, quo euentu ad Iudicem ordinarium cognitio defertur, quo loci declaratur text. in l. ſi quis ex aliena ff. de iud.deciſ.33.nu.3.& 5.
Dominus poteſt eligere locum iudicandi inter ſuos vaſſallos, licet aliud ſit in iuditio parium nu.23.
Dominus, & vaſſallus cum ſint correlatiua, nō debent ad imparia iudicari deciſ.38.nu.9.
Dominus ſemel effectus non poteſt amplius ex alia cauſa dominium nanciſci, niſi eſſet dubius de prima cauſa, cui renuntiaret, quo euentu ex ſecunda, & non ex prima Dominus efficeretur deciſ.39.nu.36.& 37.
Vide in verb. adiutorium, agnatus in 2. ſumm. aſſenſus, debitum, feudum, fructus, intereſſe, Iudex, miles, nauis, vaſſallus.

DOMVS.

Domus exiſtens in duabus Parochijs dicetur de ea Parochia, per quam habetur aditus ad domum, niſi duas haberet portas, & vna illarum eſſet magis principalis, & frequentata deciſ.35.nu.3.

DONATIO.

Donatio filio facta bonorum, in quibus aliâs erat ſucceſſurus, maximè ſi poſt patris mortem conferatur, non importat, niſi ſucceſſionis præuentionem deciſ.39.nu.13.
Donationes tot ſunt, quot perſonæ nu.21.
Donatio inter coniuges facta in contractu matrimonij nequaquam ſubeſt diſpoſitioni l. ſi vnquam C.de reuoc. donat. & ibi de ratione nu.28.
Donatio contemplatione matrimonij non eſt ob cauſam, & quàm maximè diſtinguitur ab ea, quæ dicitur propter nuptias nu.29.
Donatio contemplatione matrimonij dicitur pura, & cauſa matrimonij impulſiua nu.30.
Donatio facta ex cauſa dotis, vel propter dotem differt à donatione facta contemplatione matrimonij, in qua materia differentia pariter conſtituitur inter patrem donantem, & extraneum nu.31.
Vide in verb. mandatum in fin.

DONATIO PROPTER NVPTIAS.

Vide in verb. lucrum, maritus, pactum.

DONATIVVM.

Donatiua in Regno ſunt loco ſeruitij deciſ.3.nume.9.
Donatiua, quæ fiunt Regi quolibet biennio, non dicuntur voluntaria nu.14.
Vide in verb. Ciuitas, feudatarius.

DOS.

Dotalis res per maritum poſſeſſa ob canonem non ſolutum incidit in commiſſum etiam matrimonio conſtante, & etiam quod res ſit feudalis ob ſeruitium non ſolutum, vel mariti culpam deciſ. 19. nu.2. Cæterum difficultas non modica exorta eſt, an actio vxori detur in ſubſidium aduerſus Dominum: in qua diſcrepantes ſunt Doctorum ſententiæ. Aliqui negant, alij affirmant, & nonnulli eius fuerunt opinionis, vt penes Dominum maneat feudum durante vita mariti nu.3.4.& 5. ſed hæc vltima conuincitur nu. 18. Eſt benè verum, quod hoc Doctorum diſſidium obtinet in delictis in omittendo, non autem in faciendo, quæ inter ſe quàm maximè diſtinguuntur, nu.8.& 9.
Dos marito datur cum interdictione alienationis, & vt vxorem, & familiam nutriat, atque ſuſtentet nu.14.
Dotalis rei dominium in caſum diſſolutionis matrimonij, & in alijs à lege proditis retranſfertur in vxorem, idq; obtinet etiam in rebus feudalibus nu.17.
Dotis reſtitutionis promiſſio facta patri per maritum in cauſa diſſoluti matrimonij per filiæ obitum, operatur, vt delictum filiæ patri præiuditium non inferat deciſ.24.nu.5.
Dotis priuilegium, de quo in auth. res, quæ C. commu. de leg. vt res fideicommiſſo ſubiectæ vendi poſſint pro dotis ſolutione, obtinet etiam reſpectu illius intereſſe, cuius occaſione congruenti ordine aliqua ſubijciuntur ad interpretationem Capit. Regn. circa dotes mulierum deciſ.34. nu. 31.38.& 39.
Vide in verb. expenſa paulò poſt princ. lucrum, maritus, pactum, vxor.

DVX BELLI.

Vide in verb. bona.

E

ECCLESIA.

Eccleſia in Regno quot ſint de iurepatronatus Regis, & quomodo hoc introductum, & ſtatu-

INDEX.

ſtatutum fuit inter Regem, & ſummum Pōtificem, quæ ſint ad Regis collationem; & quomodo dum Rex non præſentat, vel non confert, Prorex pro fructuum exactione, & adminiſtratione pro Dei cultu deputat œconomos deciſ. 12. nu. 14.

Eccleſia habens duas portas in diuerſis Parochijs iudicatur de ea Parochia, in qua reſidet porta principalis deciſ. 35. nu. 2.

Vide in verb. alienatio, appellatio, Caſtrũ, Fiſcus in fin. fructus, furtum, immunitas, iuriſdictio, Prælatus, Princeps.

EDVCATIO.

Vide in verb. Iudex, mater, pater.

EMPHYTEVSIS.

Emphyteuſis conceſſa cum facultate alienandi intelligitur præuio Domini aſſenſu deciſ. 28. nu. 61.

EMENS.

Emens cum ſcientia aliarum emptionum præcedentium videtur emere, quod ſupereſt, ita vt primi emptores ſint anteriores, & ſic in obligatione; eapropter communiter redarguitur gloſ in l. idemq; §. fin ff qui pot. in pign. hab. volens attendi tempus acquiſitionis, & non contractus deciſ. 34. nu. 15. 19. & 28.

Vide in verb. Conſtitutio conſtitutionem.

EPISCOPVS.

Vide in verb. dignitas, Præſes, Vicarius.

ERROR.

Error iuris, vel facti quando noceat, vel non ad declarationem text. in l. cum falſa C. de iuris, & fact. ignor. multa pulchra congeruntur in deciſ. 39. nu. 32. cum ſeqq.

EXCEPTIO.

Exceptio laudi eſt vſque adeò peremptoria, vt proceſſum impediat deciſ. 18. nu. 4.

Exceptio rei iudicatæ vt obſtet, triplex identitas requiritur iuxtà text. in l. cum quæritur ff. de except. rei iudic. quæ vtiliter declaratur deciſ. 32. nu. 6.

Exceptio declinatoria eſt in iuditio alleganda, fallit, quando Iudex eſt certus de ea, quo caſu pars nec allegare, nec comparere tenetur deciſ. 32. nu. 8.

Vide in verb. Princeps, ſententia, Vaſſallus circa med.

EXEQVVTIO.

Exequutio reſcriptorum, ſententiarum, aliarumq; prouiſionum poteſt differri conſulendi gratia Regem, quo euentu poterit Iudex expectare ſecundam, & tertiam illius iuſſionem deciſ. 23. nu. 1.

Exequutio ſententiæ iniuſtæ, ſeù nulla poteſt prorogari non ad finem determinandi; ſed ſuſpendendi, quod contingere conſueuit in brachij imploratione, quando iuriſdictiones ſunt diſtinctæ nu. 2.

Exequutio ſicut nullitate, ſic euidenti iniuſtitia excluditur, quæ duo quantum adhoc ſunt exequata nu. 3.

Vide in verb. fructus paulò ante fin. ſententiæ.

EXEQVVTOR TESTAMENTI.

Vide in verb. Balius circa med.

EXPENSA.

Expenſæ, ſeù meliorationes erogatæ in bonis feudalibus ad Dominum deuolutis per lineam finitam ſunt reficiendæ hæredi defuncti in allodialibus pro eo, in quo feudum eſt melioratum, non autem quantum eſt impenſum, & ita deciſum deciſ. 12. nu. 1.

Expenſarum triplex eſt genus: quædam enim ſunt neceſſariæ, quædam vtiles, & quædam voluptuariæ; at in rebus dotalibus, quæ expenſæ debeantur, & quando voluptuariæ ſolui debeant nu. 2. & 3.

Expenſæ factæ fructuum quærendorum gratia nequaquam debentur nu. 4.

Expenſæ vtiles, & neceſſariæ factæ per legatarium, ſeù per fideicommiſſarium debentur, quatenus fundus reſtitutionis tempore reperitur effectus pretioſior, & hanc opinionem D. Author omnium diſciplina iuris ciuilis eruditiſſimus diligenter tuetur, atque defendit, eandemq; etiam in feudis obtinere optima ſanè ratione contendit, cuius occaſione obſcurã intelligentiam § ſi vaſſallus hic finitur lex præter alios perſcrutatur, atque enodat num. 5. & 6.

Expenſæ factæ in territorio inculto, & nemoroſo ob illius reductionem ad culturam debentur hæredi feudatarij: quia reſpiciunt perpetuam feudi vtilitatem, & ita frequentius arbitrati ſunt Doctores, quinimò ſecundum Schrade. datur retentio quouſque meliorationum pretium ſoluatur nu. 8. & 9.

EXPRESSVM.

Expreſſi vicem obtinet omne id, quod Princeps veriſimiliter conceſſiſſet, ſi de eo fuiſſet interrogatus deciſ. 1. nu. 20. & deciſ. 3. nu. 4. vbi id ampliatur, habere locum etiam in priuilegijs. Idq; deducitur ex regula l. tale pactum §. fi. ff. de pact. quæ fusè exornatur deciſ. 39. nume. 27.

EXTENSIO.

Extenſio de vno conceſſo ad alterum non conceſſum, eſt omnino prohibita, quando ſuper vtroque aderat prohibitio, etiam quod conceſſum ſit maius altero deciſ. 34. nu. 36.

Vide in verb. feudum, fideicommiſſum in princ. teſtator.

F

FAMA.

Fama vehemens in his, quæ ſunt difficilis probationis, ſi ſit adminiculis ſuffulta probat,

cuius

cuius præſidio ſuppletur, pariter defectus teſtium aliàs inhabilium deciſ.16. nu.16.

FERA.

Fera capta in alieno territorio ſit capientis etiã acceſſu prohibito: quia venatio eſt de iuregentium deciſ.21. nu.8.

Fera beſtia non ſit vulnerantis, niſi naturaliter per eum capiatur, & ibi de ratione, quo loci declaratur text.in l. in laqueum ff. de acqu.rer.dom. nu.20.

FEVDALIS CONTRACTVS.

Feudalis contractus ſtat in ſuſpenſo propter Domini aſſenſum, qui in eo deſideratur deciſ. 6. num.10.

FEVDATARIVS.

Feudatarius pro feudo franco tenetur ad contenta in iuramento fidelitatis ſecundum frequentiùs receptam ſententiam deciſ.3. nu.6.

Feudatarius non tenetur ad ſubſidium pecuniæ pro feudo conceſſo libero nu.8.

Feudatarius pro feudo franeo ſicut non tenetur præſtare ſeruitium militare, ita nec donatiuum nu.15.

Feudatario de vita decedente ſuperſtitibus maſculo, & fœmina, ſi maſculus parum, aut nihil vixerit poſt parentis fatum ſupremum, habetur pro non nato, ita vt fœmina ſuccedat, quæ aliàs ex fratris ſuperexiſtentia excluderetur, iuxtà opinionem gloſ.in cap.1.§.quin etiam Epiſcop. vel Abb. quæ tanquam communis ab impugnatione Andr. defenditur deciſ. 3. nu.24.& deciſ.4.nu.5.

Feudatarius ſponte clericatum aſſumendo, ſtatim amittit feudum, nec per illius dimiſſionẽ in continenti factam illud reacquirit; at contrarium ius viget in Clerico ſuccedente feudatario: nam dimittendo habitum ſtatim re integra ante habitam feudi quæſtionem, admittitur ad ſucceſſionem, & hæc eſt frequentiùs recepta ſententia, intelligenda tamen in Clerico in minoribus, non autem in ſacris conſtituto deciſ.4.nu.4.cum ſeqq.

Feudatarius quomodo dicatur reuocare iure proprio iuxtà Cõſtitutionem Regni conſtitutionem diuæ memoriæ, Frec. ea de re ſententia adducitur, & laudatur deciſ.6.nu.7.

Feudatarius, qui cum Domini aſſenſu diſponere poteſt de feudo hæreditario inuito ſucceſſore, non valebit euertere ius prothomiſeos, quod competit in vita, non poſt mortem alienantis nu.101.cum ſeqq. fol. 82.

Feudatarius decedens poteſt relinquere Balium filio minori loco tutoris, idque fuit inductum per ſpetiale Regni capitulum incip. feudatarius, quod per Regni Conſtitutionem erat interdictum, & ad ſolum Regem ſpectabat deciſ.20.nu.1.

Feudatario vitam functo nulla de Balio facta prouiſione, eo caſu Regis erit prouidere, cæterum ſi ſuperſit, mater, ipſa præferetur, quod fuit ad auiam propagatum nu.2.& 3.

Feudatarius naturaliter tantum poſſidet deciſ. 40.nu.6.

Feudatario diem functo vtile dominium feudi ex pacto, & prouidentia conſolidatur cum directo, & naturalis poſſeſſio conuolat ad ciuilem penes Dominum exiſtentem, & ſic nil remanet in vaſſalli hæreditate nu. 9.

Feudatarius non poteſt teſtari de feudo ex pacto, ſecus de hæreditario Domini aſſenſu interueniente, cuius reſpectu declaratur text.in cap.1.de ſucc.feud.nu.11.12.& 13.

Vide in verb.dominium, intereſſe.

FEVDVM.

Feudum non ſit caducum ex breuiori tantum temporis præfinitione, niſi adſit pœna priuationis deciſ.1.nu.11.

Feudum ob non petitam inueſtituram infra annum.& diem, non deuoluitur ipſo iure; ſed requiritur ſententia nu. 14.

Feudorum conſuetudinibus deſicientibus, articulus, qui ſecundum illas erat decidendus, remanet exinde ſub cenſura iuris Romanorum nu.16.

Feudi caducitas ex quauis iuſta cauſa excluditur ob non petitam inueſtituram in tempore nu.18.

Feudum à Domino acquiſitum iure prælationis idem eſt, quod iure deuolutionis. Hinc extinguitur omnis feudi qualitas, ac dum de nouo conceditur, nouè taxatur deciſ.3.nu.1.

Feudorum antiquorum taxa quomodo differat à taxa nouorum, exponitur nu. 2.

Feudum francum quomodo conſtituatur, & quid importet nu.5.

Feuda nequaquam ſubiacent diſpoſitioni l. licet C. qui pot. in pign. nec l. interdum ff. eodem hinc confutatur opinio Ardiz.in rubr.vtrum pign.oblig.& Parid. qui in eundem errorem ſub Ardiz.authoritate labitur deciſ. 4. nu.9. cum ſeq.

Feudorum diſpoſitio vltra conſenſum contrahentium requirit illum Domini nu.11.

Feudo vendito, vt æs alienum ipſius cauſa contractum eſoluatur, pecunia, quæ ſupereſt, in feudi emptionem eſt implicanda, eiuſq; praxis vnde ſumpta nu.32.

Feudi conceſſio facta diuerſa lege ab illa, quę eſt penes concedentem, non vitiatur quatenus eſt infra limites inueſtituræ; ſed reÿcitur quod eſt contra eam nu 37.

Feuda acquiſita, non autem acquirenda manent ſub cenſura, & prohibitione Pragmaticæ nouem capitum, idque D. Author vir ſummo ingenio manifeſtè deducit ex verbis eiuſdem Pragm.nu.42.

Digitized by Google

I N D E X.

Feudum conceſſum cum facultate alienandi deuincit Dominum ad aſſentiendum, quo recuſante, aſſenſus habetur pro præſtito deciſ.6. nu.11.

Feudum in omnibus retinet feudi naturam, preterquam in eo, in quo illa eſt immutata, idque obtinet etiam in officijs deciſ. 7. nu. 35. cum ſeq.

Feudum emptum eſt propriè feudum, & amittitur eiſdem culpis, prout cætera alia feuda num.37.

Feudum hæreditarium non poteſt haberi citra ius, & nomen hæredis nu.15. fol.74.

Feudum ex pacto nouum habet vim hæreditarij nu.18.

Feudi hæreditarij poſſeſſor facultatem habet de eo diſponendi Domino aſſentiente num. 22. fol. 75.

Feudum ex pacto diffinitur, ſeù deſcribitur nume. 25.

Feudum ex pacto, & prouidentia quare ſic appellatum nu.26. & 27.

Feudum ex pacto, et prouidentia hæreditarium quale ſit, explanatur; necnon differentia conſtituitur inter feudum ex pacto, & prouidentia ſimplex, & rectum, & feudum ex pacto, & prouidentia hæreditarium nu.28. cum ſeq. & nu.48. fol.75. cum ſeqq.

in Feudo ex pacto ſimplici tot cenſentur conceſſiones, quot perſonæ nu.30. fol.76.

Feudum ex pacto, & prouidentia duplex nume. 31.

Feudum hæreditarium pariter duplex nu. 32.

Feudum mixtum dicitur, quod participat ab vtroque partim ſcilicet ex pacto, & prouidentia, & partim ex hæreditario nu. 33.

Feudi omninò hæreditarij diffinitio, ſeù deſcriptio nu.34.

Feudum omninò hæreditarium tranſit ad quoſcunque hæredes etiam extraneos num.35. tàm vniuerſales, quàm ſingulares, & habetur, ac ſi eſſet res burgenſatica, & remanet ſub correctione l. dudum C. de contrab. empt. num.110. 111. & 113. fol.84.

Feudi mixti diffinitio, ſeù deſcriptio num. 36. fol.76.

in Feudo mixto non poteſt ſuccedere quilibet hæres etiam extraneus; ſed qui ſit de liberis, & deſcendentibus primi acquirentis, tanquam vocatus ex pacto acquirentis, & prouidentia concedētis, qui deſcendens, vt ad ſucceſſionem admittatur, tenetur eſſe hæres vltimi defuncti nu.37. cum ſeq.

Feudum mixtum quare ſic dictum nu.39.

Feudum mixtum minimè diſtinguitur à feudo ex pacto, & prouidentia hæreditário nu.40.

Feuda omnia in tres diſtinguuntur ſpecies nume. 41.

in Feudo ex pacto, & prouidentia hæreditario omnia concurrunt, quæ conſiderantur in feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario, nu.42.

in Feudo ex pacto, & prouidentia hæreditario vnus alteri prćiuditium inferre nequit, etiam cum Domini aſſenſu nu.43.

Feudi ex pacto, & prouidentia hæreditarij ſucceſſor, qui hæres eſſe tenetur, non reuocabitur, quod à prædeceſſore eſt geſtum nu.44. fol.77.

Feudorum iura loquentia in feudis non hæreditarijs, an, & quando vindicet ſibi locum in feudis hæreditarijs nu.45.48. & 57.

Feudi qualitas hæreditaria in quo conſiſtat nume.46.

Feuda de iure communi feudorum potiùs præſumuntur hæreditaria, quàm non hæreditaria, eiusq; forma in feudis qualis ſit num.50. cum ſeqq.

Feuda communiter in Regno ſunt ex pacto, & prouidentia hæreditaria nu.74 fol.79.

Feudi non hæreditarij poſſeſſoris non poteſt de eo diſponere in præiuditium agnati; ſed intellige poſt mortem: quia durante eius vita diſponit de eo ad libitum inuito ſucceſſore: nam interim viuo poſſeſſore nullum ius habet futurus ſucceſſor nu.94. cum ſeqq. fol.81.

Feuda an regulentur à diſpoſitione l. dudum C. de contrab. empt. prout res particularis feuda conceſſa pro ſe, & hæredibus, vel diſtinguatur feudum hæreditarium à re particulari feudi eo modo conceſſa num. 114. cum ſeqq. fol. 84.

Feudi inſtar venditur, & emitur militia deciſ. 16. nu. 30. cum ſeq. & deciſ.37. nu 17.

Feuda omnia in Regno ſunt ligia deciſ. 19. nume. 7.

Feuda non veniunt appellatione bonorum ſimpliciter, quo loci differentia conſtituitur inter verba generalia, & vniuerſalia deciſ.23. nume. 4.

Feuda non veniunt in publicatione bonorum, quinimò nec fructus feudorum, & ratio affertur nu.6.

Feuda nequaquam regulantur à diſpoſitione l. Statius Florus § Cornelio Felici ff. de iure fiſci nu.7.

Feudorum quædam ſunt incorporalia, vt conſiſtentia in iuriſdictionalibus, & ſimilibus deciſ.27. nu.6.

Feudo conceſſo inhabili ad ſeruiendum cenſetur ad eo diſpenſatum, vt poſſit per ſubſtitutum ſeruire nu.14. & deciſ.37. nu.20.

Feudum dicitur beneficium deciſ.28. nu.6.

in Feudis attenditur rigor, & conſideratur intereſſe voluntatis, & in illis non habet locum extenſio de perſona ad perſonam, nec de re ad rem, nec de contractu ad contractum,

nec

nec de tempore ad tempus num. 22.
in feudis vtiquè ceſſat illa vulg. iuris regula, plus valet, quod agitur, ſeu ſi non valet, vt ago, &c. nu. 23.
Feudi alienatio ſi contempto Regis aſſenſu ſit celebrata, ab eiſdemmet contrahentibus poterit reuocari iuxta Conſtit. *Reg. incip. conſtitutionem diuæ memoriæ, & ibi de ratione nu.* 40.
Feudi alienatio abſque Domini aſſenſu de iure communi operabatur illius amiſſionem intantum, vt nec etiam re integra pœnitentia iuuaret, nec reuocatio deſeruiret nu. 41.
Feuda magnarum dignitatum ſemper præſumuntur ligia, ita pariter ſi recognoſcerentur à Principe ſuperiorem non recognoſcente decif. 33. *nu.* 14.
Feudum quando præſumatur conceſſum in guardiam, vel in vtile dominium, fusè differitur decif. 18. *nu.* 20. 21. & 24.
Feudum poſſe dari in guardiam, ſeù cuſtodiam, et demum poſteà in feudum eſt iuris ſatis aperti nu. 22.
Feudi ex pacto, & prouidentia dominium durat durante vita poſſeſſoris, per cuius mortem dicitur Domino apertum, ab eo traditum, & conceſſum ſucceſſori, ſuntq; tot donationes, quot perſonæ decif. 40. *nu.* 7.
Feudi ex pacto, & prouidentia diſpoſitio etiam cum Domini aſſenſu non durat vltra feudatarij ſupremum vitæ ſpiritum nu. 8.
Feudi ex pacto ſucceſſio minimè defertur ex teſtamento, vel ab inteſtato; ſed iure ſucceſſorio feudorum nu. 10.
Feudum ex pacto ab hæreditario in eo etiam differt: quia in primo non habet locum ſtatutum de continuanda poſſeſſione à defuncto in hæredem, ſecus verò in ſecundo, quo loci ſimile ſtatutum Regni Siciliæ declaratur vnà cum text. in cap. inter filiam, ſi de feud. defun. milit. nu. 14. 15. & 16.
Feudi natura num ſit immutata per capit. volentes ſatis rectè declaratur, cuius reſpectu nonnulla cumulantur ad intellectum Conſti. conſtitutionem diu. mem. nu. 18. *cum ſeqq.*
Feudi ex pacto natura, ſeu forma mutari non poteſt, niſi omnium ſuccedere debentium conſenſus interueniat nu. 20.
Feuda, in quibus viuitur de iure francorum, non manent ſub diſpoſitione capit. volentes, quod pariter coarctatur non procedere, quando alienatio fit in perſonam non æquè dignã, & præſertim in fœminam: idem obtinet, quando feudum alienatur alio modo, quo tenetur, & propriè quando non integrè alienatur, vel reſeruato vſufructu nu. 22. & 27.
Vide in verb. agnatus in 2. *ſumm. appellatio, argumentum, Caſtrum, Clericus, debitum, Dominus, dos, expenſa, feudatarius, filius, fiſcus, fructus in princ. hæres, intereſſe, Iudex, iuramentum, iuriſdictio, ius prothomiſeos, læſa maieſtatis crimen, locatio, melioramenta, mora, officium, prælatio, Prorex, refutatio, Regalia, reuocatio, ſucceſſor.*

FIDEICOMMISSVM, ET FIDEICOMMISSARIVS.

Fideicommiſſum quando porrigatur ad omnes de familia, vel certas tantum vocet perſonas, ita vt illas non egrediatur decif. 39. *nu.* 1. 3. & 4.
Fideicommiſſo bona ſubiecta ab vltimo de familia poſſe alienari eſt iuris ſatis aperti nu. 14.
Fideicommiſſarius nec conditiones, nec vincula in fideicõmiſſo appoſita valet immutare n. 15.
Fideicommiſſum in contractu relictum non regulatur à diſpoſitione auth. res; quæ C. comm. de leg. quæ pariter limitatur in deſcendentibus natis poſt mortem fideicommittentis nu. 41. & 42.
Vide in verb. Balius, dos in fin. expenſa circa medium.

FILIVS.

Filij Clerici in minoribus non autem Clerici beneficiati legitimantur per ſubſequens matrimonium decif. 4. *nu.* 8.
Filius an tanquam quaſi Dominus in vita patris plus iuris habeat in feudo, quàm agnatus nu. 5. *fol.* 73.
Filius viuente patre alienante non reuocat feudum vt illius hæres; ſed ex prouiſione legis nu. 76. *fol.* 80.
Filius, ſiue agnatus retrahentes non impugnant alienationem, imò confirmant, dum prælationem intendunt nu 81. *cum ſeq.*
Filij poſiti in conditione non cenſentur vocati iuxta gloſ. frequentiùs receptam in l. Lutius la 2. *ff. de hæred. inſtit. quæ licet limitetur ex coniecturis, nihilominus qualitas maſculinitatis, digreſſio ad plures ſubſtitutionis gradus, & aliæ coniecturæ, quæ recenſentur, non ſunt adhoc ſufficientes decif.* 39. *nu.* 6. 9. & 10.
Vide in verb. mater, pater.

FISCVS.

Fiſcus in bonis Chriſtifidelium naufragatis ſe intromittere non debet decif. 21. *nu.* 24.
Fiſcus in Regno in bonis feudalibus foriudicati quid habeat decif. 23. *nu.* 13.
Fiſcus, & Eccleſia à pari procedunt decif. 28. *nu.* 53.
Vide in verb. bona, creditor circa med. dominium, fraus, mercator, Officialis.

FOEMINA.

Fœmina eſt caput, & finis lineæ paternæ decif. 11. *nu.* 16.

FORIVDICATVS.

Vide in verb. Fiſcus.

b FO-

Digitized by Google

INDEX.

FORVS.

Fori priuilegio perfruuntur Apparitores Magiſtri militum, & Præfecti Prætorio, qui aliàs dicuntur Corniculary, & iſti ſunt Nuntij, ſeu Exequutores ordinum Præfecti Prętorio, & propriè ſunt Porterij Sac. Conſ qui ſubsũt Prǽſidi illius Tribunalis dec. 36. nu. 7. 9. et 10.

Vide in verb. Clericus.

FRAVS.

Fraudans fiſcum in acquiſitis quadrupli, in acquirendis antem dupli pœna conſtringitur deciſ. 7. nu. 5 ſed declara vt nu. 32.

Fraus conſiderari non poteſt in eo, qui ſuo iure vtitur, licet ſecundariò alterum lædat, cum attendi debeat id, quod principaliter fit, & non quod in conſequentiam venit deciſ. 28. nu. 18. & 19.

Fraude penitus carere dicuntur, quæ palàm fiunt, & bona fide nu. 20.

Fraudans directus gabellæ ſub nomine Ciuis exempti, perdit merces etiam ſi francus, aut immunitate gaudens partem haberet in bonis deciſ. 29. nu. 1.

Fraus ex quibus præſumatur deciſ. 38. nu. 30.

Vide in verb. Conſt conſtitutionem in fin.

FRVCTVS.

Fructus inter Dominum, & hæredem feudatarij in allodialibus qualiter diuidendi, & quid deciſum, cuius occaſione affertur verus intellectus ad text. in §. his conſequenter, hic finitur lex deciſ. 12. nu. 7.

Fructus beneficiorum poſt mortem Clerici ſunt Eccleſiæ, & quicquid ex eis fuerit acquiſitum, & in his eſt inteſtabilis nu. 11.

Fructus beneficiorum data Clerico teſtandi facultate, vel conſimili conſuetudine ſuppoſita quomodo inter Eccleſiam, & illius hæredem diuidendi nu. 12.

Fructus Epiſcopatuum, illorum Prælatis vita functis, ad quem pertineant, conſultatio Reg. Cam. hac de re recenſetur nu. 13.

Fructus poſt ſententiam percepti an requirant nouam condemnationem, vel veniet illorum reſtitutio in ſententiæ exequutionem, fusè diſſeritur deciſ. 32. nu. 3.

Fructus ſeu emolumenta, quæ quis percipere cõſueuit, poteſt alteri vendere deciſ. 37. nu. 18.

Vide in verb. Eccleſia, Officialis, poſſeſſor, ſententia paulò poſt med.

FVRTVM.

Furti actio denegatur furi aduerſus alium furantem, licet ille totum ſoluerit dolo tamen intercedente, non autem culpa tantum, idque obtinet etiam reſpectu ceſſionis, vt ei non ſint mandandæ actiones deciſ. 10. nu 1. Id tamen limitatur in ſocijs, cum de natura ſocietatis ſit inter ſe ipſos dolum, & culpã præſtare nu. 4.

Furibus an cõpetat debiti diuiſio: in obiecta difficultate diſſidium ſanè fuit inter Azon. negantem, & Hugon. affirmãtem, quod Bart. diſtinctionis fœdere ſedare fuit enisus, nẽpe vt procedat Azon. opinio, ſi per viam actionis petatur diuiſio; ſecus ſi per viam exceptionis, & ſic obtineat Hugon. ſententia nu. 2.

Furtum in Eccleſia patratum ſemper dicitur graue delictum deciſ. 14. nu. 5.

Fures in Regno grauiſſimas pœnas pendunt, & preſertim bullationis in ſpatulis, ita diſponẽte Reg. Pragm. quæ iure fundatur nu. 7. & 8.

Vide in verb. immunitas.

G

GRADVS.

GRadus parentelæ licet reguletur ab illo ſucceſſionis, nihilominus in materia ſuſpitionum poterit Iudex attenta ipſius, & parentelæ qualitate vltra hunc gradum recuſari, quod totum eſt Iudicis arbitrio remiſſum deciſ. 30. nu. 14.

GRATIA.

Gratiæ obtentæ renuntiare poſſe eundem impetratorem notiſſima eſt iuris regula, quæ declaratur nõ procedere, ſi adſit tertij præiuditium, vel eo ceſſante ſi boni refragentur mores deciſ. 6. nu. 13.

Vide in verb. aſſenſus in 3. ſumm. obreptio.

GVIDATICVM.

Vide in verb. nauis.

H

HAERES.

HAeres ſecundum conſuetudines feudales debet petere inueſtituram intra annum, & diem, aliàs feudo priuatur: cæterùm ſi iuſtam ignorantiæ cauſam allegauerit, quæ præſumitur, reſtitutionis beneficio iuuabitur intãtum vt tradiderint ſummi legum vertices, vaſſalli hæredem conſeruari illæſum ipſo iure. Quinimò idẽ reſtitutionis beneficium aduerſus lapſum anni, & diei ſuffragabitur vaſſallo, etiam maiori 25. ann. infra quadriennik à die ſcientiæ, niſi aliter de ſcientia inueſtiturarum fuerit conuictus, vel niſi præceſſerit craſſa, & ſupina ignorantia deciſ. 1. nu. 6. 7. & 12.

Hæres præſumitur neſcius conuentionis ſpetialis, & aduerſus iuris diſpoſitionem initæ per defunctum nu. 10.

Hæres quandiù adire poteſt, non ſit locus ſubſtituto deciſ. 4. nu. 19.

Hæres tenetur habere ratum factum ſui prædeceſſoris nu. 16. fol. 74. ſed declara vt num. 56. fol. 77. & n. 75. & 84. fol. 80. & deciſ. 39. n. 23.

Hæres adeundo hæreditatem, quæ non ſit ſoluendo, dicitur damnum pati, niſi in ea ſint prædia cum ſepulchris maiorum nu. 62. cum ſeq. fol. 78.

Hæres licet dicatur vna, eademq; perſona cum defuncto, nihilominus cauſa perſonæ adhęrẽs, extin-

extinguitur cum ea, nec eſt ad hæredem tranſitoria deciſ. 15. nu.6.

Hæres in feudo tripliciter conſideratur deciſ. 40.nu.17.

Vide in verb.agnatus paulò poſt med. confeſſio, dominium, fructus, mora, reuocatio.

HAERESIS.

Vide in verb. confiſcatio.

HONESTAS.

Honeſtas, ne bona maiorum ad alienas perueniant manus,quanti fiat in iure,& an minori proximiori tribuat reſtitutionis beneficium nu.59.cum ſeq.fol.78.

HOSTIS.

Vide in verb bona,infidelis.

HYPPOTHECA.

Hyppotheca rei acquiſitæ ab illa rei acquirendæ quàm maximè diſtinguitur,idq; fuſè exornatur,& exemplis illuſtratur deciſ. 4. num.44. cum ſeqq.

Hyppotheca eſt ius afficiens,ſequens rem,tanquã lepra leproſum deciſ.34.nu.9.& 41.

Vide in verb.alienatio,minor,officium, pecunia,refutatio.

I

IMMVNITAS.

IMmunitatis priuilegium non deriuatur in deſcendentes per lineam femininam,Et conceſſum generi,poſteris,vel proli eandem admittit declarationem:quia dicitur eſſe contra publicam vtilitatem,ideircò vſquequaque eſt coarctandum deciſ.5.nu.1.2.& 10.

Immunitas eccleſiaſtica licet ſit de iure diuino ſecundum opinionem Doctor. frequentiùs receptam; poteſt nihilominus à Rom. Pontifice declarari,& limitari deciſ.9.nu.7.

Immunitas eccleſiaſtica ante Concilium Tridentinum quò ad delinquentes confugientes ad Eccleſiam non ſeruabatur de generali Italiæ conſuetudine propter ingentem eccleſiarum numerum,et delictorum frequentiam,quę demum conſuetudo fuit abrogata per Sacrum Concilium Tridentinum deciſ.14. nu.1.

Immunitate eccleſiaſtica non perfruuntur delinquentes in Eccleſia,cuius occaſione declaratur text.in cap.fin.de immun.eccl. vt procedat in quolibet delicto in ea perpetrato, & in ſpetie in delicto furti,& ratio aſſignatur nu.2.

Immunitate eccleſiaſtica eſt indignus ſacrilegus. hinc delinquens in Eccleſia, cum ſacrilegium committat, non ſit diſtinctio, an delictum ſit graue, vel leue ad finem amittendi immunitatis priuilegium nu.3.& 4.

Immunitate Eccleſiæ num gaudeant fures ad eam confugientes nu.6.

Immunitas Eccleſiæ,vel hoſpitali conceſſa non comprehendit ipſius apothecam, & ita deciſum, deciſ. 35. num. 1.

IMPERATOR.

Imperator poteſt concedere res alienas; ſed ſi reſeruaſſet iura alterius,nec de euictione,nec ad aliud teneretur deciſ.38.nu.6.

IMPERIVM.

Imperio caret par in parem deciſ.36.nu.15.

Vide in verb. alienatio.

INCENDIVM.

Vide in verb. bona paulò ante fin.

INDITIVM.

Inditia, & probationes diuerſi generis de generali conſuetudine copulantur, & iunguntur potiſſimum in ſupremis Tribunalibus deciſ. 16.nu.17.

INDIVIDVVM VOLVNTATIS.

Vide in verb. contractus in fin.

INFIDELIS.

Infideles veluti publici hoſtes, & diffidati poſſunt vbiq; capi cum eorum bonis deciſ.21.nume. 4.

INIMICVS.

Vide in verb. Iudex.

INSTRVMENTVM.

Inſtrumentum ſi in prothocollo non reperiatur omni prorſus caret fide deciſ.28. nu.29.

INTERESSE.

Intereſſe eſt reſpectu Domini vtique conſiderabile,quod feudatarius habeat, vel non ſucceſſorem in feudo deciſ.4.nu 27.

Intereſſe non includitur in reſtitutione conceſſæ ſuper principali deciſ.34.nu.33.

Vide in verb.actus paulò ante finem,aſſenſus in fin. creditor,dominium,obligatio, vſura.

INVESTITVRA.

Inueſtitura Regni Neapol. eſt ex ſpetiali pacto petenda à Romano Pontifice infra ſemeſtre à die obitus Regis Prædeceſſoris deciſ. 1. nu.itidem 1.

Inueſtitura petenda infra annum, & diem non poteſt breuiori termino coarctari, niſi accedat conſenſus vaſſalli, qui pariter ſe obliget ſub pœna amiſſionis nu.8.

Inueſtituræ Regni recenſentur à tempore Regis Catholici nu.9.

Inueſtitura rei alienæ valida eſt, prout venditio; ſed non operatur in præiuditium vtilis dominij alterius, & hoc diſtinctionis fœdere omnia iura conciliantur deciſ.38.nu.3.

Inueſtiens,ſi poſſeſſionem habeat, omnino adimplere tenetur nu.4.

Inueſtitura de feudi caducitate adhuc valet, & tenet nu.5.

Inueſtitura non probat poſſeſſionem nu.11.

Inueſtitura præſumpta requirit tempus 30. annorum nu.42.

Vide in verb. feudum, hæres, mora.

IVDEX.

Iudex laicus nullam habet iuriſdictionẽ aduerſus Clericum,nec in ciuilibus,nec in criminalibus,idq́; frequentioribus Doctorum calculis eſt ampliatum etiam in crim.leſ.maieſt.& licet ijdem Scribentes tradiderint,Principes ſeculares de generali conſuetudine contrarium ſeruare, nihilominus Collat.Conſilium in facti contingentia decreuit,Clericum etiam hoc caſu fore remittendum ad Eccleſiaſticum,quo loci refertur mos in ſimili delicto obſeruari conſuetus deciſ.9.nu.1.2.3.& 11.

Iudicem poſſe ſuam iuriſdictionem pœnali iuditio defendere,atque tueri, eſt fundatum iuris regula, quæ ſatis rectè declaratur deciſ. 13. num.5.

Iudex aſſumens defenſionem ſuæ iuriſdictionis non poteſt iudicare ſuper illius competentia, idq́; fusè exornatur ad dilucidationem,& limitationem text.in l. ſi quis ex aliena ff.de iudic.nu.9.& 10.

Iudex propter nimiam ſeueritatem repellitur ab officio, & ita pariter Dominus priuatur dominio ſerui deciſ.16.nu. 33.

Iudex legitima ſuggerente cauſa recedit à voluntate teſtatoris,attendendo vtilitatem pupilli, & non ſcripturam teſtamenti deciſ. 20. nume. 20.

Iudicis arbitrio eſt remiſſa pupilli educatio, hinc recedere poteſt à defuncti voluntate nu. 22.

Iudex poteſt mandare, vt vnus tutorū adminiſtret,licet defunctus aliud diſpoſuerit nu.23.

Iudicum adiunctorum dationem præcedere debet partium citatio,adhoc vt inconfidentium, ſuſpectorumq́; nota dari poſſit nu.28.

Iudex ſubrogatus dicitur ordinarius, & non delegatus deciſ.25.nu.21.

Iudex ex cauſa litis etiam ſub nomine dignitatis poteſt vti ſuſpectus recuſari in alijs cauſis, & ita refertur deciſum deciſ. 30. nu.1.

Iudicem inimicum poſſe recuſari eſt iuris indubitati nu.2.

Iudicis inimicitia protenditur ad omnes de domo,ſeù parentela n. 3. ſed id declara,vt nu.7.

Iudex ex inimicitia præſumpta,vt quia non ſalutauit, vel ſi iuſtam habeat inimicandi cauſam,poterit pariter recuſari nu.4. & 5. quinimò videtur totum Tribunal poſſe allegari ſuſpectum,quando maior pars illius fuerit ſuſpecta nu.6.

Iudex conſanguineus inimici vnius ex litigantibus poteſt ab altero recuſari, idq́; procedit etiam ſi inimicus non litiget; ſed faueat vni ex litigatoribus nu.8.

Iudex poteſt recuſari ex qualibet inimicitia etiam non capitali,vel graui nu.9.

Iudex pronuntians ſuſpitionis cauſam non eſſe legitimam,quando illa eſt certa, & à iure expreſſa, ſententiam ſanè dicit nullitatis vitio laborantem nu. 10.

Iudicis arbitrio ſunt remiſſæ ſuſpitionis cauſæ vltrà expreſſas à iure, illoq; perperam arbitrante appellationis remedium eſt obuium, quo loci vtiliter declarantur Pragmaticæ Regni excludentes appellationem à decretis ſuſpitionum, vt non procedant, quando de nullitate dicitur, vel in conſpicuo eſt notoria iniuſtitia nu.11.& 12.

Iudicis qualitas multùm præualet in admittenda,vel reijcienda ſuſpitione nu. 13.

Iudicis ſuſpitio conquieſcit, quando litigantes ſunt in pari gradu nu.15.

Iudex debet eſſe procliuis ad huiuſmodi recuſationem admittendam ex qualibet leui cauſa; ſed contrarium eſt ſtatuendum circa teſtium recuſationem nu.16.

Iudices quando ſunt in paritate votorum, ſententia pronuntiatur pro reo iuxta regulam text.in l.inter pares ff. de re iudi.quæ vtiliter declaratur deciſ.31.nu.7.& 8.

Iudex non poteſt condemnare ad fructus percipiendos poſt ſententiam, nec ad vſuras futuras:quia futuri temporis tractus ad eum non pertinet deciſ.32.nu.1.

Iudex in dubio cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio; ſecus ſi ſit in conſpicuo, iuriſdictionem non competere deciſ.33.nu.1.

Iudex particularis reſpectu rerum, vel certarum perſonarum, & in ſpetie ratione feudi, non poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio num.4.

Iudex ordinarius,& non Dominus feudi cognitionem habet, quando agitur remedio text.in l.ſi quis in tantam C.vnde vi ad recuperandam feudi poſſeſſionē,quod limitatur in feudo ligio nu. 16.

Iudex Curiæ cognoſcere debet de quacunque lite,& delicto ſuorum Curialium deciſ.36. n.5.

Iudici in ſententia aliquid aſſerenti conſiſtens in actis non creditur,ſi illa deficiant,nec illorum probetur amiſſio,maximè ſi negotium non ſit de antiquo deciſ.38.nu.27.

Vide in verb.comparatio literarum,Dominus, exequutio,gradus, peculatus,tutor in fine.

IVDITIVM.

Iuditiorum ordo ceſſat apud Principem deciſ. 33. num. 19.

IVRAMENTVM.

Iuramentum quamuis pro officio, aut feudo ſit infra certum tempus præſtandum, nihilominus cum minore diſpenſatum intelligitur vſque ad illius pubertatem deciſ.27. nu.15.

Iuramentum fidelitatis non præſtatur niſi Domino,& per illud probatur poſſeſſio deciſ. 38. nu.17.& 18.

I N D E X.

IVRISDICTIO.

Iuriſdictio an præſumatur teneri in feudum, vel allodium. Hæc quæſtio ob eius difficultatem multos contorſit Doctores, & inter alios Io. Ang. Piſanell. olim Aduocatus celebris, & magni nominis admodum dubiè pertranſiuit: at D. Author, qui magna rerum forenſium notitia, magno etiam iuditio, & ingenij acie præſtat, abſque hæſitatione in eam abyt ſententiã, vt iuriſdictio in dubio nõ præſumatur teneri in feudum nec à priuato, nec ab Eccleſia, & illam vltra authoritatem Hoſt. & aliorũ ſolidiſſimis præſidijs muniuit, atque obuallauit deciſ. 2. nu. 3. cum ſeqq.

Iuriſdictionem omnem reſidere in Principe, & ab eo tanquam à fonte fluere, & refluere, eſt iuris indubitati; poſſe etiam dari à lege, conſuetudine, & præſcriptione, pariter admittitur abſque controuerſia nu. 6. cum ſeq.

Iuriſdictio debet eſſe infeudata, & in feudum conceſſa, adhoc vt feudalis dicatur nu. 11.

Iuriſdictio in dubio intelligitur cohærere territorio: hinc conceſſo Caſtro præſumitur conceſſa iuriſdictio nu. 13.

Iuriſdictio ſecundum frequentiùs receptam ſententiam cohæret territorio paſſiuè, non autem formaliter, & actiuè nu. 16.

Iuriſdictio magni Admiratus qualis ſit, quantaue eius prerogatiua deciſ. 13. nu. 1. cõtrouerſia fuit, an præfatum Tribunal, eiuſq; Regij Miniſtri ſubiaceant iuriſdictioni Reg. Cam. In obiecta difficultate circunſcripta Proregis delegatione deciſio negatiua fuit prolata per Collat. Conſ. obuallata, & legibus, & rationibus, quæ referuntur nu. 2.

Iuriſdictionis turbatæ pœna quando infligenda, exponitur, cuius occaſione pariter referuntur verba Pragm. in tit. de iuriſd. inuic. nõ turb. ex qua eſt fundata practica procedendi per viam literarum hortatorialium inter iuriſdictiones differentes, & affertur quoque limitatio ad text. in l. ſi quis ex aliena ff. de iudic. nu. 6. cum ſeqq.

Iuriſdictio adimi poteſt propter nimiam crudelitatem, & in ſpetie Doctores id tradunt in Marchione, & Duce deciſ. 16. nu. 34.

Iuriſdictio quamuis ſit generaliter, & amplè conceſſa, nihilominus non veniunt, quæ ſunt de ſupremo dominio deciſ. 26 nu. 8.

Iuriſdictionis conceſſio generalis nequaquam excludit iuriſdictionem Superioris vniuerſalem, niſi hoc ſit ſpecificè diſpoſitum nu. 9.

Iuriſdictio ſuprema nunquam intelligitur à Principe abdicata nu. 10.

Iuriſdictio in dubio conceſſa intelligitur cumulatiuè nu. 18.

riſdictio per Pragm. incip. volumus etiam, vt IuBarones in tit. de Baron. eſt priuatiuè conceſſa reſpectu ſyndicatus Officialium Baronum, nu. 20.

Iuriſdictio in feudis ſemper intelligitur priuatiuè, & non cumulatiuè conceſſa deciſ. 33. num. 7.

Iuriſdictio ſi aliàs alteri competat, non tollitur ex receptione in protectionem nu. 9.

Iuriſdictio Magnæ Curiæ non derogat ſpetiali alteri competenti deciſ. 36. nu. 13.

Vide in verb. appellatio, aſſenſus, Caſtrum, Dominus, Princeps, regalia, Regens, ſcholaris, Sac. Conſ. ſententia in fin.

IVS HABENS CAVS. DISCON.

Iura habentia cauſam diſcontinuam, quæ rarò contingit, nequaquam exigunt actuum pluralitatem ad reddendum quem potiorem in manutentionis iuditio; ſed vnicus ſufficit actus licet longo tempore retro; in his tamen, quæ fieri non poſſunt per modum facultatis deciſ. 18. num. 10. Hinc in eligendo ſemel interueniens acquirit quaſi poſſeſſionem elıgendi, idq; fusè comprobatur, & hoc idem repetitum intelligas in iure præſentandi; ſed declara, vt id non obtineat in petitorio vt nu. 11.

Vide in verb. actus paulò ante fin.

IVS PROTHOMISEOS.

Ius prothomiſeos, quod in feudis locum habere eſt iuris ſatis aperti, an competat tàm alienantis filio, quàm agnato proximiori, & num obtineat non minus in feudo hæreditario, quàm ex pacto, & prouidentia. In vtroque capite ſat controuerſo doctiſſimus D. Rouitus nouiſſimè ob eximias, & ſingulares eius virtutes à Sac. Maieſt. in Conſiliariorum numerum cooptatus accuratè expenſis legum ſanctionibus, & Doctorum traditionibus affirmãtium partes tuetur, atque ſuſtinet, eaſq; remotis cõtrarijs firmiſſimo legum, & rationum præſidio, ac frequentioribus Scribentium placitis fouet, & confirmat, atque ampliat etiam ſi alienatio fiat in agnatum remotiorem, dummodò ius retractus exerceatur infra annum, & pretio refuſo: verùm limitat, vt non procedat in feudo ex pacto, & prouidentia nouo, nec hæreditario pariter nouo, cum in his ceſſet ratio honeſtatis conſiſtentis in eo, ne bona quæ fuerunt maiorum noſtrorum, ad alienas manus, quàm proximiorum perueniant, ſuper qua fundatum eſt hoc ius prælationis, coanguſtat etiam eandem concluſionem, niſi ſimus in feudo omnino hæreditario, vel in re particulari feudi, iure hæreditario conceſſa: quia cum iſta reputentur, & iudicentur vti allodia, regulabuntur à diſpoſitione l. dudum C. de contrah. empt. nu. 1. cum ſeqq. fol. 72.

Ius prothomiſeos ex mero iure habebat locum in omnibus bonis nu. 68. fol. 78.

Ius prothomiſeos per diſpoſitionem legis dudum

C. de contrab.empt. fuit ſublatum quò ad neceſſitatem illam, quam habebat venditor inuitus vendendi rem alteri retrahenti; ſed lex illa nequaquam feudalia deuincit; & ſic quò ad ea ius retractus permanet incorrectum num.69. eum ſeqq.

Vide in verb. agnatus, feudatarius poſt med. filius, prælatio, reuocatio.

L

LAESAE MAIESTATIS CRIMEN.

Læſæ maieſtatis ſcelus nequaquam committi poteſt à non ſubdito, quamuis ab eodem feloniæ facinus admittatur reſpectu feudi deciſ.19.nu.6.

Læſę maieſtatis crimine nequaquam plectitur, qui ſecundariò regiam lædit maieſtatem deciſ.22.nu.9.

Læſa maieſtatis crimen ſemper patratur, quando directè in Dominum flagitium committitur num.11. Cæterum impropriè delictum dicetur, quando non offenditur directò nume.14.

Læſæ maieſtatis ſcelus inſurgit ex priuati carceris delicto nu.12.

Læſa maieſtatis crimen plura continet capita, & ſic ſecundum diuerſitatem capitum varia pœnarum genera ſunt præſcripta ex eodem etiam delicto profluentia nu.13.

Vide in verb. Clericus paulò ante fin. confiſcatio, Iudex, Papa, rebellis, receptator.

LEGATVS.

Legati omnia damna paſſa pro hoc munere explendo repetere poſſunt, quando legationem non procurauerunt, nec culpa illis aſcribi poteſt, idque optimè ſtabilitur, atque confirmatur deciſ.17.nu.6.

LEGITIMATIO.

Vide in verb. filius.

LEX.

Lex non fingit ſuper impoſſibili, ſed requirit concurſum extremorum à quo, & ad quod deciſ.4 nu.25.

Legis prouiſio non ceſſat propter hominis prouiſionem, quando hæc non eſt illa pinguior nu. 40. De eadem re regula affirmatiua ponitur deciſ.24.nu.3. ſed fusè, & vtiliter declaratur nu.23.

Lex iulia de reſiduis quando locum habeat, eiusue pœna quomodo diſtinguatur ab illa legis iulia peculatus deciſ.7. nu.2.3.4. & 30.

Legis iuliæ repetundarum pœna non eſt reſtricta per Conſtit. Capit aut Pragm. Regni deciſ.16.nu.10.

Legis iuliæ repetundarum pœna quæ ſit, declaratur nu.22.

Lex iulia repetundarum hoc habet ſpetiale, vt in illam delinquens poſſit ſimul, & ſemel puri pœna pecuniaria, & corporis afflictiua, nu.23.

lex inter paret ſ. de re iudic. declarat dec. 31 n. 7. 8. fol. 182.

LITERARVM COMPARATIO.

Vide in verb. comparatio literarum.

LITIGANS.

Litigantes interdum poſſunt cogi ad faciendum compromiſſum deciſ.31.nu.21.

Vide in verb. Iudex.

LOCATIO, ET CONDVCTIO.

Locationis, & conductionis contractus eius eſt natura, vt neminem aſtringat de caſu fortuito, niſi culpa præcedat caſum deciſ.17. num.1.

Locator ſi promittat conductionem mercium, quibus conſignatis fieri debeat mercedis ſolutio, non ſufficit illi oneraſſe, nec conduxiſſe, ſi ante conſignationem nauis deperdita fuerit, qua de re ſubijcitur notabilis diſtinctio inter contractus neceſſarios, & voluntarios num.4. & 5.

Locatio officij per renuntiationem factam in manus Regis vtique reſoluitur deciſ.28. nume.2.

Locatio in materia beneficiali ſicut reſoluitur per Prælati mortem, ſic per renuntiationem, ſeù reſignationem in ſuperioris manus factas, & ratio adnectitur nu.3.

Locatoris maioratus hæredes ad nihilum tenentur conductori, quando per poſſeſſoris obitum maioratus locatio extinguitur nu.10.

Locatio longæua importat alienationem, per quã conſtituitur ius in re nu.24. & hæc eſt ratio, cur res eccleſiaſtica, vel feudales non poſſint locari ad longum tempus nu.26. & 27.

Locationi ad longum tempus pactum adiectum, vt non transferatur dominium, nec ius in re aliquod conſtituatur, hoc cultu alienationem excludit, & ita limitatur communis regula nu.42.

Locatio ſi vltra triennium ſit interdicta, non poterit fieri, vt finito vno triennio ex nunc intelligatur facta relocatio pro altero triennio nu.43.

Locationi ſtare non tenetur ſingularis ſucceſſor nu.49.

Vide in verb. alienatio, merces, nauis.

LONGVM TEMPVS.

Vide in verb. annus.

LVCRVM.

Lucra dotium, & donationum propter nuptias à iure inducta ex cauſa repudij, & diuortij hodie ſunt abrogata, ex quo ſublata ſunt repudia, & diuortia deciſ.24.nu.4. Id tamen ingenioſè, & vtiliter declaratur nu. 21.

Lucra dotis, & donationis propter nuptias ſub ea deferuntur conditione, ſi culpa lucrari ſatagentis matrimonium non ſit diſſolutum, cuius occaſione adducitur, & commendatur gloſ-

in auth. donationem quoque C. de iur. ... t. nu. 15. & 16.

Lucrum, quod vxor, vel maritus acquirunt ex cauſa adulterij, vel alterius ſceleris, non fluit ex pacto; ſed venit in pœnam delicti, & ſic pactum non operatur; ſed extra illud debetur ex cauſa de nouo ſuperueniente num. 22.

Vide in verb. maritus, pactum.

M

MANDATVM.

Mandatum dediſſe quis non preſumitur de eo, quod non poterat. non debebat, & erat contra ius deciſ. 39 nu. 16.

Mandatum generaliſſimum etiam cum libera non includit facultatem donandi; ſed ad hunc actum requiritur ſpetiale nu. 22.

Vide in verb. procurator in fin.

MANVTENTIO.

Manuteneri debet priuilegium oſtendens, & poſſeſſionem allegans, niſi alius poſſeſſor exiſtat, qui maximè ius commune habeat pro ſe, & ita limitatur text. in cap. cum perſonæ de priuil. in ſexto deciſ. 36. nu. 17.

Vide in verb. actus paulò ante fin. ius habens cauſ. diſc. poſſeſſio, poſſeſſor in fin. priuilegium in princ. ſententia in 2. ſum mar. vaſſallus paulò ante fin.

MARITVS.

Maritus conſtante matrimonio rei dotalis eſt Dominus deciſ. 19 nu. 1. ſed id eſt intelligendum ex iuris ſubtilitate: naturaliter enim mulier eſt Domina, & hac de re competit eidem rei vendicatio, & abſque alia retraditione matrimonio diſſoluto in eam dominium retransfertur nu. 11. 12. & 13.

Marito ad inopiam vergente, vel ſubſtantia ſua abuti incipiente, vel delinquente, & contumace dabitur vxori rei vendicatio rerum dotalium, vel ſaltim aſſecuratio; & hac de re viri bonis publicè proſcriptis non veniunt dotalia, cuius occaſione infertur ad correctionem text. in l. 1. ff. de fund. dot. factam per leg. Cod. nu. 19. & 20.

Maritus vxori vitam adimens, dotis lucro ſe facit alienum, quinimò hoc euentu ſolutioni donationis propter nuptias manet deuinctus eodem modo, ac ſi vxor viro ſuperſtes lucrata illam fuiſſet, & ita deciſum. Idq; protenditur ad virum necem machinantem, vel inſidias tendentem vitæ vxoris, cuius reſpectu traditur text. in l. ſi ab hoſtibus § ſi vir ff. ſol. matrim. habere locum etiam in donatione propter nuptias deciſ. 24. nu. 1. 7. & 8. cum ſeq.

Maritus ſi peſtis tempore aufugerit derelicta vxore infirma, illiq; de alimentis, & medicinis neceſſarijs prouiſione non facta, vel ſi ſanam ſecum non duxerit, lucri dotis, ac donationis propter nuptias faciet iacturam nume. 10.

Mariti ſæuitia, vel cedentis virgis vxorem, vel alia enormia in eam peccantis, thori ſeparationem, dotis reſtitutionem, & antefati lucrum inducit, atque cauſatur nu. 12.

Maritus ſi coniugi falsò adulterium imponat, donationis propter nuptias iacturam contrahit nu. 13.

Maritus reſpectu lucri dotalis dicitur habere cauſam oneroſam, prout vxor reſpectu antefati, & ratio affertur nu. 20.

Vide in verb lucrum, pactum, vxor.

MATER.

Mater non potiſt dici tutrix conſtituta ex eo, quod maritus pietatis fiducia ſibi commiſerit negotia filiorum, ſecus ſi perſonas illorum, idque fusè exornatur deciſ. 20. nu. 11. cum ſeqq.

Mater, & ſi ſit filij debitrix, nihilominus lex non parum de ea confidens, ipſam ad tutelam admittit; quod non obtinet in extraneo nume. 24.

Mater ſi ſit perſona honeſta, & nulla adſit ſuſpitio, & maximè ſi filio ſuccedere minimè poſſit, ad tutelam admittitur, & penes ipſam eſt filius educandus, quamuis ad ſecunda tranſierit vota, cuius occaſione declaratur text. in l. 1. C. vbi pup. educ. deb. vt obtineat in dubio nu. 25.

Vide in verb. feudatarius paulò ante fin.

MELIORAMENTA.

Melioramenta licet non deuinciant feudum hyppothecæ nexu, nihilominus pro eis conceditur retentio aduerſus Dominum deciſ. 4. num. 33.

Vide in verb. expenſa.

MERCATOR.

Mercator tranſiens per locum cum mercibus partim exemptis, & partim ſubiectis, & ſciēs pedagium non ſoluit, omnes intercipiuntur, et fiſci emolumentis cedunt deciſ. 29. nu. 2.

MERCES.

Merces promiſſa ratione conductionis non debetur, ſi nauis conducta fuerit deperdita, imò ſoluta repetitur, niſi conductoris culpa obſiſtat deciſ. 17. nu. 3.

MERVM IMPERIVM.

Merum imperium vendito Caſtro tranſit cum vniuerſitate abſque alia expreſſione inſtar iurispatronatus, & hæc eſt frequentiùs recepta ſententia deciſ. 2. nu. 15. & 17.

Merum imperium in generali Caſtri conceſſione non veniebat de iure Regni refragante Conſtit. ea, quæ ad decus; ſed poſtquam hodie ſolitum eſt concedi, venit, prout de iure communi nu. 18.

Vide

Digitized by Google

Vide in verb Caſtrum, Princeps.

MILES.

Miles in negotÿs militiam concernentibus eſt Doctori præferendus, & è contra Doctor in doctoralibus deciſ.8.nu.17.

Milites, & alÿ ſtipendiati voluntariè ad bellum accedentes, ſi in bello fuerint capti, vel alia damna paſſi fuerint, nullam exercere poſſunt actionem aduerſus Dominum ad intereſſe, ſecus ſi coactè deciſ.17.nu.6.

Vide in verb. bona.

MILITIA.

Vide in verb. feudum.

MINISTER.

Miniſtri pecuniarÿ ex ſtylo Reg. Cameræ per introitum ſuperantem exitum conſueuerunt ſignificari, & condemnari ad quantitates exactas vnà cum intereſſe, deciſ.7.num.1. & 8.

Vide in verb. Præſes.

MINOR.

Minoris bona acquirenda poſſe ſub hyppothecæ vinculis deduci abſque decreto eſt frequentioribus Doctorum placitis receptum deciſ.4. num.46.

Minor non ſolet reſtitui, niſi fuerit enormiter læſus nu.61. fol.78.

Minor dicitur inhabilis, & incapax officÿ, maximè adminiſtrationem requirentis deciſ.27. num.2.

Minor ſuccedit in dignitate cum adminiſtratione, quæ iure hæreditario defertur; ſed illa durante minori ætate per perſonas idoneas exercetur, & hoc idem obtinet in beneficÿ collatione, quando eſt cum minore diſpenſatum num.13. Et ad doctrinam Alber. in l. adeò ff. pro ſoc. quæ refragari videtur, communis, & legitima affertur declaratio nu.19.

Vide in verb. alienatio, hæres, honeſtas, iuramentum, Princeps circa med.

MORA.

Moræ purgatio vtique admittitur, quando diei conuentionali non eſt adiecta pœna, item quando ſtipulatoris non intereſt, nec ius illius eſt redditum deterius deciſ.1.nu.2.

Moræ purgationi fauet iuris regula nu.3.

Moræ purgatio nequaquam iuuat principalem obligatum quando adeſt dies, & pœna; at id non obtinet in hærede, qui habet reſtitutionis beneficium ex capite ignorantiæ nu.5.

Moræ purgatio ob non petitam inueſtituram infra annum, & diem ſaltem de æquitate admittitur, non obſtante, quod in dicto termino adſit pœna legalis, idque validius obtinet in feudo eccleſiaſtico, & re integra nu.13.

Mora purgatio ſanè admittitur in termino ab homine præſcripto nu.15.

Moræ purgationem vniuerſalis conſuetudo fouet, non exiſtente partis intereſſe, & ſemotis contemptu, aut perfidia nu.17.

Vide in verb conductor, poſſeſſor.

MORS.

Mors ſi ex natura debito, & non facto tertÿ eueniat inter caſus fortuitos adnumeratur. Hac de re extollitur doctrina Bald. in l.1. C. de inſtit. & ſubſtit. deciſ.24.nu.18. cum ſeq.

Vide in verb. locatio.

MVTVVM.

Mutuans ad rei refectionem, vel ad emptionem faciendam cum ſpetiali hyppotheca præfertur omnibus anterioribus creditoribus, hac de re declaratur text. in §. his conſequens in auth. de æqualit. dot. deciſ.34.num.3.4. & 6. Nec iſta prælatio ex ſpetiali fluit priuilegio; ſed à iure communi, prout optima ratione demonſtratur nu.8.

Mutuans pecuniam ad rei emptionem ſub ſpetialis hyppothecæ vinculis dicitur creditor debitoris, pariterq; emptoris, anterior omnibus alÿs creditoribus licet antiquioribus nume.44.

N

NAVFRAGIVM.

Vide in verb. bona, fiſcus.

NAVIS.

N*Aues poſſunt capi etiam Dominis contradicentibus pro conductione annonæ Ciuitatis, vel pro ſeruitio Regiæ Curiæ, quo caſu omnia damna Dominis, ſunt reficienda, cuius occaſione explicatur, vnde fluxerit praxis guidaticorum, vt nec naues, nec nauicularÿ poſſint moleſtari, necnon illa reſponſalium, & inſuper qua pœna ſint plectendi nauicularÿ oneratas ſpecies diſtrahentes, quibus ordine non incongruo annectitur, quando incipere debeat nauigationis tempus, & quando illud finire deciſ.17.nu 7. cum ſeqq.*

Vide in verb. locatio, merces.

NEGATIVA.

Negatiua ſi ponatur ante verbum poteſt eſt potentia excluſiua deciſ.28.nu.32.

NVLLITAS.

Vide in verb. actus, exequutio, ſententia in fine.

O

OLBIGATIO.

O*Bligatio pro ſorte in dubio cenſetur facta etiam pro vſuris deciſ.34. nu.46.*

OBREPTIO.

Obreptio vitiat gratiam deciſ.27.nu.3.

OFFERENS.

Vide in verb. Conſtitutio conſtitutionem.

OFFICIALIS.

Officialis non eſt ab officio ſuſpendendus indiſtinctè, & in omnibus caſibus; ſed in illis tantùm, in quibus pœna delicti priuationem irroga-

I N D E X.

rogaret deciſ.7.nu.7.

Officialis ab officio ſuſpendendus eſt, quando ex informatione conſtat aliquid ſubſtantiale; non autem ex ſolo delicti titulo nu.10.

Officialis quando eſt bonæ famæ, debet de delicto conuinci adhoc, vt in eum animaduerti poſſit num.11.

Officialis officium tenens ex cauſa oneroſa non amittit illud ex eiſdem cauſis, ex quibus perderet, ſi gratioſè illi fuiſſet conceſſum nume. 12.

Officialibus fiſcalem pecuniam detinentibus, vel quoquo modo ſubtrahentibus pęna à iure pręſcriptæ quando locum habeant nu. 13.

Officialis dum de grauibus delictis inquiritur, duo fiunt iuditia, vnum ſummarium ad finem ſuſpendendi, in quo ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones; ſed non omnes, vt declaratur: alterum plenarium ad finem condemnandi, in quo plena requiritur probatio deciſ 7.nu.15.& deciſ.25.nu.12.

Officialis in officio immania patrans ſcelera, eſt eo priuandus dec.7.nu.17.

Officialis fiſcalem pecuniam mutuando, vel in proprios vſus conuertendo qua pœna veniat plectendus, diligenter exponitur, cuius occaſione enodatur differentia inter tit. de his, qui ex publ.rat.& tit.de his, qui ex publ. collat.nu.18.& 19.

Officialis fiſcali pecunia abutendo ſpretis ordinibus, ſtatim conſtituitur in dolo præſumpto, & in mala fide nu. 20.

Officialis regio nomine ex munere ſibi iniuncto fiſcalem exigens pecuniam, illius dominium fiſco acquirit nu.21.

Officialis publicus ex ſua adminiſtratione aliquid acquirens, ei quærere intelligitur, cuius nomine gerit officiũ. hinc publica abutens pecunia, quam vt Officialis exegit, furti actione tenetur, cuius occaſione nonnulla iura, & Doctorum traditiones expenduntur, & declarantur nu. 22.

Officialis publicam pecuniam in proprios vſus conuertens, vel ſubtrahens, vel alio modo de ea diſponens cur capitis pœna plectatur? adducitur hac de re Odoffr. ſententia in l fin. C. de his, qui ex publ.rat. & laudatur num. 23. Hinc affertur intellectus ad capit. Reg vulgaris famæ proloquium, necnon ad iura loquentia de quadruplo, vt procedant, quando ciuiliter agitur, necnon declaratur conſ. Aymon.6.in quo caſu procedere poſſit nu.31. 32. & 33.

Officiales plures in officio ſubordinati doli, & fraudis participes, omnes tenentur inſolidum; veruntamen in exequutione habet locum diuiſionis remedium inter eos, qui ſunt ſoluendo deciſ. 10.nu. 3.

Officialis in officio delinquens qua coerceatur pœna ſecundum ius commune, quave conſtringatur ſecundum Conſtitutiones, & Capitula Regni, cuius occaſione explicatur, quã do pœna legis nouæ tollat pœnam legis veteris, & affertur germanus intellectus ad text. in capit. Regni vulgaris famæ proloquium, quod ex communi vſu receptum eſt obſeruari in perpetuum, eiusq; praxis pariter recenſetur deciſ.16.nu.1.cum ſeqq.

Officialis in officio delinquens, vt condemnari poſſit, plenam ſanè probationem exigunt tàm Romanorum leges, quàm Regni Conſtitutiones, & licet Capitulum Regni vulgaris famę proloquium ex leuioribus probationibus pœnam irroget; illud tamen eſt intelligendum, quando ciuiliter agitur ad pęnam pecuniariam, non autem corporalem nu.5.

Officialis delinquendo quandoq; condemnatur ad pęnam pecuniariam, interdum ad corporalem, & aliquando ad vtranque, hæcq; praxis deſumpta fuit ex Pragmaticis Regni, quę recenſentur nu.7.cum ſeqq.

Officialis inquiſitus de delictis priuationem inferentibus, quibus ex cauſis poſſit inquiſitione pendente ab officio ſuſpendi deciſ. 25. nume. 1.

Officiali vt poſſit lite pendente interdici adminiſtratio delicta debent eſſe in officio, & non extra patrata nu.5.

Officialis in caſibus, in quibus ab officio lite pendente poteſt ſuſpendi, debet audiri, aliàs nullo pacto procederet ſuſpenſio nu. 7.

Officialis lite pendente ab officio ſuſpenſus, & demum per ſententiam ad illud reſtitutus, num recuperet fructus medij temporis? Dubitatio iſta, quæ iuris interpretibus exorta eſt, ex D. Authoris ſententia ſequenti diſtinctione ſubmouetur, aut quis reſtituitur ex gratia, & fructus non debentur, aut ex iuſtitia, & tunc ſecus: eſt benè verùm hoc ſecundo caſu requiri, vt in reſtitutionis ſententia ſit hoc expreſſè dictum, & ratio affertur nu.8.9. & 10. Cæterum iſthæc diſtinctio iuſtitiæ, vel iniuſtitiæ ceſſat, quando ratione ſuſpenſionis oportuit alium in officio ſubſtituere, ne regium ſeruitium detrimentum patiatur; tunc enim de emolumentorum reſtitutione non eſt tractandum; quia non debet quis proprijs militare ſtipendijs, & hæc eſt vera ſententia, vt diſtinctio reſtitutionis emolumentorum procedat reſpectu aliorum fructuum, quàm deputatorum prò labore, & ſeruitio perſonali, quod fusè exornatur, & deciſiones aliàs factæ recenſentur nu.13.cum ſeqq.

Officiales iuſtitiam adminiſtrantes de iure communi poſt depoſitam adminiſtrationem ſyndicatui ſtare debent; ſed in Officialibus Regum,

gum, & Principum eſt ſpetiale, vt poſſint ſyndicari quandocunque etiam non expleto adminiſtrationis tempore. Et in Regno circa Officialium ſyndicatum adſunt Conſtitutiones, Capitula, & Pragmaticæ particulares, quæ declarantur, & de iure communi poterat etiam procedi per inquiſitionem: quia vicem accuſationis obtinet, & Capit. Reg. incip. item ſtatuimus, quod Iuſtitiarij, reſeruat vltra ſyndicatum, vt Regia Curia poſſit quandocunque per inquiſitionem procedere, quod fundatur habere locum etiam poſt Syndicatorum ſententiam, & ita in Collaterali Conſilio deciſum aduerſus Auditores Prouinciarum, vt non obſtante ſyndicatu dato, & liberatione obtempta poſſint iterum ex mandato Proregis inquiri, & hoc eſt ſtatutum pro lege ſeruari deciſ. 16. nu. 1. cum pluribus ſeqq. iuncto nu. 22.

Officialis in officio delinquens iniuriã facit particularibus perſonis, & Ciuitati, vel Prouinciæ, quas adminiſtrat nu. 7.

Officialis in ſyndicatu abſolutus non poteſt iterum ad alterius querelam conueniri in eius Patria iuxta Paridis de Put. ſententiam, quæ benè declaratur, vbi pariter limitãtur in Regno iura diſponentia, vt ſemel accuſatus, condemnatus, vel abſolutus non poſſit iterum inquiri, vel accuſari, vltra plures limitationes à Doctoribus traditas in terminis dictorum iurium, quo loci quoque limitatur in Regno traditio Iul. Clar. in queſt. 55 & etiam Pragmatica incip. Regiæ dignitati diligenter expenditur, & declaratur num. 15. 16. & 17.

Officialis ſucceſſor an hodie ſtante Pragmatica diſpoſitione poſſit interuenire cum Syndicatoribus nu. 19.

Officialis non poteſt ex Regis, vel Proregis mandato iterum inquiri, quando Syndicatores proceſſerunt per viam inquiſitionis, niſi de diſſimulatione conſtaret, vel colluſione, nume. 21.

Officiales conueniuntur coram Iudice, ſub quo militant, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, loquendo tamen de maioribus Iudicibus; ſecus autem de minoribus iuriſdictione carentibus deciſ. 36. nu. 8.

Officiales actu ſeruientes non debent trahi extra ſua Tribunalia, ita diſponente Capit. Regis Catholici, idq; deciſum nu. 11.

Vide in verb. dignitas, miniſter, peculatus, ſuſpenſio, teſtis, theſaurarius.

OFFICIVM.

Officium emptum eſt obnoxium amiſſionis periculo ex mala adminiſtratione, prout cætera alia officia gratioſè conceſſa deciſ. 7. nume. 34.

Officia de ſui natura hodie ſunt effecta vendibilia nu. 38.

Officia habentia annexam iuriſdictionem regulariter vendi prohibentur ab inferioribus à Principe; ſecus verò conſiſtentia in nudo miniſterio, & exercitio certæ negotiationis, idq; fusè optimis fundamentis ſtabilitur, iuribus declaratis, atque diſtinctis deciſ. 16. nu. 26. & deciſ. 37. nu. 13. & 14.

Officia Scriptoriæ, regiſtri bullarum, portarum, barattariæ, cuſtodiæ carcerum, & ſimilia emuntur, & venduntur deciſ. 16. num. 32. & deciſ. 37. nu. 17.

Officij emolumentis gaudere debet laborem, & operam præſtans, non ſecus, ac ſi emiſſet, & pretium ſoluiſſet, cuius loco ſuccedit ſeruitiũ perſonale deciſ. 25. nu. 22.

Officia inreuocabiliter acquiruntur ex titulo, & acceptatione, quamuis exercitium quoque conſideretur in illis deciſ. 27. num. 16. & 17.

Officij conceſſio eſt vſquequaque nulla, ſi vacationis cauſa ſit falſa nu. 20.

Officia beneficiorum inſtar non admittunt renuntiationem, ſeù reſignationem, niſi in manu Superioris: ex quo de eorum natura non datur ipſorum commercium, deciſ. 28. nume. 1.

Officij non datur dominium; ſed omne remanet penes Regem; ſed transfertur dumtaxat quidam titulus ad finem vtendi, adminiſtrandi, & exercendi. Hinc rectè dicitur ſtrictiùs procedi in officijs, quàm in feudis, nume. 6. & 7.

Officio, ſeù feudo in Regem tranſlatis non per viam refutationis, aut alio modo importante conceſſionis reſolutionem virtute primæ conceſſionis; ſed ex nouo contractu, vtpotè donationis, venditionis, & huius generis; tali euentu contractus intermedij, & onera impoſita neutiquam reſoluuntur nu. 8.

Officium conceſſum intelligitur iuxta ipſius propriam naturam, quæ in expreſſis tantum alteratur nu. 9.

Officia tanquam de regalibus non poſſunt alienari, nec obligari abſque Regis beneplacito deciſ. 28. nu. 28. & deciſ. 34. nu. 16.

Officia ſubſunt ſanctioni Conſtitut. Reg. conſtitutionem diuæ memoriæ deciſ. 28. num. 29. & deciſ. 34. nu. 18.

in Officijs intelligitur electa perſonæ induſtria, & ibi de ratione deciſ. 28. nu. 45. & 47.

Officia non tranſitoria ad hæredes, nec conceſſa cum vendendi facultate, nullo ſanè pacto poſſe de iure communi ſub hyppothecæ vinculis deduci abſque Domini aſſenſu, manifeſtiſſimo iure confirmat D. Authoṛ (cuius rarum, ac ſublime inditium neque fallere, neque falli ſolet,

ſolet) ingenioſè ad id inducendo text. in §. optimum in auth. de exhib. reis, & in l fin. C. de pignor. declarando pariter text. in l. omnimodo §. imputari C. de inoff. teſtam. & in l. apud Iulianum §. conſtat de leg. 1. vnà cum traditione Bart. in l. ſi is, qui §. fin. de pign. Ardiz. in tit. vtrum etiam pign. oblig. in feud. prohib. & Camer. in cap. imperialem fol. 12. & iuxta hanc opinionem plures ſunt prolatę deciſiones, quæ recenſentur nu. 56. cum ſeqq.

Officium Silentiariorum quale, quiue ſint iſti deciſ. 36. nu. 6.

Officia non habentia certas leges, & inſtructiones conceſſa intelliguntur ſecundum quod cõſueta fuerunt exerceri, quo loci pariter traditur quomodo intelligatur conſuetudo in materia officij, & an requiratur, vt ſit præſcripta deciſ. 37. nu. 2. 3. 4. & 6.

Officio conceſſo cum ſalario conſueto, ſeù ſolito intelligitur de eo, quod habuit immediatus anteceſſor nu. 5. & 7.

Officium, quod quis per ſe exercere non poteſt, vel ſaltim honeſtè, poteſt per ſubſtitutum adminiſtrari nu. 19.

Officia conſiſtentia in nudo miniſterio licitè vendi poſſunt, maximè ſtante conſuetudine, & hanc ſententiam admittit, & fouet communis Theologorum ſchola nu. 21.

Officia emolumentis carentia ſi neceſſariò concedenda ſint, gratis dari debent, ſecus ſi habeant emolumenta, & concedens non ſit aſtrictus alteri conferre nu 22.

Vide in verb. argumentum in fin. aſſenſus in antepenult. ſumm. Caſtrum paulò ante fin. feudum, iuramentum, locatio, minor, Officialis, Princeps, regalia in fin. reſignatio, ſalarium, ſuſpenſio.

OPERA.

Operæ obſequiales perſonæ Domini, vel patroni cohærentes, non poſſunt in alios transferri deciſ. 15. nu. 10.

OPPOSITIO DE IVRE TERTII.

Oppoſitio de iure tertij non iuuat, niſi ſit penitus excluſiuum iuris agentis, ſiue tertius velit, ſiue nolit deciſ. 39. nu. 26.

P

PACTVM.

PActa omnia circa lucrum dotis reſpectu mariti intelligi repetita etiam reſpectu vxoris circa donationem propter nuptias eſt frequens Doctorum axioma, quod vtiliter declaratur deciſ. 24. nu. 26.

PAPA.

Papa, & Rex aliquem explicantes actum, cenſentur velle, vt ille valeat omni modo meliori, quo valere poteſt, licet non ſubſiſtat, prout agitur deciſ. 4. nu. 38.

Papa poteſt abſque alia degradatione attenta facti qualitate remittere Clericum de læſæ maieſtatis crimine inquiſitum Principi ſæculari deciſ. 9. nu. 9.

Papa poteſt ſe mouere ad concedendum motu proprio, etiam ſi præceſſerit partis inſtantia deciſ. 38. nu. 48.

Vide in verb. immunitas in 2. ſumm.

PARLAMENTVM.

Vide in verb. Ciuitas, Procurator, Regens, Syndicus.

PAROCHIA.

Vide in verb. Domus, Eccleſia.

PATER.

Patre diuortio cauſam præbente, filij erunt educandi penes matrem patris impenſis deciſ. 20. nu. 26.

Pater ſi ſit minus idoneus, & mater opibus affluat, filiorum educatio matri eſt cõmittenda, etiam ſi diuortio cauſam præſtiterit nu. 27.

PATRONVS.

Patrono competit ius reuocandi prædium à liberto diſtractum omni fraude circumſcripta, ſi in eo ipſe educatus ſit, vel parentes ſepulti nu. 64. fol. 78.

PECVLATVS CRIMEN.

Peculatus pœnæ per Romanorum leges, & Regni Conſtitutiones præſcriptæ an ſint abrogatæ per Capit. Reg incip. vulgaris famę proloquium deciſ. 7. nu. 6. & 31.

Peculatus pœna vt infligi poſſit, dolus malus deſideratur nu. 9.

Peculatus, necnon de reſiduis pœnæ inductę per iura digeſtorũ an ſint abrogatæ per iura Codicis; expenditur hac de re tex. in l. vnic. C. de crim. pecul. & gloſ. ibi ſubuertitur ex inductione facta per D. Authorem de §. item lex iulia inſtit. de pub. iudic. adducitur quoque ſententia Io. Fab. in d. §. item lex iulia, & laudatur nu. 25. cum ſeqq.

Peculatus pœna, qua Iudices conſtringit, eadem cæteros tenet Officiales nu. 28.

PECVNIA.

Pecunia data in emptione rei abſque ſpetiali hypotheca, non producit illius obligationem deciſ. 34. nu. 5.

PLATEA.

Vide in verb. Ciuitas, dignitas paulò ante fin. Syndicus poſt med.

PORTERIVS SAC. CONSILII.

Vide in verb. Curialis, forus.

POSSESSIO.

Poſſeſſio declarat priuilegium deciſ. 5. nu. 12.

Poſſeſſio dicitur momentanea vbicunque notoriè conſtat de proprietatis defectu. Hac de re notorietas in exequutione præualet etiam ſi in pronuntiatione ſit præmittenda poſſeſſio deciſ. 18. nu. 6.

Poſſeſſio in incorporalibus retinetur per vltimum

Digitized by Google

mum actum, qui in hac materia attenditur num.7.

Poſſeſſio diutina, quæ aliàs ſufficit ad manutenēdum, nequaquam iuuat, vbi in promptu conſtat de notorio proprietatis iure nu. 16.

Poſſeſſionis incolorata, & intruſi in officio mentio non eſt facienda in precibus Principi porrigendis, cuius occaſione diligenter expenditur, & declaratur diſpoſitio text. in cap. cum noſtris de conceſſ. præbend. deciſ.27. num.4.5. & 7.

Poſſeſſio de præterito infert ad poſſeſſionem de præſenti, & non è conuerſo iuxta iuris regulam, quæ declaratur deciſ.38. nu.10.

Poſſeſſio immemorabilis quo pacto diſtinguatur à centenaria nu.12.

Poſſeſſio probatur denominatione nu. 19.

Poſſeſſionis cauſa vtique mutari poteſt ex cauſa de nouo ſuperueniente nu.23.

Poſſeſſio immemorabilis priuilegij vicem obtinet nu.41.

Poſſideri vtique poteſt res ex pluribus cauſis deciſ.39.nu.35.

Poſſidere, & eſſe in poſſeſſione ſunt inter ſe admodum diuerſa deciſ.40. nu.1. & 2.

Poſſeſſorium ſummariſſimum illius eſt naturæ, vt in eo minimè admittatur diſcuſſio meritorum cauſæ: quia factum, & non ius notatur, niſi qualitas rei repugnaret nu. 3.

Poſſeſſio, prout dominium poteſt ſub conditione transferri nu.4.

Poſſeſſio ſolo animo amittitur. Hinc ſi quis nulliter ſe conſtituat poſſidere, perdit poſſeſſionem, quamuis alius eam non nanciſcatur nume. 35.

Poſſeſſorium ſummariſſimum reſpicit ſtatum rei tempore litis motæ, eapropter in hoc iuditio minimè transfertur, nec aliqua confirmatur poſſeſſio; ſed ſtatus, prout de facto reperitur, ita quod omnis iuſtitia poſſeſſionis reſeruatur in iuditio ordinario poſſeſſorio, quæ omnia fusè declarantur nu.37.

Poſſeſſionis vacantis licitus eſt ingreſſus, & occupatio cuilibet ſe Dominum contendenti etiam manu armata. Hinc ſi duo conflictenter, primus, qui occupauit, in ea defendi debet interim lite pendente nu.38.

Poſſeſſio ciuilis nequaquam deſeruit aduerſus habentem naturalem nu.39.

Poſſeſſio probatur per inſtrumentum capturæ, nu.40.

Poſſeſſio per Colonum non iuuat hæredem, quo loci pariter fusè ſubijcitur, quando Colonus præiudicet Domino nu.41.

Poſſeſſio quomodo iuſtificetur ex iure ſuperuenienti nu.42.

Poſſeſſio fundata ſuper titulo iniuſto nunquam parit præſcriptionem nu.43.

Poſſeſſorium iuditium nequaquam tranſit in vſufructuarij hæredem licet per defunctum intentatum: quia illius morte extinguitur, & hæc eſt exceptio impediens proceſſum, quæ omni tempore poteſt opponi, quando de nouo ſuperuenit nu.44.

Poſſeſſionem amiſiſſe dicitur, qui eſt incaſtellatus; ſed taliter obſeſſus, vt euadere non poſſit ſecundum notab. Bald. traditionem, quæ recenſetur nu.45.

Poſſeſſorio recuperandæ, vel retinendæ agenti obſtat notoria dominij exceptio nu. 46.

Poſſeſſorijs in quibuſcunque admittitur notoria dominij exceptio in Principis Conſiſtorio, & Iudex aliàs faciens peccat in conſcientia foro num.47.

Vide in verb. Caſtrum in fin. feudatarius paulò ante explicationem capitis, inueſtitura in penult. ſummar iuramentum in fine, ius habens cauſ. diſcont. manutentio, priuilegium, ſententia paulò ante med. ſtatutum, teſtator, vaſſallus in penult. & fin. ſumm.

POSSESSOR.

Poſſeſſor condemnatus ad rei reſtitutionem tenetur ex mora ad fructuum reſtitutionem poſt ſententiam perceptorum Iudicis officio, deciſ.32.nu.2.

Poſſeſſoris conditio præualet in pari cauſa deciſ. 34.nu.25.

Poſſeſſor habens priuilegium, eſt manutenendus, quando exceptiones oppoſitæ altiorem requirunt indaginem, & ille intendit aduerſus eas ſe defendere, quod non procedit, quando paſſus eſt litem conteſtari deciſ.38.nu. 1.

Vide in verb. confeſſio in fin.

POSTAE.

Poſtas nullus concedere valet, niſi à Rege ad id ſpetialiter deputatus deciſ.28.nu.48.

PRAECEDENTIA.

Vide in verb. Balius, dignitas.

PRAELATIO.

Prælationis ius agnato tributum non proficiſcitur ex veteri inueſtitura; ſed competit ratione ſanguinis, quæ eſt ſpeties protbomiſeos, quod ius ratione ſanguinis habet locum in feudis, eſtq; fundatum in regula, vt res maiorum in familia conſeruentur, & hæc de re non obtinet, quando alienatio fit in vlteriorem agnatum deciſ.11.nu.5.6.7. & 8.

Prælatio agnato competens aduerſus Dominum, locum ſibi vindicat tantum in feudis antiquis, & ratio recenſetur nu.9.

Prælationis ius competit agnato tàm in feudo ex pacto, quàm hæreditario, & ratio non contemnenda refertur nu.10.

Vide in verb. agnatus, creditor, mutuum, Procurator, pupillus.

PRAE-

Digitized by Google

PRAELATVS.

Prælatus propter delicta in faciendo nullum inſert Eccleſiæ præiuditium, quinimò iuxta veriorem Doctorum opinionem idem ius obtinet ob quodcunque illius delictum, idq; optima ſuadetur ratione, nec diſpoſita per Imperatorum conſtitutiones Eccleſiam obſtringunt deciſ.19.nu.9.& 10.

Prælati delictum,& cuiuſlibet Adminiſtratoris extra eorum adminiſtrationem perpetratum, & Eccleſiam non concernens, neutiquam illi faciet præiuditium nu.21.

Vide in verb. fructus.

PRAESCRIPTIO.

Præſcriptio anni, & diei currit Vaſſallo minori,maiori 14. ann. veruntamen ei ſubuenitur per in integrum reſtitutionem:quia eo ipſo dicitur læſus deciſ.1.nu.19.

Præſcriptio 30.annor.de medio remouet,& tollit ius exequendi deciſ.18.nu.14.

Vide in verb. conſuetudo,poſſeſſio.

PRAESES.

Præſes Prouintiæ poteſt reddere ius in quocunque loco ſuæ Prouintiæ,etiam inconſueto,prout pariter Epiſcopus in quolibet loco ſuę Diœceſis deciſ.33.nu.24.

Præſes Tribunalis Sacri Conſilij poteſt cognoſcere de delictis in officio commiſſis per eius Miniſtros deciſ.36.nu.1.

Vide in verb.forus.

PRAESVMPTIO.

Præſumptio præſumptione excluditur deciſ.21. nu. 21.

Vide in verb. fraus in fin.

PRINCEPS.

Princeps,vel alius concedens vniuerſaliter territorium, videtur concedere vniuerſaliter iuriſdictionem,quam in eo habet, imò merum, & mixtum imperium, quando eſt concedi ſolitum deciſ.2.nu.14.

Princeps per conceſſionem nunquam intelligitur velle à ſe abdicare omnem iuriſdictionem, & authoritatem, etiam Eccleſiæ concedendo, & in ſpetie appellationum cauſas,& hæc eſt frequentioribus calculis recepta ſententia nu.23.

Princeps in decernendis pęnis non tenetur ſequi leges;ſed ſtatuit illas arbitratu ſuo,prout melius ſibi videtur attēta qualitate delictorum, & perſonarum deciſ.13.nu.4.

Princeps poteſt quæcunque officia vēdere, etiam iuriſdictionem annexam habentia: cæterum de honeſtate abſtinere debet,ea gratis concedēdo:cuius occaſione declaratur text.in l.1.ff.ad leg.iul.de ambit.necnon ſubijcitur iuris regula, vt quicquid non ſit prohibitum ſit permiſſum deciſ.16.nu.27.cum ſeqq.& deciſ.37.nu. 15. & 16.

Princeps poteſt ex cauſa tollere exceptionem rei iudicatæ deciſ. 26. num. 14.

Princeps concedens officium minori ex certa ſcientia, intelligitur in dubio ſuſpendiſſe adminiſtrationem,ſeu exercitium officij vſque ad tempus maioris ætatis,et interim illius adminiſtratio eſt committenda Tutori, vel Curatori,vel alteri perſonæ per concedentem eligendæ deciſ.27.nu.12.

Princeps ſuperiorem non recognoſcens poteſt in propria cauſa iudicare inter ſuos ſubditos deciſ.33.nu.18.

Princeps in delictis enormibus, & grauibus poterit mandare cauſæ cognitionem cui melius ſibi videbitur deciſ.36. nu.12.

Principis beneficium eſt latiſſimè interpretandum deciſ.37.nu.9.

Princeps nunquam intelligitur velle alteri pręiuditium inferre deciſ.38.nu.7.

Princeps quando non innititur confirmationi; ſed conceſſioni, vt quia dixit, concedimus,& confirmamus,vel aliter conſtat de illius intētione,tunc ſemper priuilegium importabit nouam conceſſionem, & per conſequens Conceſſionarius minimè tenetur ad exhibitionem priuilegiorum antiquorum:ſed dicenti,Principem aliter non conceſſiſſe,incumbit onus probandi nu.45.

Vide in verb.iuditium,iuriſdictio.

PRINCIPALE.

Vide in verb.acceſſorium, intereſſe in fine; obligatio.

PRIORITAS TEMPORIS.

Prioritas temporis perperàm à nonullis priuilegium nuncupatur,cum ſit fundata ſuper regula iuris communis, vt prior in tempore potior in iure habeatur deciſ.34.nu.7.

Vide in verb.ceſſio in ſin. creditor, dignitas,emens,mutuum,pupillus.

PRIVILEGIVM.

Priuilegium cum allegatione poſſeſſionis eſt ad manutenendum ſufficiens etiam quod ius cōe obſiſtat deciſ.18.nu.2. ſed declara,niſi aduerſarius, qui iuris communis diſpoſitione iuuatur,poſſideat,& hoc modo limitatur text.in c. cum perſona de priuil. in 6. ex qua fundatur præfatum axioma,cuius occaſione latè inſiſtit D.Author in diſtinguendis terminis manutētionis poſſeſſionis lite pendente,vt nu.12.

Priuilegium relatiuum ad poſſeſſionem intelligitur,prout quis erat in poſſeſſione facti deciſ. 37.nu.8.

Priuilegia ſi habeant verba aſſertiua, quæ non conditionaliter;ſed cauſaliter ſint prolata,& diſpoſitio ſit certa,nō indigent alia extrinſeca probatione; ſed ſtatur aſſertis, donec de contrario doceatur deciſ.38.nu.2.

Priuilegium amittitur per non vſum decem annorum nu. 16.

e *Vide*

Vide in verb. conſuetudo, creditor, dos in ſin. expreſſum, immunitas, manutentio, poſſeſſio, Princeps in ſin.

PROBATIO.

Probatio exigitur ab ea parte, quæ regulam habet contra ſe deciſ. 1. nu. 4.

Probatio in cauſa ciuili, & pecuniaria non parum differt ab ea, quæ exigitur in cauſa criminali deciſ. 16. nu. 6.

Probatio quauis eſt Iudicis arbitrio remiſſa nume. 8.

Vide in verb. ſcriptura, ſocius criminis, teſtis.

PROCVRATOR.

Procurator, Tutor, & cæteri adminiſtratores poſſunt in actu acquiſitionis apponere leges, et pactiones ſibi meliùs viſas deciſ. 4. nu. 47.

Procurator in parlamēto generali non debet ſedere eodem in loco, in quo Baro eius principalis, ſi adeſſet, ſederet, nec prælationem aliquam prætendere in voce danda, & ita aliàs deciſum: cæterum ſi inter ipſos procuratores controuerſia exoriatur circa prælationem, vnuſquiſque præcedet ſecundum qualitatem ſui principalis deciſ. 15. nu. 1.

Procurator per mandatum generale etiam cum libera non intelligitur illud habere ad illicita, & ad ea, quæ principalis facere non poterat deciſ. 39. nu. 17.

Vide in verb. Balius in princ.

PROREX.

Prorex quare vti Regis Vicarius facultatem habeat aſſentiendi ſuper feudorum alienationibus deciſ. 4. nu. 48.

Vide in verb. Eccleſia.

PROTHOCOLLVM.

Vide in verb. inſtrumentum.

PVPILLVS.

Pupillus mutuans in rei emptionem abſque pacto ſpetialis hyppothecæ extraordinario iure præfertur cæteris creditoribus antiquioribus, & ſic regula iuris communis eſt in contrarium deciſ. 34. nu. 53.

Vide in verb. Balius, Iudex.

R

RATIFICATIO.

R*atificatio facta tempore, quo quis eſt de vita deſperatus, nequaquam iuuat deciſ. 40. num. 25.*

Vide in verb. ſententia in ſin.

REBELLIS.

Rebellis quis dicitur, etiam quod non ſit per ſententiam declaratus deciſ. 22. nu. 8.

Vide in verb. receptator.

RECEPTATOR.

Receptans rebellem in læſ. maieſt. crimē incurrit, cui à Romanorum legibus deportationis pœna eſt præſcripta; ſed de iure Regni eadem, qua principalis, pœna plectitur, & ſecundum Affl. eſt pœna capitis, eſtq; ſpetiale in crimine iſto deciſ. 22. nu. 1. 2. & 15.

Receptator ſi receptati crimen non ignoret, in dolo malo verſari ſemper præſumitur, quo caſu etiam ſi ſemel receptauerit, tanti ſceleris pœnas dependet nu. 3. & 4.

Receptans offendētem Cardinalem ſubibit pœnas crim. læſ. maieſt. perinde, vt principalis nu. 5.

Receptans ſcienter delinquentem longè diſtat ab eo, qui amicitias contrahit cum inimicis Dñi, prout etiam ab eo, qui occidit Domini Collateralem, quo loci Andr. dicta declarantur nu. 6.

Receptans ſcienter, dicitur principaliter in Dominum ſcelus edere nu. 10.

REFVTATIO.

in Refutationis materia proximus ſucceſſor ex ſententia Io. Vinc. de Ann. dicitur, qui talis reperitur mortis tempore, non autem factę refutationis dec. 4. nu. 12. at contraria ſententia, quę Authorem habuit Camer. eſt cōis, verior, & ſecundum eam pluries fuit iudicatū n. 21.

Refutatio facta immediato ſucceſſori ſtatim valet: quia lex aſſentit nu. 22.

Refutato feudo in manus ſuperioris eo ipſo pignus contractum reſoluitur, eiuſq; enuntiati etyologia eſt: quia inde ab infeudatione hac inerat facultas deciſ. 28. nu. 4. Sed vtiliter declara, & limita hoc procedere in refutatione, ſeu reſignatione pura, & libera in manus Domini, & vt ipſi acquiratur, aliàs ſi in alterius beneficium fiat, tunc ſecus nu. 11.

Refutatio feudi ſi non fiat omnino, non alterat ipſius naturam, cuius occaſione declarantur text. in cap. 1. de vaſſ. decr. æt. & in cap. 1. de eo, qui ſin. ſec agn. nu. 14. & 21.

REGALIA.

Regalia à Principe conceſſa, nō præſumuntur in feudum, quæ & ſi teneantur in allodium, adhuc in eorum alienatione requiritur aſſenſus Domini ratione ſupremæ iuriſdictionis, quæ nūquā ab eo præſumitur abdicata dec. 2. n. 10.

Regalia nunquam intelliguntur conceſſa, niſi expreſſè dicatur nu. 21.

Regalia ſiue teneantur in feudum, ſiue in allodium, ſiue in titulum, ſiue precariò, ſiue in adminiſtrationem, vel officium, ſemper eſt illorū interdicta alienatio abſque Regis beneplacito. Hæc de re ponderatur, & declaratur Conſti. Reg. ſcire volumus, quæ habet locum, etiam in hyppothecæ ſecundum D. Authorem deciſ. 28. nu. 30. 31. 44. & 55. & deciſ. 34. nu. 17.

Vide in verb. officium.

REGENS.

Regentes Regiam Cancellariam in parlamento interuenientes poſſunt in caſibus contingentibus mandata facere, aliaq; exercere vigore iuriſdictionis ordinariæ penes ipſos

ſos

I N D E X.

ſoi exiſtentis deciſ. 15. num. 28.
Vide in verb. dignitas.

REI VENDICATIO.

Vide in verb. maritus.

RENVNCIATIO.

Vide in verb. beneficium.

RES.

Res vna, eademq; non debet diuerſo iure cenſeri deciſ. 8. nu. 16.

Res caſu deteriorata debet cedere ad commune damnum omnium intereſſe prætendentium deciſ. 34. nu. 21.

Vide in verb. ſtatus, venditio in fin.

RESCRIPTVM.

Vide in verb. exequutio.

RESIGNATIO.

Reſignationes qualificata in beneficium certa perſona non veniunt data facultate officium reſignandi, & ita deciſum deciſ. 28. nu. 15.

Vide in verb. locatio, officium, refutatio.

RESPONSALE.

Vide in verb. nauis.

RESTITVTIO IN INTEGR.

Vide in verb. Clericus, hæres, honeſtas, minor, mora, præſcriptio.

REVOCATIO.

Reuocationi, quæ fit viuo alienante iure protbomiſeos, non obſiſtit illa vulg. iuris regula, quod hæres non poſſit impugnare factum prędeceſſoris, idque verum ſiue ſimus in feudo hæreditario, ſiue non hæreditario, eſtq; ratio: quia bis euentis non conſideratur contrauentio facto alienatoris; ſed potius confirmatio, cum retractus competat perfecta alienatione, & contractu: hinc obtenta ab agnato proximiori reuocatione ex iure retractus, nec alienans, nec eius hæres euictionis onere prægrauantur nu. 78. cum ſeqq. fol. 80.

Reuocans rem iure protbomiſeos an teneatur vltra iuſtum valorem ad pretium carius propter affectionem, vel alia ex cauſa num. 105. fol. 82.

Reuocatio competens poſt mortem longè diſtat ab ea, quæ competit in vita iure protbomiſeos nu. 108. fol. 83.

Vide in verb. actus circa med. agnatus, aſſenſus, Conſtit. conſtitutionem, Dominus, feudum, filius, & patronus.

REVS.

Reus, & non actor dicitur, qui prouocat ad iuditium, timens moleſtari de facto in ſua poſſeſsione, in qua petit conſeruari, & ita limitatur text. in l. in tribus ff. de iud. Hine meritò Bart. dicebat, reum, & non actorem dici eum, qui principaliter venit ad ius ſuum defendendum, cuius occaſione declaratur quoque præfatus text. vt procedat in ordinatoriys tātum iuditiorum; eſt tamen hæc reſtrictio admodum controuerſa deciſ. 31. nu. 1. 2. 3. & 7.

Reus, & non actor dicitur agens in terminis text. in l. diffamari C. de ingen. & manum. num. 4.

Reus in exceptione eſt actor iuxta regulam l. 1. ff. de except. quæ declaratur nu. 6.

Vide in verb. Iudex, ſententia in penult. ſummario.

REX.

Regum preces ſunt mandata, ac iuſtum inducunt metum deciſ. 3. nu. 12.

Rex ex cauſa neceſsitatis, & bellorum poteſt nouas indicere impoſitiones, quando non habet de proprio nu. 13.

Rex aliquando adæquat perſonas & interdum ſubrogat, et inter vtrunque caſum maximum intercedit diſcrimen deciſ. 15. nu. 5.

Rex plures repreſentat perſonas ſecundum diuerſitatem titulorum Regnorum, quæ poſsidet deciſ. 23. nu. 14.

Rex in Regno eſt Dominus perſonarum deciſ. 33. nu. 15.

Rex poteſt iudicare cauſas ſuorum vaſſallorum in qualibet Regni parte, in qua meliùs ſibi viſum fuerit nu. 22.

Vide in verb. appellatio, aſſenſus, debitum, dominium, Eccleſia, Papa, poſta.

S

SACRILEGIVM.

Vide in verb. immunitas paulò ante fin.

SACRVM CONSILIVM.

Sacri Conſilÿ Tribunal cognoſcit nomine Regię Maieſtatis, eſt ſupra Mag. Curiam, imò ab eo tanquam à Rege iuriſdictio in Magnam Curiam eſt diſtributa deciſ. 36. nu. 14.

SALARIVM.

Salaria, & emolumenta officiorum, quæ reſpiciunt laborem, & probitatem ſcientiæ, vel intellectus, & non dignitatem principaliter, debita dicuntur ratione ſeruitÿ, & laboris, & ideo vltra ſeruitÿ tempus non debentur, deciſ. 25. nu. 25.

SCHOLARIS.

Scholarium Magiſter de iure communi iuriſdictionem habet tàm ciuilem, quàm criminalem ſuper eius ſcholares, & etiam ſtudÿ Bidellum illa ratione: quia ſunt appendices iuriſdictionis, ſine quibus illa exerceri minimè poſſet deciſ. 36. nu. 2.

SCRIPTVRA.

Scriptura carens ſigillo non probat, quando non habet aliam ſubſcriptionem, & de veritate illius non ſolet conſtare, niſi ex conſueta ſigilli appoſitione deciſ. 38. nu. 28.

Scriptura publica non dicitur ex eo, quod ſit confecta per publicum Notarium, ſi in ea deficiant neceſſaria requiſita ad publicam

ſcripturam componendam num. 34.
Scripturę fides in ciuilibus ex ſola ſuſpitione tollitur nu. 36.

SENTENTIA.

Sententia dicitur liti finem conſtituere, eſtq; exceptio litis finitæ, excludens litis conteſtationem deciſ. 18. nu. 3.
Sententia etiam inter alios lata iuuat ad manutenendum lite pendente nu. 5.
Sententia vltimi ſupplitij lata in contumaciam non extenditur quò ad bonorum confiſcationem extra territorium, maximè quando diuerſi ſunt Præſides, licet ſub vno dominio deciſ. 23. nu. 17.
Sententia in crimine adulterij, & in alijs delictis, ex quibus ipſo iure aliqua acquiruntur, non attenditur; ſed factum, & ſufficit cauſa vera deciſ. 24. nu. 27.
Sententia in incorporalibus operatur poſſeſſionis acquiſitionem; hinc infertur ad declarationem, & limitationem text. in l. in omnibus ff. de diuerſ. & temp. præſc. deciſ. 29. num. 4. & 5.
Sententiæ exequutio an habeat ſuam inſtantiam deciſ. 32. nu. 4.
Sententia declarans rem ad aliquem vti dominum ſpectare, parit actionem ad fructus, etiã quod fuerit erroneè prolata nu. 5.
Sententia debet ferri libello conformis, & ex cauſa in eo deducta, aliàs abſoluitur reus, etiam ſi ex alia via ius agenti competeret; ſed id non obtinet in Conciſtorio Principis deciſ. 33. nu. 10. & 17.
Sententia viribus exhauſta ob iuriſdictionis defectum, ſi ratificetur, ſuſtinebitur in vim pacti, & noui contractus deciſ. 39. nu. 45.
Vide in verb. exequutio, feudum paulò poſt princ. Iudex.

SERVITIVM.

Vide in verb. adhoa in princ. adiutorium, Dominus, donatiuum, feudatarius, officium, ſalarium.

SIGILLVM.

Sigilli ius debetur de iure communi deciſ. 5. nume. 3.
Vide in verb. ſcriptura.

SINGVLARIS SVCCESSOR.

Vide in verb. locatio in fine.

SOCIVS CRIMINIS.

Socij criminis dictum, ſeù teſtimonium regulariter debet confirmari in tortura, ſolaq; confeſſio non ſufficit; ſed debet eſſe adiuta adminiculis, idq; Iudicis arbitrio remittitur deciſ. 16. nu. 18.
Socij criminis non dicuntur, qui aliquo dato eorum vexationem redemerunt: quia iuſtitiam alioquin conſequi non poterant. Hinc turpiter acceptum ipſis reſtituitur; ſed propter accreſſe hoc eis fides non adhibetur; ſed aliàs probare debent per alia inditia, & adminicula, cuius occaſione expenditur gloſ. in §. neceſſitatem in auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffr. nu. 19. & 20.
Vide in verb. furtum, teſtis.

SODOMIA.

Sodomiæ immane facinus Romanorum leges vindicant pœna vltimi ſupplitij tantum; non autem publicationis bonorum, at Pragmaticæ huius Regni combuſtionis pœnam adiungunt, et leges Caſtellæ confiſcationis mulctam principaliter, & non in conſequentiam addunt deciſ. 23. nu. 8. cum ſeqq.

SOLENNITAS.

Solẽnitatis requiſitæ infra certum tempus omiſſio non poteſt poſt tempus ſuppleri, quando res non eſt integra, & idcircò reſoluitur actus deciſ. 27. nu. 1.
Solennitas requiſita poſt actum in eſſe deductum, non ſubſtantialis, neque formalis; ſed effectualis dicitur, quæ ſi non habeat tempus limitatum, quandocunque adimpleatur ante oppoſitionem defectus illius, actum firmitate vallabit nu. 18.

SOLITVM.

Solitum dicitur illud, quod vltimo loco fuit factum, eſtq; hæc frequentiùs recepta ſententia. Hac de re ſubijcitur diſcrimen intercedens inter ſolitum, & conſuetum deciſ. 18. num. 8. cum ſeqq.
Solitum etiam quod ſonet in delictum, excuſat à pœna deciſ. 37. nu. 1.

STATVS REI.

Statu rerum mutato non poſſum amplius approbare ſemel non acceptatum eo modo, quo factum fuit; ex quo in qualibet conuentione intelligitur ineſſe conditio ſi res in eodem permanſerit ſtatu. Hinc Doctores omnes abſque controuerſia tradunt, ſtatu perſonæ mutato rem non eſſe integram, & cenſeri à conuentione receſſum deciſ. 40. nu. 22. 23. & 24.

STATVTVM.

Statuti pœna tenentur bladum aſportantes extra territorium contra illius formam etiam ſi fuerint in itinere reperti, deciſ. 21. nume. 16.
Statutum ad finem, vt extendatur extra territorium, eſt obſeruandum, an loquatur in rem, vel in perſonam deciſ. 23. nu. 15.
Statutum loquens de multis verificatur in duobus deciſ. 38. nu. 14.
Statutum de continuanda poſſeſſione de defuncto in hæredem conquieſcit, quando teſtator in vita illam perdidit deciſ. 40. nu. 36.

SVBREPTIO.

Vide in verb. confirmans.

I N D X.

SVBSTITVTIO.

Subſtitutio ceſſat, quando alicui nudum eſt miniſterium commiſſum decif.28.nu.46.

Subſtitutio vulgaris expirat adita hæreditate decif.39 nu.7.

Vide in verb. hæres.

SVCCESSOR.

Succeſſori vlteriori non fit locus, quouſque priori adeſt ſpes ſuccedendi de iure communi, non autem de iure ſpetiali. Idem operatur incertitudo cauſæ ex futuro pendens euentu, quæ ſtatum ſuſpendit decif.4.nu.17.cum ſeq.

Succeſſor feudi, ſat eſt, ſi ſit in potentia tempore, quo actus celebratur, vt ſatisfactum dicatur clauſulæ Cancellariæ, videlicet dummodò alienans habeat ſucceſſorem, cuius occaſione expenditur, & diligenter declaratur traditio Bart.in l. pen. ff. de concub. quæ prima fronte videbatur refragari. Idq; non mediocriter iuuat noua inductio ſuper Pragmatica nouem capitum facta per ſapientiſſimum D. Authorem, qui vlterius ad idem inconuincibilem adducit rationem nu.20.24.& 26.

Succeſſor in maioratu tenetur ad debita contracta in ipſius vtilitatem nu.30.

Succeſſor non hæres tenetur ad ſolutionem æris alieni contracti pro feudi emptione ſecundum opinionem frequentiùs receptam, vel ſaltim in ſubſidium ratione æquitatis ex ſententia Sebrad.nu.31.

Vide in verb.intereſſe, refutatio,

SVPERFLVITAS.

Vide in verb. aſſenſus in 2. ſumm.

SVSPENSIO.

Suſpenſio duplex, vna ab officio, & non beneficio, altera ab vtroque: prima fit ex cauſis leuioribus, altera ex grauioribus, quo loci pariter adnectitur mos hoc euentu obſeruari conſuetus decif. 7. num. 14. & 15. & decif. 25. num.2.

Suſpenſionis iuditium debet fieri audito inquiſito, eiq; datis capitibus, ex quibus ſuſpenſio prætenditur, & ita deciſum, decif. 7. nume. 16.

Suſpenſionis proceſſus ceſſat ex ſola accuſatione; ſecùs ſi vltra eam vigeat infamię, ſuſpitio, vel ſcandalum. At in criminibus grauibus ſemper propter infamiam proceditur lite pendente ad actum ſuſpenſionis decif.25.nu.3.& 4.

Suſpenſio ab officio tantum interdictionem adminiſtrationis, à beneficio depoſitionem importat, quo caſu priuatur ſuſpenſus etiam emolumentis nu.6.

Suſpenſio vt fieri poſſit, ſatis ſunt coniecturæ, & alia, quæ non ſufficiunt ad condemnandum, maximè quando inquiſitus factis defenſionibus abſoluitur nu 11.

Vide in verb. Officialis,

SVSPITIO.

Vide in verb. Iudex, mater in fin. ſcriptura in fine.

SYNDICATVS.

Vide in verb. Officialis.

SYNDICVS.

Syndicus parlamenti generalis, quod in Regno quolibet biennio celebratur, in caſibus contingentibus poteſt mandata facere pœnalia, cateraq; concernentia explicationem, & concluſionem regij ſeruitij, & eiuſdem parlamenti, & ita deciſum decif.15.nu.12.

Syndicus parlamenti generalis repreſentat totam Ciuitatem, & Regnum nu.13.& 18.

Syndicus, accedente Prorege ad generale parlamentum, ibiq; proponente ſeruitium faciendum, petit ab eo aſſenſum illud congregandi pro ſeruitio petito concludendo nu. 14.

Syndico ex facultate conceſſa parlamentum congregandi, & concluſionem faciendi, cenſetur largita poteſtas explicandi omnia antecedentia, per quæ peruenitur ad illud nu. 15.

Syndicatus honor diuiditur per Plateas Nobilium excluſa Populari nu.17.

Syndicus parlamenti antecedit omnes Titulatos, & etiam habentes ſeptem officia, & ſolus vadit ad latus Proregis, eumq; Decuriones aſſocientes, & ponentes in medium, repreſentant Proregi in die parlamenti num.19.cum ſeqq.

Syndicus parlamenti tanquam caput omnium, dicitur Rector, & Gubernator Ciuitatis, ac Pater Patriæ, & Regni nu. 27.

T

TENVTA.

Vide in verb. manutentio.

TERRA.

Vide in verb. Caſtrum.

TERRITORIVM.

Vide in verb. bona, confiſcatio, iuriſdictio, Princeps, ſententia, ſtatutum.

TESTATOR.

TEſtatoris diſpoſitio ex præſumpta mente trahitur de caſu ad caſum; ſed non de perſona ad perſonam decif.39.nu.2.

Teſtatoris verba, atque intentio ex vicinis declarantur ſcripturis decif.40.nu.29.

Teſtator non poteſt ſe conſtituere poſſidere nomine hæredis nu.31.

Teſtator non poteſt transferre hæreditatem inter viuos ad hæredem, quod ſi fiat, hæres neutiquam poſſeſſionem acquirit: quia hæreditatis viuentis eſt improbata poſſeſſio num. 32. & 33.

Vide in verb. Iudex, mater, tutor.

TESTIS.

Teſtes aliàs non admittendi, & inhabiles admittuntur in criminibus exceptis, & occultis,

maxi-

maximè ſi Officialis mala fama laboret. Hine iura diſponen[illegible]a, contra Officialem requiri teſtes ſynodal[illegible] probationem concludentem, limitantu[illegible]cedere in Officiali bona fama, & quando officium non emerit decif.16.num. 12.cum ſeq.

Teſtes aliàs inhabiles, & in ſpetie ſocÿ criminis, & corrupti contra corrumpentem admittuntur, quando ex natura facti veriſimiliter haberi non poſſunt teſtes integri; cuius occaſione affertur limitatio ad dictum gloſ. in l. fin. C. faml. ercifcund. vt non procedat in delictis occultis difficilis probationis nu.14. & 15.

Teſtes non integri, & inditia ex communi Doctorum opinione non ſunt ſufficientia ad condemnandum; id tamen intelligitur quò ad pœnam ordinariam, non autem extraordinariam Iudicis arbitrio remiſſam, ex quibus poterit etiam procedi ad torturam nume. 21.

Teſtes tentati, quia nullum habent intereſſe, plenè probant, quinimò ſoli teſti tentato eſt credendum nu. 24.

Teſtes ſi ſint mediatores facient inditium ad torturam, cuius occaſione declaratur text. in cap.1.de teſt.in ſexto nu.25.

Vide in verb. Iudex poſt med.

THESAVRARIVS.

Theſaurarÿ, Conſeruatores monetæ, caeteriq; Offiiales, vel Adminiſtratores publicæ pecuniæ qua pœna plectantur, in alium vſum eam expendentes, quàm in eo, pro quo parata fuit decif.7.nu.24.

Theſaurarius generalis circumſcripta Proregis delegatione an ſubiaceat iuriſdictioni Regiæ Cameræ decif.13.nu.3.

TITVLATVS.

Vide in verb. Ciuitas, dignitas, Syndicus paulò ante fin.

TITVLVS.

Titulus inquiſitionis attenditur, etiam quod non ſit verus, quo loci limitatio, & ſublimitatio adnectitur decif.22. nu.7.

Vide in verb. conſuetudo, contractus, Officialis in 2.ſumm.

TRADITIO.

Vide in verb. ceſſio.

TRIBVNAL.

Vide in verb. Iudex, Officialis in fin.

TRIREMIS.

Triremes quando tranſmittendæ in incurſum contra piratas, & prædones maritimas Regni oras infeſtantes decif.17.nu.11.

TVTOR.

Tutori quare immobilium pupillarium alienatio ſit interdicta nu.67. fol.78.

Tutor confirmatus de iure communi ſemper dicitur datiuus, quamuis quò ad quædam een[illegible]tur iure teſtamentarÿ. Hac de re non videtur admittenda opinio eorum, qui tradiderunt hunc eſſe anomalum tutorem decif. 20. nu.6.& 7.

Tutor conſtitui debet per verba congrua. Hinc non dicitur quis tutor conſtitutus ex eo: quia pater reliquit ipſi curam rerum ſuarum, quippè quia aliud ſit habere curam bonorum, & aliud perſonarum, & aliud eſt tutor, aliud adminiſtrator, & aliud curator nu. 12. cum ſeqq.

Tutor confirmatus licet præferatur legitimo iuxtà tradita per Doctores in l.neque C. de confirm.tut. nihilominus id non obtinet in Regno nu. 16.

Tutor datus per defunctum remouetur ex cauſis ſuperuenientibus, quæ in Iudicis arbitrio reſident nu.21.

Vide in verb. Iudex, mater, Procurator, Princeps circa med.

V

VASSALLVS.

Vaſſallus tenetur adiuuare Dominum pro bello extra Regnum decif.3. nu.10.

Vaſſallus non poteſt iuriſdictionem prorogare abſque Domini conſenſu decif.33. nu. 6.

Vaſſalli omnes in Regno ſunt ligÿ nu.11.

Vaſſallum eſſe ligium quid importet nu. 12.

Vaſſallus ligius an quis poſſit eſſe duorum Dominorum nu. 20.

Vaſſallus conuentus à Domino, an poſſit opponere aduerſus eum exceptionem vtilis dominÿ alterius: communis Doctorum ſchola affirmat confutata Andr. opinione, cæterum hoc diſſidium ceſſat, ſi habens vtile dominium ſit in iuditio decif.38.nu.8.

Vaſſallus ſi per annum poſſederit præſente, & ſciente Domino, & iureiurando affirmet, ſe ab eodem fuiſſe inueſtitum, manutenetur in poſſeſſione ſecùs ſi non poſſideret nu. 25.

Vaſſallo poſſidente Dominus probare tenetur cōceſſionem fuiſſe in guardiam, ſeù cuſtodiam, & non iure feudi nu.26.

Vide in verb. adiutorium, dominium, Dominus, hæres, intereſſe, præſcriptio.

VECTIGAL.

Vide in verb. conductor.

VENATIO.

Vide in verb. fera.

VENDITIO.

Venditio non protenditur ad incogitata decif. 32.nu.7.

Venditio à numero, & non à corpore incipiens, non complectitur niſi in numero contenta num.8.

Venditio corporum cum declaratione ſummæ, ad quam aſcendunt, non comprehendit, quod plus eſt nu.9.

Ven-

INDEX.

Venditio ſemper quod non incipit à cor...., intelligitur celebrata ad numerum, & menſuram, quo caſu non porrigitur vltra expreſſa nu. 10.
Venditio rei longè differt à venditione annuæ præſtationis ſuper ea nu. 11.
Vide in verb. agnatus, Conſtitutio conſtitutionem, fructus in fine, inueſtitura circa medium, ius protbomiſeos in fine, officium, Princeps.

VERBA.

Verba in conceſſione non debent eſſe ſuperuacanea; ſed aliquid operari deciſ. 3. *nu.* 3.
Verbum omne, & verbum quodlibet quid importent nu. 4.
Verba ſemper ſunt intelligenda, prout ius intelligit deciſ. 4. *nu.* 41. & *deciſ.* 39. *nu.* 19.
Verbum (ſuum) præſefert, & connotat dominium deciſ. 4. *nu.* 43.
Verbum, nullo modo, importat idem, quod ipſo iure deciſ. 28. *nu.* 34.
Verbum tenet quid importet nu. 44.
Verba trahuntur ad intellectum ſecundum Bald. idque fusè exornatur, deciſ. 34. *nume.* 37.
Verbum, multi anni, eſt æquiuocum deciſ. 38. *nu.* 13.
Verbum deceſſerit importat tempus mortis, at verbum defecerit infert tempus, & defectum perpetuum, & ſic regulatur perpetuitas, vel extinctio fideicommiſſi deciſ. 39. *nu.* 5.
Verba generalia intelliguntur circa actum, qui principaliter celebratur nu. 20.
Verba in contractu adiecta ad habendum, &c. liberam important diſpoſitionem, nume. 40.
Vide in verb. negatiua, teſtator.

VICARIVS.

Vicario quando idem bonor debeatur, qui eius Epiſcopo deciſ. 15. *nu.* 4.

VICEREGENS.

Viceregenti à Domino conſtituto omnia debentur, quæ ſuo principali, non ita ſi ab Officiali conſtituatur deciſ. 15. *nu.* 3.
Vicegerens, ſubſtitutus, ſubrogatus, & ſimiles nunquam reſpectu bonoris eandem habent prærogatiuam, quam principales ipſorum; cuius occaſione ſubtexitur, aliud eſſe, vt quis bonoretur tanquam repræſentans perſonam principalis, & aliud, vt bonoretur vti eademmet perſona nu. 8. & 9.

VIR.

Vide in verb. maritus.

VSVRA.

Vſura eius ſumma, quæ pœna nomine eſt inflicta, nequaquam ſoluitur, & ita procedit text. in l. 1. *C. de fiſc. vſur. lib.* 10. *deciſ.* 29. *nume.* 7.
Vſura vſurarum non ſoluuntur nu. 8.

VXOR.

Vxor omni iure ex rebus dotalibus eſt alenda deciſ. 19. *nu.* 15.
Vxor, & maritus non debent ad imparia iudicari deciſ. 24. *nu.* 6.
Vxor marito vitam eripiens, dotem amittit nume. 11.
Vxorem non accuſare maritum de adulterio eſt iuris regula conſtitutum, quæ vtiliter declaratur ad limitationem text. in l. 1. *C. de adult. nu.* 14.
Vxor à viro perempta, præſumitur ipſi ſuperuixiſſe in odium vxoricidæ ſecundum notab. Caſtrenſis doctrinam, quæ licet à Doctoribus ſit vocata in controuerſiam; tamen ex ſententia D. Authoris eſt extra dubitationem in caſu, de quo nu. 24.
Vide in verb. lucrum, maritus, pactum.

FINIS.

Indicis errata ſic diluas.

In verb. contractus, ibi in contractus, in contractibus.
In verb. feudum in 3. *colum. lin.* 9. *reuocabitur, reuocabit. lin.* 12. *vindicet, vindicent. lin.* 22. *poſſeſſoris, poſſeſſor. lin.* 29. *feuda, feudi. lin.* 52. *à Deo, à Domino.*

Ope-

Operis in prælo lapſus, qui in aliquibus Codicibus obrepſere, ſunt adeò noti, vt quilibet etiam infimæ literaturæ ex proprio Marte, & nullo negotio valeat eos declinare: vcrum quia aliqvis particularem forſan depoſceret emendationem, iccircò eam ſubijcimus, vt infra.

Pag.3.col.2.lin.40. abbreuiatio, abbteniato.
pag.4. col.1. lin.4. inneturam, inneſtituram.
pag.5. col.2. lin.1. Iadob. Iacob.
pag.11. col.1. lin.26. tranctata, tractata.
pag.13. col.1. lin.10. lege, Rege. lin.12. 16.auth. 13. auth.
pag.16. col.1. lin.44. quatate, qualitate. col.2. lin.43. etiam, &.
pag.18. col.1. lin.19. pecunia, pecunia.
pag.22. col.1. lin.2. fendatarins, feudatarius. col.2. lin.9. ſeptem capitum, nouem capitum.
pag.37. col.1. lin.23. terminis, terminus. col.2. lin.9. neceſſariæ, neceſſaria. ibidem ratin, ratio.
pag.40. col.1. lin.32. 2200, 2000.
pag.46. col.2. lin.48. intelligatnr, intelligitur.
pag.53. col.2. lin.32. dignitates, dignitatis.
pag.58. col.2. ſumm.6. goloſſæ, gloſſæ.
pag.59. col.1. lin.1. interpetrari, interpretari. lin.16. fori, fore.
pag.66. col.1. lin.7. ſin autem, §. ſin antem.
pag.68. col.2. ſumm.12. proximiorem, remotiorem.
pag.74. col.2. lin.43. cooſiderat, conſideram.
pag.76. col.2. lin.49. poſſe, poſſet.
pag.95. col.2. lin.19. frequentatur, freqnentantur.
pag.102. col.2. ſumm.24. ſolo, ſoli.
pag.105. col.2. lin.7. dum, dele dum.
pag.107 col.1. lin.13. & pag. 108. col.1. lin.24. quoque, quoquo.
pag.109. col.1. lin.24. redeat, redeat.
pag.110. col.2. lin.24. erit, erat. lin.36. cum, cum.
pag.112. ſumm.12. c.cnm perſona, c.cum perſonæ.
pag.124. col.2. lin.9. tradit, tradidit.
pag.126. col.1. lin.44. redit, reddit.
pag.128. col.1. lin.8. proficit, profecit.
pag.129. in 20.ſumm. de rer.diuiſ. de acquir.rer.dom. ibidem, & pag.134. col.1. lin.45. accipientis, vulnerantis.
pag.144. col.2. lin.33. impoſitum, appoſitum.
pag.156 ſumm.4. Principis, Principl. ſumm.7. C.cauſæ, c.cum. ſumm.15. offiuio, officio.
pag.172. col.2. lin.20. exerceantur, exercentur.
pag.177. col.1. lin.14. tranſerri, transferri. col.2. lin.10. venidtione, venditione.
pag.181. col.1. lin.39. teſtibas, teſtibns.
pag.189. in ſumm.9. competenti, competens.
pag.190. col.2. lin.9 qnæ, qua.
pag.194. col.2. lin.43. ſcadala, ſcandala.
pag.195. in 1.ſumm. actioe, actione.
pag.196. in ſumm.4. §. his conſequenter, §. his conſeqnens.
pag.200. col.1. lin.21. §.conſeqnens, § his conſequens.
pag.204. col.1. lin.21. qua, quia. col.2. lin.38. ceſſionum, ceſſionem.
pag.215. col.2. lin.10. naturales, naturalis.
pag.218. col.2. lin.47. Ioannis, Ioannes.
pag.221. col 1. lin.23. non, dele non.
pag.222. col.1. lin.2 minoſi, minori. lin.7. Thologi, Theologi. col.2. lin.41. ſubſtantiæ, ſubſtitenti.
pag.224. ſumm.41. priuilegijs, priuilegij. ſumm.44. qnandocunqne, quomodocunqne.
pag.229. col.1. lin.8. intrinſeca, extrinſeca. lin.42. venditionem, vendicationem.
pag.230. col.2. lin.12. parte, partes.
pag.234. col.2. lin.27. Comitem, Comiti.
pag.241. col.1. lin.38. vnus, vnum.
pag.242. col.2. lin.41. ex qua, ex qno.
pag.245. col.1. lin.33. cauſa, caſu.
pag.248. col.2. lin.46. pareretur, pararetur.
pag.251. col.1. lin.34. agente, agenti.
pag.253. col.2. lin.27. vſnfruſructuarij, vſufructuarij.
pag.254. col.1. lin.29. doctr., Doctorum.
pag.255. col.1. lin.19. diſpoſinio, diſpoſitio. lin.28. quem, quam.

D E-

DECISIONES
COLLATERALIS CONSILII
REGNI NEAPOLITANI.

Authore

D. IO. FRANCISCO DE PONTE

eiuſdem Tribunalis Decano meritiſsimo.

SVMMARIVM.

1 Inueſtitura Regni Neapolitani ex ſpetiali pacto peti debet à Summo Pontifice infra ſex menſes à die mortis Regis Prædeceſſoris.

2 Moræ purgatio admittitur, quando in pacto conuentionali eſt appoſita dies tantùm abſque poena, & quando ſtipulatoris non intereſt, nec ius eius eſt effectum deterius.

3 Moræ purgatio admittitur regulariter.

4 Regulam qui habet pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam.

5 Moram non poteſt purgare principalis obligatus, quando adeſt dies, & poena; ſecùs verò in hærede, cui datur reſtitutio ex capite ignorantiæ.

6 Hæres de iure communi feudorum debet denuntiare mortem infra annum & diem; aliàs feudo priuatur, aduerſus quod datur reſtitutio ex capite ignorantiæ, quæ præſumitur, & conſequenter purgatio moræ; ita quod voluerint Doctores, conſeruari illæſum Vaſſallum hæredem ipſo iure.

7 Reſtitutio Vaſſallo conceditur aduerſus lapſum anni, & diei ex capite ignorantiæ præſumptæ, etiam quòd ſit maior vigintiquinque annis, quæ conceditur infra quadriennium à die ſcientiæ, niſi aliter de ſcientia inueſtiturarum fuerit conuictus.

8 Terminus anni, & diei ad petendam

inueſtituram non poteſt abbreuiari abſque conſenſu Vaſſalli, qui ſe obligaſſet ſub poena amiſſionis.

9 *Inueſtiturę Regni recenſentur à tempore Regis Catholici.*

10 *Hæres præſumitur ignorare conuētionem ſpetialem, & contra iuris cōmunis formam factam à Prædeceſſore.*

11 *Caducitas feudi non inducitur ex ſola abbreuiatione temporis, niſi adſit poena priuationis.*

12 *Tempus anni, & diei currit à die ſcientiæ, dummodò non præcedat craſſa, & ſupina ignorantia.*

13 *Moræ purgatio ſaltem de æquitate admittitur aduerſus lapſum anni, & diei, non obſtante quòd in dicto termino adſit poena legalis, maximè in feudo Eccleſiaſtico, et re integra.*

14 *Anni, & diei lapſus non reſoluit contractum ipſo iure; ſed requirit ſententiam.*

15 *Moræ purgatio admittitur in termino conſtituto ab homine.*

16 *Ius Romanorum attenditur, quando caſus non eſt deciſus per iura feudorum.*

17 *Moræ purgatio admittitur de conſuetudine vniuerſali, quando non adeſt intereſſe partis, & non poteſt conſiderari contemptus, aut perfidia.*

18 *Caducitas feudi ob non petitam inueſtituram in tempore ceſſat ex quauis iuſta cauſa.*

19 *Maior annorum quatuordecim, & minor annorum vigintiquinque habet reſtitutionem aduerſus lapſum temporis præfixi ad inueſtituram petendam, quia eo ipſo dicitur læſus.*

20 *Expreſſum intelligitur omne id, quod Princeps conceſſiſſet veriſimiliter, ſi de eo fuiſſet interrogatus.*

21 *Argumentum de ſimilibus ad ſimilia procedit in feudis, & etiam in culpis; quando tamen militat eadem ratio.*

22 *Caducitas omnis cenſetur remiſſa ob receptionem Cenſus.*

In puncto inueſtituræ Regni Neapolitani petitæ pro parte noſtri ſereniſſimi, & inuictiſſimi Regis à ſanctiſsimo Clemente Octauo ſummo Pontifice,

DECISIO PRIMA.

1 NVNQVAM hæſitatum fuit, inter ceteras pactiones in inueſtituris contētas, illam eſſe, vt petatur inueſtitura infra ſex mē- 2
ſes computandos à die mortis Regis prædefuncti: ſed & pariter nunquàm dubitatum fuit, quòd cùm nulla ſit appoſita pęna, ſicut eſt in caſu, quo procuraretur actio ad imperium, vel ad dominium Lombardiæ, Tuſciæ, vel maioris partis ipſorum, vel deficeretur in ſolutione Cenſus, vt ex eiſdemmet inueſtituris facilè eſt videre, dùm talis inueſtitura petitur, etiam poſt lapſum ſex menſium, admittatur petitio, & ſi quæ paruula mora poſſit conſiderari, quod inquàm detut illius purgatio, cum Pontificis non interſit, & ius illius non ſit effectum deterius; non enim ſumus in lapſu anni, & diei à lege feudorū alias feudatario præfixi cum pœna deuolutionis in caſu contrauentionis; ſed ſumus in termino conuentionali abſque appoſitione pœnæ: Imò ex appoſitione eiuſdem pœnæ in alijs Capitulis omnium inueſtiturarum, inci-

incipiendo à tempore Caroli Primi, declaratum remanet, noluiſſe Pontifices in hoc caſu pœnam aliquam conſtituere; quia ſi voluiſſent, dixiſſent, ad text. in l. vnica §. fin autem l'vltimo C. de cad.
2 toll. & eſt omnium communis, & indubitata concluſio, quod, quando non adeſt dies, & pœna, ſed dies tantùm conuentionalis, partis non intereſt, & ius illius non eſt deterius effectum, quod inquàm admittatur oblatio adimplementi eius, quod promiſſum fuit, & detur purgatio moræ, allegatur text. in l. ſi ita quis §. ſcia ff. de verb. oblig. Bart. & Scrib. in l. ſi inſulam ff. eod. tit. & præcipuè Rip. col. fin.
3 nu. 104. cum ſeq. qui ponit regulam, quæ eſt, vt detur ſemper purgatio, & pariter ponit fallentias, quæ non tangunt caſum,
4 de quo agimus. Ita vt, cum hæc ſit regula ſumpta ex caſu iurium, eum, qui contrarium dicit, oporteat hoc fundare, & dare limitationem ad regulam, notabil. Ang. in eodem loco nu. 9. Controuerſia inter Doct. fuit, quando adeſt dies, & pęna, & ſi pœna induxit reſolutionem contractus ipſo iure, & abdicationem dominij, etiã ſi lis non ſit conteſtata, ſed quando non adeſt pœna; ſed tantùm dies pręfixa, tunc nemo dubitauit, & idem Ang.
5 ibidem paulò ante nu. 8. verſ. 6. Fallir, tradit, quod dies, & pœna, quando adſunt, tollant purgationem moræ in ipſo principali obligato, ſecùs verò in hærede, qui diei, & pœnæ iuſtam prætendit ignorantiam; nam tunc ſecundum eum, & ſi mora de rigore non purgetur, habet tamen hæres beneficium reſtitutionis ex capite ignorantiæ.

Et in propria materia, quando ſumus in terminis iuris communis, vt debeat peti inueſtitura infra annum, & diem;
6 aliàs Vaſſallus feudo priuetur iuxta terminos text. in cap. 1. quæ ſit prima cauſ. beneſ. amitt. in cap. 1. de Capit. Corrad. in cap. 1. quo temp. mil. in cap. imperialem §. ſi quis infeudatus de prohib. feud. alien. per Frid. ſi hæres alleget iuſtam cauſam ignorantiæ, quæ præſumitur, eo caſu datur reſtitutio, & moræ purgatio, & vltra tradita per gloſ. vbi Scribentes in l. 2. verſ. & ſecundum legem C. de iur. emphyt. arbitrati ſunt Bart. & alij in l. cum filiusfamilias §. in hac ff. de verbor. obligar. Canoniſtæ communiter in cap. poruit extra de loc. qui vno ore dixerunt, præſumi in hærede ignorantiam, & dari reſtitutionem, videatur in terminis Bald. in l. fin. in fin. C. ſi pend. appell. qui dicit, æquitatem conſuetudinis feudorum ipſo iure conſeruare illæſum Vaſſallum hæredem, qui propter ignorantiam non petit inueſtituram infra annum, & diem, quod dixit per prius Ardiz. in ſua ſumma cap. 45. in rubr. quando currat annus Vaſſallo ad petendam inueſtituram, ſequitur Aluar. in cap. 1. quę ſit prima cauſ. beneſ. amitt. pulchrè gloſ. Pariſ. damnatæ memoriæ omninò videnda in tit. 1. gloſ. 7. cuius verba ſunt infraſcripta.

7 Fortiùs tenent Doct. etiam maiorem 25. annis eodem caſu reſtituendum ex d. clauſula generali propter iuſtam ignorantiam, vt quia hæres, ita Bald. conſ. 429. quidam nobilis lib. 1. vbi etiam ſubdit, erga Vaſſallum potiùs debere ſeruari æquitatem, quàm iuris rigorem, nec eſſe cum feudatarijs, tanquam cum infeſtis agendum; ſed benignè, nam origo feudorum eſt quędam benignitas, & gratioſitas, inquit Bald. & Paul. de Caſtr. conſ. 311. circa id in fin. vol. 1. tenet, hunc hæredem reſtituendum infra quadriennium à tempore ſcientiæ, niſi appareat, quod penes eum fuerunt inueſtiturę Prædeceſſorum, vel aliter de ſcientia probetur, faciunt notata per Scrib. in l. ad diem ff. de verb. oblig. gloſ. fin. & omnes in l. 1. C. de iure emphyt. &c.

Cùm igitur hic tractemus de termino
8 inueſtituræ ex ſpeciali clauſula abbreuiatio cum prædeceſſoribus, qui alias coarctari non poteſt ſecundum Iſern. & Scrib. in d. cap. 1. quo temp. mil. niſi Vaſſallus conſentijſſet, & quod fortiùs ſe obligaſſet ſub pœna priuationis feudi, dicit mirſteriosè Iacobin. in ſuo tractat. feud. in verb. qui quidem inueſt. nu. 33. quod nec fuit tractatum cum sereniſſimo, & inuictiſſimo Rege Prædeceſſore, cuius eſt ſucceſſor, & filius ſereniſſimus noſter Rex, ſi-

A 2 quidem

9 quidem habuit ille Regnũ ex refutatione paterna in anno 1554. cum conſenſu Pontificis,nec cum inuictiſſimo,& memoriæ immortalis Carolo V. Auo,qui inueturam obtinuit à Leone X. Pontifice Maximo relatiuam ad inueſtituram Iulij III. factam Catholico Regi atauo in an-
10 no 1507. ſequitur propterea,quod cum ſit conuentio ſpetialis contra iuris communis diſpoſitionem,quod inquàm iuſtiſſima cadat ignorantiæ cauſa in hærede, & conſequenter deciſiones prææallegatæ ſint in proprijs terminis, & pondero di-
11 ctum Iacob.quod non ſufficiat abbreuiatio ad finem inducendi caducitatem, ſed quod ſit facta cum pęna priuationis,quæ pœna hic deeſt,& ſi tempus anni, & diei
12 dicimus,quod currat à die ſcientiæ, dũmodo craſſa, & ſupina ignorantia non allegetur ſecundum gloſ.in d.cap.1. quo temp.mil.in verb.vltra annum,vbi Iacob. de Beluiſ. Bald. & cæt. cumulat deciſiones Tiraq.in tit.de retractu lignag. gloſ. 4.nu.12. quare non erit idem in caſu,de quo agitur, non data ſcientia in hærede pacti particularis,quod præſumere non debebat;imò confiſus in communi iure iuſtè infra annum,& diem Procuratorem conſtituit ad inueſtituram petendam, ex quo tantò magis ignorantia detegitur, & inſimul non contemptus;ſed conſtans, & firma voluntas adimplendi omnia, ad quæ credidit,ipſum obligari ex lege feudorum.

Sed vlteriùs præſuppoſito, quod eſſemus in proprio caſu principalis obligati ex forma pacti ad inueſtituram perẽdam infra ſex menſes, quam demum non petijt;ſed poſt aliquod tempus,videamus,ſi admittatur moræ purgatio;& equidem
13 quæſtio eſt deciſa per particulares Doct. deciſiones in fortioribus terminis, videlicèt, in lapſu anni, & diei,quo caſu adeſt dies,& pœna legalis;nam etſi quæſtio ſit diſputata,& voluerint multi,vt de rigore non admittatur moræ purgatio authoritate Bal.in d.cap.1.quo temp.mil. Tamẽ attenta æquitate purgatur mora,ſequendo opinionem Ardiz. in ſumma q. 43. in tit.quib.ex cauſ.excuſ.Vaſſal.ſi int.temp. inueſt.non pet.& ſecundum hanc opinionem eſt paſſim iudicatum,vt referrGuid. Pap.deciſ.166. Menoch. conſ.467. verſ. quartò admitto, Iul.Clar.in §.feudũ lib. 4.q.49. verſ.ſed nunquid Vaſſallus, Rip. in d.l.ſi inſulam nu.64.dicit,quod ſit humanior opinio, & ibi Bologn.nu.161.& 165.Alcia.in l.interdum §.Srichi promiſſor nu.15.ff.eo.tit.latiſſimè Silu.de feud. recogn.q.27.Affl.eleganter in c.1.nu.10. quæ ſit prim.cauſ.benef.amitt.& maximè hæc procedunt in feudo Eccleſiaſtico ex reg.text.in d.cap.potuit, Michael Craſſ. lib.2.comm.opin.cap.1.q.16. Burſ.conſ. 91.nu.17.lib.1.Hipp.Rimi.conſ.350.nu. 4.& 12.lib.3. quæ ſecundum Gratũ ſunt extra omnem dubitationem,qñ res eſt integra,& præuenit petitio inueſtituræ prętenſionem deuolutionis, & ſic declarat, procedere opinionem Ardiz. in conſ.49. nu.20. 1.vol.& rurſus, & meliùs quæſtio eſt diſputata in terminis anni,& diei;quo caſu,vt dixi,adeſt dies,& pœna legalis,
14 & fundatur opinio Bald. in reſolutione contractus, & in reuerſione iuris in Dominum,quæ rationes nec militant, ſiquidem reſolutio non ſit ipſo iure ſecundum cõem Doct.opinionem;ſed requiritur ſententia,& proptereà Præpoſ.in d.c.1. quæ ſit prim.cauſ.benef. amitt. reliquit cogitandum, & Curt.Iun. in ſuo tract. 4.par. nu.50.ſe remittit ad Præpoſ. tamẽ quic-
15 quid ſit, cum hic non ſimus nec in termino à lege,vel ſtatuto pręfixo,nec adſit ſpetiès pœnæ; ſed in termino tantùm ab homine conſtituto,tunc ceſſant rationes, in quibus fundatur cõtraria opinio,& remanet diſpoſitio iuris cõis, quæ admitrit morę purgationem,diſtinguit,& declarat Aluar. qui ſequutus fuit opin. Bald.in d. c.1.quæ ſit prim.cauſ.benef.amitt.ante
16 nu.8.ibi:Secùs ſi apponeretur à parte,& cum hic caſus moræ purgationis non ſit deciſus à iure communi feudorum, benè dicit ibi Afflict. quod remanere debeat in diſpoſitione iuris communis Romanorum ex reg. text. in cap. 1. de feud. cognit. eò magis cum ius feudorum non ſolùm non tractet de moræ purgatione; ſed caſus inueſtituræ ſit prouiſus à lege

feu-

feudorum infra certum tempus, & in certa forma, & pœna, qualis non eſt caſus noſter, vbi tractatur de prouiſione hominis diuerſa,& abſque pœnæ appoſitione, qui caſus, an admittat moræ purgationem, eſt à lege communi Romanorum prouiſus,vt eſt ſupra fundatum.

Et ideò ſtante iuris communis diſpoſitione, quæ de æquitate, quando non adeſt partis intereſſe, ſemper purgationẽ
17 admittit, dùm non poteſt conſiderari contemptus, aut perfidia, communis eſt conſuetudo, & practica tàm in hoc Regno,quàm in Regno Franciæ, & alijs, vt minimè locum habeant pœnæ ſtatutę de iure communi feudorum aduerſus non petentes inueſtituras in tempore à lege feudorum præfixo, ita Addent. ad Iſern. in d. cap. 1. quo tempore mil. Ibi in Regno Siciliæ conſueuerunt remitti iſtæ pœnæ, dummodò non ex contemptu inueſtituta infra tempus ſtatutum petita non fuerit; & idem in Regno Franciæ, iuxta latius tradita per Moder.Add. vbi Affl.& Loffr.in cap. imperialem §.ſi quis infeudatus de proh.feud. alien. per Frid. ibiq; etiam Capyc. ver. limita tertiò Io. Ant. de Nigr. in cap. Regn.incip.In nomine Dei æterni nu.26.in addit.

Sed ad quid in hoc immoramur,ſi iuris explorati duo ſunt; vnum,vt quęlibet
18 iuſta cauſa faciat euitare hanc caducitatem iuxta text.in d.cap.1.quo temp.mil. glol. in cap.1. quæ ſit prima cauſ.benef. amitt.& meliùs gloſ.in d.cap.imperialem §.ſi quis infeudarus, de proh.feud. alien. per Frid.Iac.de Ardiz. in ſua ſumm.cap.
19 43. Alterum verò, vt maior 14. annis, ſed minor 25. habeat reſtitutionem aduerſus lapſum temporis præfixi ad inueſtituram petendam,cum eo ipſo ex lapſu dicatur læſus, & hæc eſt omnium communis ſententia, quam etſi gloſ. tradidit in d. cap. ſi quis infeudatus ſub dubio fortè, Iſern. ibi dicit,quod ſine verbo illo, fortè,reſtituitur, vbi Iac. de Beluiſ. Præpoſ.Bald.& Aluar. Capyc.& Affl. & latiſſimè ibi Moder.Add.ad Andr.infinita cumulantes, & idem per Iſern.in cap. ſi minori, ſi de feud.defun.mil.controu. fuer. Iadob. in d.verb.qui quidem iuueſtiti nu.13. Iul.Clar.in loco cit. tradidit ante omnes Iacob.de Ardiz.in ſua ſumm. cap.44. Silu.de feud.recog.quæſt.23.vbi dicit,hãc eſſe omnium communem opin. poſt Alber.Brun.conſ.100.

Cum igitur notorium ſit,ſereniſſimum noſtrum Regem non excedere ætatem annorum 22. & rurſus pariter notorium ſit,elegiſſe,& deſtinaſſe ad hunc actum explicandum, & hanc inueſtiturã petendam,ſunt iam octo menſes,Illuſtriſſimum D.Comitem de Lemos,qui non valuit ex iuſtiſſimis impedimẽtis iter arripere, quæ impedimenta etiam notoria ſunt,nec Reges degunt in Regno,vt tempore primorum illorum Regum, quibus facilè erat, non ſolùm infra ſex menſes;ſed infra breuiorem dilationem inueſtituram petere, quod ſi cogitatum fuiſſet,non receſſiſſent à termino per legem feudorum præfixo, ſicut quando fuit cogitatus caſus, quòd ſummus Pontifex in Italia non permaneret,quod tunc dilatio eſſet anni;quia in partes longinquas, ergo idem dicere debemus in caſu, de quo agimus, quando ſereniſſimus Rex noſter in partes vltramarinas degens non potuit explicare legationem minori tempore, & Pontifices
20 interrogati ſic veroſimiliter reſpondiſſent, ergo debet haberi pro expreſſo ad text. in l.tale pactum §.fin. ff.de pact. &
21 in feudis procedit argumentum de ſimilibus ad ſimilia Andr.notab. in cap.1. §. ſed & qui delator nu.47.quæ ſit prima cauſ.benef.amitt. & propriè in culpis, ex quibus prætenditur feudorum deuolutio, quando tamen militat eadẽ ratio, vt per eund. Andr. in cap.imperialem in addit. poſt nu.7.4.col.quo caſu ſecundum eundẽ non attenditur lex ſcripta.Ex quibus omnibus proculdubio non eſt in hac ſubtili ſcrupuloſitate inſiſtendum; & ppea prudentiſsimus,& ſapientiſsimus Põtifex hæc paruifaciendo non obſtante prætẽſo temporis lapſu recepit ſolitum Cenſũ, ex
22 quo omnis prætenſa caducitas cenſetur remiſſa ſecundum gloſ.Bald. & cær.in d. cap.1.quo temp.mil. cum concord.

Hæc adnotaui,vt paterẽ mãdatis Illu-

ſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Proregis mei Domini,non autem,quòd punctus tantam dotem expoſtulet: quæ relata, & diſcuſſa in Collaterali Conſilio fuerunt communiter approbata, & conſultum, vt tranſmitterentur ad Illuſtriſſimũ Ducem Sueſſæ ſereniſſimi noſtri Regis Oratorẽ in Romana Curia penes ſãctiſſimum noſtrum Papam Clementem Octauum,qui omnibus perpenſis tãquàm ſapientium ſapientiſsimus,& omni virtutum genere cumulatiſſimus mandauit, inueſtituram expediri, vt iam expedita fuit.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ appellationis iuriſdictionis, quam Eccleſia tenet in feudum, vt Baro,ſpectant ad Regem.*

2 *Eccleſia tenente iuriſdictionem in allodium, an cauſæ appellationis ſpectent ad Regem, vel ad Superiorem Eccleſiaſticum, in quo referuntur deciſiones Doctorum, qui pro maiori parte loquuntur, quando iuriſdictio eſt totaliter in Eccleſiam translata.*

3 *Iuriſdictio an præſumatur teneri in feudum,vel in allodium latè tractatur, & deciſiones diſtinguuntur,quales loquuntur in priuatis, & quales in Eccleſijs.*

4 *Io. Ang. Piſanell. vir celeberrimus, & Aduocatus famigeratus.*

5 *Opinio Autboris vt iuriſdictio in dubio non præſumatur teneri in feudum,nec à priuato,nec ab Eccleſia.*

6 *Iuriſdictio omnis reſidet in Principe, & ab eo tanquã à fonte fluit, & refluit.*

7 *Iuriſdictio etiam à lege, conſuetudine, vel præſcriptione datur, & acquiritur.*

8 *Conſuetudo, præſcriptio, ſeù immemorabilis poſſeſsio non ſunt Principis priuilegium; ſed habent vim tituli, ſeù priuilegij à Principe conceſsi,in quo iura, & Doct. eleganter ponderantur.*

9 *Caſtrum,Terra, oppidum, & ſimilia à Rege conceſſa non intelliguntur data in feudum de iure communi,niſi expreſsè dicatur.*

10 *Regalia conceſſa per Regem non præſumuntur in feudum,licet in ipſorum alienatione Domini requiratur aſſenſus ratione ſupremæ iuriſdictionis.*

11 *Deciſio Hoſtienſ. & aliorum recenſetur dicentium, oportere iuriſdictionem eſſe infeudatam, & in feudum conceſſam, vt feudalis præſumatur.*

12 *Caſtro, vel Villa conceſſa intelligitur etiam conceſſa iuriſdictio, ac etiam merum, & mixtum imperium,maximè ſi ſolitum erat concedi, & hoc potiſſimum in Eccleſia.*

13 *Iuriſdictio intelligitur cohærere territorio, & propterea conceſſo Caſtro, intelligitur conceſſa iuriſdictio.*

14 *Princeps concedens vniuerſaliter territorium, videtur concedere vniuerſaliter iuriſdictionem, quam in eo habet, & venit etiam merum, & mixtum imperium,quãdo eſt ſolitum concedi.*

15 *Merum imperium vendito Caſtro tranſit cum Vniuerſitate abſque*

Digitized by Google

alia expreſsione, & hæc eſt communis, & nu. 17.

16 *Iuriſdictio quomodo cohæreat territorio actiuè, vel paſsiuè.*

18 *In Regno per Cõſtitutionem ea, quæ ad decus non veniebat in generali conceſsione Caſtri merum imperium; ſed poſtquàm paſsim, & indiſtinctè ſolitum eſt concedi, venit in generali conceſsione, ſicut de iure communi.*

19 *Caſtrum omne in Regno eſt feudum quaternatum; non autem de iure communi, quod limitatur in Eccleſia; nam in dubio intelligitur poſsideri in allodium.*

20 *Appellationes cauſarum iuriſdictionis, quam Eccleſia tenet in Regno, licet in allodium, ſpectant ad Principem, præterquam ſi iuriſdictionis conceſsio eſſet facta Eccleſiæ Romanæ, & hanc opinionem latè Authbor defendit, & adducitur punctualis deciſio Domini Frecciæ, & ante eum Io. Andr. Ang. & aliorum.*

21 *Cauſæ appellationis nunquam intelliguntur conceſſæ, niſi expreſſè.*

22 *Ius Regium in ſignum ſuperioritatis nunquam intelligitur conceſſum, niſi expreſſè dicatur.*

23 *Princeps per conceſsionem nunquam intelligitur velle à ſe abdicare omnem iuriſdictionem, & authoritatem, etiam quòd concedat Eccleſiæ, & in ſpetie cauſas appellationis, & hæc eſt communis.*

24 *Diſtinguuntur deciſiones, quando iuriſdictio eſt incorporata liberè in patrimonio Eccleſiæ, vt tunc appelletur ad forum Eccleſiaſticum, ſecus verò in dubio, vel ſi ſimpliciter ſit conceſſa, quòd fallit in Eccleſia Romana, vt cenſeatur ſemper omnis iuriſdictio in eam translata.*

ARGVMENTVM.

Iuriſdictio, quam Eccleſia tenet circumſcripto inueſtituræ tenore, in feudum, vel in allodium conceſſa præſumenda? Ab eius ſententia, ad quem appellandum, Eccleſiaſticum, vel ſæcularẽ, Conſuetudinis, ſiuè immemorabilis præſcriptionis, & priuilegij ex ea reſultantis differentia diligenter expoſita.

DECISIO II.

FVIT dubitatum, an poſſidente Eccleſia iuriſdictionem aliquam in Regno, præſumatur, illam tenere in feudum, vel allodium, nulla apparente de ea inueſtitura, ſeu conceſsione, & conſequenter ex hoc pendet deci-
1 ſio alterius articuli, videlicèt, quòd ſi tenebit in feudum, & vt Baro, appellabitur ad Regem ſecundum communem deciſionem Bart. in l. ſi quando C. de appell. Doctor. communiter in cap. 1. extra de feud. Capyc. in ſua inueſtit. in verb. feudales appellationes, D. Frecc. in 1. lib. in quæſtione vertente inter Principem Salerni, & Comitem Caſtri magnum Can-
2 cellarium. Si verò dicatur, non teneri in feudum; ſed in allodium, videtur, quòd tunc ſit appellandum ad Metropolitanũ, ſeu alium Superiorem Eccleſiaſticum, pro quo videtur caſus in cap. Romana. §. debet de appell. in 6. vbi gloſ. & melior gloſ. in cap. ſolitæ de maior. & obedien. in verb. ſuſcipiunt, Gemin. Anchar. Philip. Franc. & cæteri Scrib. in d. §. debet, bona gloſ. quæ eſt fin. in cap. 2. de delict. puer. Deciſio particularis Spec. in tit. de appell. §. nunc tractemus in fin. Bart. in l. 1. §. ſi quis nu. 14. ff. de appell.

vbi

vbi Imol. & quia Bart. vbi ſupra, & magis communiter Doctor. videntur loqui, quando iuriſdictio eſt totaliter translata in Eccleſiam; ob hoc Felyn. in d.cap. ſolitæ nu. 4. in 1.limit. dixit in propria quæſtione, quod in dubio cenſeatur totaliter facta tranſlatio in Eccleſiam ibi nu. 4.in prima limit. idem Felyn. tradit in cap.cæterum,in fin.de iud.ad quod facit bona deciſio Hoſt. in eodem cap. ſolitæ num. 5.

Hanc quæſtionem principalem, ſi iuriſdictio præſumatur teneri in feudum, 3 vel allodium,poſuit Iacob. in tract. de feud.in verb.de Caſtro rubei montis nu. 16. qui tenuit, teneri in feudum, & ſe fundat in deciſione Paul. de Caſtr. in conſ.179.in cauſa, quam Magnificus D. Titius 1.vol. & ratio iſtorum,qui tenent hanc partem,illa eſt; quia iuriſdictio non præſumitur teneri iure priuato; ſed iure publico,quod conſiſtit in Magiſtratibus, & nihil aliud eſt iuriſdictio, quàm poteſtas de publico introducta, & omnis iuriſdictio inferior tanquam minus plena deriuatur à pleniſsima,quæ eſt in Principe, vt latiùs per eos, & Iacob. ſequitur Caſſan.in conſuet. Burgund. in verb. des fiefz rubr. 3.§.4. in verb.dic, quod iſtud nu.18.cart.mihi 110. quod limitat ipſemet Caſſan.niſi poſſediſſet in liberum allodium per tempus immemorabile in verb.des mains mortes rubr.9. §. 4. in verb.quis dicatur nu.11.fol.mihi 304.& idem tradit, & ſequitur Capyc. in d. inueſtit.in verb. feuda allodia; ſed tàm Iacob.quàm Caſſan.& Capyc.non loquuntur in Eccleſia,ſed in priuatis iuriſdictionem poſsidentibus,& ſic pariter Paul.de Caſtr.in cuius deciſione,& authoritate omnes ſe fundant, Capyc. verò in verb. feudales appellationes cart.mihi 73. loquitur etiam in Eccleſia; ſed loquitur dubitatiuè per verbum, videtur, allegat tantum Paul. de Caſtr. qui non loquitur in Eccleſia,& tandem relinquit cogitandum, & ſic non firmat, & Piſanellus vir 4 celeberrimus,& Aduocatus famigeratus in repet. Pragmaticæ editæ thori nu.59. & 60. licet ponat propriam quæſtionem in Eccleſia, & nihil aliud alleget, quàm deciſionem Paul.de Caſtr. & Iacob. non loquentium in Eccleſia cęterę; deciſiones Bald. Aluar. & Curt.Sen. quas allegat, non loquuntur in propoſita quæſtione;ſed tamen ipſe pariter loquitur dubitatiuè, & non firmat, dum dicit, poteſt tamen teneri contrarium, & in fine arguit pro contraria parte, adducit deciſiones, quod iuriſdictio poſſet eſſe allodialis, & non feudalis, & ſic relinquit articulum indeterminatum, niſi velimus dicere, quod tenuit hanc ſecundam partem,ſicut dicimus in authoritate,& opinionibus gloſ.& pro hac opinione, quòd iuriſdictio in dubio dicatur teneri in feudum ab Eccleſia:faciunt deciſiones Bart. cæterorumq; Doctor.quos infra recenſebimus in articulo illo,ad quē appellabitur,dum volunt, quòd ad finem appellādi ad Superiorem Eccleſiaſticum requiratur, quòd iuriſdictio temporalis ſit totaliter tranſlata in Eccleſiam, & ſeparata à iuriſdictione Principis temporalis, ergo dum hoc non reperitur, appellabitur ad Superiorem laicum,& conſequenter in dubio iuriſdictio erit in feudum.

Ego verò teneo indubitanter minimè 5 iuriſdictionem à poſſeſſore illius præſumi debere teneri in feudum, loquendo de iure communi,& multò magis hoc ſecūdum meam ſententiam erit indubitatum in Eccleſia etiam in Regno, & pariter extra omnem dubitationem erit data poſſeſsione immemorabili,& longè diſtat articulus iſte ab illo,ad quem appellabitur;nam non inconuenit,iuriſdictionem teneri in allodium, & demùm appellari ad Principem concedentem, à quo præſumitur tenere, & hoc ratione ſuperioritatis, quæ non cenſetur conceſſa, nec ab ipſo abdicata, de quo inferiùs diſtinctè latiùs dicemus.

6 Non enim erit dubitandum,omnem iuriſdictionem reſidere in Principe, & ab eo tanquam à fonte fluere, & refluere,de quo per Bald.in cap.1.quis dicatur Dux, 7 cum concord. Sed non negatur, quòd etiam à lege,cōſuetudine,vel præſcriptione illa detur, & acquiratur iuxtà text.in

L.1.

l. 1. C.de emancip. lib. vbi gloſ. Bald. &
cæteri Scribent. Innoc.in cap.dilecta, de
maior.& obed. idem Innoc. in cap. cum
ab Eccleſiarum, de offic.ordin. text.in l.
& quia,vbi gloſ.& Scribẽtes ff.de iuriſd.
omn.iud.Andr.de Iſern.in verb.poteſtas,
quæ ſint regalia: vnde ratio illa,in qua
fundatur opinio contraria, quod iuriſdi-
ctio ſit de publico, & propterea conceſſa
à Principe, in cuius perſonam omnis re-
ſidet iuriſdictio,dico, quod non conclu-
dat, poſtquam etiam à lege,conſuetudi-
ne, & præſcriptione illa dari poteſt. Nec
8 dicatur,conſuetudinem, præſcriptionem,
ſeu poſſeſſionem immemorabilem impor-
tare Principis priuilegium : nam ſi rectè
iura, & Doct. ponderentur, non dicunt,
quod poſſeſſio, ſeu conſuetudo immemo-
rabilis ſit Principis priuilegium;ſed quod
habeat vim tituli, ſeu priuilegij à Princi-
pe conceſſi,ideſt, quod importet, & ope-
retur idem, quod priuilegium Principis;
ſed erit priuilegium legis,conſuetudinis,
vel præſcriptionis,quod idem importat;
& propterea text.vulgatus in l.3. §. du-
ctus aquæ ff.de aqu.quotid.& æſt.qui ad
hoc allegatur ab omnibus, dicit ductus
aquæ, cuius origo memoriam exceſſerit,
iure conſtituti loco habetur &c. & ſic nõ
eſt conſtitutum; ſed habetur loco conſti-
tuti,ſic text.in l.1.§.fin.ff.de aqu.plu.ar-
cen.ibi,ſi tamen agri lex non inueniatur,
vetuſtatem vicem legis obtinere,vbi glo.
dicit vetuſtatem, quæ memoriam homi-
num non habet in contrarium, & ſic non
eſt lex;ſed importat vim legis, & erit lo-
co,& vice ipſius, & in l.ſeq.dicitur,vetu-
ſtatem eſſe loco legis,& aliud eſt eſſe ta-
le,vel haberi pro tali,dicit gloſ.in l.mer-
cis appellatione ff.de verb.ſignif. probat
hæc text.ad literam in cap.ſuper quibuſ-
dam §. præterea de verb. ſignif.ibi illa
pedagia &c. eſſe interdicta,quæ non ap-
parent Imperatorum,vel Regum,vel La-
teranenſis Concilij largitione conceſſa,
vel ex antiqua conſuetudine à tempore,
cuius non extat memoria,introducta, &
ſic omnia ponuntur, vt diuerſa, ad text.
in l.ſi idem C. de codicill. omniaq; de
per ſe præbent titulum, melior text.in
cap.1.de præſcript. in 6. vbi præſcribens
contra Eccleſiam opus habet probare
titulum hominis, quando ius commune
eſt contra ipſum,quod fallit,dicit text.in
fin. niſi tanti temporis allegetur præſcri-
ptio, cuius contrarij memoria non exi-
ſtit; ergo præſcriptio, & conſuetudo im-
memorabilis non eſt titulus hominis; ſed
priuilegium legis,quod eandem vim ha-
bet,& propterea Doctor. omnes dicunt,
præſcriptionem talem habere vim priui-
legij; non autem eſſe hominis priuile-
gium, & præ cæteris Bart.in d.l.1. §.fin.
de aqu.plu.arcen. in princ. declarat hoc
notabiliter gloſ. in l.vſum aquæ C. de
aquæduct.lib. 11. dum dicit text.vſum
aquæ veterem, longoq; dominio conſti-
tutum,exponit gloſ.à Principe,vel veriùs
à conſuetudine,cuius non ſit memoria,
ergo aliud eſt conſuetudo, ſeu præſcrip-
tio immemorabilis, & aliud titulus Prin-
cipis, erit igitur legis titulus, qui vim
priuilegij hominis habebit, & Paul.de
Caſtr.in d.l.1.§.fin. de aqu.plu.arcen.di-
cit; nota, quòd tantum valet ſeruitus
præſcripta,ſeu per præſcriptionem acqui-
ſita, quantum ſi eſſet acquiſita per pa-
ctum, vt patet ibi, velut iure impoſita,&
ſic non eſt pactum; ſed tantum valet, &
propterea dicimus habere vim pacti, &
Bald. in cap. 1. quæ ſint regalia loquen-
do in præſcriptione Regalium, tradidit,
ſufficere conſuetudinem immemorabilẽ;
quia æquiparatur priuilegio conceſſo à
Principe ex certa ſcientia, ergo non eſt
priuilegium Principis,& Alex.qui latiſſi-
mè alios cumulat in conſ.6. 1.volum. in
princip. dicit, quòd cum conſuetudo,ſeu
præſcriptio immemorabilis habeat vim
conceſſionis, & priuilegij etiam in his,
quæ ſunt Principi reſeruata, tali caſu
non ſit neceſſarius titulus, aut ipſius ti-
tuli allegatio; ergo aliud eſt titulus ho-
minis, & aliud titulus legis.

Ex his apparet, rationem, in qua eſt
fundata opinio contraria,deficere,& non
eſſe vniuerſalem, nec concludentem per
neceſſe, ſi poteſt dari acquiſitio iuriſdi-
ctionis aliter, quam à Principe, ſcilicèt
lege, conſuetudine, vel præſcriptione,

&

Digitized by Google

& quando à tempore immemorabili poſſedit, neminem recognoſcendo; idem Caſſan. qui tenuit opinionem, præſumi iuriſdictionem feudalem, limitauit in eum caſum, in d.rubr.9.§.4.fol.304.

9 Sed vlteriùs non ſequitur conſequentia, iuriſdictio reſidet in Principe, eſt iuris publici, ergo conceſſa in feudum, ſi idem feudum non propterea eſt feudum; quia à Rege conceſſum, niſi expreſsè dicatur, etiam quod ſit Caſtrum, Terra, Oppidum, vel Ciuitas, vt latiùs per Iacob. in d.verb. de Caſtro: neque Comitatus præſumitur feudalis ſecundum Bald. & alios, quos latiſſimè cumulat Frecc.in 29.author. lib.2. nu.4. Vnde cur diuerſum in iuriſdictione, quæ penes Regem non eſt iure feudi, & ſic, dùm conceditur, erit ſub regula libertatis, & allodij, niſi expreſsè dicatur in feudum, poſtquam militat eadem ratio, quòd vnaquaque res præſumatur libera, & quod ſit de publico, quòd præſumatur à Principe conceſſa, non per hoc natura libertatis, quam tenebat, eſt alterata, vel mutata, & in ſeruitutem redacta, nec impugnat, quod præſumatur iuriſdictio à Principe conceſſa, & quòd ab ipſo tantùm transferri poſſit, quodq; demum

10 teneatur in allodium: nam Regalia, quæ penes Principem tantum reſident, ſi reperiantur conceſſa, non præſumuntur in feudum, & hoc non obſtante, etſi teneantur in allodium requiritur in alienatione aſſenſus Domini, ſecundum terminos text.in Conſtit.Regn.ſcire volumus; eſt deciſio Bart.in l.in dicm, in fin.princ. de aqu.plu.arcen. Capyc. in ſua inueſtitura in verb.gabellis, verſ.& nota fol.mihi 114. latè Frecc.in 13.authoritate lib. 2. verſ.ex his patet; & hoc ratione ſupremæ iuriſdictionis, quæ nunquam à Principe præſumitur abdicata, vt infra pate-

11 bit; & propterea Hoſtienſ.in cap. cæterum, de iudic. nu. 10. verſ. quid ſi inter Dominum, & Vaſſallum, dùm tractauit de qualitate feudi, & de iuriſdictione conceſſa, dicit, quod oporteat habere iuriſdictionem infeudatam, & in feudum conceſſam, ergo non præſumitur in feudum de per ſe, idem ibi Innoc. nu.4.verſ. alij contra, & Io. Andr. ibidem num. 9. verſ.& hæc ſunt vera, Anchar.2.colum. verſ. item quod dixi, Butr. in 5.col. in princ. ibi, dic, ſi appellat à Domino, qui eſt infeudatus in iuriſdictione, & poſſeſſionibus.

Sed fortiùs, & quæſo aduertatur, com-

12 munis eſt Doctor.opinio, quod conceſſo Caſtro, vel Villa à Principe intelligatur etiam conceſſa iuriſdictio, & etiam merum, & mixtum imperium, maximè in Eccleſia loquendo de iure communi, & magis indubitatum hoc erit, ſi ſolitum erat merum, & mixtum imperium concedi Bart.in l.inter eos ff. de acquir.poſſeſſ. ratio eſt ſecundum Innoc. in cap.ex literis, de iur. patr. Quia Villa, & Caſtrum continet in ſe iuriſdictionem, Oldrad. notabiliter tradit vtrunque in ſuo conſ.252. quem ſequitur, & refert Rom. in conſ.444. incip. an dictum Caſtrum, idem Bart.in l.ſi quando C. de bon. vacan. lib.10. decidit, quod conceſſo Caſtro, intelligatur conceſſum cum ſua curti, & iuriſdictione, quæ cum in dubio in-

13 telligatur cohærere territorio, meritò ſecundum Bart. & latiùs Roman. in d.l.3. ſemper conceſſo Caſtro intelligitur conceſſa iuriſdictio, idem Alber.in l.1. §.in initio ff. de offic.Præfect. Vrb. Nam etſi Caſtro nihil reperiatur corporaliter deputatum de iure, tamen dixit Innoc. in cap.cum ad ſedem, de reſtit.ſpoliat. in 1. colum. quod ab hominibus conſueuit Caſtro territorium aſſignari, quod ſibi in iuriſdictione, & dote debet reſponde-

14 re. Hinc Bart.in l.1. col.fin. nu.16. ff.de iuriſdict.omn.iudic. tradit, quod, ſi Princeps, vel alius concederet vniuerſaliter vnum territorium, videretur concedere vniuerſaliter iuriſdictionem, quam in eo habet, quem ſequitur ibi Iacob. & latiùs Iaſ.qui alios cumulat, loquendo tàm in conceſſione territorij vniuerſaliter, quàm Caſtri; idem ibi Dec. & latè diſputando, & defendendo opinionem Bart. tanquam communem, ibidem Curt. Iun. & latiſſimè etiam ibi Sebaſt. Sapia poſt Rimin. col.fin. nu.65. qui de communi teſtatur,

Digitized by Google

ſtatur, & ob hoc Purpur. ibi eandem ſequendo opinionem, voluit, venire etiam merum,& mixtum imperium, quando eſt ſolitum concedi, intantum quod præſcripto territorio erit præſcripta iuriſdictio,& probato,quòd habeo territorium, probo in eo habere iuriſdictionem, quæ latiſſimè ibi explicat Purpur. nu.160. &
15 ſequ. Dixeruntq; Doctor. merum imperium vendito Caſtro tranſire cum vniuerſitate abſque alia expreſſione; ſicut dicimus de iure patronatus, de quo per Hoſtienſ. in ſumma, de iurepatr. §.qualiter transferatur, circa med. verſ. & ſunt hæc in argumentum, vt idem Bart. in l.2.in princ.de verbor.ſignific.dixit,conceſſa Ciuitate venire iuriſdictionem; & in l.res aliena ff.de vſucap.tradidit, præſcripto Caſtro intelligi præſcriptam iuriſdictionem,quæ illi territorio cohæret, & hæc eſt communis, vt dixi; quod pariter tradidit, & cumulauit deciſ. Ioan.
16 Vincent. de Ann. in allegat.52. & an iuriſdictio cohæreat territorio, vel perſonæ,& quomodo ſi actiuè,vel paſſiuè, non confert ad caſum, quæſtio eſt tranctata à Bart.& Doctor.omnibus in l.1. ff. de iuriſdict.omn.iudic.Et communis eſt opinio, quòd cohæreat iuriſdictio paſſiuè in territorio, & non formaliter, & actiuè; ſed tranſeat omni iure ex vi conceſſionis, per quam lex intelligit, voluiſſe concedentem omnia transferre, & quòd
17 conceſſa ſimpliciter iuriſdictione veniat merum, & mixtum imperium, eſt communis opinio, vt latè per Iaſ. in l. imperium ff. de iuriſdictione omnium iudicũ, idemq; teſtatur, & latiſſimè proſequitur ibidem in ſua repetit. Gaſpar Vallaſcus, & D. Frecc. in dicta 13. authorit. lib.2.
18 nu.9. non dubitauit, quòd conceſſo Caſtro veniat iuriſdictio; ſed dubium fecit in mero, & mixto imperio in Regno per Conſtitut. incip. Ea, quæ ad decus, in iuriſdictione criminali, quæ illis temporibus non erat ſolita concedi, ſecùs verò de iure communi, & ſic procedit deciſ. Afflict.122. ſed in Regno, poſtquam eſt ſolitum concedi,erit idem, quod de iure communi,vt per eundem Afflict. in dicta Conſtitut. ea, quæ ad decus, qui legatur totus à num. 18. cum ſeqq. Et benè per Addentes in d. deciſ. Afflict. 122. hinc Camerarius in repetit. cap.imperialem cart.71. liter. N, tradit, hodie in Regno propter conſuetudinem dandi, non fieri diſputationes, quæ de iure communi circa conceſſionem Regalium,an illa veniat in generali conceſſione.

Si ergo conceſſo Caſtro venit iuriſdictio, vel conceſſo vniuerſaliter territorio, venit illius territorij iuriſdictio,& explorati iuris eſt, quod, niſi concedatur in feudum,ſit conceſſum Caſtrum, & territorium in allodium, quod Caſtrum, ſeu territorium in ſe continet iuriſdictionem, & ſub illius conceſſione illa venit; ergo ſicut Caſtrum, vel territorium erit allodiale, ita pariter & iuriſdictio, quæ illi cohæret, & nihil facit, quod iuriſdictio ſit de publico, & penes Principem; nam vt dixi, punctus eſt,quomodo eſt tranſlata,& quomodo eſt conceſſa, quaſi non alio titulo, quàm cum conceſſione generali Caſtri,tanquam in eo incluſa. Igitur eo modo, & forma, prout eſt Caſtrum conceſſum,eſt vnica conceſsio, & vnica poſſeſsio; ergo quomodo volumus dicere,quod feudum ſit allodiale, iuriſdictio verò feudalis, vt in ſimili, & ad propoſitum arguit Frecc. in dicta 13. authorit. ex quibus apparet malè ſenſiſſe Bamma. in repetit. cap.inter filiam ſi de feud.defun.milit.

19 Vlteriùs, & fortiùs omne Caſtrum in Regno in dubio eſt feudum quaternatum, ita Iſern. in cap. 1. de controuerſ. feud.ap.par. term. vbi latiſſimè Moderni Addentes; non autem de iure communi, quo iure quælibet res præſumitur libera,& ratio,quare præſumatur Caſtrum feudum quaternatum, eſt propter iuriſdictionem,quæ à publico introducta eſt, vt latè declarat D.Frecc.in d.29.author. nu.4.per totum.

Nunc ſic, ſi ſecundum omnes hæc regula, quòd Caſtrum præſumatur feudum quaternatum ratione iuriſdictionis, ceſſat, & non procedit in Eccleſia, quæ quamuis poſsideat Caſtrum, intelligitur

in

in allodium, niſi expreſsè ſit datum in feudum, ſecundum Iſern.in Conſtitu.Regni, Iuſtitiarij nomen, & normam, vbi Afflict. latiſsimè Capyc. in repetit. cap. imperialem cart. mihi 16. verſ. quarta concluſio,Frecc.in dicta 29.author. verſ. ſecundò intellige, Addentes ad Andr.in d.cap.1.de controu.feud.apud par.term. nu.10. lit.D, in verb. item Caſtum, dixi in conſ.meo 30. 1.volum.ſecundum quæ fuit iudicatum, & indiſtinctè practicamus. Ergo ſi feudum quaternatum, & propriè Caſtrum ratione, quia continet iuriſdictionem. Iſtud,inquam,in Eccleſia non ſolùm non pręſumetur quaternatum, ſed nec etiam feudum, ſequitur proptereà falſam eſſe opinionem, vt iuriſdictio præſumatur teneri ab Eccleſia in feudum,ſi aliàs,quæ ſunt feudalia indubitatè, & iuriſdictionem continent, in Eccleſia feudalia non præſumuntur per rationes, de quibus per Andr. & Scribent.cui motiuo non video, quomodo poſsit reſponderi, & ita in indiuiduo in propria quæſt.per has rationes tenuit D.Frecc.in loco infra allegando.

Qui vtranque quæſtionem decidit, videlicèt,iuriſdictionem in Eccleſia præſumi in allodium, & alteram, vt non ex eo
20 quia iuriſdictio penes Eccleſiam, non iudicetur feudalis, propterea inferatur, quod appellabitur ad Superiorem Eccleſiaſticum; ſed teneo indubitanter benè perpenſis terminis, & Doctor. deciſionibus, quod erit appellandum ad Principem,ſeu ad Regem,& in hoc præualet,& eſt vera ratio, quòd iuriſdictio reſidet in Principe, & ab eo præſumitur conceſſa, qui etſi concedat omnem iuriſdictionem, non intelligitur abdicaſſe à ſe ſuperioritatem, & cauſas appellationis, prȩterquàm ſi conceſsio eſſet facta Romanæ Eccleſiæ; nam tunc præſumitur, Regem concedere voluiſſe omnem ſuperioritatem; ſunt enim hæc adhęrentia oſsibus Imperij, quæ nunquam intelliguntur cõceſſa; ita Frecc. omninò videndus in differ.feud.quatern.& plan.& de tab. num. 34. quæ eſt deciſio punctualis, & vltra per Frecciam ponderata, & allegata videtur deciſio Synodalis Io. Andr. in addit.ad Specul.in tit.de iuriſdict.omn.iud.
21 in verb.paſtoralis, vbi facit notabilem diſtinctionem in conceſsione facta Eccleſiæ Romanæ, vel Eccleſiæ inferiori, vt primo caſu omnia tranſeant: ſecundo verò ſecùs,& propterea dixit,appellationes eſſe Regis concedentis, nec conſilium Oldrad.252.prædictis aduerſatur; nam non loquitur in cauſis appellationum; ſed tantum ſi conceſſo Caſtro veniat merum imperium, & rurſus ibi nu.9. adnotat verba conceſsionis, quæ erant cum omni iure, & quod non retinebatur aliquod ius regale,ita quod ſecundum eum voluit Rex omnia ipſi competentia transferre in Eccleſiam, notabiliter Ang.in l.1.§.fin. ff.de offic. eius, vbi firmat nunquam venire cauſas appellationis, niſi conceſsio ſit facta Eccleſię Romanę,quẽ allegat, & ſequitur Io. Vinc. de Anna in allegat.52.nu.48.& 49.& rationem reddit Iacob. in l.imperium nu.14. ff.de iuriſdict.omn.iudic.dicens, vt quamuis nobilis ſit inueſtitus de mero, & mixto imperio,ac de iuriſdictione,non per hoc intelligatur,Principem conceſsiſſe appellationes,authoritate Alber.ibidem; nam eſt ius regium in ſignum ſuperioritatis,
22 quod nunquam intelligitur conceſsiſſe, niſi expreſsè dicat, idem Iacob.in ſua inueſtit.in verb. cum mero, & mixto imperio nu.9. Guid.Pap.in deciſ.518.notabi-
23 liter in proprio caſu Capyc. in ſua inueſtit. in verb. feudum dant, verb.Imperator, ibi, prima erit declaratio fol. mihi 149. vbi firmat cõcluſionem,quòd Princeps per conceſsiones nunquam dicatur velle à ſe abdicare omnem iuriſdictionem,& dignitatem,& opponit de Caſtro conceſſo Eccleſiæ, vt liberum præſumatur,& tandem ſoluit; nam etſi liberũ prȩſumatur, hoc erit, vt non ſit feudale,non autem exemptum à ſuperioritate Cæſarea,& idem verè dixit in verb.feudorum appellationes in fin. fol. mihi 75. dum propoſuit quæſtionem, ad quem appelletur à ſententia Epiſcopi, & arguit, quòd iuriſdictio præſumatur teneri in feudum; tamen ſubnectit hæc verba. Quamuis

quan-

quando propriè appareret, rem non eſſe datam in feudum, non inconueniret, quod ratione ſuperioritatis Cæſareæ, quæ non potuit transferri, ſaltem appellationes ad eum ſpectent &c. Idem tradidit, & cumulauit deciſ. Natt. in conſ. 580.nu.22. vol.3. & eſt communis traditio, vt cauſæ appellationis nunquam cēſeantur conceſſę, niſi expreſsè, propter ius ſuperioritatis, quod nunquam à lege abdicatum intelligitur, cumulat deciſiones D.Frecc.in 16.author.nu.6.& Bammac.in cap.in generali quæſt.6.ſi de feu. def.mil. Nec quid habet commune hæc ratio ſuperioritatis, nec quid habet repugnantia cum qualitate feudali, ſi pendet ab eo, quod non præſumatur conceſſum ius hoc ſuperius Regium, & oſſibus affixum, pro quo ponderentur deciſiones Doctor. & ſic reſpondetur iuribus, & deciſionibus in principio allega-

24 tis. Dicit enim Anchar. in allegat.cap. Romana §.debet, de appellat.in 6. quòd quando temporalis iuriſdictio eſt incorporata liberè in patrimonio Eccleſiæ, tunc appelletur ad forum Eccleſiaſticū, & idem Philipp. Franc. ibidem, & Gemin. qui allegant gloſ.in cap.ſolitæ, de maior. & obed. qui ſic intelligunt eam, & ſic gloſ.in cap.2.de delict.puer. & ſic text.in d.§.debet, & ponunt quęſtionem, quando iuriſdictio eſt totaliter tranſlata in Eccleſiam, & hæc eſt ſpecialitas, quæ conſideratur tantum in Eccleſia Romana, vt in dubio intelligatur in eam iuriſdictio totaliter tranſlata, & ſic loquitur etiam Philipp.Franc. in rubr. de appell. num.37. verſ.tertiò quæritur, vbi ponit quæſtionem, quando Epiſcopus, vel alius cognouit, vt Ordinarius in temporalibus, ad quem appellabitur à ſententijs eorum, & dicit: Quòd primò ſtandum ſit conſuetudini, vel priuilegio, quibus ceſſantibus, aut iuriſdictio temporalis eſt totaliter tranſlata in Eccleſiam, & pro illa non recognoſcit ſuperiorem temporalem, tunc ab Epiſcopo appellatur ad Archiepiſcopum, & ratio eſt; quia tali caſu iuriſdictio temporalis eſt totaliter concreta cum Eccleſia, & ſeparata à iuriſdictione Principis ſæcularis; ſed ſi Epiſcopus, vel alius haberet iuriſdictionem à Principe ſæculari, deberet tunc ad eū appellari &c. Et ſic procedit deciſio Innoc.in d.cap. ſolitæ, dum dicit, quòd ad Regem appelletur in feudalibus: ſi autem aliàs ditatæ ſint Eccleſiæ, non ſpectat ad Regem, quem ibi ſequitur Zabarel. & ſic per verbum illud, ditatæ, apparet de incorporatione liberè facta in Eccleſiam totaliter, & tunc ratio eſt manifeſta; quia per tranſlationem totalem dominij liberè factam in Eccleſiam, eſt rēs illa effecta ſancta Sanctorum, vt tradit ad propoſitum idem Innoc. in cap. verum de for. compet. & ſic debet intelligi dictum Hoſt. in d.cap.ſolitæ, & quæ tradit Felyn. in eod.cap.nu.4. & in cap. cæterum in fin. de iud. vt in dubio cenſeatur tranſlatio facta totaliter, ſaluari poſſent in Eccleſia tantum Romana propter eius ſpetialitatem, & pręſtantiā, aliàs loqueretur contra omnes deciſiones præfatas, & Io. Andr. & Abb. quos allegat ad fundandum eius dictum, rectè intuenti nihil probant, quibus conformis eſt deciſio communiter allegata Bart.in l.1.§.ſi quis nu.14. ff.de appell. quam ad literam ibi ſequitur Imol. qui ponit quæſtionē in Epiſcopo, vel Clerico poſſidente Comitatum, & cognoſcente tanquam Comite. Quis enim erit iudex appellationis, & dicit, veritas eſt, quòd ſiquidem illa dignitas Comitatus eſt incorporata in patrimonium Eccleſiæ liberè, nec pro illa dignitate recognoſcit dominium temporale, appelletur ad forū Eccleſiaſticum: Si verò recognoſcit Dominum temporalem, vt quia haberet in feudum, tunc ſecùs, & ſic requiritur incorporatio libera, & alij dicunt, totalis tranſlatio, cum qua diſtinctione concordantur iura, & deciſiones, & cum hac diſtinctione, ſi benè aduertatur, loquitur Panorm.in rubr.de appell. & ſic intelliguntur dicta ibi per Præpoſ.& ſic expreſsè loquitur Philipp.Franc. ſupra allegatus, quæ non benè percepit Guliel. de Bened.in cap.Raynutius, in ver.vxorem nomine Adelaſiam 2.deciſ. nu.mihi 24.

& ſeq. prout benè aduertit Couar. qui noſtram ſequitur ſententiam in cap. 4. pract. quæſt. Et articulus remanet benè declaratus,& deciſus, & reſponſum omnibus contrarijs; & patet malè ſentijſſe Paul.de Caſtr.cum ſequac. dum euomit verb. illud, quòd ex eo, quia iuriſdictio eſt de publico,reſidet in Principe, ab eo deriuatur, ergo in feudum, benè infertur,ergo à Principe conceſſa; ſed quòd in feudum non ſequitur conſequentia, imò aduerſantur regulæ, & omnes Doctor. deciſiones,&, vt dictum eſt, non inconuenit, quòd à Rege recognoſcatur in allodium; ſed tantum ad eum appelletur, & ius ſuperioritatis ſemper remaneat, niſi expreſsè reperiatur conceſſum iux.text. & ibi nor.per Doct.in cap. quò ad tranſlationem de offic. leg. multa Butr.in cap.cum contingat, de for.comp. diſcurrit eleganter Belluc. in ſuo Spec.rubr.22. §. & quia quotidiana nu.55.& ſeq. & in terminis Conſtit.Regni.ea, quæ ad decus, quæ loquitur in ſpetie in Prælatis,vt minimè ea, quæ ad ſpetiale decus,& merum imperium pertinent, exercere valeant abſque ſpetiali priuilegio,dicit ibi Affl.nu.26.quod etſi expreſsè conceſſum eſſet merum imperium, non propterea venirent cauſæ appellationis, ex qua Conſtitutione videtur declaratus animus Regis in Regno, in quo opinio hæc videtur indiſputabilis.

Poſt quę ſcripta vidi conſ.Marc.Ant. Pereg.primum,in ordine,vbi eleganter, & cumulariſſimè hanc firmat opinionē; vt ius ſuperioritatis,& præſertim appellationes intelligantur ſemper Principi reſeruatæ,& loquitur in ſpetie in Eccleſia poſſidente ex Principis conceſſione.

His omnibus per me relatis in Collaterali Conſilio fuit concluſum, & deciſum ſecundum prææallegata.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, quod Dominus acquirit iure prælationis, idem eſt quod iure deuolutionis, venit ex hoc omnis feudi qualitas extincta, et dùm de nouo conceditur, noua debet fieri ipſius taxa.*

2 *Taxa feudorum veterum, & nouorum quomodo dicatur differre, declaratur.*

3 *Verba in conceſſione debent operari.*

4 *Verbum omne,et verbum quodlibet quid importent.*

5 *Feudum francum quomodo conſtituatur, & quid importet.*

6 *Feudatarius pro feudo franco tenetur ad contenta in iuramento fidelitatis.*

7 *Subuentio in pecunia loco ſeruitij perſonalis eſt in electione Domini.*

8 *Feudo conceſſo libero non tenetur feudatarius ad ſubſidium pecuniæ.*

9 *Donatiua in Regno ſunt loco ſeruitij.*

10 *Vaſſallus tenetur adiuuare Dominum pro bello extra Regnum.*

11 *Adhoa nihil aliud eſt, quàm ſeruitium in pecunia.*

12 *Preces Regum ſunt mandata,et inducunt iuſtum metum.*

13 *Rex ex cauſa neceſſitatis, & bellorum poteſt nouas facere impoſitiones, maximè, quando non habet de proprio.*

14 *Donatiua, quæ ſingulis duobus annis fiunt Regi, non dicuntur voluntaria.*

15 *Conceſſo feudo franco, ſicut Vaſſallus non tenetur præſtare ſeruitium militare, ita nec etiam donatiuum.*

16 *Adiutoria, & ſeruitia omnis, quæ præ-*

præſtantur à Vaſſallis Domino, appellantur adhoamēta, quę fieri ſolent in parlamento generali.

17 *Doctrina Capyc. in ſua inueſtitura refellitur.*

18 *Licitum eſt arguere ab ethymologia vocabuli.*

19 *Adhoa vnde originem traxit.*

20 *Conceſſa immunitate adiuuamenti includitur adhoa, & ſic è contra.*

21 *Deciſio Regiæ Cameræ refertur.*

22 *Dominus concedens feudum ad ſe deuolutum infra modicum tempus poſt deuolutionē, intelligitur concedere cum ſeruitio conſueto.*

23 *Dominus exercens prælationem nō vt ſibi feudum acquirat, ſed vt alteri concedat, non mutat feudum naturam ſuam antiquam; ita quòd dum de nouo concedit, tranſit cum ſua primæua natura.*

24 *Feudatarius decedens cum maſculis, & foeminis, ſed maſculus parùm, aut nihil ſuperuiuens patri, habetur pro non nato, ita vt foemina ſuccedat, ac ſi maſculus nūquam natus fuiſſet.*

25 *Feudum, quod Dominus acquiſiuit titulo particulari, poſſidebit vti priuatus, & qualitas feudalis non reſoluitur, hinc tenetur ad omnia onera Vaſſalli alienantis.*

26 *Deciſio Andr. in cap. 1. §. huius autem generis, ex quibus cauſis feu. amitt. declaratur.*

27 *Ratio, quòd Dominus non ſoluat ſeruitium interim ex feudo acquiſito titulo particulari, non eſt ex eo, quia qualitas feudalis ſit extincta; ſed quia ſibi ipſi ſoluere non poteſt.*

28 *Dominus directus non poteſt cedere ius prælationis, quod habet in feudo per Vaſſallum vendito.*

ARGVMENTVM.

Conceſſo feudo ea lege, vt ſit liberum, & exemptum ab omni, & quolibet onere, tàm præſenti, quàm futuro impoſito, & imponendo, ſiuè reali, ſiuè perſonali, ac mixto, adhoa, releuio, & qualibet cauſa, & occaſione, etiam inopinata; an feudatarius teneatur ad donātiua Principe acquirēte feudum iure pręlationis, illudq; concedente, an conceſſionarius habere dicatur, vt nouum, vel vt antiquum.

DECISIO III.

DVM Sfortia Andræas del Carretto Princeps Imperij, & Marchio Status Finalis ceſſerit, ac renūciauerit Regiæ, & Catholicæ maieſtati noſtri ſereniſſimi Regis iura omnia ipſi quomodolibet competētia ſuper Statu prędicto, & ècōtra reſpectiuè ad ceſſionem prædictam pro parte ſuæ Maieſtatis fuerit promiſſa recompēſatio, ſeu excambium in annuis duc. 24000. videlicet 11000. introituum in ſtatu Ciuitatum, ſeu Terrarum, & locorum inſignium cum titulo Principatus in Regno Neapolitano, & in alijs duc. 13000. vita durante d. Principis, qui tandem ante effectualem cōſignationem prædictæ recompenſæ vitam cum morte cōmutauit, relicto hærede, & ſucceſſore in hoc principaliter Io. Andræa ab Auria ſtrenuo, & generali Prędecto maris, nemini in noſtra ętate, ſuaq; profeſſione ſecundo.

Pro adimplemento prædictæ cōpoſitionis mandauit ſereniſs. noſter Rex dari prędicto Io. Andr. recompenſationē promiſſam prædictorum duc. annuor. 11000. Ciuitatum, ſeu Terrarum inſignium, & tandem cum venderetur Baronia Auellarum, quæ fuit Octauij Catanei, inſtātibus illius creditoribus, cōcluſum fuit, vt illa eidem Io. Andreæ conſignaretur facta liquidatione introituum, & proinde

fuit ſuppoſita perſona, quæ licitaret, &
offerret, dum ad extinctum candelę prę-
dicta Baronia vendebatur in Reg. Cam.
Summariæ, & iſte fuit Io. Hieronymus Sa-
lina, cui fiſcus petijt præferri pro eodem
pretio oblato per eum tãquam directus
Dominus, & tandem abſque alia incor-
poratione, aut captura poſſeſſionis in be-
neficium Fiſci, ad inſtantiam eiuſdẽ fuit
conſignata poſſeſſio d. Baroniæ Principi
ab Auria, ſeu eius Procuratori.

Princeps dixit, quòd, etſi conceſſio
prædicta erat in feudum: tamen vigore
prædictæ conuentionis initæ deberet ha-
bere fęudum francum, & liberum à quo-
libet genere ſeruitij, & ſignanter dona-
tiuorum, & hoc vigore capit. vij. eiuſdem
conuentionis, & quando in hoc ius non
foueret, non poterat fieri noua taxa re-
ſpectiuè ad introitus præſentes; ſed attẽ-
di debebat ſeruitium taxatum, & cõſue-
tum pręſtari à prędicto Octauio Cataneo
primo Domino, & poſſeſſore præſuppo-
nendo feudum non aliter deuolutum ex
lege feudi ad Reg. Cur. ſed illum acqui-
ſitũ titulo particulari emptionis ad hoc,
vt daretur eidem Principi.

E contra Fiſco prætendente, feudum
nullo modo declarari debere exemptum
à donatiuis, cum ſint adiutoria, quæ vo-
luntariè præſtantur, & non cõprehendun
tur ſub reg. adhoarum, & onerum, in qui-
bus eſt expreſſa capitulatio, & pariter
nouam eſſe faciendam taxam ſeruitij, ſi-
quidem Regius Fiſcus ex lege feudi, vt
Dominus directus prælationẽ propoſuit,
& obtinuit, & propterea Io. Rayn. in re-
1 pet. cap. imperialem, de proh. feud. alien.
per Frid. in §. præterea ſi quis infeudatus
nu. 37. ver. quęro, Vaſſallus, poſt alios di-
xit, quòd, quando directus Dñs acqui-
rit feudum iure prælationis, idẽ ſit, quod
iure deuolutionis; quia oritur ex eadem
lege feudi, & cõſequenter extincta qua-
tate feudali ſecũdum cõem, & vulgatam
deciſ. Andr. in c. 1. §. huius autẽ generis,
ex quib. cauſ. feu. amitt. vbi Scrib. cõiter,
nulli dubium eſt, quòd facta noua con-
ceſſione in feudum debeat fieri taxa ſo-
lita reſpectiuè ad quantitatem introituũ,
hæc eſt differentia inter feuda vetera,
& noua; ſemper. n. eadem eſt taxa, ſed
feuda vetera reperiuntur taxata ſecun-
dum valorem, & redditus introituum
tpe primæ conceſſionis, & non habetur
ratio augmenti introituum ex decurſu
temporis: Feuda verò noua habent ean-
dem taxam; ſed reſpectiuè ad introitus,
qui reperiuntur tempore nouæ cõceſſio-
nis, vt eleganter per Andr. in d. cap. im-
perialem §. firmiter col. 3. verſ. item vi-
demus, & meliùs in cap. 1. de vaſſall. de-
crep. ætat. ante nu. 2. verſ. item procedit,
multa bona, & elegantia congerit idem
Andr. in cap. 1. §. de manſo nu. 17. & 19.
de contr. inueſt. declarat benè Freec. in
5. auth. nu. 19. lib. 2. de ſubfeu. & Capyc.
in ſua inueſt. in verb. feuda adhoant.

Verba capitulationis, in quibus Prin-
ceps ſe fundat quò ad primum punctum,
ſunt infraſcripta. Ch'eſſo Sign. Prencipe
poſſa, & debba goder durante la vita ſua
tutta l'entrata delli ſudetti 24000. duc.
libera, & eſente d'ogni, & qualſiuoglia
carico, tanto preſente, quanto futuro im-
poſto, e d'imporſi, coſi reale, come per-
ſonale, ò miſto, adhuo, & relieuo, per
qualſiuoglia cauſa, & occaſione etiam
impenſata &c.

Et in 8. capit. dicitur, ꝙ reſpectu duc.
annuor. 11000. conſignandorũ in Statu,
& terris pro hæredibus, & ſucceſſoribus
intelligantur dati in beneficium ſucceſ-
ſorũ, cum omnibus illis immunitatibus,
exemptionibus, priuilegijs, quibus dati
ſunt eidem Principi Sfortiæ.

Ex generalitate, & amplitudine verbo-
rũ prædictæ Capitulationis Princeps ho-
diè prętendit exemptionem ẽt à Regijs
donatiuis; nam ſi exẽptio ad hoc eſt ex-
preſſa, & vltra dicitur, ꝙ ſit exemptus ab
omni, & quolibet onere nunc, & in futu-
rum, impoſito, ẽt imponendo reali, perſo-
nali, ſeu mixto, & plus dicit tãto ordina-
rio, quanto extraordinario ẽt, che nelli
ꝓtenſi Capit. ſe ne doueſſe far mentione
de verbo ad verbum, quale in tal caſo
s'habbi per inſerto con l'opportune de-
3 rogationi. Infertur ꝓpeà ad hoc, ne ver-
ba prædicta ſint ſuperflua, & inutilia,

ad

ad text. in l. ſi quando de lega. 1. in cap. ſi Papa de priuil. in 6. & omne verbum debere operari in contractu dicit Bald. in rubr. C. de contrah. empt. Item dicit ogni, & qualſiuoglia carrico, & ſic non
4 ſolùm ponderando verbum illud omne, quod nihil excludit ad text. in l. à Procuratore C. mand. cum concord. ſed verbum illud, quodlibet, quod eſt tantæ potentiæ, vt comprehendat caſus, qui aliàs ex propria ſignificatione non venirent, ſecundum gloſ. in l. omnes, iuncto text. verſ. quaslibet alias C. de quadr. præſcript. authoritate cuius gloſ. conſuluit Alex. in conſ. 155. aliàs 154. 2. vol. venire impropria, & differentia ab expreſſis, quem ſequutus eſt Iaſ. in conſ. 63. col. 3. & alibi gloſ. dixit, includere hanc dictionem caſus maiores expreſſis, in clem. 1. in verb. quauis alia de re iud. vbi Card. & Imol. notant, quæ latè congeſta ſunt in conſ. meo 2. 1. vol. vbi multa notatu digna ad propoſitum; & quid dubij, quòd ſi fuiſſet cogitatum in ſpetie de donatiuis, fuiſſet conceſſa immunitas expreſsè, ſtante qualitate ceſſionis, quæ fiebat per Principem, & è contra generalitate verborum, cum quibus conceditur prædicta recompenſa, eò magis, quia ſtatus finalis, qui cedebatur, erat liber, & exemptus à quolibet onere, & pręſtatione, & poſtquam Rex interrogatus ſic reſpondiſſet, haberi debet pro expreſſo ad text. in l. tale pactum §. fin. ff. de pact. cum concord. vbi gloſ. & Doct. quæ in priuilegijs etiam locum habet, vt per Dec. ibi, & in conſ. 15. & 19.

Sed vltra prætendit Princeps ex alio indubitanter feudum iſtud eſſe, & debe-
5 re declarari francum, & immune à donatiuis; nam ſi eſt conceſſum liberum, & exemptum ab omni, & quolibet onere, idem eſt, ac ſi conceſſum fuiſſet feudum frãcum, vt per Curt. in 1. par. tract. feud. cap. 8. quot ſunt genera feudorum nu. 27. Capyc. in ſua inueſt. in verſ. feudorũ genera, in verb. francum feudum, & feudum francum importat eſſe omni libertate liberum, & ab omni ſeruitute liberatum, & abſolutum, ſolemne conſ. Oldr. 234. quem ad literam ſequitur Bald. in in cap. 1. col. fin. nu. 17. de Capi. qui cur. vend. vbi etiam Alnat. & inter cætera dixit Oldr. quòd non teneatur talis feudatarius Dominum ad exercitum ſequi, quem ad literam refert, & ſequitur Iaſ. in prælud. feud. poſt nu. 114. 2. col. verſ. adde pulchrum conſ. Oldr. poſt relatam doctrinam Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de præſcr. Menoch. cumulat deciſiones in conſ. 721. nu. 15. videlicet, vt conceſſo feudo franco, non poſſit illud grauari aliqua impenſa etiam belli cauſa authoritate Oldrad. & aliorum, & idem dixit Bald. in præl. feud. nu. 53. in 8. diuiſione, quòd feudum francum intelligatur à ſeruitijs, nam ſi hoc non importaret, ad nihilum deſeruiret franchitia; ſiquidem
6 etiam in feudo franco tenetur feudatarius ad contenta in iuramento fidelitatis ſecundum communem Doct. opinionem, quem ſequitur Curt. vbi ſupra, & latiùs Capyc. in loco prææallegato licet corruptè alleget pro cõtrario conſilium Oldr. & ſeruitium debitum eſt perſonale, cuius loco datur in pecunia ſubuen-
7 tio. Hinc fit quæſtio, in cuius ſit electione, an Domini, vel vaſſalli ſeruire de perſona, vel in pecunia, & Andr. voluit eſſe in electione Domini, & in Regno eſt hoc exploratũ, de quo per Andr. in cap. 1. in fin. qui dicatur Dux, in cap. 1. §. ſimiliter, de Cap. qui cur. vend. Affl. in deciſ. 320. Capyc. in deciſ. 10. & 32. latè per eundem Andr. in cap. imperialem §. firmiter, de prohib. feu. alien. per Frid. & propterea cum ſit ſubrogatum ſeruitium pecuniæ in locum ſeruitij perſonalis, cõceſſo feudo franco, ſicut non debetur ſeruitium perſonale; ita pariter non debe-
8 tur pecunia, Alber. in ſuo dictionario in verb. feudum col. 5. in verb. miles, vbi dicit, conceſſo feudo libero non teneri feudatarium ad ſubſidium pecuniæ, quod etiam ſpecificè dixerunt Aluar. & Capi. in locis alleg.

Ex his dicebat Princeps minimè teneri ad donatiua, ſi habet conceſſionem feudi liberam, & exemptam à quolibet onere ſeruitutis; ſiquidem donatiua,

etſi hoc vocabulo appellentur, ſunt lo-
co ſeruitij, & iuſtè impoſiti, nam ſi illud
ordinariè imponitur pro Domino adiu-
uando in bello, ſuiſq; neceſſitatibus oc-
currendo, & donatiuum pro hac cauſa
ſpecificè imponitur, licet bellum non ſit
10 in Regno; eſt tamen extra Regnum, &
intereſſe eſt Vaſſallorum adiuuare Do-
minum extra Regnum, ne in Regno bel-
lum ſuccedat, ob quod adiuuare tenen-
tur, allegari ſolet text. in cap. 1. §. ſi con-
tigerit de nou. for. fidel. Notabilis deci-
ſio Bald. in cap. 1. quib. mod. feud. amitt.
vbi Andr. idem Andr. in cap. 1. §. ſed nec
eſt alia iuſtior, quæ ſit prima cauſ. benef.
amitt. Capyc. eleganter in d. §. firmiter
Afflict. in ſua deciſ. 265. qui idem tenẽs,
11 dixit, adhoam nihil aliud eſſe, quàm ſer-
uitium in pecunia, latè per Iacob. in verſ.
& promiſerunt, verſ. quartò quæro, & li-
cet petatur per hoc nomen donatiuum,
eſt gratia, & benignitas Regis, & hic ca-
12 dit, quod dici ſolet; Preces Regum eſſe
mãdata, gloſ. in l. 1. in verb. quemadmo-
dum ff. quod iuſſu, facit text. & quod per
illum dicunt Doct. in l. ſi per impreſſionẽ
C. quod met. cauſ. maximè quando pre-
ces ſunt Superioris, qui poteſt eſſe terri-
bilis, intantum quòd inducunt iuſtum
metum iuxta text. vbi gloſ. notab. in l. 1.
C. ſi rector Prouinciæ, & ſic non poterat
vim facere, quod ſint donatiua volun-
taria, ſi Rex, dum illa petit, dicit ex cau-
ſa neceſſaria bellorum, quæ ſuſtinet ex-
tra Regnum pro defenſione ſuorum Re-
gnorũ, & principaliter pro pace, & quie-
te iſtius Regni, pro quibus cauſis poſſet
13 nouas impoſitiones facere, quando non
habet vnde prouidere Iſern. in §. vecti-
galia ante nu. 14. verſ. plerunq; & latè
in verſ. extraordinaria collatio, & vtro-
bique Afflict. eleganter, & idem Afflict.
in rubr. quæ ſint regalia, & eſt commu-
nis omnium opinio, vt quãdo adeſt cau-
ſa vrgens, & Rex non habet de proprio,
poſſit facere nouas impoſitiones, de quo
per Cyn. & Bald. in l. neminem C. de ſa-
croſ. eccleſ. Innoc. & cæteri in cap. inno-
uamus de cenſibus, Capyc. in d. §. firmi-
ter, Afflict. ibiq; Addentes in deciſ. 261.

14 Hinc ſatis ad propoſitum D. Freec. in
2. lib. in 3. author. Baron. nu. 26. tradit,
donatiua hęc, quæ ſingulis duobus annis
fiunt, non dici voluntaria, ita quod eſt
hoc nomen ſimulatum, & propterea
videmus ſingulis duobus annis irre-
miſſibiliter peti à Rege cum literis par-
ticularibus ad ſuum Proregẽ tranſmiſſis,
& populi, & Barones per regias literas
particulares ad parlamentum vocantur,
vnde verè poteſt hæc appellari impoſi-
tio, quæ ſingulis duobus annis fit per
Regem, vt ſuis neceſſitatibus ſubue-
15 niat; & ne deficiant particulares deci-
ſiones, videatur Pet. Greg. qui doctè, &
eleganter ſcripſit in tit. de conceſſ. feud.
par. 7. q. 8. nu. 35. qui in indiuiduo Au-
thore Oldr. in conſ. vbi ſupra tradidit,
quòd conceſſo feudo franco, & libero, ſi-
cut feudatarius non tenetur præſtare tũc
ſeruitium militare, ita nec etiam dona-
tiuũ, quod eſt idem, quod adiutorium in
pecunia, & poſtquàm hæc donatiua ſunt
adiutoria, & ſubuentiones, quæ Regi
præſtantur ob cauſam neceſſariam, & vt
videmus, dum Barones taxantur, prout
taxatur adoha, & ſic dicitur in donati-
uis, prout quantitas illorum erit, quòd
ſoluatur integra, vel media adoha, vel
plus, & minus, ſequitur propterea, quòd,
ſi aliud non eſſet in conceſſione, niſi feu-
dum liberum ab adoha, feudum hoc in-
telligatur etiam liberum à donatiuis,
16 Deciſio eſt Andr. particularis in cap. 1.
§. ſimiliter in hoſtenditijs de capit. Cor-
rad. qui dicit, adiutoria, & ſeruitia om-
nia, quæ præſtantur à Vaſſallis Domino,
appellari adhoamenta, & alibi dixit; hæc
fieri in parlamento, vt in cap. 1. verſ. ni-
ſi hoſtem fecerim de nat. feu. & quis po-
teſt dubitare, quod donatiuum non ſit
17 adiutorium, & licet Capyc. in ſua inue-
ſtit. in verb. feudorum adiutoria, dixerit,
largo modo adiutoria dici adoham: quia
adoha eſt, quæ ſoluitur à feudatarijs; ad-
iutoria verò ab omni populo; tamen fal-
litur, ſiquidem non ex eo, quia generali-
ter imponitur adiutorium, per hoc non
erit adohamentum, poteſt enim eſſe, &
generale, & particulare; ſed ſemper erit
adoha-

adohamentum, quia vel de perſona, vel in pecunia Dominum adiuuant in ſuis neceſſitatibus, & quantò magis vniuerſaliter fit ſolutio, tantò magis alluditur
18 vocabulo, à cuius etymologia licitum eſt arguere ad text. in l. 2. §. appellata, ff. de reb. cred. quia hoc vocabulum, ad-
19 hoa, originem traxit à pluribus inſimul coadunatis ad ſeruitium faciendum dicit Andr. in cap. 1. de controu. feud. apud pat. term. poſt nu. 8. vbi eleganter, idem Capyc. vbi ſupra in verb. feuda adhoāt,
20 & propterea Afflict. in d. §. ſimiliter nu. 14. verſ. ſed quæro, tradidit, conceſſa immunitate adiuuamenti includi adhoam, quia eſt ſpecies adiuuamenti, quæ videtur deciſio particularis in hac cauſa; ergo è contra conceſſa immunitate adhoę includitur adiuuamentum, & ſic donatiuum, quia omnia adhoamenta ſunt adiuuamenta ſecundum Iſern. & hoc in indiuiduo decidit Regia Camera in anno 1544. dùm conceſſo feudo Gaudiani ſo-
21 luto, & libero ab omni iugo ſeruitutis, fuit illud declaratum liberum, francum, & exemptum ab adhoa, & donatiuis, quod decretum eſt in proceſſu Epiſcopi Melfiæ cum regio fiſco in Regia Camera ſuper oſtenſione tituli, & propriè in dicto proceſſu fol. 27.

Quando in prædictis dubium fieret, dicebat Princeps gradatim, feudum non eſſe de nouo taxandum, ſed remanere debere cum antiquo ſeruitio non obſtāte prætenſa reſolutione primæ infeudationis ex prælatione, mediante qua præſupponit fiſcus feudum acquiſiuiſſe, & conſequenter incorporaſſe ex lege feudi, non negando aſſumptum fiſci in iure; ſed ex infraſcriptis non procedere in caſu, de quo agimus.

22 Primò, quia ſi propriè eſſemus in caſu deuolutionis, & Dominus ſimpliciter feudum conceſsiſſet infra modicum tēpus poſt reuerſionem, intelligeretur cum ſeruitio conſueto, ita Afflict. in d. §. huius autem generis, limitando dictum Andr.

Secundò, intantum Dominus hic acquiſiuit, inquantum voluit concedere
23 Principi, & ad hunc finem emit, & obtulit, ita quòd non omnino acquiſiuit, vt ſibi acquireret; ſed vt alteri daret, & ideò non mutat feudum naturam ſuam antiquam, iuxtà text. in cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. vbi communiter Scribentes: vbi quando non omninò pater refutat Domino; ſed refutat, vt filijs concedat, remanet tunc feudum antiquum, & non dicitur acquiſitum, & incorporatum Domino, taliter vt, dùm de nouo concedit, dicatur nouum feudum, & licet non poſsit negari per iſtam prælationem non interueniſſe quandam alterationem propter nouitatem inueſtituræ, & perſonarum; tamen dixit ſubtilis Bald. in d. cap. 1. quod hoc operetur virtus ſubrogationis, vt aſſumat priſtinam qualitatem non obſtante prædicta mutatione; ſicut dicimus in terminis quæſtionis gloſ. in cap. 1. §. quinetiam Epiſc.
24 vel Abb. vt feudatario decedente cum maſculis, & fœminis; ſi maſculus parùm, aut nihil ſuperuixerit poſt mortem patris, habeatur pro non nato, ita vt fęmina ſuccedat, quæ aliàs ex ſuperexiſtentia maſculi non ſuccederet, & eadem gloſ. in cap. 1. §. filia de ſucceſſ. feud. & eſt opinio communis, licet Andr. videatur contrarium ſentire, vt per Iacob. de Beluiſ. Bald. Rayn. Nicol. de Neap. Aluar. Lauden. & Præpoſ. in d. §. quineriam.

Tertiò, indubitata eſt concluſio, quā-
25 do feudum non redit ad Dominum iure reuerſionis, & ex lege feudi; ſed ad Dominum, vti priuatum: quia vaſſallus ipſum hæredem inſtituit, vel ei donauit, tunc qualitas feudalis non reſoluitur; ſed poſsidebit Dominus vti priuatus; ita Io. Rayn. in d. cap. imperialem §. habito nu. 33. Capyc. in ſua inueſt. in verb. feudorum deuolutio, verſ. ſeruitutes, Curt. in 4. par. tract. feud. 14. quæſt. verſ. prædictam tamen concluſionem, & ob id, quando habet titulo particulari, tenetur Dominus ad omnia onera Vaſſalli alienantis, de quo per Camer. authoritate prædictorum, & aliorum in eodem cap. imperialem cart. 31. lit. S, & ſic intelli-
26 gitur deciſio Andr. in d. cap. 1. §. huius autem generis, ex quib. cauſ. feud. amitt.

nam

nam dum loquutus fuit de titulo particulari, voluit intelligere, quando deuoluitur feudum ex lege contractus infeudationis, & dùm loquutus fuit de titulo vniuerſali, fuit exempli gratia ad differentiam tituli particularis ex lege feudi, vt ſic ſemper, quòd habeat alio titulo particulari, quàm ex lege contractus feudalis, vtputa, hæredis inſtitutionis, vel donationis, vt dixerunt præfati Doct. feudum non mutat naturam ſuam, etſi
27 non ſoluit interim ſeruitium, dicit Ioan. Rayn. quòd non ſit ex eo; quia eſt extinctum, ſed quia ſibi ipſi ſoluere non poteſt, vt benè conſiderat Afflict. in d. §. ſimiliter nu. 52. cumulant deciſiones Moderni Addentes ad Andræam in cap. 1. §. quid ergo in verb. ſeruitutes, de inueſt. de re alien. fact. & quòd dicatur transire iure priuati, & poſſideat vti priuatus, quãdo habet titulo emptionis, dixit hoc idem Io. Rayn. vbi ſupra §. ſi quis infeudatus nu. 38. & in emptore loquutus eſt Cacher. in deciſ. 156. nu. 10. & Præſes de Franch. in deciſ. 226. & exercitium iuris prælationis nihil commune habet cũ emptione: nam ius prælationis facit, vt pferatur Dominus directus alijs; ſed verum eſt, quod dicatur emere, ergo vt emptor poſſidebit, ob quod apparet malè ſenſiſſe Frecc. in 29. author. Baron. nu. 9. diſtinguentem inter titulum particularem, & vniuerſalem, cum nil referat titulus particularis, & vniuerſalis; ſed cauſa acquiſitionis, vt dictum eſt.

His ſic exiſtẽtibus dicebatur pro parte Principis, quòd, cum verè Fiſcus emerit per ſuppoſitam perſonam, & de hoc non dubitetur, quaſi hoc feciſſet animò retinendi, & acquirẽdi, nihilominùs qualitas feudalis non eſſet extincta ex præallegatis, ergo quantò magis ſi emit, vt daret, & non vt penes ſe retineret nulla habita ratione prætenſæ prælationis, ſi ipſe verè fuit emptor.

Imò fortiùs intantum hæc ſunt vera,
28 vt etſi perſona non fuiſſet ſuppoſita, & Dominus vſus eſſet prælatione iure directi dominij ad finem alteri dandi, prçlatio non operaretur effectum ſuum, nec extinctio aliqua ſequeretur, vt indubitatè eſt in caſu, de quo agimus: quia prælatio erat, vt Principi daret, deciſio eſt Guid. Pap. nu. 411. quod pro abſoluto tenet Cacher. in deciſ. 156. ibi in princip. Frecc. in 30. author. Baron. qui refert ſic deciſum referente quondam Regente Villano viro recol. mem. Franch. deciſ. 226. Si ergo prælatio non mutat cauſam acquiſitionis, ſequitur, quòd remaneat titulus emptionis particularis, & conſequenter remanet feudum ſub ſua primæua natura: quia nunquam deuolutum, nec incorporatum, vel ſaltem non poſſeſſum alio titulo, quàm repræſentante Octauium Cataneum primum poſſeſſorem, & Dominum; ergo ſub ſeruitio antiquitùs impoſito, ſolito, & conſueto, ex ſupra allegatis in principio.

Facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio fuit ex his deciſum, feudum hoc vigore Capitulationis eſſe immune, & francum non ſolùm ab adhois, & releuijs; ſed etiam à donatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula conſueta de ſtylo Cancellariæ in aſſenſibus, vt intelligatur aſſenſus datus quò ad bona, in quibus feudatarius habet ſucceſſores, vnde originem traxit.*

2 *Clericus de iure communi eſt ſucceſſibilis in feudo, quando ex eo ſeruitium perſonale non debetur, vel honeſtè poteſt præſtare, ſeù ſeruire per ſubſtitutum: licet multi contrariam tenuerint opinionem, quæ in Regno eſt indubitata, & ſic paſſim deciſum, vt minimè clerici feudorum ſint capaces, & hæc etiam procedunt in clerico in minoribus conſtituto.*

3 *Clericus, qui ab agnatis fuit ſubductus ad clericatum aſſumendum,*

vel

vel alio modo per fraudem Clericatum aſſumpſit, dimittendo habitum, ſuccedit per viam reſtitutionis in integrum.

4 *Feudatarius voluntariè ſe clericando, ſtatim feudum amittit, nec dimittendo habitum feudum reacquirit; ſecus verò in Clerico ſuccedente feudatario; nam dimittendo habitum ſtatim reintegra ante quæſtionem feudi in eo ſuccedit, & hæc eſt communis, quæ procedunt in Clerico in minoribus, non autem in ſacris conſtituto, & nu. 6.*

5 *Opinio gloſ. in cap. 1. §. quinetiam, Epiſcop. vel Abb. vti communis defenditur ab impugnatione Andr.*

7 *Clericus beneficiatus non poteſt renunciare beneficium abſque licentia ſui Prælati, quod non ſeruatur de conſuetudine infra nume. 13.*

8 *Filij clerici in minoribus legitimantur per ſubſequens matrimoniũ; ſed non filij clerici beneficiati.*

9 *Text. in l licet C. qui pot. in pig. habeantur, & in l. interdum ff. eod. tit limitantur non procedere in feudis, & nu ſeq.*

10 *Opinio Ardiz. in rubr. vtrum pignor. obligat. in feudo probibeatur reprobatur, & ſic pariter opinio Paridis.*

11 *In feudis non ſufficit conſenſus contrahentium; ſed requiritur conſenſus tertij, qui eſt Dominus.*

12 *Opinio Io. Vinc. de Ann. vt refutatio facta proximo ſucceſſori valeat ſine aſſenſu, & babeat locum attento tempore mortis, non autem refutationis factæ, cuius contrarium tenuit Camerar. & verius, vt infra nu. 21.*

14 *Clericus coniugatus ſtatim amittit beneficium.*

15 *Renunciatio beneficij inducitur per actum contrarium incompatibilem.*

16 *Idem operatur potentia in habitu, quod in actu.*

17 *Sequenti non fit locus ſemper quòd adeſt ſpes ſuccedendi de iure communi, non autem de iure ſpetiali.*

18 *Incertitudo cauſæ dependens ex futuro euentu, quæ ſtatum ſuſpendit, operatur, vt non ſit locus ſucceſſori.*

19 *Quandiù hæres adire poteſt, non ſit locus ſubſtituto.*

20 *Succeſſor, ſufficit, quod ſit in potentia tẽpore, quo actus celebratur, & ſic ſatisfactum eſt clauſulæ Cancellariæ, dummodò alienans habeat ſucceſſorem.*

22 *Refutatio ſtatim perficitur facta immediatè ſucceſſuro, quia lex aſſentit.*

23 *Idem iudicatur de potentia reducibili ad actum, quod de ipſo actu.*

24 *Deciſio Bart. in l. penult. ff. de concub. latè declaratur.*

25 *Lex non fingit ſuper impoſsibili, ſed requiritur concurſus extremorum à quo, & ad quod.*

26 *Pragmatica nouem capitum declaratur, & ex ea probatur, quòd ſufficiat, babere alienantem ſucceſſorem in feudo in potẽtia tempore alienationis, & ibi ponitur ratio.*

27 In-

27 *Intereſſe conſiderabile eſt reſpectu Domini, quòd fendatarius habeat, vel non babeat ſucceſſorem in feudo.*

28 *Debitum contractum ob acquiſitionem immediatam feudi, licet ex hoc non oriatur hyppotheca ſuper feudo: tamen ſolui debet à Domino, ſi ad eum feudum deuoluitur, vel ad agnatum, quòd latè exornatur.*

29 *Termini text. Conſtit. Reg. ſi quis poſt litem declarantur, et in quibus cauſis poteſt deueniri ad ſecundum decretum, & Rex tenetur aſſentire.*

30 *Succeſſor in maioratu tenetur ad debita contracta in ipſius vtilitatem.*

31 *Opinio Schrad. refertur, & laudatur, quòd teneatur ſucceſſor non hæres ob debitum cõtractum pro feudo emendo, & hanc dicit eſſe communem, quanquam limitet procedere hoc in ſubſidium.*

32 *Practica, quòd pecunia conuertatur in emptionem in locum feudi, vnde originem ſumpſit.*

33 *Pro meliorationibus datur retentio etiam contra Dominum, licèt feudum pro ipſis non ſit obligatum.*

34 *Creditor ſoluens pecuniam priori creditori, & ſi non ſuccedat in illius hyppotheca; habet tamen exceptionem aduerſus alios creditores.*

35 *Aſſenſus cenſetur præſtitus in caſibus, in quibus Dominus aſſentire tenetur, & requiſitus non aſſentit.*

36 *Verba ſuperflua in aſſenſu non vitiant, ſed reijciuntur.*

37 *Conceſsio feudi facta alia lege, qua concedens habet, non vitiatur, quatenus eſt infra limites inueſtituræ; ſed reijcitur quod eſt contra eam.*

38 *Papa, & Rex cenſentur velle, vt actus valeat omni modo meliori, quo valere poteſt, licèt non valeat, vt agitur.*

39 *Idem eſt non facere actum, vel inutiliter, aut nulliter.*

40 *Prouiſio hominis non facit ceſſare prouiſionem legis, quando non eſt lege pinguior.*

41 *Verba intelligenda ſunt, prout ius intelligit.*

42 *Intellectus ad Pragmaticam ſeptem capitum, vt intelligatur de feudis acquiſitis; non autem de acquirendis, latè fundatur.*

43 *Verbum ſuum importat dominium.*

44 *Differentia inter hyppothecam rei acquiſitæ, & rei acquirendæ, latè comprobatur.*

45 *Debitor in acquirendo poteſt præiudicare creditoribus.*

46 *Bona minoris acquirenda poſſunt obligari ſine decreto.*

47 *Procuratores, Tutores, & cæteri in actu acquiſitionis poſſunt apponere pacta, et leges, quas volunt.*

48 *Prorex quare tanquam Vicarius Regis habeat poteſtatem aſſentiendi.*

49 *Clauſulæ, quæ ſunt de ſtylo, nõ alterant, nec aliquid operantur.*

50 *Clauſula, quæ ponitur diſpoſitioni perfectæ, non dicitur conditionalis, ſed modalis.*

AR-

ARGVMENTVM.

Clericus etiam beneficiatus quomodo,& quando poſſit ſuccedere in feudo. Dominus an teneatur ad ſolutionem debiti contra-cti pro feudo acquirendo, licèt feudum non ſit obligatum. Clauſula Cancellariæ dummodò habeat ſucceſſorem, quomodo intelligatur. Dominus quando habeatur pro conſentiente, & an Pragmatica nouem capitum habeat locum in feudis acquirendis.

DECISIO IV.

IOãnes Alphonſus Bisbal olim Marchio Briatici emit prædictam Terrã, quæ ad inſtantiam creditorum prçuia haſtarum ſolemnitate vẽdebatur,cum aliena pecunia data pro emptione prædicta facienda,& cum ſpeciali obligatione eiuſdem Terræ, in qua obligatione præſtitus fuit Regius aſſen-
1 ſus cum clauſula conſueta de ſtylo Cãcellariæ videlicèt, quò ad ea bona feudalia, in quibus habet feudatarius ſucceſſores in feudo, quæ clauſula ortum habuit à Pragmatica anni 1531. dicta delli noui capi,per quam in dictis nouẽ capitibus vetatur, Proreges aſſentire alienationibus feudorum, &. præcipuè quãdo quis ſucceſſore caret,ibi,vbi quis de bonis ſuis feudalibus diſponit, aut tractat,certo,aut legitimo ſucceſſore careat,qui iuxtà Conſtitutionem Regni in feudo ſuccedere deberet &c.

3 Creditores,qui pecuniam ſic vinculatam dederunt, inſtantes pro ſatisfactione, egerunt in Sac.Conſ.petendo aſſiſtẽtiam ſuper Terra prædicta cum poteſtate vendendi iuxtà ſolitum ſtylum, & ſic obtinuerunt.

4 Subingreſſus eſt Fiſcus habita notitia ſententiæ,& allegans defectum ſucceſſoris prædicti Marchionis, quia quem habebat tempore obligationis, erat frater Clericus beneficiatus,& ſic inhabilis ad feudi ſucceſſionem, & tempore petitæ venditionis reperiebatur mortuus; proptereà ſtante ſuo notorio intereſſe petijt ſuperſederi in executione ſententiæ, & cauſam remitti ad Regiam Cameram ſuum Iudicem competentem, prout iam fuit remiſſa, & in ea làtè diſcuſſum, & tractatum de validitate prædicti aſſenſus ſtante clauſula prædicta.

2 Dicebat enim Fiſcus,quòd etſi Scrib. in cap.in præſentia,de probat.multa dixerint circa habilitatem, vel inhabilitatem Clerici in ſucceſſione feudorum, & communis fuerit diſtinctio,vt ſuccedat, quando perſonale ſeruitium poteſt honeſtè per Clericum præſtari,vt ibi per Hoſtienſ. Innoc. aliosq; cumulatos per Felyn.qui allegat pulchrum cõſilium Calder.in tit.de feud.num.2. loquentis in Clerico in minoribus cõſtituto,eodemq; modo loquutus fuit Cyn. cum ſequac.in auth.ingreſſi C.de ſacroſ.eccl. cum alijs relatis per Capyc.in deciſ.31.& Martin. Lauden.in cap.1.§.quia vidimus,de his, qui feud.dare poſſ. tenuit,Clericum ſuccedere,quem ſequutus eſt Iacob.in tract. de feud. in verb. & quibuſcunque hæredibus,quæ intelliguntur ſecundum eos, quando poteſt ſeruire per ſubſtitutum; tamen non diſputando contrariam opinionem,quam multi tenuerunt,de qua per Caſſan.in conſuet.burgund.in tit.de fiefz,& choſes feudales §.5. in verb. exceptèz les Religieux,latiſſimè Curt. qui diſputat articulum ad partes, cumulando omnes in 3.par.princ.in 2.membt.& Henric.Boic.in d.cap.in præſentia n.15. dixit, non ſeruari de facto opinionẽ Innoc.& cæterorum; ſed per tranſitum ad quamcũque Religionem feudum perdi, dicebat Fiſcus, hodie in Regno caſum hunc non eſſe diſputabilem; quia cum teneatur feudatarius præſtare iuramentum fidelitatis,& ſeruire perſonaliter cũ equis,& armis in bello,aliaq; explicare, quæ Clerico non conueniunt, proptereà opinio indubitata ſic indiſtinctè practicata, & iudicata fuit, & eſt, vt minimè Clericus ſuccedere poſſit,& in Regno nõ eſt in electione vaſſalli;ſed Domini commutandi ſeruitium perſonale in pecuniarium, vt per Iſern. in cap.1. §. ſimiliter poteſt,nu.14. de Cap.qui cur.vend.in cap.

cap.1. col.fin. qui dicatur Dux, Capyc.
deciſ.32. Affiict.in deciſ. 320. refert ſic
iudicatum per Regiam Cameram,& Sa-
crum Conſilium, Capyc. in deciſ.10.in
fin. ſic pariter deciſum atteſtatur, licet
latè diſputauerit, & dixit Conſiliarius
Io.Fœlix Scalaleo,hoc eſſe indubitatum
in Regno,& ſic practicari, & deciſum in
cauſa Don Nicolai Caetani in addit. ad
conſuet.Neapol.in prohęm. Caroli cart.
mihi 29. incip. Exceptio Clericatus, &
hoc eſt etiam ſecundum opinionem Ca-
noniſtarum, cæterorumq; Scribentium;
quia non honeſtè poteſt perſonaliter ſer-
uire Clericus in bello,quod benè expli-
cauit Calder.in alleg.conſ.& hoc modo
procedunt quatuor iura feudalia, quæ
excludunt Clericos à feudorum ſucceſ-
ſione,vtpotè cap.1. de beneſ.fœm. cap.
1. §.qui Clericus ſi de feud. defun. mil.
cap.1.an mutus, vel aliter imperfectus,
& cap.1.de vaſſall.mil.qui arm.bell. de-
poſ.& in Clerico beneficiato propriè lo-
quitur Bald.in d.§.qui Clericus commu-
niter receptus; ſic etiam declarauit Al-
uar. in cap.1. nu.6. verſ. oppono ab ex-
tra, de vaſſ.mil.qui arm.bell.dep. & hoc
dixit per priùs Ardiz. in ſua ſumm. in-
cap.97.ibi,nec etiam puto, quòd Cleri-
cus vetus feudum valeat retinere ſeruiē-
do per alium, cum per ſe non poſſit, &
ſecundum Scalal. vbi ſupra, procedunt
hæc Clerico in minoribus ordinibus cō-
ſtituto,& hoc dixit gloſ.in d.cap.1. de-
vaſſ.mil. qui arm.bell.dep. vt diſpoſitio
illius text.loquatur etiam in Clerico ſę-
culari,quam ponderat ibi Aluar.& iura,
vt ſupra allegata loquuntur ſimpliciter
3 in eo, qui effectus eſt Clericus,quicquid
dixerit Bald. nam eius dictum intelligi-
tur, quando ſumus in Clerico minore-
primæ tonſuræ, & adeſt ſuſpitio, quod
agnati habitū aſſumere fecerint in frau-
dem ſucceſſionis,& tunc dimittendo ha-
bitum per viam reſtitutionis in integrū,
admittitur ad ſucceſſionem feudi,ita Al-
uar.in d.§.qui Clericus, ante nu.4. verſ.
& iſta opinio videtur mihi ſatis æqua in
iſto caſu huius ſuſpitionis, & in caſu ſu-
ſpitionis fraudis loquitur Iacob. de Bel-
uiſ.in cap.1.de beneſ.fœm. quem ipſe-
allegat, & dicit eſſe de æquitate: Quæ
opinio nullam habet difficultatem,& in-
conuincibili argumento comprobatur;
nam vera,& communis eſt concluſio, &
ſic iura diſtinguuntur, & intelliguntur;
4 aut quis eſt feudatarius,& clericatur, &
ſtatim feudum perdit,& illud reuertitur
ad Dominum,vel ad agnatos, etiā quod
habitum incōtinenti poſtpoſuerit: Si ve-
rò ante ſucceſſionē feudi erat Clericus,
& demum defertur ſucceſſio, & re inte-
gra ante quæſtionem habitam de feudo
habitum dimiſerit,& beneficium renun-
tiauerit, ſi quod habebat, tunc ſuccedit
in feudo; nam per Clericatum aſſumptū
ante factum caſum ſucceſsionis non po-
teſt dici perdidiſſe feudum, quod non-
habebat: poſt verò caſum factum, ſi ſta-
tim dimittat, declaratur animus ſucce-
dendi,& habetur, ac ſi nunquam Cleri-
catum aſſumpſiſſet,ita Andr.in d.cap.1.
de vaſſ.mil.& in d.cap.1.de beneſ.fœm.
& in d.§.qui Clericus, vbi moderni Ad- 2
dent.declarant,& ſic dicit Andr.intelli-
gendam eſſe doctrinam Ardiz. in ſumm.
vtrum vaſſall.amitt.feud.ſi cler.effic.nec
recuperat,ſi poſtpoſuerit habitum,quod
idem limitat, quando re integra ante-
quæſtionem habitam de feudo,intelligit
inquam Andr. in ſuccedere volente; ſe-
cùs ſi erat feudatarius, & Clericus effi-
ciatur;nam tunc ſtatim amittit,& non-
recuperat,quantumcunque habitum di-
mittat,quod ſequitur Aluar.in d.cap.1.
de milit. vaſſall. nu. 8. & ſic intelligitur
Iacob. de Beluiſ. in d. cap. 1. de beneſ.
fœm.dum ſimpliciter tradit, quòd filius
Clericus poſtponendo habitum poſt pa-
tris mortem in feudo ſuccedat, & dicit,
ſic de conſuetudine ſeruari, eandemq;
diſtinctionem fecit Luc.de Pen.in l.nulli
C.de numer.lib.12.quam diſtinctionem
benè defendimus ab impugnatione Bā-
macarij viri acutiſsimi in tractat. de-
poteſtate Proreg.in tit.de aſſenſibus Re-
gijs §.4. & ratio quare ſuccedit, quan-
do re integra dimittit habitum, illa eſt
ſecundum Andr. quia non videtur Cle-
ricatum habuiſſe,& allegat ſimile poſitū

per

5 per gloſ. in cap.1. §. quinetiam Epiſcopum, vel Abbatem in verb. non admittuntur, vt non videatur natus maſculus, qui ſtatim poſt mortem patris deceſſerit, vt ſic fœmina aliàs non ſucceſſura per exiſtentiam maſculi ſuccedere habeat, quando maſculus natus ſtatim deceſſerit, eadem gloſ. in cap.1. in §. filia, in verb. non extantibus de ſucceſſ. feud. & licet Andr. in dicto §. quinetiam videatur poſteà tenere contrà opinionem gloſ. tamen communis eſt cum gloſ. vt per Iacob. de Beluiſ. Bald. Rayner. Nicol. de Neapo. Aluar. Lauden. & Præpoſ. Iacob. in verb. & fœminæ 8. part. poſt num.47. Curt. in eodem tractat. 3. par. quæſt. 27. immò volunt procedere, etiamſi vixerit per octo dies, & hanc eſſe communem opinionem dixerunt multi Doctor. vt per Curt. vbi ſupra, Sonſbech. in tractat. feud. par.9. num.129. Ioan. Thom. de Marin. de feud. fœmin. tit.11. quæſt.4. Zaſ. in 4. par. tract. feud. num.47. Tiraqu. in l. ſi vnquam in verb. ſuſceperit liberos, cumulat omnes, & dicit, hanc eſſe communem, eandemq; diſtinctionem Andr. ſequutus eſt Capyc. in deciſ. 115. nu. 11. & in repet. cap. imperialem §. præterea ſi quis infeudatus limit. 15.

Si ergo poſtponendo habitum re integra ante habitam quæſtionem de feudo quis laicatur, & tunc admittitur ad ſucceſſionem, ergo perneceſſe confiteri
6 oportet, hæc procedere tantum in Clerico in minoribus conſtituto: quia ſi eſſet in ſacris, nec renuntiare poſſet Clericatum, nec habitum dimittere, vt dicit Aluar. in loco præallegato pro intelligentia diſtinctionis Andr. vnde cum diſtinctio prædicta dimiſſionis habitus, vel renuntiationis beneficij (in quo caſu loquitur etiam Albert. Brun. in conſ. 16.) non poſſit habere locum in Clerico in maioribus ordinibus conſtituto, quæ omnia cumulatè, & ſatis diſtinctè, & eleganter tractat, & firmat Piſtor. in quæſt. 33. tom. 3. ſuarum quæſtio. iurium, qui videatur: nam cumulat omnes, & totam materiam cum ſuis diſtinctionibus benè declarat, poſt D. Ioan. Thom. de Minad. quem ipſe allegat, digniſſimum Conſiliatium, & præſtantiſſimum virum in Conſtitutione Regni in aliquibus in verb. filiorum num. 17. & ſeq. poſt Barbat. in tractat. de præſtant. Cardin. quæſt. 5. tradit, & cumulat deciſiones perdoctè more ſolito Bammac. in repetit. d. §. qui Clericus quæſt. 4. Sequitur propterea, vetam, & indubitatam eſſe concluſionem, Clericum etiam in minoribus ordinibus conſtitutum feudum perdere, ſi tempore aſſumptionis Clericatus illud tenebat, & non habere in eo locum habitus poſtpoſitionem ſecundum iura feudalia, quæ ſunt expreſſa, & non poſſunt tergiuerſari; ſi verò Clericatum aſſumpſerit ante delatam ſucceſſionem, tunc re integra dimittendo habitum ante motam feudi quæſtionem, poterit ſuccedere: quia ex dimiſſione habitus declaratur animus, & habetur, ac ſi nunquam ſe clericaſſet.

Dicebat igitur Fiſcus (cum frater Marchionis eſſet Clericus tempore obligationis, & Clericus beneficiatus, qui
7 abſque licentia ſui Prælati beneficium renuntiare non poterat ad text. in cap. admonet, & in cap. niſi cum pridem §. verum, de renuntiat. & ſic Doctor. ſummant illum text. in cap. admonet, videlicèt, quòd Beneficiatus ſine licentia Prælati ſuum beneficium renuntiare non poſſit, vt per Innoc. Ioan. Andr. Butr. & Abb. qui in 3. notab. dicit: Nota, quòd Beneficiatus abſque authoritate Epiſcopi non poteſt beneficia dimittere, vel illa renuntiare, & dum text. loquitur per verbum inconſulto, dicit ibi Butr. quòd intelligatur pro conſenſu. Hinc ſi fuerit aſſumptus ad ſecundum beneficium abſque licentia dimiſſionis primi, non habebit ſecundum, & detinebit primum, immò compelletur, niſi ſciuerit Epiſcopus, ad quem collatio primi ſpectet, & tacuerit per ſex menſes, ita Innoc. & omnes ibidem in cap. de multa, de præb. & quando quis non habet diſpoſitionem, niſi cum conſenſu alterius, tunc non

C dici-

dicitur habere liberam poteſtatem diſponendi,notab. Abb. ad propoſitum in cap.fin. num.3. de poſtul.prælat.) ſtantibus ſupra firmatis, verum eſſe dicere ; Marchionem tempore obligationis non habuiſſe ſucceſſorem : quia Clericus beneficiatus etiam quod renuntiaſſet, prout renuntiauit poſteà iſte frater beneficium , non videtur poſſe dici legitimus
8 ſucceſſor ex traditis per Bart.in l.penul. ff. de concub. vbi filij Clerici in minoribus legitimantur per ſubſequens matrimonium ; ſed non filij Clerici beneficiati : quia eo tempore non poterat eſſe matrimonium Præpoſ. in cap. 1. §. & quia nu.51. de his,qui feud.dar.poſſ.latè Couat. de ſponſ. cap. 8. §. 2. 2. par. num. 5.

Nec dicatur feudum abſque hoc aſſenſu obligatum : quia ex hac pecunia ſpetialiter fuit emptum,& data ad hunc effectum cum ſpetiali obligatione ſecun-
9 dum terminos text.in l.licet C. qui pot. in pign.habe.in l.interdum, & in l.huius ff. eodem titu.ibi, huius enim pecunia ſaluam fecit totius pignoris cauſam , in l. pater filium in primo reſponſo de leg. 3. vbi Bart. ſicut dicimus in Prælato ſucceſſore, qui ſoluere debet debita prædeceſſoris pro Eccleſiæ neceſſitate contracta iuxtà terminos text. in cap.1. de ſolut. vbi communiter Canoniſtæ,
10 quam quæſtionem poſuit in indiuiduo Ardiz.in ſumma cap.116.in rubr.vtrum pignoris obligatio in feud. prohib. tradens,quòd, ſi vaſſallus feudum emerit à Domino,& pretium mutuum ab alio acceperit,poſſit feudum creditori obligare abſque aſſenſu : quia videtur obligare pro onere feudi, ſequitur Paris de reintegr.in cap.253.in vet.verba priuilegiorum : nam hæc opinio eſt communiter reprobata, cum ſemper adeſſe debeat conſenſus Domini ; conſideratur.n.contemptus illius, commutatio de perſona in perſonam, & intereſſe voluntatis, de quo per Iſern.in cap.imperialē,de prohi. feud.alien.per Frid.bonus text.in cap.1. de fratr.de nou.benef.inueſt.ibi,ne fortè inuitus Dominus alium,quàm quem voluerit, ſibi acquirat vaſſallum, longè.n. diſtat diſpoſitio rerum allodialium, quæ eſt libera, à diſpoſitione feudalium, in
11 qua non ſufficit conſenſus contrahentiū; ſed requiritur conſenſus tertij, qui eſt Dominus ſecundum Camer. in repet. d. cap. imperialem cart.mihi 24. 4.col.lit. S, & propterea idem Camer.ibidē cart. 14.eleganter diſcurrendo materiam per veros iuris terminos, reprobat opinionē Ardiz.aliud enim eſt, debitum eſſe contractum ratione feudi, vel occaſione ipſius,vel propter acquiſitionem illius,vel ad illud liberandum ab onere aliquo;ita & taliter,quòd eſſent cauſæ ſufficientes, vt Dominus requiſitus debeat aſſentire, poſſet procedi ad exequutionem, & interpellationem ſecūdi decreti, & Dominus ſuum debeat præſtare aſſenſum, & aliud eſt, feudum ex iſtis cauſis abſque Domini aſſenſu poſſe obligari,quod nulla lex dicit ſecundum trad. per Andr. & communiter noſtros Scrib.in Conſtitut. Regn.ſi quis poſt litē,& in cap.1.§.quid ergo,de inueſt. de re alien.facta, vt peroptimè docet, & fundat Camer. vbi ſuprà, quem allegat, & ſequitur Piſt.tom. 2.ſuarum quæſt. q.6. nu. 70. eò magis: quia fuit petitus aſſenſus, & præſtitus cū clauſula prędicta,dummodò habeat ſucceſſores,ex quo non eſt ſuper alio vagādum,niſi circa habilitatem ſucceſſoris.

Et ſi velimus attendere opin.Io.Vinc. de Ann.maximi Iuriſconſulti in reper.c. 1.de vaſſ.decr.æt. in quæſt. illa de refu-
12 tatione facta proximo, & immediato ſucceſſori,vt intelligatur de proximo tēpore mortis; non autem tpe refutationis contra Camer. vt per eum, ibi, nu.187. caſum iſtum, dicebat Fiſcus, eſſe extra oēm dubitationē,poſtquàm præmortuus erat frater Marchioni,& ſic nullū habebat ſucceſſorem tpe petitæ alienationis.

Ex aduerſo pro parte Marchionis, eiusq; creditorum dicebatur,omninò exequutioni fore demandandam ſententiam latam per Sacr. Conſ. ſiuè attendamus qualitatem ſucceſſoris, ſiuè qualitatem, & originem debiti contracti.

Quò ad qualitatē ſuccōris dicebatur ex con-

concluſionibus ſupra firmatis, fratrem, licet Clericum beneficiatum; habilem tamen tẽpore obligationis fuiſſe ad ſuccedendum in potentia,& in actu; in potentia: quia,vt fundatum eſt,poterat dimittere habitum, & renuntiare beneficium,& in actu; quia facto caſu ſucceſſionis re integra ex dimiſſione habitus, & renuntiatione beneficij, erat verus, proximus, & legitimus ſucceſſor, & diſpoſ.text.in d.cap.admonet, de renunc.
13 non ſeruatur de conſuetudine; ſed ſufficit renuntiare beneficium, vel ſi tranſeat ad Eccleſiam aliam, & recipiat aliud beneficium incompatibile, dicitur primum beneficium vacare non expectato conſenſu, aut alia licentia Superioris, ita Hoſtienſ.in eodem cap.admonet, ante num.quartum verſ. tamen Ioan.ſequitur Abb.ibidem ante num. 12. verſ. & prædicta dicit Hoſtienſ. Io.Andr. nu. 16. Butr.num.13.Anchar.num.2.in fin. Imol.ante num.6. verſ.& prædicta dicit Hoſtienſ. & ob id Cardin. ibi ſequendo Butr.2.colum.verſ.oppono ad hoc,dicit, Capitulum illud non eſſe in obſeruãtia; nam ſuperiores non curant, quod beneficiati recedant de beneficijs; ſed potiùs contentantur,vt poſſint alijs conferre, declarat, & comprobat ibidem Bellam. nu.3.verſ.quid dicendum,cui cõcluſioni eſt conformis diſpoſitio text.in cap.1.cũ
14 alijs iuribus, de Cleric.coniug. quæ dicunt, Clericum in minoribus, & beneficiatum ſe coniugantem amittere beneficia;ſed in ſacris retinere: verùm ab vxore abſtinere debere; hinc cõis eſt conclu-
15 ſio ſufficere tacitam renũtiationem per actum cõtrarium incompatibilem, & eſt communis limitatio, ad text. in d. cap. admonet Abb.in cap.ex ore,de his,quæ fiunt à maiori parte Capit. cumulat ad proprium caſum multa Io.Vinc. de An-
16 na conſ. 98. & idem operatur potentia in habitu, quod in actu ad text.in l.La-
17 beo ff.de ſtatuliber. hinc ſemper, quòd poſſit ſubeſſe ſpes de iure communi,non autem ſpeciali,non fit locus ſequenti ad text.in l.4. in princ. & §. 1. ff. de fideicommiſ.liber.vbi Bart.notat,idem Bart. in l.1. §. qui habebat ff. de bon.poſſeſſ. contra tab. & quando adeſt cauſa, quæ
18 ſuſpendit ſtatum, & adeſt incertitudo, quæ dependet ex euentu, tunc non fit locus ſequenti ſucceſſori ad text. in l.2. §. ſi quis deceſſerit, ff. vnde liber. facit
19 regul. text.in l.3. ff.de acquir.hæredit. quod, quandiù hæres inſtitutus adire
20 poteſt, non fiat locus ſubſtituto, donec enim non ſit caſus ſucceſſionis, vnuſquiſque ſucceſſor dicetur ſucceſſor in potentia,& licet poſſit ſuccedere caſus, quòd poſtea in actu non ſuccedat, vel quia prædecedat, vel quia nolit adire ſucceſſionem, vel ex alio accidenti; tamen nunquam fuit dubitatum de aſſenſibus, qui quotidie præſtantur in alienationibus feudorum,cum prædicta clauſula, dummodò habeat ſucceſſorem: ergo ſi de ſucceſſione legitima in potentia intelligitur, ſequitur propterea, (cum Clericus etiam beneficiatus dicatur verè legitimus ſucceſſor potentialiter,) validam fuiſſe obligationem: quia habebat Marchio legitimum ſucceſſorem fratrẽ potentialiter habilem ad ſuccedendum, & aliàs impeditum eſſet commercium, & nemo contraheret: quia dependerent aſſenſus, & contractationes à futuro euentu ſucceſſoris, & contractus interim ſtarent in pendenti, & poſſet obligatio contracta euaneſcere,& ideo communiter, & indiſtinctè practicatur, ſufficere habere ſucceſſorem habilẽ ad ſuccedendum tempore contractationis ſeruata opinione Camerarij in d.cap.impe-
21 rialem cart.30. 2.col.lit.P. verſ.turſus, qui voluit authorit. Neapol.in materia refutationis intelligi ſucceſſorem immediatum tempore, quo refutatio celebrata fuit,quicquid dixerit Ann.in loco allegato,& hæc eſt cõis, & ſecundum eam iudicatum pluries,vt latiùs refert Don Garzia Maſtrillus eruditiſſimus Iureconſultus in addit.ad Petr.Greg. de ſucceſſ. feud.lib.4.q.10.in lit.B, verſ.tertiò infe-
22 rò:nam ſi refutatio eſt actus inter viuos, & ſtatim perficitur: quia lex aſſentit ſeruata diſpoſitione text.in cap.1. §.etſi libellum,de alien.feu.pater.& transfertur

ſtatim dominium, & teſutatarius effici-
tur Dominus, ergo ex eiſdem argumen-
tis,quæ Ann.adducit, confunditur ſua
opinio:nam ibi nu.219.dixit,in materia
feudali non conſiderari actum ſine aſ-
ſenſu à die actus geſti;ſed à die effectus,
& ſic aſſenſus præſtiti, vbi allegat Af-
flict. Loffr. & alios,ſi ergo aſſenſus per-
ficit actum,& ex tunc ſumit vires, & di-
citur geſtus, ſequitur perneceſſe, quod
non attendatur tempus mortis; ſed tem-
pus actus geſti validi cum aſſenſu, cum
23 idem iudicetur de potentia de facili re-
ducibili ad actum,quod de ipſo actu, vt
ex Abb.in conſ. 85. 3.volum. Pariſ.in
conſ.92. colum. penult. volum. 3. dixit
Cann.in materia feud.in repet. cap.vo-
lentes,in verb. ſed operæpretium.

Nec meretur allegari deciſio Bartol.
in l.penult.ff.de concub.nam ad finem
24 legitimandi quem per ſubſequens ma-
trimonium,oportet, vt tempore Natiui-
tatis potuerit eſſe matrimonium; immò
alij voluerunt, attendi tempus conce-
ptionis; ſed vera eſt, & communis opi-
nio, attendi tempus Natiuitatis, vt per
Couar.in loco præalleg. ita vt habilitas
ſuperueniẽs ex poſt facto non deſeruiat:
quia effectus illegitimitatis eſt iam con-
ſumatus,& cum hoc fiat per viam fictio-
25 nis,lex non fingit ſuper impoſſibili; ſed
requirit concurſum extremorum à quo,
& ad quod, de quo latè per Bart. in l.ſi
is, qui pro emptore ff. de vſucap. quod
cum deficiat in Clerico beneficiato,pro-
pterea benè dixit Bartol. in d. l. penult.
quod non procedit in habilitate requi-
ſita in ſucceſſore feudi,poſtquam funda-
ta eſt ex communi ſchola Docto.poſſe
Clericum beneficiatum tempore delatæ
ſucceſſionis re integra renuntiare bene-
ficium, dimittere habitum, & ſuccede-
re in feudo,vt quilibet alius,ita vt habi-
litas quandocunque ſuperueniens ante
quæſtionem feudi faciat eum habilẽ,nec
eſt per viam fictionis, & cum lex contẽ-
ta fuerit habilitate in potentia ante ca-
ſum ſucceſſionis ad finem alienandi in
vita, & habilitate in actu ad finẽ ſucce-
dendi poſt mortẽ,ſequitur propterea,nil
facere ad caſum quæſtionem Bart.in d.l.
pen.de concub.& videantur annotata in
tract.de poteſtate Proregis, in tit.de aſ-
ſenſibus Regijs §. 4. vbi fundatur hæc
cõcluſio per particulares deciſiones An-
dr.& Afflict.

26 Fundatur hęc concluſio non ſolùm ex
iuris diſpoſitione;ſed ex verbis prædictæ
Pragmaticæ, ex qua habuit ortũ prædi-
cta clauſula Cancellarię, & fundatur ẽt
ex eadẽ clauſula:loquitur.n.Pragmatica
de præſenti diſpoſitione,qui tunc certo,
& legitimo ſucceſſore careat, qui iuxtà
Cõſtit.Reg. in feudo ſuccedere deberet,
& hæc ſunt verba propria Pragmaticæ;
& ſic dum vult, quòd tẽpore alienatio-
nis habeat ſucceſſorem,perneceſſe loqui-
tur Pragm.de ſucceſſore in potentia,qui
ſit talis,vt iuxtà Regn.conſtit.ſuccedere
deberet, & hoc reſpicit futurum ſcilicèt
tempus ſucceſſionis;ſi ergo in potentia
Clericus poteſt ſuccedere,& iuxtà Reg.
Conſtit. facto caſu ſucceſsionis ſuccede-
re deberet dimittẽdo habitum,& renun-
tiando beneficiũ,ergo ex verbis Pragm.
fundatur habilitas ſucceſſoris,& ſic pari-
ter ex verbis eiuſdẽ aſſenſus, dum clau-
ſula dicit,fiat in forma,quò ad ea bona,
in quibus habet ſucceſſorem, vnde cum
ſucceſſio non detur, niſi poſt mortẽ, quo
tpe Clericus efficitur habilis ex dimiſſio-
ne habitus,& renũtiatione beneficij,ſuc-
ceſsio euaneſcit per alienationẽ antece-
dentem; ergo intelligẽda eſt clauſula de
ſucceſſore in potentia, & ratio eſt mani-
feſta,& inconuincibilis: nam nihil aliud
27 voluit facere Pragmatica,& conſequẽ-
ter clauſula præfata,niſi prouidere,ne
aſſenſus præſtentur in caſu deficientiæ
ſucceſſoris pp proximam ſpem deuolu-
tionis ſpectantis ad directum Dominum,
quod eſt intereſſe conſiderabile, vt aliàs
Doct.in propria materia dixerunt,vt per
Andr.in d.c.imperialẽ poſt nu.137.col.
de proh.alien.feud.per Frid.Camer.car.
30.in eod.cap.poſt lit.N, in verſ.in quo
aduerte, & cart.47. lit. B, verſ. nec ob-
ſtat, ad quod ſe remittit: Quæ ratio
cum omninò deficiat in Clerico in mino-
ribus ordinibus cõſtituto,& beneficiato,
maxi-

maximè quando beneficium eſt exiguũ, vt in caſu, de quo agimus, intantum quod abſque alia ſpetie ſucceſsionis frater Marchionis illud longè ante mortem renuntiauerat. Infertur igitur ex his ſtāte potentia fratris ſuccedendi, & exiſtēte ipſo vero ſucceſſore, maximè ſtante renuntiatione beneficij, quod propterea deficit omninò ratio Pragmaticæ, & clauſulæ Cancellariæ, quæ intelligi debent in eo, qui omninò ſucceſſore caret.

28 Si attendamus originem contracti debiti, non eſt dubium, Terram emptam ex pecunia aliena ad hoc ſpetialiter data cum ſpetiali obligatione, ita vt acquiſitio, ex qua fiſcus acquirit deuolutionem, oriatur ex pecunia aliena data ad hanc acquiſitionem faciendam, vnde etſi verũ ſit, ex hoc non oriri feudi obligationem abſque ſpetiali aſſenſu; tamen verum erit, hoc debitum cauſatum eſſe occaſione feudi ob neceſſariam acquiſitionem illius; & aliter non eſſet feudum acquiſitum, ob quod voluerunt Doct. & in hoc aduertatur, quod, etſi feudum non ſit obligatum; quando tamen vtiliter, & ob cauſam Domini, vel feudi eſt onus contractum, teneatur Dominus ad ſolutionem, ne locupletetur cum aliena iactura, & non erit inconueniens, quod perſona Domini, vel agnati teneatur propter hoc ad ſolutionem citra obligationem formalem feudi, & hoc eſt, quod dixit Camer. in repet. cap. imperialem nu. 14. lit. K, vbi notabiliter declarat ex authoritate Iſern. quem Piſtor. in ſuis quæſt. tom. 2. q. 6. nu. 70. ſupra allegatus ſequendo, concludit, agnatum, & Dominum teneri non ſolùm ad onera feudi; ſed ad alia debita contracta ratione, ſeu occaſione feudi, ſi vtiliter negotium geſtum ſit, licet ex defectu aſſenſus non poſſit dici feudum obligatum. Hinc Albert. Brun. in conſ. 164. ponit pro indubitato, teneri agnatos ſoluere debitum contractum occaſione emptionis feudi auth. Iſern. in cap. 1. an agnatus, vel occaſione beneficationis illius, quem allegat, & ſequitur Aym. in conſ. 197. in princip. qui allegat Bald. in duobus ſuis conſilijs, & pariter Brun. allegat, & ſequitur in proprio caſu D. Frecc. 29. author. baron. num. 10. verſ. fallit, quando debita eſſent contracta occaſione feudi, & Mandell. in ſuo conſ. 290. nu. 16. dixit, eſſe notiſsimum in materia feudali, quod ſucceſſor in feudo, quamuis non ſit hæres; teneatur tamen ad omnia debita contracta occaſione ipſius feudi, vel acquirendi, vel conſeruandi, & propriè in Fiſco ſucceſſore author. Bruni cōſuluit idem Mandell. in conſ. 337. vt teneatur ſoluere debitum contractum ratione recuperationis feudi, & eundem Brunum ſequitur idem Mandellus in conſ. 209. num. 12. & Lanar. in conſ. 80. nu. 52. & Iacob. in verb. & dicti Vaſſalli num. 39. tradunt, quòd licet exequutio ſuper feudo in cauſam iudicati non duret, niſi durante vita feudatarij: quia reſoluto iure datoris &c. loquendo in feudo ex pacto; tamen non procedit, quandò creditum verſum fuiſſet in vtilitatem Domini, vel agnatorum; tunc enim licet feudum deuoluatur ad Dominum, & agnatos; tamen durabit ius creditoris miſsi in poſſeſsionem, non autem, quod feudum ſit obligatum; ſed tantum habebit ius percipiendi commoditatem illius, & Iacob. allegant Moder. Addent. ad Iſern. ad propoſitum in cap. 1. §. quid ergo de inueſt. de re alien. fact. in verb. ſed an iudiciale pignus, ſequitur Capyc. in inueſtit. in verb. feudorum exequutiones ver. ſublimita, idemq; dixit Bald. in conſ. 232. incip. fœmin. 3. vol. ſcilicet, quod teneatur ſucceſſor, quando debita ſunt contracta occaſione feudi, putà cepit centum mutuò pro ſeruitio feudi, & quando ex cauſa feudi debitum contrahitur, dicitur onus legale Frecc. in 13. differ. in fin. int. feud. hæred. & ex pact. & ptopterea ad omnes tranſit, & hoc eſt,

29 quòd dixit Iſern. in d. §. quid ergo nu. 6. ibi, niſi eſſet debitum contractum pro Domino, vt eum adiuuaret, vel pro eo fideiuſsiſſet; ſed meliùs dixit hoc Iſern. in d. Conſtit. Regn. ſiquis poſt litem, vbi enumerat caſus, in quibus debet interponi ſecundum decretum, & Rex aſſen-

tire, vt ſi debitum ſit contractum propter Dominum, vel dominium. Vnde quid dubij habet, quod debitum hoc ſit contractum propter dominium acquirẽdum feudi; itẽ ſequitur Andr. ſi ſit onus feudi, vt pro adiuuando Domino, pro ſeruitio faciendo, pro maritanda ſorore, vel amita, & demum dicit, & iſtis ſimilibus caſibus Rex debet aſſentire alienationi, quem ſequitur ibi Afflict. & meliùs per propria verba Iſern. idem Afflict. in cap. feudum ea lege, ſi de feud. defunct. milit. poſt nu. 10. verſ. Item ſunt certi caſus: idem Capyc. in ſua inueſtit. in verb. neceſſitas in princ. ibi, & ſic pro alijs oneribus ponderat Iſern. ad hoc, & ſequitur Lanar. in conſ. 6. nu. 11. hinc Iſern. in Conſtit. in aliquibus in verb. decimumquintum annum, dum dicit ſororem immitti in poſſeſſionem feudi pro conſecutione dotis, tradit executionem illam durare perpetuò, non in vita tantum feudatarij: quia tale debitum propter feudum ſit, & idem Andr. in cap. 1. an agnatus poſt nu. 3. dicit hæc verba, videlicet, debitum feudi, quod eſt onus feudi, trãſit in agnatum, quia & in Dominum, vt ſi propter ſeruitium contraxit debitum, vel aliàs; vt diximus ſupra, de inueſt. de re alien. fact. §. quid ergo &c. & meliùs, & clariùs idem Andr. ibidẽ in verſ. moderni dicunt, vbi diſputando articulum, ſi filius in feudo ex pacto teneatur ad debita paterna facto inuentario, & tenendo, quod non teneatur, limitat per infraſcripta verba, videlicet, niſi eſſet debitum propter feudum contractum, ad quod tenetur Dominus, & agnatus: vnde ſi hic pecuniam accepit ad emptionem feudi, ſine qua illud non acquiſiuiſſet; igitur non poteſt dubitari, quod non ſit debitum propter acquiſitionem
30 feudi contractum; & in materia maioratus Doctor. communiter tradiderunt, teneri ſucceſſorem ad debita contracta in vtilitatem ipſius, propter tuitionem, conſeruationem, vel illius neceſſitatem, vt per Melch. Palaez. in tract. maior. par. 4. q. 26. in 10. tom. tract. 1. par. idem Molin. de hiſpan. primog. lib. 1. cap. 10. nu. 15. à quibus non ſunt alieni termini text. & dicta per Doct. in d. cap. 1. de ſo-
31 lut. & tandem Schrader. ſubtilis de feu. 1. tom. par. 7. cap. 7. refert communem opinionem eſſe, vt ſucceſſor teneatur, quando pro feudo emendo debitum ſit contractum, & licet ipſe contra communem teneat; tamen declarat, ſuam opinionem non procedere in ſubſidium ratione æquitatis, nec quando expreſſim pecunia fuit ad hoc data cum ſpetiali obligatione, ita quod aliàs non dediſſet, & acquiſitio facta non fuiſſet, & licet (vt ex parte Fiſci benè ponderatum eſt) text. in l. licet C. qui pot. in pign. habean. in l. interdum cum duabus ſeqq. ff. eod. non procedant in feudo quò ad validitatem hyppothecæ; tamen ratio illorum, quæ erat, quòd ex eo, quia ex pecunia data ad refectionem, vel ad conſeruationem rei pignoratæ tota pignoris cauſa ſalua facta fuit, & ſic pariter, quando ex pecunia mea res empta fuit data ad hoc ſpetialiter cum ſpetiali obligatione, hæc inquam ratio, quæ facit, vt creditores poſteriores præferantur anterioribus: qa fuerunt immediata cauſa acquiſitionis, vel conſeruationis rei obligatæ, & non erat iuſtum, quod creditores anteriores locupletarentur cum pecunia poſteriorum, & cum illorum iactura, hæc pariter ratio militat in feudo, non quod feudum ſit obligatum; ſed quod ſucceſſor teneatur ad debitum ſoluendum, quod fuit cauſa acquiſitionis, & ſucceſſionis illius, & ſicut dicimus in paragio ratione excluſionis ſucceſſionis, vt feudatarius remaneat obligatus, & non feudum, vel ex actione in rem ſcripta, vel condictione ex lege contra ipſum feudatarium, & etiam contra ipſum Dominum, & pariter in vita, & militia, de quo in Conſtit. Regn. in aliquibus, & in Conſtit. Regn. Comitibus per Andr. Quare igitur inconueniens, & abſurdum videri debet, vt in caſu, de quo agitur, Dominus teneatur ad ſolutionem ratione debiti contracti propter neceſſariam acquiſitionem feudi, ex qua cauſatur deuolutio illius ob lineam finitam, & aliter hoc lucrum non

habuiſ-

habuiſſet, ita quod non poteſt dici eſſe in damno. Conſiderat eleganter hæc D. de Franch. Præſ. Sac. Conſ. in ſua deciſ. 97. num. 3. & non ſolùm hic Fiſcus non eſt in damno; ſed in lucro: quia vendita fuit Terra Briatici longè maiori pretio, quo empta fuit, & hoc totum
32 ad beneficium Fiſci: Nam fuit poſita in emptionem loco feudi pecunia, quæ ſuperfuit, quæ ſtat ſubiecta deuolutioni, ſicut erat feudum, pro quo eſt elegans text. iuncta gloſ. in verb. in feudum in cap. 1. ſi de feud. vaſſall. interp. fuer. Si-
33 cut etiam dicimus in meliorationibus, quas Dominus, vel agnatus ſoluere tenetur, licet feudum non ſit obligatum, immò datur pro ipſis retentio, & ſubmouetur Dominus exceptione doli mali in cap. ſi vaſſallus, vbi gloſ. & communiter Scribent. hic finitur lex, pulchra deciſ. Guid. Pap. 169. Albert. Brun. conſ. 106. & ita paſſim iudicamus, & quod dubitatum aliàs fuit, eſt, quid debeat Dominus ſoluere, an quod fuit impenſum, vel id tantum, quod feudum eſt me-
34 lioratum, de quo in deciſ. 12. & idem dicimus in eo, qui ſoluit pecuniam priori creditori, vt etſi non acquirat illius hypothecam, habeat exceptionem in terminis tex. l. 1. vbi Fulgoſ. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. ex quibus apparet, quod etſi ſubtiliter, & eruditè aliud ſenſerit digniſsimus Conſiliarius Fab. de Ann. in ſuo conſ. 4. 1. vol. tamen cum hæc opinio vltra iura, & rationes habeat authoritates, & deciſiones tot grauium Doct. qui dicunt, hanc eſſe communem opinionem, propterea ab ea maximè in iudicando nullo modo eſt recedendum.

Firma igitur remanente hac concluſione, quòd hoc ſit inter cætera onera contracta occaſione feudi, taliter, quod vt ſupra fundatum eſt, licet feudum non ſit obligatum, transeat obligatio ad agnatum, vel Dominum, & in ſimilibus
35 oneribus teneatur Dominus aſſentire requiſitus pro aſſenſu ſecundum Iſern. in d. Conſtit. ſi quis poſt litem, vbi communiter Scribent. & in d. S. quid ergo, de inueſtit. de re alien. fact. & ſi non aſſentit, habetur pro conſentiente, vt latè per Loffred. in cap. 1. S. donare, qual. olim pot. feud. alien. in quæſtione illa, an conceſſo feudo cum poteſtate alienandi ſaluo aſſenſu Domini, &c. latiùs Camer. author. Pamphili Molli in d. cap. imperialem cart. 30. in eadem quæſtione lit. G, verſ. quò ad tertium caput authorit. Bart. in l. ſi cum dotem S. eo autem tempore ff. ſolut. matrim. quem in eadem quæſt. vt habeatur pro conſentiente, ſequitur Capyc. in repet. eiuſdem cap. imperialem cart. mihi 22. verſ. quando verò in caſibus, vbi paulò antè dixit in alia materia, id, quod dicitur in Rege, procedere etiam in Prorege.

Si ergo Dominus tenetur ſoluere debitum, ſi tenetur aſſentire, quia ſuam ſoluit obligationem, ſi requiſitus, & non aſſentit, habetur pro conſentiente, alterum de duobus dicendum erit, quod, aut clauſula illa, quò ad bona, in quibus habet ſucceſſores, tanquam ſuperflua in
36 caſu iſto ſit reijcienda, & non vitiet aſſenſum; ſed remaneat abſolutus, & purus ex deciſione notab. Iſern. in d. cap. imperialem in propria materia aſſenſus ante nu. 12. ibi ſuperflua non vitiant, & alibi dixit, quod reijciantur, & non vitient verba ſuperflua in aſſenſu, nec alterent actum; ſed ſunt, ſicut dicere, arma virumq; cano, per eum in Conſtit. Regn. edictorum, vbi allegat text. in l. qui extrinſecùs de verbor. obligat. vbi text. formalis: immò inutilis adiectio vitiatur, & non vitiat, idem Andr. in cap. 1. S. ſed nec eſt alia iuſtior nu. 38. quæ ſit cauſ. benef.
37 amitt. Hinc conceſſo feudo alia lege, qua ipſe habet, non vitiatur conceſsio, quatenus eſt infra limites inueſtituræ; ſed reijcitur id tantum, quod eſt contra eam, non vitiando vtile per inutile ſecundum Andr. notabiliter in cap. 1. S. profectò, in vltimo intellectu, de leg. Corrad. quem intellectum confirmauit Andr. in cap. 1. S. & olim de ſucceſſ. feud. dum allegat text. in d. S. profectò, quòd eo iure ſtet penes conceſſionarium, quo penes concedentem, & in dies prouidemus, quòd aſſenſus in Regia Cancellaria,

ria, dum reperiuntur expediti cum clauſulis differentibus à tenore primæ inueſtituræ, reformentur, & reijciantur clauſulæ indebitè appoſitæ tanquam erroneæ, & licet Camer. diſputauerit articulum d. §. profectò, tamen dixit, quòd in Domino non cadat dubitatio, quando actum ſemper facit permiſſum, & ſubmoto eo, quod eſt inutile, remanet actus in ſuo eſſe perfectus, & non conſideratur in eo contemptus, non contrauentio, nec datur prohibitio actus quocunque modo ille celebretur, & cum aſſentire tenebatur in caſu, de quo agimus, & ipſe erat obligatus, aliàs habeatur pro conſentiẽte, ceſſat indiuiduum voluntatis ſecundũ not. per Bart. in l. græcè §. illud ff. de fideiuſſ. & quæ latè tradit Loffr. in ſuo conſ. 3. in materia refutationis feudi cum reſeruatione vſufructus, quæ eleganter explicat Camer. vbi ſupra cart. 33. lit. A, immò erit hoc ſecundum intentionem aſſentientis, quæ præſumitur iuxtà legis diſpoſitionem faciendi actum conformẽ obligationi, ad quam tenebatur, non tollendo ius, nec faciendo iniuriam tertio, ad tex. in l. 2. §. meritò ff. ne quid in loc. publ. cum concord. & Papa, & Rex dum
38 faciunt actum, cenſentur facere, vt ſemper valeat eo modo meliori, quo valere poteſt, licet non valeat, vt agitur, ad tex. in l. ſi tàm anguſti ff. de ſeruit. & ſic in dubio præſumitur: maximè ſi per coniecturas colligi poteſt, & quæ maior coniectura præciſè obligationis faciendæ ſimpliciter abſque qualitate appoſita, quæ comprobat, & latiùs exornat Io. de Selua in tract. de benef. quæſt. 41. par. 3. in 14. tom. tractat. ex quibus ſequitur, quòd ſublata cauſa remaneat aſſenſus purus, & conſequenter valida obligatio.

Aut dicere volumus deficere aſſenſum ſtante clauſula prædicta ex defectu ſucceſſoris: imò nunquam præſtitum ſtante clauſula prædicta, & ſic requiſitum pro aſſenſu, dicimus non aſſentiſſe: nam paria ſunt non facere actum, vel facere inualidum, vel ſub qualitate inde-
39 bita, aut facere diuerſum ab eo, ad quod tenebatur ex reg. text. in l. non aliter, vbi Bart. ff. quod vi, aut clam, melior text. in l. non putault §. non quæuis ff. de bon. poſſ. cont. tab. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, de verb. oblig. Ergo ſi requiſitus dicitur non aſſenſiſſe: quia ſub diuerſa forma, & habetur pro non dato, & lex tali caſu aſſentit, & vult aſſenſum haberi pro præſtito eo modo, & forma, prout de iure tenebatur ſimpliciter abſque alia conditione, ſequitur, quòd, quoquò ſe vertat Fiſcus, habeant Marchio, & creditores intentum, & ſi quando prouiſio homi-
40 nis non eſt pinguior legis prouiſione, non facit legis ceſſare prouiſionem, ad text. in l. fin. C. de pact. conu. vbi Bald. & cæteri Scribent. cumulat multa ad propoſitum Iaſ. in l. 2. de iur. emphyt. num. 343. quod firmat Camer. vbi ſupra, cart. 32. lit. E, in materia refutationis, vt etſi Dominus aſſentiat; ſed non pinguiùs, quàm quod lex ipſa aſſentit in proximè ſucceſſurum, tunc aſſenſus Domini non facit ceſſare prouiſionem, & aſſenſum legis: ergo ſi lex prouidet de aſſenſu in caſu iſto, quando Dominus requiſitus non aſſentit, & Dominus hic ſtrictiùs, quàm lex aſſentit, & non pinguiùs: imò vel dicitur non aſſenſiſſe, vel iniuſtè, & indebitè; propterea vndique dicendum erit, creditores habere aſſenſum validũ; & verè clauſula iſta eſt generaliter appoſita de ſtylo Cancellariæ, & non myſterioſè magis in hoc ſenſu, quàm in alijs; ita quòd non fuit voluntatis non aſſentiendi, prout de iure aſſentire debebat, & diſpoſitio, & verba ſemper ſunt
41 intelligenda, prout ius intelligit ad tex. in l. ſi cui ff. de ſeruit.

Aut & tertiò ſi feudum non eſt obligatum tamen ex præallegatis apparet, teneri Dominum ſucceſſorem: quia debitum contractum fuit cauſa acquiſitionis feudi, & propter ipſam acquiſitionem cum ſpeciali pacto fuit pecunia data.

Sed vltimò fuit põderatum, Pragma-
42 ticam loqui de feudis exiſtentibus in dominio debitoris, ſeu feudatarij alienãtis, vt ex verbis ipſius poſitis in princ. huius

huius deciſionis, ibi, vbi quis de bonis ſuis feudalibus diſponit legitimo ſucceſſore careret, & ſic dicit de bonis ſuis, &
43 indubitati iuris eſt, verbum hoc, ſuum, importare dominium, ad text. in l. Quintus la 2. §. argento ff. de aur. & arg. leg. ibi, quia non videtur ſuum eſſe, quod vẽdicari non poteſt, & in l. ſeruos autem ſuos de leg. 3. ibi, ſeruos autem ſuos, vel ancillas eos accipimus, qui ſunt pleno iure teſtantis, inter quos fructuarij non continentur, vbi gloſ. & Scrib. in l. 1. C. de theſaur. lib. 10. Bart. in l. cum ſuo de leg. 3. & hoc ſumma cum ratione: quia ratio prohibitionis eſt proxima ſpes deuolutionis, & hæc non conſideratur, niſi in bonis exiſtentibus in dominio feudatarij.

Cùm igitur pecunia hæc ſit data per creditores in cauſam emptionis faciendæ Terræ Briatici, & ſic propter acquiſitionem rei, & ipſius dominij, quod per prius non erat Marchionis Briatici, & ad hoc, vt acquirat, recepit pecuniam cum pacto ſpeciali, vt conuerteretur in hanc emptionem, quæ remaneret ſpecialiter obligata; ita quod ante dominij acquiſitionem hæc præcedunt, & cum hac ſpeciali obligatione venit dominium affectum, & acquiſitum; non autem liberum, & abſolutum: ſequitur propterea Pragmaticam non habere locum, nec
44 loqui in caſu iſto; longè enim differt, habere dominium rei hyppothecandæ, quo caſu nil poteſt fieri in præiuditium creditorum, vel quorumcunque intereſſe prætendentium, vel acquirere cum
45 actione hyppothecæ ante dominij tranſlationem, quo caſu poſſunt apponi poſteà omnia præiudicantia quibuſuis creditoribus anterioribus iuxtà terminos text. in d. l. licèt C. qui pot. in pig. hab. &
46 in minore non opus eſt decreto, quando ſic acquiſiuit, quia non eſt res ſua; nec in ſuo dominio, quando in actu acquiſitionis, iuxta communiter tradita per Doctor. in terminis text. in l. 1. §. fin. ff. de reb. eor. quæ latè explicat Nicoſât. in tract. de pignor. 4. par. princ. q. 4. D. de Franch. in deciſ. 369. Loffr. in conſ. 3. nu. 20. multa Menoch. de arbit. Iudic. lib. 2. cent. 2. cap. 171. vt etiam dicimus in Procuratoribus, tutoribus, & cæteris ad-
47 miniſtratoribus, qui in actu acquiſitionis poſſunt ponere legem, quam volunt: quia adhuc non eſt res minoris, aut principalium; ſed ipſi acquirunt cum dominio affecto, pacto, & obligationibus ipſis meliùs viſis, de quo per Paul. de Caſtr. & alios in l. contra iuris §. 1. ff. de pact.

Cùm igitur Pragmatica loquatur de bonis in dominio exiſtentibus, & hæc nõ ſint talia, & obligatio contrahatur cum aſſenſu ante dominij acquiſitionem, quod poteſt Prorex facere: quia obligatio eſt de bonis venditoris, qui ſucceſſorem habebat, dum emit Marchio cum aliena pecunia, quo in caſu nullum conſideratur Fiſci intereſſe: nam aliàs non acquiſiuiſſet, & emiſſet alius, qui multos habuiſſet ſucceſſores: vnde ceſſante Pragmatica: quia in actu acquiſitionis, non de bonis ſuis; ſed alienis, ad hoc, vt acquirantur, contracta eſt obligatio; propterea vndique valida eſt iudicanda obligatio, & reſponſum eſt ſatis ſupra ad clauſulam aſſenſus, quæ fuit introducta in exequutionem prædictæ Pragmaticæ, & quatenus ipſa locum habere in diſpoſitione facienda feudorum propriorum, & non aliter: quia, vt dicit Iſern. in cap. imperialem, de prohi. feud. alien. per
48 Frid. Prorex Vicarius Regis dicitur, & poteſt aſſentire, cum non debeant ſubditi quærere Regem extra Regnum, quòd cum ſit limitatum in caſu Pragmaticæ prædictæ, in cuius exequutionem eſt tradita forma ordinaria clauſularum aſſenſus in Regiâ Cancellaria abſque alia cauſæ cognitione circa diſtinctionem caſuum contingentium: propterea ſublata Pragmatica non eſt vis facienda in
49 clauſula prædicta, & alijs, quæ ſunt de ſtylo, & non alterant, nec aliquid operantur Bart. in l. 1. 6. quæſt. in fin. de iur. codic. Curt. Iun. in conſ. 101. num. 11. cum latè congeſtis per me in conſ. 30. nu. 26. & in conſ. 17. nu. 12. 1. volum. &
50 quando clauſula apponitur diſpoſitioni perfectæ, dicitur modus, & non conditio,

vt

vt hic, quia datur aſſenſus, & demum dicitur; dummodò habeat ſucceſſorem ad text. in l. cum ab eo ff. de contrah. empt. in l. ea conditione C. de reſcind. vendit. cum alijs latiùs adductis per me in conſ. 81. nu. 14. & in hoc caſu intelligenda erit prædicta clauſula, quatenus erit neceſſaria ad validitatem actus, & quatenus Prorex aliàs aſſentire non potuiſſet vigore Pragmaticæ prædictæ, pro quo quæſo legantur dicta, & tradita per me in d. conſ. 30. nu. 20. verſ. hæc non habebunt, cum num. ſeq. ſecundum quæ fuit deciſum in Regia Camera.

His omnibus diſcuſſis fuit communi voto cauſa deciſa in fauorem creditorũ, & Marchionis contra Regium Fiſcum, fuitq; Terra vendita, & de pretio ſatisfactum creditoribus pro rata debiti, & reliquum, fuit dictum, quod implicaretur in emptionem loco feudi, cuius fructus perciperet Marchio durante vita, & poſt mortem omnia deuoluerentur ad Regiũ Fiſcum, vt iam poſteà per mortem Marchionis abſque legitimo ſucceſſore fratre iam præmortuo; Fiſcus ob lineam finitam, & ex contractu reſoluto cæpit introituum poſſeſsionem tanquam illorum Dominus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium immunitatis non comprehendit deſcendētes per lineam fœmininam.*

2 *Priuilegium immunitatis conceſſum generi, poſteris, vel proli, ex ſpeciali cauſa non comprehendit deſcendentes ex fœmina.*

3 *Dirictus ſigilli debetur de iure communi.*

4 *Aſſenſus ſuper alienatione feudi eſt permiſſus de iure communi, & ideò comprehenditur ſub regula tex. in l. beneficium ff. de Conſtit. Princip. vt in expreſſo latè interpretetur.*

5 *Deſcendens ex fœmina dicitur eſſe de ſanguine eius, à quo fœmina deſcendit.*

6 *Sanguis ita continuatur per lineam fœmininam, ſicut per maſculinam.*

7 *Idem eſt dicere de ſanguine alicuius, quod de eius cognatione.*

8 *In nepote ex filia dicitur ſanguinis continuatio, & ibi ratio.*

9 *Secundum communem vſum loquendi non fit differentia inter agnatos, & cognatos.*

10 *Priuilegium immunitatis dicitur eſſe contra publicam vtilitatem, & propterea eſt reſtringendum.*

11 *Propriè deſcendentes ex fœmina non dicuntur de ſanguine.*

12 *Poſſeſſio declarat priuilegium.*

ARGVMENTVM.

Immunitate conceſſa omnibus, qui ſunt de ſanguine Regio, an gaudeant ea deſcendentes ex fœmina.

DECISIO V.

FVIT dubitatum in noſtro Collaterali Conſilio, ſi Dux Parmæ debeat ſoluere Regios dirictus ſigilli, ſtante Regia Pandecta, quod ſint immunes omnes à prædicta ſolutione, qui ſunt de ſanguine Regio.

Et ſepoſito articulo poſſeſsionis, ſeu quaſi dicebat Conſeruator ſigillorum, quòd ex reg. text. in l. 1. in fin. ff. de iur. immun. nullo modo gaudere debeat immunitate, præſupponendo, priuilegium
1 immunitatis ad agnatos tantum, & deſcendentes per lineam maſculinam, non autem fœmininam extendi, qualis eſt deſcendentia prædicti Ducis, & relictis diſputationibus communis eſt ſchola Doct. ſpetiale eſſe in priuilegio immuni-

tatis

2 tatis conceſſo generi, poſteris, vel proli,
vt minimè deſcēdentes ex fęminis com-
prehendantur, Andr. in cap. filij nu. 3. in
fin. de ſucc. feud. latè Dec. in conſ. 222.
fuit originale dictum gloſ. in l. ſi ita ſcri-
ptum de leg. 2. latiſſimè Tiraqu. de re-
tract. lignag. gloſ. 9. §. 1. nu. 242. & hic
ſumus in priuilegio non in beneficio,
3 cum ius ſigilli debeatur de iure commu-
ni, ad text. in clem. ſtatutum in princ. de
elect. & ſic dum per Pandectam datur
exemptio, erit priuilegium: quia contra
ius commune, & non beneficium, vt præ
cæteris declarat Alex. conſ. 160. 2. vol.
ex quo fit, vt non poſſint allegari termi-
ni text. in l. beneficium, de Conſtit. Prin-
cip. & licet Andr. in cap. imperialem, de
4 prohib. feud. alien. per Frid. loquens in
materia aſſenſus, dicat ex regu. prædicti
text. quòd in expreſſis lata ſit facienda
interpretatio, quaſi aſſenſus ſit benefi-
cium, & gratia; licèt contra ius commu-
ne prohibitiuum alienationis feudorum;
aduerto, quòd de iure feudorum, ſicut
adeſt prohibitio alienationis ſine aſſen-
ſu Domini, ſic etiam adeſt permiſſio, vt
cum aſſenſu poſſit fieri alienatio: vnde
aſſenſus erit conformis iuri communi; &
propterea benè dixit Andr. quod in ex-
preſſis latè ſit interpretandus: quia eſt
beneficium, & gratia, non autem priui-
legium.

Ex aduerſo Dux dicebat, ſe omninò
immunitate gaudere debere tanquàm
ſpecificè comprehenſum in Pandecta,
quæ excipit à ſolutione ſigilli omnes de
ſanguine Regio, ob quod non erunt di-
ſputandi termini text. in l. 1. de iur. im-
mun. ſed tantum videndum erit, ſi Dux
dicatur de ſanguine Regio: nam tunc ſi
eſt de ſanguine Regio, non fundat ius
ſuum ex priuilegio aliquo conceſſo an-
teceſſoribus, in quibus terminis procedit
text. in d. l. 1. & habent locum diſputa-
ta per Scrib. ſed ſi ipſe dicitur eſſe de
ſanguine Regio, metitur ius, & erit in-
cluſus in Pandecta ex propria perſona.

Quodq; deſcendens ex fœmina dica-
tur eſſe de ſanguine Regio, videtur text.
apertus præ cæteris in l. 2. ff. vnde cogn.
5 Ibi, omnibus cognatis permittit bono-
rum poſſeſſionem, quos ſanguinis ratio
vocat ad hæreditatem, & ita ſanguis cō-
6 tinuatur per lineam fœmininam, ſicut
per maſculinam, notanter Bald. in l. 1.
C. de condit. inſert. vbi Paul. de Caſtr.
allegat Euangelium ſuper deſcendentia
Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicitur
ex ſanguine Dauid, ex cuius ſanguine
deſcendit Glorioſa, & Deipara Virgo
7 eius Mater; & ob id Io. de Plat. elegan-
ter notauit in l. vacantia C. de bon. va-
can. lib. 10. quod tantum ſit dicere de
ſanguine alicuius, quantum de eius co-
gnatione in genere ſumpta, vt ſic com-
prehendat agnatos, & cognatos, & ob id
Bald. vbi ſupra dixit, quod in nepote ex
8 filia ſit ſanguinis continuatio: quia dici-
tur generatus ex corpore aui mediante
filia, ſicut Chriſtus; & ratio eſt ſatis ma-
nifeſta ſecundum Paul. de Caſtr. quia
ad generationem ita operatur materia,
ſicut forma, & vnumquodq; eſt princi-
pale de per ſe, ita quod vnum ſine alte-
ro non deſeruiret; cumq; materia ſit mu-
lier, propterea iuſtè quò ad propoſitio-
nem prædictam, ita dicitur deſcendere
ex ſanguine Regio, qui deſcendit per li-
neam fœmininam, ſicut qui deſcendit
per maſculinam, & de communi vſu lo-
9 quendi non ſit differentia inter agnatos,
& cognatos; ſed omnes dicuntur de eo-
dem ſanguine ſecundum communem,
infinita cumulat more ſuo Tiraqu. in 1.
libr. retract. §. 1. gloſ. 9. allegando Io. de
Plat. vbi ſupra, & alios.

Et Pandecta prædicta non loquitur
de conſanguineis; ſed de his, qui ſunt de
ſanguine Regio, vt ſic iura, & deciſio-
nes, quæ allegantur ad declarationem
conſanguineorum, vt intelligantur tan-
tum de his, qui ſunt coniuncti per li-
neam paternam tantum, ſint extranea
à quæſtione, de qua tractatur.

Ex his firmat Dux concluſionem in-
dubitatam, quòd cum auia paterna fue-
rit Margarita ab Auſtria filia inuictiſſi-
mi Caroli Quinti immort. mem. & eius
mater fuerit Maria de Brabantia neptis
ex filio Regis Portugalliæ, propterea no-
toriè

toriè demonſtratur eſſe de Regio ſangui-
ne,& vt talis dicit,verba Pandectæ dare
ipſi immunitatem , cum vt dictum eſt ,
Pandecta prædicta inter cæteros, quos à
ſolutione ſigilli declarat eſſe immunes ,
dixit ſimpliciter omnes de ſanguine Re-
gio, ad quod accedit declaratio expreſ-
ſa , quam Sac. Maieſtas facit in nouiſſi-
ma prouiſione , cuius ſigillatio tracta-
tur, ibi, por quanto teniendo conſidera-
çion à la ſangre, que tiene con mygo el
Illuſtriſſimo Ranuccio Farnes Duque
de Parma,y Placentia my ſobrino &c.

Cùm ergo S.M. dicat expreſsè eſſe
de ſanguine , & tam coniunctum , pro-
pterea dicit Dux , allegata in contra-
rium nō eſſe in caſu,de quo agitur, cum
non ſe fundet in priuilegio conceſſo ge-
neri,poſteris,vel proli, non in priuilegio
conceſſo coaſanguineis , non in priuile-
gio conceſſo agnationi tantum , vel co-
gnationi ; non in priuilegio alteri con-
ceſſo , ex quo ipſe tanquam deſcendens
prætenderet ius habere ; ſed dixit eſſe
de ſangnine Regio , & conſequenter ſi
hoc eſt indubitatum , & Pandecta facit
omnes iſtos immunès , quod propterea
ipſe tanquam immunis ex propria per-
ſona,quia de ſanguine Regio debeat,vt
talis tractari in ſolntione ſigilli.

Quibus omnibus pro vtraque parte
ponderatis,adhuc ius ſigilli videtur for-
tius : nam ſi vera,& communis eſt con-
cluſio,ſpetiale eſſe in priuilegio continē-
te immunitatem, vt minimè comprehē-
dat deſcendentes ex fœminis : & ratio
eſt : quia conceſſio immunitatis dicitur
10 eſſe contra publicam vtilitatem,& pro-
pterea vndique reſtringenda,vt declarat
Paul.de Caſtr.in l.maritum ff.ſolut.ma-
trim. qui allegat gloſ. in d. l. ſi ita ſcri-
ptum de leg. 2. quæ hoc ſpecificè di-
xit,quam allegat Alex.in l.quia tale ſo-
lut.matrim. qui Paul.de Caſtr.ſequitur,
& latiùs Dec.in conſ.222.penul.colnm.
11 in fin. & de ſanguine propriè non di-
cuntur deſcendentes ex fœminis , vt la-
tiùs fundat Amod. de Ponte in conſilio
139. 2.volum.inter conſil.vltim.volunt.
& propterea dixit , non comprehendi in
priuilegijs conceſſis contra ius publi-
cum.

Hac concluſione ſic exiſtente pro in-
dubitata , ſequitur , quòd cum priuile-
gium immunitatis ſit conceſſum his, qui
ſunt de ſanguine Regio , & de ſanguine
non ſunt propriè deſcendentes ex fœmi-
nis , & quando eſt priuilegium immuni-
tatis,ſpetiale eſt, quòd non comprehen-
dantur deſcendentes ex fœminis; ſequi-
tur inquam cum Dux non ſit propriè de
ſanguine ; ſed deſcendens per lineam
fœmininam ex ſanguine Regio , quòd
propterea nullo modo comprehendatur
in immunitate ſigilli conceſſa his , qui
ſunt de ſanguine Regio ; & omnes deci-
ſiones, & iura allegata procedunt in vl-
timis voluntatibus, in conceſſionibns, &
in beneficijs; & ſic eſt communis diſtin-
ctio Doctor. nec deciſio Ioan.de Plat.in
l. vacantia C. de bon. vac. facit ad ca-
ſum: nam loquitur in terminis illius tex.
qui non loquitur ſimpliciter de ſangui-
ne ; ſed cum dictione vniuerſali, videli-
cèt, qualibet ſanguinis linea.

Nec ponderatio verborum Regis in
priuilegio erunt conſiderationis : nam
non dixit Rex,quod ſit de ſanguine ſuo,
vel de ſanguine Regio ; ſed tantum di-
xit,teniendo conſideraçion à la ſangre ,
che tiene con migo, &c. quæ verba im-
portant parentelam, & coniunctionem ,
& non omnis,qui eſt Regi coniunctus,eſt
de ſanguine Regio.

Et tandem pro parte Conſeruatoris
ſigilli ponderatur primum memoriale
Ducis , in quo non negatur debita ſolu-
tio ; ſed allegatur, ſolutos fuiſſe diric̃tus
debitos in Regia Curia,& propterea ob-
tulit cautionem ſoluendi, quicquid fue-
rit iudicatum,quando non demonſtrare-
tur ſolutio dirictuum in Regia Curia,&
ad maiorem dilucidationē negotij fue-
runt præſentatæ partitæ nu. 21. ſolutio-
nis dirictuum ſigilli ab eodem Duce ,
quæ incipiunt ab anno 1598.vſque in
12 præſentiarum,quæ vel importabunt de-
clarationem prædicti prætenſi priuile-
gij,ſecundum vulgatum conſ.Bartol.59.
incip.Commune Spoleti , & Rom. num.
171.

171. in cauſa Sancti Lucidi,vel ſaltim debet manuteneri in poſſeſſione Conſeruator ſigilli lite pendente,& dari terminus in cauſa, & tandem dicitur pro parte Conſeruatoris ſigilli,quod exempla ſint hodiè notoria in facto eſſe : nam Donna Maria de Aragonia Marchioniſſa Vaſti ſoror Don Antonij de Aragonia vtrinque coniuncti deſcendentes ex ſanguine Regio, prædicta inquàm Donna Maria habuit ſuos deſcendentes , & ſunt iſti Domini de Auolos, qui minimè ſunt immunes à ſolutione ſigilli , tanquàm deſcendentes ex fœmina,& è cõtra Dux Mõtis Alti filius prædicti Don Antonij fuit ſemper tractatus immunis tanquam de ſanguine Regio,deſcendens ex maſculo.

His omnibus latè diſcuſſis in Collaterali Conſilio , fuit communi voto deciſum , Dominum Ducem Parmæ minimè gaudere debere tali immunitate ; & proptereà fuit datus terminis ordinarius in cauſa , & quod interim manuteneatur in poſſeſſione exigendi Conſeruator ſigilli.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio diuiſionis iuriſdictionis Caſalis à Terra,cui ſubiacet , an poſsit fieri ſine aſſenſu , vbi quid deciſum.*

2 *Aſſenſus præſtari non poteſt ſuper contractu reuocato , quanquàm fuerit reuocatio reuocata poſt aſſenſus impetrationem.*

3 *Reuocans vigore Conſtitutionis Regni conſtitutionem diuæ memoriæ contractum ab eo factum non dicitur in dolo , dum vtitur legis autboritate.*

4 *Aſſenſus impetratus poſt reuocationem reuocationis , & confirmationem primæ conuentionis validat contractum.*

5 *Feudatarius non poteſt reuocare cõtractum factum ex defectu aſſenſus poſt preces Regi porrectas, & pendente conſultatione ſuper aſſenſu præſtando , quæ eſt limitatio notabilis ad Regni Conſtitutionem.*

6 *Reuocatio non datur in venditione rei feudalis neceſſariæ, & ibi ratio.*

7 *Intellectus ad Conſtitutionem conſtitutionem diuæ memoriæ.*

8 *Feudatarius,qui in fraude verſatus fuit,& doloſè ſe geſsit in reuocãdo,non babet beneficium Conſtitutionis conſtit.diu mem.*

9 *Dominus,ſi feudatarius non præuenit,poteſt reuocare.*

10 *Contractus feudalis, donec Dominus non aſſentit , ſtat in ſuſpenſo.*

11 *Feudum conceſſum cum poteſtate alienandi obligat Dominum ad aſſentiendum,aliàs aſſenſus babetur pro præſtito.*

12 *Reuocatio non datur in alienationibus à iure permiſsis.*

13 *Renuntiare quis gratiæ per ipſum obtentæ non poteſt,quando adeſt tertij præiuditium , vel quando eſt contra bonos mores.*

14 *Sicut venditor non poteſt reuocare venditionem neceſſariam ſuo nomine à Iudice factam,ita nec emptor,ſeu offerẽs emere in iudicio.*

15 *Qui cum Rege contrahit, opus non babet aſſenſu.*

ARGVMENTVM.

Pendente conſultatione ſuper aſſenſu præſtando in alienatione rei feudalis, an interim liceat reuocare, & reuocatio reuocationis quando iuuet.

D DE-

DECISIO VI.

MArchio Vallis Siculæ vtilis Dñs Baroniæ Fluminis Frigidi conſiſtentis in Terra prædicta Fluminis Frigidi, ac Caſalibus Longobardorum, & Falconeriæ, deuenit ad conuentionem cum d. Caſali Longobardorũ, & ex cauſis benè viſis pro recta iuſtitię adminiſtratione promiſit conſtituere Capitaneum, & Iudicem ſeparatum in prædicto Caſali Longobardorum; ita q vnus Capitaneus eſſet, & iuſtitiam adminiſtraret in Terra Fluminis Frigidi, ac Caſali Falconeriæ, & alter in prædicto Caſali Longobardorum, ex eo quia prædictum Caſale erat maius numero focularium, q̃ ipſa Terra Fluminis Frigidi, à qua diſtabat per miliaria, & itinera erant periculoſa latronũ, fluminum, ac ẽt Turcarum.

1 Prætendit Terra Fluminis Frigidi, conuentionẽ carere aſſenſu, & ppeà nullam; & licet fuerit temporibus retroactis diuerſimodè deciſum: nã aliqui tenuerunt, requiri aſſenſum, & ſic deciderunt; alijs verò tpibus tenuerunt, non requiri aſſenſum, & ſic deciſum: quia diuiſio feudorũ prohibita intelligitur quò ad dñium, & ipſum corpus feudi; non autem quò ad adminiſtrationem, & vſum iuriſdictionis, cæteraſq; commoditates, q benè facere poteſt feudararius, Alex. in conſ. 25. vol. 5. qui allegat Bart. hoc dicentem in l. inter tutores ff. de admin. tut. latè Capy. in ſua inueſt. in verb. feudorũ diuiſio lim. 8. Curt. in 4. par. tract. feud. q. 30. limit. 9. Tamen nouiſſimè Sac. Conſ. decidit in vna tamen Auia, non licuiſſe, nec licere Marchioni prædictum Capitaneum conſtituere, præſupponendo ex hoc induci diuiſionem iuriſdictionis prædictę Baroniæ, & conſequenter requiri aſſenſum, quem nec Prorex poterat dare ſtante Pragmat. nouem capitum, perquam prohibetur, Proregem præſtare aſſenſum, vbicunque inducitur feudi diuiſio.

Ob hoc habuit recurſum Marchio ad S. Maieſt. & narrando omnia, ſupplicauit præſtari aſſenſum, & ex cauſis pręnarratis petijt concedi ſibi facultatem creãdi Capitaneos, & Iudices diſtinctos, tàm in prædicta Terra, q̃ in prædicto Caſali, & per Sac. Maieſt. fuit remiſſum negotium Proregi, qui conſideratis rationibus, & cauſis expoſitis prouidere habeat, quod ſibi meliùs viſum fuerit conuenire.

Commiſſo negotio mihi tanquã Commiſſario aſſenſuum pręſtãdorum, reuocauit Marchio conuentionẽ aliàs initam, & renuntiauit pręd ictis literis obtẽtis à ſua Maieſt. petendo exequi ſñiam Sac. Conſ. & hoc mediante noua conuentione inita cũ Terra, & hominibus Fluminis Frigidi, qui promiſerunt eidem ſoluere pro cauſa prædicta ducatos duos mille.

Et quia Caſale Longobardorum per priùs ſoluerat duc. 5000. ad quorũ reſtitutionem omni iure Marchio tenebatur, ad quos etiã ante prędictam ſñiam Sac. Cõſ. fuerat condẽnatus pater iſtius Marchionis, cum quo conuentio primo loco inita fuit, & per iſtum Marchionẽ, vti heredẽ poſtea ratificata, & in dolo verſari videbatur, literæq; prædictæ à Rege obtentę acceptatę fuerant ante reuocationem prædictam per Caſale Lõgobardorum, & inſimul cum Marchione inſtatum fuit pro pręſtatione aſſenſus: ppeà prędictum Caſale prætendit, non eſſe locũ reuocationi, nec potuiſſe Marchionẽ literis obtentis renunciare in p̃iuditiũ ipſius.

His ſic exiſtẽtibus Marchio reuocauit reuocationem factam, ac renũtiationem p̃dictarum literarum, & inſtetit pro pręſtatione aſſenſus iux. for. ipſarum, fuit dubitatum, quid iuris; nam dicebat Terra Fluminis Frigidi, minimè præſtari poſſe aſſenſum ſuper contractu reuocato, licet
2 fuerit reuocata reuocatio poſt aſſenſus impetrõnem, quicquid dixerit Aff. in c. Imper. de proh. feu. alie. per Frid. de quo per Frec. in lib. 2, limit. 28. ad Conſt. Regn. conſtit. diu. mem. nu. 85. & 86. & Capyc. in deciſ. 100. Lanar. in conſ. 73. nu. 14. per me in conſ. 36. 1. vol. & ita paſſim eſt iudicatum: qa facta prima reuocatione cõtractus eſt penitus annullatus, & aſſenſus ſuperueniens non reperit, vbi figere poſſit pedes, & poſt effectum reuocationis conſumatum reuocatio reuoca-

3 tionis nullum poteſt producere effectū, nec dicitur in dolo, qui reuocat, dū hoc facit iuris authoritate, de quo per Affl. ī deciſ. 335. nec hodie videtur de hoc poſſe tractari ſtāte renuntiatione facta literarum, allegatur tex. in l. pen. C. de pact.

Ex aduerſo tàm Marchio, quàm Caſale Longobardorum prætendunt, omninò procedendum eſſe ad expeditionem aſſenſus non obſtātibus ſupra oppoſitis, & licet multa hinc inde fuerint allegata; tamen ex infraſcriptis non adductis, nec conſideratis ab Aduocatis partium fuit deciſum, aſſenſum eſſe præſtandū, & minimè eſſe locum reuocationi, nec renuntiationi poſt preces Regi oblatas, & literas expeditas, per quas remittitur Proregi, qui ſe informet, & prouideat, & maximè reuocata reuocatione ante aſſenſus impetrationem.

Et primò dicitur, vnam eſſe quæſtionem, ſi reuocatio reuocationis ſit facta poſt impetrationē aſſenſus, & benè procedunt allegata: alteram verò, & ſecundam eſſe quęſtionem, qn̄ reuocatio reuo-
4 cationis præcedit impetrationē aſſenſus, & inſimul adeſt confirmatio primæ conuentionis, & tunc voluerunt Doct. aſſenſum iuuare: quia reperit aſſenſus confirmabile, vt in caſu, de quo agimus, & hęc eſt quæſtio poſita, & deciſa per Affl. in c. 1. de vaſſ. qui cōt. Conſt. Loth. n. 9. 10. & 11. & ſecundū prædicta referunt, fuiſſe iudicatum per Reg. Cam. Mod. Add. in d. deciſ. Affl. 335. licet malè pro cōtrarijs allegauerint deciſ. Affl. Loffr. Gram. Capy. & Frecc. Loquuntur. n. in 1. quæſt. & rurſus in terminis deciſ. Luc. de Pen. in l. nulli C. de fund. patr. lib. 11. de qua deciſ. latè per Affli. in deciſ. 111. Ceſſat. n. hoc 2. caſu ratio nullitatis primi contractus, dū ex reuocatione reuocationis deducitur ad ſuum primū eſſe, ceſſat ratio, ꝙ aſſenſus, qui non importat aliud, quàm confirmationem, ſi non reperiat confirmabile, remaneat inutilis: quia ex reuocatione reuocationis datur præexiſtētia contractus cōfirmabilis, ob quod habet, vbi figere pedes, & conſequenter ceſſat omne obſtaculum.

Secundò principaliter dicitur, reuocationem permiſſam per Conſt. Reg. conſti.
5 diu. mem. oriri ex nullitate cōtractus ꝑ defectum aſſenſus, & contēptus Domini; ſed ſi aſſenſus poteſt præcedere, & ſubſequi, & vt ille poſſit peti, & præſtari, oportet dari contractus pręexiſtentiam, & demū in caſu, de quo agimus, fuerunt oblatæ preces Regi pro aſſenſus præſtatione, & Rex prouidendo reſpondet cōmittendo negotium Proregi, qui attentis rōnibus expoſitis prouideret, vt ſibi viſum fuerit, dicitur ꝑpeà, non eſſe ampliùs locū reuocationi: quia res non eſt integra, ceſſat contemptus, Rex certioratus de cōtractu cōmiſit negotium Proregi prouidēdum, vnde pendent omnia à Prorege, nullo modo poteſt eſſe locus reuocationi, pro quo eſt caſus in c. bonę lo 2. de poſtul. Præl. vbi rationem ponit text. per infraſcripta verba.

Si. n. poſtquàm poſtulatio ſubſcriptionibus poſtulantium roboratur, & præſētatur Rom. Pont. approbanda, poſſent ab ea recedere poſtulantes, nobis frequēter illuderēt, & iudicium noſtrum ex eorum pendere arbitrio videretur, & idē in renuntiatione, vt poſtquàm fuit obtenta licentia renuntiandi, cogatur renuntiationē facere, ea ratione, ne Papa illudatur, & etiam quia conſideratur commodum Eccleſiæ, & renuntiantis, vt in cap. quidā de renunc. vbi gl. & omnes, & præ cęteris Imol. & idem ſi Papa cōmiſerit alteri, qui loco ſui renuntiationē recipiat, ſi hoc expedierit: nam non poterit quid innouari, deciſ. eſt not. Innoc. in d. c. quidā
6 in verb. compellendos, & ea ratione non datur reuocatio in vēditione neceſſaria: quia deluderetur Iudex, & haſta fiſcalis, de quo per Frec. vbi ſup. in 6. & 43. limi. vbi dicit, ꝙ eſſet ludibrio, & verteretur in opprobrium, & non debet deludi authoritas haſtæ fiſcalis, & idem Author in differentijs, quas ponit inter feudum ex pacto, & hereditariū, dicit ī 5. q. notabilę verbū, ſcilicet ꝙ non detur reuocatio ob authoritatē magni Prætoris, vt ſic dicamus ex his, in caſibus, in quibus datur reuocatio vigore Conſt. Reg. conſti. diu.

mem.procedere,& intelligi ante petitio-
nem aſſenſus Regi præſentatam, ne Rex
illudatur,& pendeat prouiſio ab arbitrio
petentium,ꝙ indubitatum eſt ſecundum
Innoc.quando Rex appoſuit manũ, pro-
uidit,& remiſit negotium alteri,qui ſuo
arbitrio prouideret , & ſi, ne deludatur
Iudex,& magnus Prætor, quando appo-
ſuit manus in venditione neceſſaria,non
datur reuocatio, quantò magis, quando
7 idem Rex, & ſi tenemus elegantẽ intel-
lectum datum per Frec.ad Conſt.Reg.in
2.lib.in quæſt.incip.à Regnicolis nu.16.
& 17.fol.mihi 150.vbi vult,ꝙ dum Cõ-
ſtitutio dicit, quòd contrahentes iure
proprio reuocẽt,velit dicere,quod exer-
ceant ius reuocandi , ꝙ Rex habebat,&
fungãtur vice,& author.Regis data per
Conſtit.illam,& concordat cum intelle-
ctu Andr. ꝙ reuocet iure ſpetiali , quod
tamen ſecundum Frecc. reſidebat penes
Regem,dico inquam,ꝙ tantò magis pro-
cedẽt allegata:quia ſi Rex appoſuit ma-
nus,& remittit negotiũ Proregi,qui pro-
uideat,ꝙ ſibi conuenire videbitur: ergo
ſuſpenſa eſt facultas,quam Rex habebat
reuocandi , & conſequenter nullo modo
eã exercere poteſt feudatarius ; maximè
qñ dolosè ad reuocationem eſt proceſ-
ſum,vt in caſu,de quo agitur,in quo pro
gratia prædicta recepit Marchio pater
duc.5000.& demũ filius pro duc.2200.
reuocat patris promiſſionem fraudando
Caſale Longobardorum prædictis duc.
5000. præſupponendo non teneri ad re-
ſtitutionẽ: quia hæres cum beneficio le-
gis,& bona omnia poſſidere iure proprio
vigore maioratus, & hæc pariter eſt vna
de limitat.ad Conſtit.prædictam, vt, qñ
8 in fraude eſt verſatus feudatarius,& do-
losè ſe geſſit , non habeatur ratio reuo-
cationis,vt per Frecc.qui refert ſic iudi-
catum,vbi ſup.in 3.limit.Nullitas.n.cõ-
tractus feudalis oritur ex defectu aſſen-
ſus,conſiderando præcipuè Dñi contem-
ptum, & ꝑpeà Dominus reuocat, ſi non
9 præuenit feudatarius , vigore poteſtatis
ſibi conceſſæ per Reg.Conſtit.iuxtà latè
trad.per Iſer.in c.1.§.poſt refutationem,
de vaſſ.qui cont.Conſt.Loth.& ob id,cũ
vaſſallus ad ſuũ directum Dñm recurrat,
petendo aſſenſum maximè contractui fa-
ciendo,omnis ceſſat contemptus, & nul-
litas contractus non conſideratur eo ca-
ſu:nam ſecundum notorios terminos cõ-
10 tractus feudalis non eſt nullus de per ſe;
ſed ſtat in ſuſpenſo ꝑp quodam extrin-
ſecum requiſitionis aſſẽſus,ad quod per
noſtros Feudiſtas ſolet allegari cõmuni-
ter Io.Fab.in §.non ſolum,inſti.de leg.&
donec Dñs non recuſat cõſentire, habet
ſpem reconualidationis , ſtatim igitur,ꝙ
vaſſallus recurrit ad Regẽ, & Rex appo-
nit manus,& vult conſulere circa aſſen-
ſum præſtandum, habet vaſſallus manus
ligatas ad text.in c.vt noſtrũ,vbi Scrib.
de appel.& ex recurſu ad Regẽ ſe priua-
uit facultate ſibi cõceſſa reuocandi,cũq;
ceſſet cõtemptus, timor amiſſionis feudi,
ac nullitas cõtractus,ꝑpeà iuſtè fuit de-
ciſum, Conſtit.Regn.non procedere poſt
preces Regi oblatas,& poſt impoſitionẽ
manus ipſius Regis,& conſequenter mi-
nimè potuiſſe Marchionẽ reuocare;& eò
magis prædicta procedunt: nam præten-
ditur,& eſt verum in facto,quod,dũ fuit
acquiſita d.Baronia,fuerit, inquam cum
11 poteſtate alienandi in totum,vel in par-
tem ſaluo aſſenſu Dñi, quo caſu tenetur
Rex aſſentire,de quo per Affl.in c.feudũ
ea lege,ſi.de feud.def.mil. Loffr.Capyc,
Camer.& alia multa per me cumulata
in conſ.2. 1.vol.& ſi non cõſentit,habe-
tur pro conſentiente,de quo per Capyc.
in repet.cap.imper.cart.mihi 22.& ſi eſt
12 permiſſa alienatio,non datur tunc reuo-
catio,ſicut dicunt Docto.ꝙ non detur in
alienationib.à iure permiſſis, de quo per
Affl.in deciſ.11.& Add.in d.deciſ.335.
& id, quod facit lex,facit Rex, cũ cuius
aſſenſu,& licentia de feudis diſponimus,
ſicut de bonis allodialibus.

Tertiò principaliter ſi aſſenſus ẽt im-
portat facultatem datam, vel dandam
Marchioni creandi duos Capitaneos,va
num eſt tractare de reuocatione vigore
Conſt.Reg.cum ſit ſimplex facultas cõ-
ceſſa Marchioni reſidens penes Regẽ,&
nõ dependẽs à facto ipſius,nec interpo-
nitur ſup aliquo cõtractu,in quo caſu tũ
loqui-

loquitur Conſtitutio Regni,& ſolùm remanet punctus renuntiationis literarum
13 factæ per Marchionem, quam videtur potuiſſe facere ex reg.text.in l.pen.C.de pact. quæ communem recipit limitationem, vt minimè permittatur, quando adeſt tertij præiuditium, ita vt non poſſit ſeparari vtilitas, vel damnum tertij à damno, ſeu vtilitate priuati renunciantis,allegatur text.in l.fin.C.de pact.glo. Bart.& omnes,quos reaſſumit Dec. in d.l.penult. eleganter Abb.& cæteri Canoniſtæ in cap.ſi diligenti in fin. de for. comp. & rurſus etiam quod tractaretur ſolùm de præiuditio renuntiantis, non valeret renuntiatio, quando contra bonos mores, vt per gloſ. in d.l.penult. & per Abb.vbi ſupra;& hoc eſt,quòd communiter tradiderunt Doctor.in d. cap. quidam de renunc. incip. ab Hoſt.Butr. Zabar. Imol. & alijs in terminis illius text. vt re integra poſsit quis à renuntiatione recedere,niſi adſit intereſſe tertij: vnde cum hic adſit intereſſe Vniuerſitatis Longobardorum,& res non ſit integra:quia fuerunt præſentatæ literę pro præſtatione aſſenſus, & acceptatæ per partem,& petita illarum exequutio,proptereà nulla habenda eſt ratio de renuntiatione,quæ cum nullo modo appareat acceptata ex parte Fluminis frigidi, & ante acceptationem fuerit renuntiatio reuocata re integra reſpectu ipſius, ſuccedit propterea communis deciſio omnium Doctor.in d.cap.quidam de renũc. quòd re integra potuerit renuntiatio reuocari, & reuocauit Marchio, quando potuiſſet illam à principio facere, quod fundatum eſt nullo modo ei permiſſum propter intereſſe Longobardorum:cuius Caſalis reſpectu demonſtratum eſt, rem non eſſe integram : ex quibus patet reſponſum ad omnia contraria,& notetur: quia eſt maxima declaratio ad Conſtitutionem Regni conſtitutionem diu.memoriæ, quòd non habeat locum porrectis precibus Domino pro aſſenſu,qui illius præſtationem commiſit alteri, vt ſe informaret, & relationem faceret ; & rurſus ex præallegatis infertur ad quæſtionem aliàs ventilatam ; an Conſtitutio,quæ interpretata eſt procedere, tàm in venditore, quàm in emptore, & limitata non habere locum in venditione
14 neceſſaria,an hęc inquam limitatio procedat pariter etiam in emptore, ſicut in venditore,cum non debeant ad imparia iudicari, & omnes rationes contemptus authoritatis magni Prætoris, quòd non debet eſſe ludibrio, & aliæ ſupra conſideratæ militant etiam in emptore, dum acceſsit ad tribunal, & Iudici obtulit emere in iudicio,& omnia ſunt repoſita in manu Iudicis, & præſertim hæc procedent in Sacro Conſilio, quod Regis perſonam repræſentat,& dicitur ſacra maieſtas,& vt tali ſupplicatur,vt ſic iura ſupra allegata militent, & ſint in terminis, & poſtquàm cum Iudice contrahitur,& hic eſt Rex,qui contrahit nomine debitoris vendendo,ſuamq́;perſonam
15 repręſentando, ſequitur, quòd non detur reuocatio ; cum is, qui cum Rege contrahit, aſſenſu non indigeat ad text. in cap. 1. extra de feud. Curr.in tractat. feud.4.par. verſ.ſextò principaliter cum ſuis concord. & licèt aſſenſus poſteà expediantur per Collaterale Conſilium, non per hoc infertur, non eſſe cum Domino contractum,& conſequẽter ex validitate actus non dari reuocationem ; ſed quia idem Dominus hanc dedit formam, & hanc voluit ſolemnitatem ſeruari,vt ſpecificus poſteà petatur,& præſtetur aſſenſus à Prorege, eiuſq; Collaterali Conſilio.Hinc in ſententijs,& decretis eiuſdem Sacri Conſilij dicitur, quod libetentur feuda cum aſſenſu impetrando à noſtro Prorege,ita quod Rex vendit,Rex contrahit,& Rex demandat aſſenſus expeditionẽ;ex quibus ſatis dubito de relatis per me in conſil.5. 1.volum.num.88. licèt non fuerit ibi ille articulus diſputatus, nec deciſus in illa cauſa ; ſed perfunctoriè tactus fuit : non autem fundatus pro veritatis indagatione, & fuit iudicatum contra Secretarium Ioan. de Sotto, pro quo redditum eſt conſilium illud,de quo articulo an offerens poſsit reuocare fusè per me in

in titulo de refutationibus feudorum §. ſeptimo, vbi latè negatiua opinio firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Miniſtri pecuniarij ſignificati per introitum ſuperantem exitum, condemnari ſolent ad ſoluendum debitum cum vſuris.*

2 *Poena legis iuliæ de reſid quando irrogetur, & quæ differentia ſit inter hanc poenam, & aliam legis iuliæ peculatus, & nu. 3. & 4.*

5 *Non eadem poena tenetur fraudãs fiſcum in acquiſitis, qua in incorporandis, ſeu acquirendis.*

6 *Poenæ criminis peculatus per ius cõmune, & Conſtitut. Regn. indictæ an ſint abolitæ per Capi. Regn. incipiens vulgaris famæ proloquium.*

7 *Suſpenſio ab officio lite pendente durante inquiſitione habet locum in caſibus, in quibus poena delicti importaret priuationem.*

8 *Practica Regiæ Cameræ conſueta in ſignificatione debitorum qualis ſit.*

9 *Poena peculatus vt locum habeat, dolus malus requiritur.*

10 *Officialis ab officio ſuſpendendus eſt, quando ex informatione conſtat aliquid ſubſtantiale; non autem ex ſolo titulo delicti.*

11 *Officialis vt puniatur, quando eſt bonæ famæ, debet conuinci de delicto.*

12 *Officialis, qui officiũ tenet ex cauſa oneroſa, non perdit illud ex eiſdẽ cauſis, ex quibus perderet, ſi gratioſè fuiſſet conceſſum.*

13 *Iura punientia Officiales circa pecunias detentas, vel ſubtractas, quomodo intelligantur.*

14 *Suſpenſio ab officio quot modis fieri poſſit.*

15 *In inquiſitione Officialis duo fiunt iudicia, vnum ſummarium ad finem ſuſpendendi, & alterum plenarium ad finem condemnandi, primum fundatur per coniecturas, & per præſumptiones, et alterum in veritate probationũ, quòd latè diſſeritur, & ibi, quæ ſuſpitiones, vel inditia requirantur ad finem ſuſpendendi.*

16 *In iudicio ſuſpenſionis debet audiri inquiſitus, eiq. dari capita, ex quibus ſuſpenſio prætenditur, & ita deciſum.*

17 *Officialis ex cauſis grauibus, & delictis enormibus officio eſt priuandus.*

18 *Officialis qua poena puniatur, dum Fiſci pecuniam mutuat, & ſic pariter in Officiali conuertente fiſcalem pecuniam in proprios vſus.*

19 *Differentia inter titulum de his, qui ex pub. rat. & tit. de his, qui ex publica collatione.*

20 *Officialis fiſcali pecunia vtens contra ordines eſt in dolo præſumpto, ac in mala fide.*

21 *Officialis Regio nomine ex obligatione ſui officij pecuniam fiſcalem exigens, pecuniæ dominium fiſco acquirit.*

22 *Officialis publicus quicquid ex ſua adminiſtratione acquirit, intelligitur acquirere ei, cuius nomine gerit officium, & ideo vtens pe-*

cunia

cunia publica, quam ut Officialis exegit, furti tenetur, & ibi declarantur, & diſtinguuntur iura, & deciſiones.

23 *Deciſio Odoffred. in l. fin. C. de his, qui ex pub. rat. notatur, ubi ponitur ratio, quare poena capitis teneatur Officialis, qui publicam pecuniam in proprios uſus conuerterit, ſubtraxerit, vel aliter de ea diſpoſuerit.*

24 *Theſaurarij, & conſeruatores monetæ qua poena puniantur, dum publicam pecuniam in alium uſũ expendunt, quàm in eo, pro quo parata fuit, & ſic in alio Officiali, vel adminiſtratore publicæ pecuniæ.*

25 *Iura digeſtorum loquentia in materia Peculatus, & de reſiduis, an ſint correcta per iura Cod.*

26 *Text. in l. unica C. de crim. pecul. ponderatur, & gloſ. ibi reprobatur.*

27 *Text. in §. item lex iulia inſtit. de pub. iud. declaratur.*

28 *Poena Peculatus, quæ eſt appoſita Iudicibus, eadem eſt in omnibus alijs Officialibus.*

29 *Deciſio Io. Fab. in d. § item lex iulia ponderatur.*

30 *Poena legis iul. de reſid. qualis ſit, & quando in eam incurratur, declaratur.*

31 *Capitulũ Reg. vulgaris famæ proloquium declaratur, ut procedat, quando ciuiliter agitur, non autem criminaliter.*

32 *Iura de quadruplo loquentia procedunt, quando ciuiliter agitur.*

33 *Conſilium Aymon. ſextum declaratur, in quo caſu poſſit procedere.*

34 *Officium emptum eſt ſubiectum periculo amiſsionis ex mala adminiſtratione, prout cætera omnia officia gratis conceſſa.*

35 *Feudum retinet in omnibus naturam feudi, præterquàm in eo, in quo eſt illa alterata, & ſic in officijs, & nu 36.*

37 *Feudum emptum eſt propriè feudum, & amittitur eiſdem culpis, prout cætera alia feuda.*

38 *Officia de ſui natura hodie ſunt effecta vendibilia.*

ARGVMENTVM.

Officialis adminiſtrationis ſuę pecuniam in proprios vſus erogans, qua pœna puniendus, quando ab adminiſtratione ſuſpendendus. De duplici ſuſpenſionis genere, ab officio ſcilicet, & beneficio. De Peculatu, lege iulia de reſiduis, & vtriuſque differentia multa obſeruatione digna.

DECISIO VII.

FVIT inquiſitus Ferdinandus Monſorius Regius Dohanerius Menepecudum Apuleæ inter cętera capita, quod vſus fuerit Regia pecunia in proprios vſus ad ſuam adminiſtrationem ſpectante, quam paratam tenere debebat pro neceſſitatibus Regiæ Curiæ, & pro ſoluendis ſtipendijs Conſignatarijs, alijſq; oneribus, ad quæ pecunia ipſa erat deſtinata, quod minimè fecit; ſed in proprios vſus conuertit, vel mutuando alteri, vel dando ad cambium, conuertendo omne in propriam vtilitatem, ob quod tempore Inquiſitionis, & carcerationis etiam poſt annum, & vſque hodie remanſit, & remanet debitor ex pecunia exacta, vti Regius Dohanerius in duc. 37. mil.

Hoc

Hoc facto indubitato ſic exiſtente, dum Regius Fiſcus inſtetit pro ſuſpenſione totalis adminiſtrationis officij prędicti, præſupponendo, grauiter hunc Officialem deliquiſſe in officio ſuo, & conſequenter interim ſuſpendi debere; ſuit cauſa relata in Collaterali Conſilio per Regiam Cameram Summariæ, & diſcuſſum ſuper iuſtitia petitionis Fiſci, prætendẽte ex aduerſo Dohanerio, dum non negatur pecuniæ exactio, ex ſtylo
1 Regię Camerę Miniſtros pecuniarios ſignificari tantùm per introitum ſuperantem exitum ad quantitates exactas vnà cum intereſſe tanquàm Reliquatores, qui dum ex reuiſione computorum, ſiuè rationum debitores remanent, ſoluunt debitum cum vſuris, iuxta text. in l.qui nominibus §.1. vbi gloſ.ff.de admin.tuto.in l.Lutius in fin.eod.tit. in l. qui ſub conditione,& in l.cum ſeruus, vbi gloſ. ff.de condit. & demonſtr. & quando rigidè eſſet procedendum contra ſtylum prædictum,nulla alia pęna poſſet aſtrin-
2 gi,niſi lege Iulia de reſid. quæ loquitur in eo,qui publicam pecuniam ad ſuam adminiſtrationem ſpectãtem in proprios vſus conuertit; non autem pœna pecu-
3 latus, quæ procedit in eo tantùm, qui pecuniam fiſcalem ſurripuerit, vel ſubtraxerit ad ſuam tamen adminiſtrationẽ non ſpectantem,hic eſt caſus text.in l.ſacrilegi in §.Labeo,& in §.is autem,& in §.cum quoque ff.ad l.iul. peculatus, vbi gloſ.in l.2.& in l.4.§.lege Iulia,& §.ſeq. eod.tit.& ibi gloſ. declarat Salicet. in l. vnica C.de crim.pecul. de quo latiùs in meo conſ.22. 1.vol. D. Lanarius in cõſ. 93.declarat Paris de Sindic.in verb.Iudices cap.3.nu.4. & 5. hinc text. in d.l. vnic.de crim.pecul.loquitur per verbum ſubtraxerunt, ſic Conſtitutio Regni incip. Officiales Reipublicæ loquitur per idem verbum, & propterea nimirum ſi incidant in crimen peculatus,quod diffinitur pecunię publicę furtum non ab eo factum,cuius periculo fuit,vt in d. §.Labeo: nam ſi ſtat periculo illius, non poteſt dici furtum commiſſum, ſic pariter loquitur text.in Capi.Reg.incip. ad hoc volentes,& in cap.vulgaris famæ prolo-
4 quium, & ſi non alia pœna, quàm illa de reſiduis tenetur, illa, vt in prædictis iuribus,non excedit quadruplum, qualis non eſt pœna peculatus, quæ importat deportationem,quæ pœna quadrupli ponitur per iura in fraudante Fiſcum, & propriè in Officiali vtente fiſcali pecunia,faciuntq; iura,& Doctor. differentiã
5 in rebus incorporatis, aut incorporandis, vt primo caſu ſit quadruplum: ſecundo verò duplum,de quo in l.qui in contractibus, vbi gloſ.& Doctor. C.de iur.fiſc.lib.10.in l.1.C.de his,qui ex pu-
6 bl.ration.eod.lib.vbi pariter Scrib. Addebat inſuper inquiſitus, pœnas prædictas iuris communis, & Conſtitutionis Regni, (quando eſſemus in proprio crimine peculatus) eſſe omnes abolitas in Miniſtris pecuniarijs per d. Capit. Reg. vulgaris famæ proloquium, quod pro ſubtractis, & ſubreptis à pecuniario Miniſtro in locum extraordinariæ coercitionis dicit, quòd ſuccedat pecuniaria coercitio in nonuplum eius, quod exegit. Adeò quod ſiue habeat locum lex Iulia de reſiduis,quæ videtur propria in caſu, de quo agitur,cum cofiteatur exactum, ſiuè habeat locum lex Iulia peculatus, ſtante prædicto Regni Capitulo, ſemper pœna ſit pecuniaria, & conſequenter cũ
7 ſuſpenſio locum habeat in caſibus, in quibus Officialis veniret priuandus ſecundum communes deciſiones, de quibus per Præſid.de Franch. in deciſ.8.dicebat propterea inquiſitus, quod non erant in hac cauſa tractandi termini ſuſpenſionis;addebat ex ſimplici tantùm retentione pecuniæ, ſeu ex ſimplici ſignificatoria, ex qua remanebat debitor in tanta quantitate, vt præſupponitur exacta,non inferri perneceſſe, quod pecuniam conuerterit in proprios vſus, vel in alios contra deſtinatos per Regiam Curiam; & in hoc habet locum practi-
8 ca conſueta in Regia Camera, quæ per introitum ſuperantem exitum liquidat Miniſtrum debitorem in quantitate debita vnà cum intereſſe, poteſt enim eſſe, quòd caſu perdiderit, eius Caſcerius

ſubtra-

ſubtraxerit, & alia cauſa abſque ſuo dolo,fraude, vel culpa, ob quod nulla alia pœna poteſt dignus iudicari, nam in hoc
9 delicto dolus malus requiritur ad text. in l.1.in finalibus verbis ff. ad l. iul. peculatus,Decian.ponit pro reg. in 2.tom. lib.8.cap.32. Menoch.de arbit.iud. lib. 2.cent.6. caſ.586.

Si verò vltra debitum præſupponatur pecuniam conuertiſſe in proprios vſus, de ea negotiatum eſſe, mutuaſſe, vel ad cambium dediſſe, & in mercimonia implicaſſe. Dicebatur, hoc debere liquidò conſtare, & ad hoc ponderabatur deciſio prædicta Præſid.de Franch.qui dicit
10 ad finem ſuſpendendi; debere conſtare aliquid ſubſtantiale ex informatione, ex quo legitimato proceſſu eſſet Miniſter officio priuandus,quod iure videtur fundari: nam contra Officiales bonæ famæ,
11 vt præſupponitur iſte, requiritur non ſolùm probatio; ſed conuictio,auth.nouo iure C.de pœn.iud.qui mal.iudi. Ibi, & hoc probauerit,in l.fin. C.ad l.iul. repet.ibi,eo,qui conuictus fuerit in l.Iudices C.de dignit. lib.12. ibi,Iudices, qui ſe furtis, & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti, Conſtitutio Regn.incip. apud Iuſtitiarios,ibi,ſi contra præſentem conſtitutionem aliquid recepiſſe fuerint dilucida probatione conuicti,in Conſtitut. Reg. corruptelæ crimen, ibi, legitima probatio,& in prædicta Conſtitut.Regn. Officiales Reipubl. ibi, qui tempore adminiſtrationis pecunias publicas ſubtraxerint,ita quod factum eſt indubitabile, & legitimè probatum,quod factum præſupponebatur hic deficere, & conſequẽter ex his omnibus ex parte inquiſiti dicebatur, Fiſci prætenſionem circa petitam ſuſpenſionem non eſſe admittendã, eò magis: quia non ex qualibet mala adminiſtratione quis venit officio priuãdus,licet alijs,& diuerſis pœnis plectendus, vt in proprio caſu aliàs Dohanerij Menepecudum Marchionis Padulæ prędeceſſoris iſtius de pluribus, & diuerſis extorſionibus inquiſiti,fuit deciſum prætendente Fiſco ſuſpenſionem, durante inquiſitione,& cauſa,quæ fuit illi denegata,facta relatione in Collaterali Conſilio, & tandem compilato proceſſu non fuit Marchio condemnatus ad priuarionem officij;ſed ad ſuſpenſionem adminiſtrationis illius per triennium,quo finito ad illud non rediret;ſed in ſui beneficiũ venderetur. Sic pariter Gabriel Capanus Iuſtitiarius huius noſtræ fideliſſimæ Ciuitatis de multis inquiſitus, non fuit compilato proceſſu per ſententiam officio priuatus; ſed benè quod non redeat ad illius exercitium; ſed in ſui beneficiũ vendatur,& hoc eſt,quod conſuluit Ay-
12 mon.in ſuo conſ.6. 1.vol.in officijs non gratiosè conceſſis; ſed mediante pecunia, vt non perdantur ex eiſdem cauſis, ex quibus perderentur aliàs, ſi gratiosè fuiſſent conceſſa, quia ex venditione illorum natura improprietur, & propterea cogatur Officialis ad vendendum; ſed in ſui beneficium. Adeò quod non ſequitur neceſſariò, eſt inquiſitus de cõmiſſis in officio,ergo priuandus,& ſi ſaltem hoc poteſt eſſe dubium, dicebatur, quòd ſeruata deciſione prædicti Præſid. de Franch. vbi non datur certa priuatio, non poſſet dari prætenſa ſuſpenſio; eò
13 magis cum iura loquentia circa pecunias ab Officialibus detentas, vel quoquomodo ſubtractas intelligantur de illis Officialibus,qui pecunias taliter recipiunt,vt eaſdem reſtituere, vel ſoluere Fiſco debeant, & interim Fiſci periculo teneant; non autem de his,qui in genere ad pecuniæ reſtitutionem tenentur,& eorum periculo pecunia apud eos conſeruatur,qualis eſt Dohanerius, qui deputat ſuum Caſcerium,pecunias exactas tranſmittit ad libitum penes publicos Bancherios,Argentarios,vel Nummularios ipſius periculo: vnde ſi pecuniæ eſt Dominus, & ad reſtitutionem prædictæ quantitatis eſt tantùm obligatus, non poteſt illi imputari ad delictum quomodocunque fuerit pecunia vſus, pro quo videtur ſolemne conſilium Alciat.nu.12. tom.2. lib.5. aliàs eſt conſ.100. & pulchrum etiam conſ.Dec. 6. Deciſio aurea Io.Fabr.in d.§.item lex Iulia peculatus, inſtit. de publ. iudic. & dato pro vero, quòd

quòd pecunia exacta vſus fuerit, prę̨ſup-
ponitur, non teneri alia pœna, quàm
quadrupli ad text. in d.l. qui in contra-
ctibus, vt latiùs per Menoch. vbi ſupra
num. 7.

Ex aduerſo Fiſcus dicebat, caſum eſ-
ſe indubitatum, & deciſum per iura par-
ticularia, fatendo pro nunc deciſiones, &
concluſiones ex aduerſo factas, quòd, vbi
non datur priuatio, non detur interim
ſuſpenſio, & quòd pœna peculatus pro-
priè habeat locum in eo, qui ſubtraxit
pecuniam ad ſuam adminiſtrationem
non ſpectanrem; ſed ſi fundabat, delictū
importare priuationem, dubium non ha-
bere ſuſpenſionem, & negabat propter
hoc requiri conuictionem, vel probatio-
nem talem, quæ ad condemnandum ſuf-
ficeret; ſed dicebat non aliud requiri, ni-
ſi quod incipiat conſtare, & Iudicem in
dignam, & approbatam ſuſpitionem de-
licti venire: ita quòd vltra accuſationē,
ſeu imputationem delictorum conſtēt ex
informatione aliqua, ex quibus de deli-
cto, de quo inquiſitus imputatur, redda-
tur vehementer ſuſpectus, & incipiendo
14 ab hoc vltimo puncto, dicebatur, dupli-
citer conſiderari ſuſpenſionem, vel ab
officio tantum ad finem inquirendi, &
ex cauſis leuibus; Alteram verò etiam à
beneficio, & hæc in cauſis grauioribus;
ſed omnes eas importare priuationem,
& intelligi cauſas leues circa ſuſpitionē,
& inditia. de quo per gloſ. in Can. quia
ea 3.q.2. & in Can. Presbyter ſi à plebe
2.q.5. particularis deciſ. Innoc. in cap. li-
cet hely, de ſim. Luc. de Pen. in d.l. Iudi-
ces C. de dignit. ab officio enim impor-
tabit ſuſpendere à ſola adminiſtratione;
non autem ab emolumentis, à beneficio
verò ſuſpendere ab omnibus: quia gra-
uiter ſuſpectus, & dùm quis inquiritur
15 de delictis grauibus, duo fiunt iudicia,
vnum ſummarium ad finem ſuſpendendi
durante inquiſitione, & alterum plena-
rium ad finem condemnandi. In primo
ſufficit ſummatim probare ſuſpicionem,
& hanc per coniecturas, quod ſufficit ad
ſuſpenſionem. Alterum iudicium erit ve-
ritatis delicti, qua veritate probata, pri-
uatur Officialis in perpetuum, & ſic Do-
ctor. reaſſumunt cōmuni ore, vt duo fiant
iudicia; alterum ſuſpitionis, & alterum
veritatis. Primum ſummarium fundatum
per coniecturas, & alterum ordinarium
fundatum in veritate probationum, eſt
deciſio ſolemnis Hoſt. in d. cap. licet He-
ly, taliter diſtinguentis, quem ſequitur
Io. Andr. Anchar. Butr. Henr. Boic. & om-
nes, Archid. idem docet in canon. vobis
12. q. 2. vbi Gemin. & Bellam. & licet
Abb. in d. cap. licet Hely, recitans opi-
niones, & dicta per gloſ. in cap. venera-
bili, de offic. deleg. dicat, quod propter
varietatem iurium, & opinionum, ſi de-
beat, vel non debeat quis ſuſpendi lite
pendente, debeat hoc reponi Iudicis ar-
bitrio ſecundum qualitates, & circum-
ſtantias facti, quem ibi ſequitur Soccin.
Tamen vt dixit ibi Io. de Anan. cum ſit
hic modus procedendi communiter ap-
probatus, videlicèt ſuſpendendi Officia-
lem durante inquiſitione, non poſſe pro-
ptereà ab eo tuta conſcientia recedi;
prout hodie communiter practicatur ſe-
cundum deciſ. 8. Præſid. de Franch. eſt
deciſio etiam ſolemnis Cappell. Tholoſ.
370. vbi bona additio, Io. Andr. & om-
nes in cap. 1. de accuſat. in 6. latiſſimè
Gramm. in conſ. 10. Adeò quod non ſit
verùm, quòd requiratur plena probatio
in iudicio ſuſpenſionis; ſed ſufficit ſuſpi-
tio tantùm: verùm maior, quàm illa, quę
requiritur ad inquirendum, ita declarat
ſolemniter Innoc. in d. cap. licet Hely
nu. 5. vbi Io. Andr. Anchar. & omnes, &
præcipuè eleganter ibi Zabar. verſ. op-
pono 11. & hoc eſt, quod voluit dicere
Luc. de Pen. in d.l. Iudices, de dignit. vbi
format quæſt. An per ſolam inquiſitio-
nem quis ſuſpendatur ab officio; & con-
cludit, quòd non ſufficiat accuſatio; ſed
vltra, quòd ſit ſuſpectus, & ſubnectit hęc
verba, videlicèt, quòd meritò ſit ſuſpe-
ctus: ita quòd ſufficiat ſuſpitio; ſed non
leuis, & idem per omnia tradit Paris de
ſyndic. in verb. accuſatus, & ſecundum
hoc intelligatur Innoc. in cap. accuſatū,
de ſim. vbi tradidit, nō ſolùm in crimine
ſimonię; ſed in alijs etiam criminibus
quem

quem propter ſuſpitionem remoueri ab adminiſtratione; & ſic pariter intelligitur gloſ.in d.canon.quia ea 3.q.2. vt ille probetur ſuſpectus, qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus dici debeat, quam ibi notat,& ſequitur Gemin. qui etiam tradit,illum dici dilapidatorem,qui fructus Eccleſiæ conuertit in malos vſus, etiam
16 proprios; Eſt benè verum,vt in hoc iudicio ſuſpenſionis ſic ſummario debeat audiri inquiſitus,eiq; dari capita,ex quibus ſuſpenſio prætenditur, vt poſſit ſe ſummatim defendere, prout ſummariè de ea cognoſcitur,poſtquàm Doctor.dicunt,quod ſit iudicium, ita notabiliter Archid. in d.canon.vobis 12.q.2. & ſic vtrunque fuit deciſum in hac cauſa', videlicet audiendum eſſe inquiſitum, & dandam eſſe facultatem ad percunctandum capita, & ſcripturas omnes publicas,quæ contra eum afferebantur,& ſufficere pro articulo ſuſpenſionis qualem qualem probationem, & non requiri plenam, & ſecundum prædicta intelligendam eſſe deciſ.8. Præſ. de Franch.vt ipſemet ſe declarat ibi,dum dicit,quando his prætenſis delictis probatis poſſet quis ab officio remoueri,& etiam ibi nu. 3. dùm ponit rationes, quare lite pendente procedatur ad ſuſpenſionem, & inter cæteras propter infamiam, ne occultetur probatio facienda circa veritatem delicti,& allegat Parid.de Put. qui dicit, ſufficere Officialem eſſe meritò ſuſpectum, & iura ſupra allegata circa conuictionem,& plenam probationem procedunt in iudicio ordinario, & plenario ad finem condemnandi Officialem pro veritate delicti.

17 Quò ad ſecundum punctum dicebat Fiſcus, Officiales ex fraudibus detectis, & in officio commiſſis,quando ſunt cauſæ graues, & delicta enormia, abſque dubio priuandos eſſe officio ex reg.tex. in l. ſi aliquid C.de ſuſcept. lib.10. per quem ſic ibi tradit Luc.de Pen. & Affli. in Conſtit.Regn. Officiales Reipu. & licet contra hunc Miniſtrum multa Fiſcus prætenderet,ex quibus ſtantibus inſtructionibus eiuſdem officij veniebat priuandus, quando illa in iudicio plenario veritatis plenè eſſent probata, vt ſic ex ſuprà fundatis ſuſpenſio indubitabilis redderetur; tamen vltra prædicta dicebat, ex informatione iam capta, & ex publicis documentis liquidò conſtare, hunc Miniſtrum ex exactione Regiæ pecuniæ per eum facta tanquam Regium Dohanerium apparere remanere debitorem,& penes ſe retinuiſſe duc.37000. & iam ſtetiſſe per annum carceratum, prout impræſentiarum reperitur, & adhuc eiuſdem quantitatis remanet debitor,& quod peius, hoc ortum habuiſſe: quia in proprios vſus Regiam pecuniam conuertit,negotiando ex ea, cambia faciendo, mutuando, & in alios vſus conuertendo regiam pecuniam,quam paratam tenere debebat vſibus deſtinatis, & ſuperiorum mandatis, dicebat caſum eſſe deciſum per iura particularia loquentia,tàm in Miniſtro mutuante pecuniam regiam, prout fecit iſte, quàm in negotiante Miniſtro, & in proprios vſus con-
18 uertente: In mutuante enim eſt text. ſpecificus in l.fin. C.de his,qui ex publ. collat.lib.10.ibi, ſciant Iudices, nihil ſibi ex priuato rei canone,vel ex eo,quod ex eiſdem titulis exegerint, ad neceſſitates alias transferre licere, niſi maline grauiſſima ſeueritate ſuam licentiam coerceri,vbi gloſ.dicit, quod erit pœna capitis iuxtà text. in l.fin. C. de his,qui ex publ. ration. quæ iura manifeſtè loquuntur de Miniſtro, ſeu Officiali, qui pecuniam fiſcalem ad ſuam adminiſtrationem pertinentem mutuauit, fœneratus fuit, vel in proprios vſus conuertit, vt declarant ibi omnes Doct. hinc Bart. ibi notat, ſuſceptum per Iudicem non poſſe in aliam vtilitatem transferri, vbi infert contra Conſeruatores monetę,qui pecuniam Communis deputatam ad ſolutionem ſalariorum Doctorum conuertunt in alios vſus, & Io.de Plat.ibidem notat,vt id,quod ex priuato canone,vel eiſdem titulis exigitur, ad alias neceſſitates transferre non liceat pœna grauiſſima contra facienti imminente, & in ſpetie poſtea declarat, text.procedere

contra

contra Officiales exigentes regiam pe-
cuniam,ibi, vel ab alijs Officialibus exi-
gentibus, & Rebuff.ibidem notat, quod
ſuſceptores Canonis ad alias neceſſita-
tes ſine metu capitis transferre non
poſſint, & Odoffred.in d.l.fin. C.de his,
qui ex publ.rat.nu.4. dicit, maius eſſe
delictum Officialis conuertentis in pro-
prios vſus,quàm mutuantis, & tamen
indubitatum eſt, iura in mutuante loqui
de Officiali mutuante Fiſci pecuniam
19 ad ſuam adminiſtrationem ſpectantem.
Hinc idem Odoffred. ibidem declarat
differentiam inter tit. de his, qui ex pu-
bl.rat.& tit.de his,qui ex publ.collat.di-
cens titulum de his, qui ex publ.rat. lo-
qui de aliquo priuato accipiente pecu-
niam mutuò, vel aurum publicis vſibus
deputatum accipiente, dico ab aliquo
Officiali deputato ad exigendum, vel
cuſtodiendum aurum publicum, vel pe-
cuniam vſibus publicis deputatam: Ti-
tulum verò de his, qui ex publ. collat.
loqui de iſtis Officialibus accipientibus,
& in ſuam propriam vtilitatem conuer-
tentibus,quod quia maius delictum eſt,
quàm aliorum, ideò maior pœna impo-
nitur, & iſta eſt veritas, hæc Odoffred.
quod pariter declàrauit Iac.Cuiac.in d.
tit.de his,qui ex publ.collat. & Io. de
Plat.in d.l.fin.de his,qui ex publ.rat.lo-
quens in mutuante,& ſic in proprio Ad-
miniſtratore dicit, quòd teneatur pœna
peculatus: quia publicam pecuniam
conuertit in ſuam vtilitatem priuatam,
quodq; etiam committat furtum: quia
dum pecuniam regiam paratam tenere
debet ad vſus deſtinatos, & ipſe inuito
Domino in alios,vel proprios vſus con-
uertit,hoc eſt propriè furtum, quod de-
finitur contrectatio rei alienæ inuito Do
mino,& Rebuff.in d.l.fin. de his, qui ex
publ. rat. in ſpetie loquens in Officiali,
dicit puniri capitaliter per text. in d. l.
fin.C.de his,qui ex publ.collat.qui tex.
non eſt dubium, quòd loquatur de Offi-
ciali publicam pecuniam exigente:
20 Eo enim ipſo, quod Officialis vtitur fiſ-
cali pecunia contra ordines,& abſque
permiſſu Principis, eſt in dolo præſum-
pto,ſicut dicimus in Tutore, qui bona
pupilli abſtulit ſecundum Bald. in l. 2.
ff. de tutel. & rationibus diſtrahend. Et
eo ipſo, quod ſine Principis authoritate
Officialis talia committit, dicitur fieri
occultè, non palàm, & bona fide gloſ.
quam Bart.not.in d.l. fin. C. de his, qui
ex publ.rat. & eſt vanitas, quod dicitur
de tranſlatione dominij pecuniæ fiſcalis
in Miniſtrum,quaſi ſit obligatus ad tan-
tundem,& ſic ad reſtitutionem pecuniæ
21 in genere: nam ſi exigit,vt Regius Do-
hanerius,& nomine Regio,& ex obliga-
tione ſui officij,pecuniæ dominium Fiſco
acquiſiuit, vt eſt caſus in l.qui negotia-
tionem in princ. & in l. Lutius §. Tuto-
rem ff. de admin. tut. quem ad propoſi-
tum allegat Bart. idem tradens in l. Ti-
tium §. altero eodem tit. & ita procedit
text.ſecundum Bart.qui hoc declarat in
l. poſt mortem §. fin. ff.quando ex fact.
tut. quod conſuluit Alciat. in ſuo conſ.
22 33. tom.2. lib. 5. Et propriè quod per
publicum Officialem actio,& dominium
quæratur alteri, cuius gerit officium,
dum tractat de pertinentibus ad eius of
ficium Bald.& Salyc.in auth. libellum
C.de lit.conteſt.Paris de ſynd.qui alios
cumulat in verb. Officialis nu.9. cap.1.
pro quo legatur ſolemne conſ.Ruin.143.
volum.5. qui intantum dicit, & optimè
fundat, dominium pecuniæ exactæ ad
Fiſcum pertinere, vt indubitanter tra-
dat,Miniſtrum,qui pecunia vſus fuit,fur-
ti actione teneri; & ideò Dec. in alleg.
conſ.6.nu.2. fatetur,pecuniæ dominium
non transferri in Adminiſtratorem, ſeu
Officialem,& Exactorem, quando illam
paratam tenere debet ad vſus Domini,
& ad illius nutum ſoluere; & propterea
non meretur allegari conſ. Alciat. 12.
aliàs 100.nam debet intelligi ſecundum
allegata per Dec.in d.conſ.6. quem etiã
ipſe Alciat.pro ſe allegat, videlicet in
eo, qui non tenebatur tenere pecuniam
paratam ad vſum Domini, prout indu-
bitanter tenetur Dohanerius, immò ha-
bet expreſsè in mandatis, nec obulum
ſoluere abſque ſpetiali ordine Proregis;
ſed pecuniam omnem integram ad Re-
giam

giam Theſaurariam tranſmittere, vltra-
quod caſus Alciar. longè diſtat à caſu,
de quo tractamus: loquitur.n.in argen-
tarijs, ſeu nummularijs, quibus vt talibus
datur pecunia exigenda, & propterea-
cum in eorum dominium pecunia tranſ-
feratur, meritò non ſunt in pœna, & ſic
reſpondet ad iura in titu. de his, qui ex
publ.rat.& de his, qui ex publ.collar. ex
quibus patet etiam reſponſum dictis per
Menoch.in d.cent.6.caſ.586.nu.24. qui
loquitur in terminis Alciat.& reſpondet
vt ſupra ad iura prædicta, & dum ibi-
dem nu.7.tradit, quod is, cui à Principe
cõmiſſa eſt pecuniæ exactio, illamq; de-
mum poſt exactam, & in arca Principis
repoſitam mutuò dederit ſub fœnore-,
non puniatur alia pœna, quàm quadru-
pli ex regu. text. in l.1. C.de his, qui ex
publ. rat. loquitur tantùm in accipiente
pecuniam mutuò, & non in dante, & tex.
in l.2.eo.tit. loquitur in auro, & in Mi-
niſtro mutuante ponit pœnam capitis,
quę pœna eſt demum extenſa per text.
in d.l.fin. C.de his, qui ex publ. collat.
quomodocunque Officialis regia pecu-
nia vſus fuerit, ſiue ſit aurum, ſiue argẽ-
tum, & text. quem allegat in l.qui in-
contractibus C.de iur.fiſ.lib.10.nihil ad
caſum, non.n.loquitur in Miniſtro delin-
quente in ſuo officio vtente pecunia ad
ſuam adminiſtrationem ſpectante, in quo
eſt ſtatuta certa pœna, vt ſuprà; ſed in-
fraudibus in contractibus Fiſci indiffe-
renter à quocunque commiſſis, in qui-
bus lex illa in caſu illo pœnam quadru-
pli impoſuit: vnde cum habeamus ca-
ſus diſtinctos, & omnes deciſos per ſuas
particulares leges, non eſt ab vno caſu
ad alium arguendum, cum longa ſit dif-
ferentia, & diuerſiſſima ratio de vno ca-
ſu ad alium, vt infra dicetur; & hoc
quotidiè practicamus in Bancis, & cum
omnibus alijs, ad quos pecunia Arren-
datorum, Dohaneriorum, vel aliorum-
Miniſtrorum pecuniariorum quomodo-
libet peruenerit: nam vt fiſcalem pecu-
niam, quando illi debitores remanſerint,
recuperamus; & in Tutore dicit Bart. in
d.§.altero, quod ſit ſpeciale, vt pecuniæ
fiat debitor in genere, ne ſtet periculo
pupilli, ſi fortè perdatur; & hoc quan-
do eſt pecunia redacta ex venditione-
rei pupillaris per Tutorem ſuo nomine
venditæ; ſed ſi eſſet vendita nomine-
pupilli ab eo tanquàm tutore; non eſt
dubium, quòd pupillo acquireretur ſe-
cundum Bart. & conſideratur etiam ibi
commiſtio, & conſumptio, quæ non ha-
bent locum in Dohanerio, qui deputat
Regium Caſcerium, qui tanquàm talis
in Regia arca omnem pecuniam fiſcalem
reponit ibi conſeruandam, vt demum ab
ea in deſtinatos vſus, & in Regias neceſ-
23 ſitates diſtribuatur, & notetur aurea de-
ciſio Odoffred.in d.l.fin.C.de his, qui ex
publ.rat.reddentis rationem pœnæ rigi-
dæ illorum iurium, quæ eſt pœna capi-
tis, id eſt mortis, vt declarat Rebuff.ibi,
& in ſpetie iura prædicta probant, dum
ponunt pœnam deportationis illi, qui
mutuò accepit, & pœnam capitis Mini-
ſtro mutuanti, quod etiam tradidit Affl.
in d.Conſtit.Officiales Reip. dicit enim
Odoffr.quòd pœnæ rigidæ ratio ſit: quia
poſſet in breui puncto Princeps, & Reſ-
publ.ſi non haberet pecuniam paratam,
damnum irrecuperabile ſubſtinere, vt eſ-
ſet, ſi indigeret pecunia pro ſtipẽdijs mi-
litum, & quia non inueniret pecuniam-
paratam, milites dimitterent cuſtodiam
Imperij, & hoſtes occuparent, & hæc eſt
cõis opin.omnium Doct. qui etiam alle-
gant text.in l.fin.C.de coll.fund.lib.11.
ibi per omnes Prouincias patrimonialiũ
fundorum ab ordinarijs Iudicibus canon
exigatur, & quicquid exactum fuerit di-
rigatur; ſciant verò memorati Iudices,
nihil ſibi ex priuatæ rei canone, vel ex
eo, quod ex eiſdem titulis contigerit ad
neceſſitates alias transferendum, niſi ma-
luerint grauiſſima ſeueritate eorum li-
centiam coerceri, vbi Ange.notat, quod
24 Theſaurarij, & conſeruatores monetæ,
qui pecuniam paratam habent ad vnum
negotium, & expendunt in aliud, puniã-
tur, vt hic, & Luc.de Pen. dicit eſſe pœ-
nam deportationis, & publicationis bo-
norum, allegans eadem iura in prædictis
tit.de his, qui ex publ.rat. & de his, qui

Digitized by Google

ex publ.coll.dicens expreſsè eſſe pęnam
peculatus in Officiali, vel alio Admini-
ſtratore fiſcalem pecuniam in aliũ vſum
conuertente, vel apud ſe retinente, & Io.
de Plat.ibi exponit pęna grauiſſima ſci-
licet capitis, allegans eadem iura, & ibi-
dem Iac.Rebuff.dicit, nota hanc legem
contra Theſaurarios differentes tradere
pecunias ſuæ receptæ, quibus hoc eſt
mandatum per Superiorem, quandoq;
cauſa proprij commodi, item cum hic
text.in fin.dicat, grauiſſima ſeueritate,
poteſt intelligi de pœna deportationis,
& confiſcationis bonorum, vt notatur ſu-
pra de Nauicularijs l. qui fiſcales, & l.
fin.& pro hoc ſupra C.de his, qui ex pu-
bl.coll. hæc Rebuff.

Et ex his cum habeamus iura aperta,
& Doct.cões deciſiones, quæ loquuntur
in ſpetie in Miniſtro mutuante pecuniã,
vel in proprios vſus conuertente pecu-
niam ad ſuum officium, & adminiſtra-
25 tionem ſpectantem; Dicebat Fiſcus, vel
iura digeſtorum, quæ tractant materiam
peculatus, & de reſiduis eſſe correcta
per iura moderniſſima Codicis, quod
tradit Cuiac.in parat.ad Cod.tit.de cri.
pecu.aut verò non loqui in Officialibus,
cum de eis non faciant mentionem; ſed
genericè loquantur, contra quos Officia-
les ſunt expreſſa iura Codicis, pro quo
26 ponderetur text. in l. vnica C.de crim.
pecul. loquens in Iudice: Dixit.n. text.
Iudices, qui tpe adminiſtrationis publi-
cas pecunias ſubtraxerũt, lege Iul.pecul.
obnoxij ſunt, & capitali animaduerſioni
eos ſubdi iubemus. In Iudice, ſeu Officia-
li delictum eſt grauius, & rurſus text.põ-
derat tempus adminiſtrationis, ergo de
pecunia, quam adminiſtrabat, aliàs non
deſeruiebat ponderare tempus admini-
ſtrationis, & ſi punit eum pœna capitis,
non tantum pœna peculatus, ea ratione,
quia maius delictum conſideratur in ip-
ſo: igitur quantò magis pecunia ad ſuã
adminiſtrationem ſpectante vſus fuit, tã-
tò magis erit in eo delictum grauius, &
licet gl.ibi contrarium tenuerit, confun-
27 ditur eius dictum ex text.in §. item lex
iul.inſtit.de publ.iud. qui text. oĩa deci-
dit, & declarat, cuius infraſcripta ſunt
verba. Item lex iul.pecul.eos punit, qui
publicam pecuniam, vel rem ſacram, vel
religioſam furati fuerint; ſed ſi quidẽ ipſi
Iudices tẽpore adminiſtrationis publicas
pecunias ſubtraxerint, capitali aĩaduer-
ſione puniũtur: alij verò, qui in hanc legẽ
inciderint, pęnæ deportationis ſubiugen-
tur; & ſic text.primo loco declarat, qui
incidant in pœnam peculatus indifferẽ-
ter, & demùm declarat, quæ ſit pecula-
tus pœna, & per dictionem aduerſati-
uam ponit caſum in iudicibus, & non
contentatur loqui ſimpliciter de Iudici-
bus; ſed vlteriùs tranſit, declarando, qui
tempore adminiſtrationis pecunias pu-
blicas ſubtraxerint, & ſic de pecunia ad
ipſorum adminiſtrationem ſpectante,
aliàs verba eſſent ſuperflua, & non dixit
puniri pœna peculatus; ſed capitali ani-
maduerſione, & demum dicit; alij verò,
qui in hanc legem inciderint, pœnæ de-
portationis ſubiugentur: ex quibus ver-
bis videtur reddi intellectus irrefraga-
bilis, & ita per hæc tradit Azo.in ſumm.
C. de crim. pecul. Rebuff. in d.l. fin. C.
de his, qui ex publ. rat. Decian.tom.2.
lib.8.cap.30. num.6. & 7. idem Cuiac.
in parat. ad Codic.tit.de crim.pecul. &
Menoch.vbi ſupra num. 6. quod pariter
declarat text. in d. Regn. Conſtitut. in-
cip. Officiales Reipublicæ, vel Iudices,
qui tempore adminiſtrationis publicas
ſubtraxerint pecunias, obnoxij ſint cri-
mini peculatus, capite puniantur, niſi eis
regia pietate indulgeatur, & ibi gloſ.in-
telligit de pęna capit. quicquid dixerit
ibi Affl. qui poſteà dixit, quòd ſi de pe-
cunia Regij Fiſci Officiales facerent mu-
tuum in quibuſuis perſonis debent de-
capitari, & ille, qui recipit, deportari per
text.in d.l.fin. de his, qui ex publ.rat.&
in l.fin.ff.de his, qui ex publ.collat. Ergo
quantò magis, ſi non ſolùm mutuat; ſed
ſuis commodis applicat; & text.in d.l.
fin.ſi ex publ.collat.loquitur, quando in
ſuos vſus conuertit; & dum in caſu iſto
dicit, quod puniantur Officiales extra-
ordinariè non fundat; & iura, quæ al-
legat, non probant. In qua Regni
Con-

Conſt.Marin.de Caramanico tenuit cũdem intellectum,vt indifferenter de iure cõi pęna peculatus ſit deportationis;ſed in Officiali pœna capitis, per text. in d.
28 §.item lex iulia ; & quod dicitur in Iudicibus , idem eſt in omnibus alijs Officialibus ; ita gloſ.part.in l.fin.C.de his, qui ex publ. collat. & probat text.in d. Conſtit. dum dicit, Officiales Reipublicæ,vel Iudices &c.

Aut verò dicere debemus iura digeſtorum procedere in his, qui expreſsè in ſe recipiunt periculum pecuniæ fiſcalis , & expreſsè ipſorum periculo ſit tradita: ita quod obligatio ſit ad reſtitutionem tantæ quantitatis pecuniæ, quantam teceperunt; iura verò Codicis procedere , quando de hoc nihil apparet actum,deciſio eſt particularis Io.Fabr.in d.§.item
29 lex Iulia,qui in ſpetie allegando omnia iura ſupra adducta, concludit, quòd,qñ Miniſter pecuniam fiſcalem animo nego tiandi ad ſui commodum intercepit, teneatur pęnis ſtatutis in dictis tit.de his, qui ex publ. rat. & de his , qui ex publ. collat. & infert ad Perceptores Regios (quorum onus eſt exigere publicam pecuniam,& ſoluere ad vſus deſtinatos,vel ad Regiã Theſaurariã tranſmittere) qui ſi in proprios vſus illam conuerterint , concludit inquàm contra eos habere locum pœnas prædictarum legum,& pęnam peculatus,niſi in ſe receperint periculum pecuniæ,& ſic expreſsè ſit eorum periculo tradita,quę deciſio videtur pũctualis ad caſum, ſiquidem Dohanerius, nec ad talia ſe obligauit , nec cum tali conditione pecuniam recepit;ſed ſimpliciter , vti Dohanerius conſeruandam in Regia Arca, & aſportandam in Regiam Theſaurariam, & interim ab arca Regia non amouendam , niſi ex expreſſo Regis ordine .

Aut tandem,& fortè clariùs dicere volumus, crimen peculatus procedere reſpectu eius,qui publicam pecuniã non ad ſuam adminiſtrationem ſpectantem ſurripuit, & hoc crimen maius cõſideratur in Iudice in adminiſtratione ſiſtente, & propterea per legem Cod.maior pęna eſt appoſita , crimen verò legis Iuliæ de reſid. ſecundum iura, & verba propria conſideratur in Miniſtro,qui publicam pecuniam ad ſuam adminiſtrationẽ ſpectantem, & ad certos vſus deſtinatã penes ſe retinuit,ita ꝙ reſedit cum eo pon-
30 derando text.in l.2.ff.ad l.iul.pecul.Ibi, lege iulia de reſid.tenetur,qui publicam pecuniam delegatam in vſum aliquem retinuit, neque in eum vſum cõſumpſit , & in l.ſacrilegi §. eum quoque eod. tit. ibi eum quoque , qui pecuniam publicã in vſus aliquos retinuerit , vbi gl.in ver. aliquos dicit,ſubaudi deſtinatam,& in l. 4. §.ſed & qui pecuniam, ibi; ſed & qui pecuniam publicam in vſum aliquem acceptam retinuerit,& melius in §.antecedenti,ibi, l.iul. de reſid. tenetur is,apud quem ex locatione,emptione, alimentaria ratione ex pecunia,quam acceperit , aliaue qua ex cauſa publica pecunia reſedit, quę iura ſic intelligunt cõmuniter Scrib.vt per Franc.Oth. de verbis iuris, in ver.reſid.pecuniæ, Duar.in tit.ff.ad l. iul.pecul.c.4. vbi in ſpetie declarat reſidui pęnam eſſe in eo,penes quẽ pecunia fiſcalis reſedit, & non ſoluit in vſum deſtinatum,idem Pet.Greg. lib.33.ſyntag. iur.vniu.c.20.nu.2.quærens in quo conſiſtat crimen de reſid. & rñdet in pecunijs non expenſis tetentis , idem Io.Bolcurt.in d.§.item lex iulia, dicens, ꝙ crimen reſiduorum ſit retentio pecunię publicæ,quæ apud aliquẽ in adminiſtratione reſedit in publicum non relata , & idẽ ante eum per ead.verb.Cuiac.in eo. tit.ff.ſed qñ non ſolum adeſt in Miniſtro retentio;ſed cõſumptio in proprios vſus, vel in alios non deſtinatos ; ita ꝙ contra Fiſci voluntatẽ,contra ordines,& contra inſtructiones in maximum Fiſci damnum pecunia fiſcali vſus ſit, tunc non ſtamus amplius, nec in crim.pecul.nec in crim. reſiduor.ſed in furto,& delicto; taliter ꝙ in eo habemus iura particularia , & nouiſſima Cod.per quę pęna capitis eſt impoſita,vt in d.l.fin.C.de his,qui ex pub. coll.& in l.fin.C.de his,qui ex publ.rat. de quibus ſupra,& hic eſt verus, & germanus intellectus , ob ꝙ non merentur

allegari iura ff.in caſu,de quo agimus.

Circa abolitionem harum pœnarum
31 per Capi.Reg.vulgaris famæ proloquiũ non videtur inſiſtendum; ſiquidẽ Capit. illud expreſſum eſt,qñ ciuiliter,& ad pęnam pecuniariam vult procedi contra Miniſtrum,& ita pluries deciſum, & ſuã hanc interpretationẽ recepit Capit.prædictum,de quo inf.in deciſ.16. quod nõ benè intellexit Affl.in prædicta Conſtit, Officiales Reip. imò adeſt Capi.Reg.incip.ad hoc volẽtes,per quod hoc determinatur, dum ponens pœnam nonupli, & vltra dicit pręter corporales pęnas eis pro noſtro arbitrio infligendas,nec quid cõe in hoc ritus Reg. Cam. nec Capit. prædictum:nam hic non tractatur de nõ poſitis,occultatis,& ſubtractis; ſed de poſitis,ſed demum mutuatis,vel in proprium beneficium conuerſis,in quo ſunt prædictæ iurium diſpoſitiones particulares, quæ ex vſu, & mutuatione pecuniæ fiſcalis Regios Miniſtros condemnant, non vt reliquatores,quod nomen nõ cadit in Regijs Miniſtris; ſed vt malos Miniſtros,qui malè ſe geſſerunt,& contra Regias ordinationes regia pecunia vſi fuerunt, incidendo in pœnas à legibus ſtatutas alterando pęnam legis iuliæ de reſid.per l.ff.poſitam,vel intelligendo,vt ſup.quando eorum periculo expreſsè adminiſtrauerunt ſecundum Io. Fabr. & in prædicta deciſ.ſup.alleg.quæ fuit facta in cauſa Marchionis Padulæ pariter Dohanerij, fundatum eſt, Dohanerium eſſe Iudicem, habere ciuilem,& criminalem iuriſdictionem,merum, mixtumq; imperium,& cum eo regalis pecunię exactionem,& propterea omnia diſpoſita in Iudicibus militare in ipſo.

32 Ex quibus patet non mereri allegari iura de quadruplo loquentia:nã loquuntur, qñ ciuiliter agitur condictione ex illis legibus ad pęnas per illas ſtatutas; ſecus ſi criminaliter,vt per gl.& Odoffr. in d.l.1. ſi ex publ.rat. & rurſus non loquuntur in Officialib.maioribus,ad quorum onus ſpectat cõſeruatio, & cuſtodia pecuniæ fiſcalis, in quibus eſt expreſſa pęna capitis,vt declarat Odoffr. in l.fin. eo,tit.per illum text.quod meliùs declaratur in d.l.fin.C.ſi ex publ.coll.lib.10.
33 nec quid refert,ꝙ officium ſit emptum: nam etſi Aym.in alleg. conſ.6. dicat,ꝙ ex mala adminiſtratione cogatur vendere,non autem priuetur officio, ſicut in habente iuriſdictionem, & malè tractãte vaſſallos, illum intelligo in re non ſcandaloſa,non in tantã perniciem Regij Fiſci,non in tàm mala, & peſſima adminiſtratione; ſed in ſimplici Miniſtro infeſto malè ſubditos tractante, & officiũ malè adminiſtrante, prout fuit in cauſa Marchionis Padulæ; ſed in caſu,de quo agimus; in quo inter cætera iſte cæpit duc. 37000. Reg.Cur. diſſipauit,in proprios vſus cõuertit,negotiatus fuit, fecit cambia,quid refert,ꝙ emerit officium? Nõne
34 proptereà erit officium cũ omnibus ſuis conditionibus,& qualitatibus ſubiectum periculo malæ adminiſtrationis ſecundũ ſuam propriam naturam, quæ tantùm impropriatur in eo,ſi de ſui natura gratis concedi debebat;ſed in alijs remanebit in ſuo proprio eſſe, & imputet ſibi, qui officium talibus periculis ſubiectum emit,pro quo eſt punctualis deciſ. Iſern.
35 in cap.1.§.ſed nec eſt alia iuſtior n.35. quæ ſit prim.cauſ.benef. amitt. vbi etſi conueniatur contra naturam feudi, vt omni anno ſeruitium pro eo præſtetur, nõ per hoc non erit feudum in omnibus alijs,& propriam feudi naturam habebit præterquam in expreſſis, & iiſdem modis illud perditur, & idem dicit in cap. 1.nu.2.de capit.Corrad, quæ latius explicauit,& tradidit idem Iſern.in cap.1. de feud.non haben.propr.feud.nat.vt etſi illa ſit alterata in aliquibus, vt in terminis illius text. Tamen in reliquis remanebit in ſua propria natura, & eſſentia, & proptereà eiſdem culpis amittitur,ſicut cætera omnia propria, & naturalia feuda,& in officio empto,vt in re-
36 liquis omnibus retineat ſuam propriam naturam eſt punctualis deciſ.Frecc.in 2. lib.ſubfeud. q.57.

Nec eſt verum, quod ipſe Aym. dixit ad fundandum hoc, quod feudum emptum non ſit propriè feudum, & quod

quod propterea non perdatur, vt aliàs amitti ſolent alia feuda, vera enim, & communis opinio eſt in contrarium, cum alteretur tantùm natura in eo: quia non cōceditur gratuitò; ſed in omnibus alijs remanet feudum emptum in ſua propria
37 natura: nam etſi non gratuitò concedatur, beneficium tamen erit, dicit text. in l. Titius puerum ff. de obſeq. pat. præſt. & propterea feudum emptum erit propriè feudum, & eiſdem culpis amittitur, quibus cætera feuda amittuntur, ad tex. in cap. 1. §. notandum in fin. in 1. rubr. in cap. 1. de nat. feud. in cap. 1. de benef. fra tr. & vtrobique Iſern. noſter, vbi Modern. Add. cumulant deciſiones: quia etſi alteretur natura in eo, quod non conceditur gratuitò: tamen in omnibus non alteratis remanebunt in ipſorum natura, ad text. in cap. 1. de feu. non hab. propr. nat. feud. vbi magiſtraliter Andr. declarat, & propterea eiſdem culpis amittetur, latè Curt. qui deciſiones cumulat 1. par. 6. q. nu. 28. Thom. de Marin. in ſuo oper. feud. in tit. de feud. non hab. propr. nat. feud. nu. 7. verſ. & nota, ea ratione: quia non alteratur natura niſi in expreſſis iuxta etiam latè cumulata per Moder. Adden. ad deciſ. Afflict. 112. & hæc eſt communis contra Aym. vt per doctiſſimum Ludo. Schrad. in tract. feud. 1. tom. in 2. par. 9. par. princip. ſect. 6. 10. q. quæ non in-
38 digent diſputatione in officijs, quæ de ſui natura hodie ſunt effecta vendibilia, vt propriè eſt hoc officium Dohanerij, & qui emit, ſcit officium emere, habet ſuas inſtructiones, leges, naturam, & conditiones, & quibus periculis remanet ſubiectum, & quibus culpis obnoxium; & ita quotidiè practicamus, dùm pluries priuati fuerunt innumeri Officiales, qui officia titulo oneroſo poſſederunt, & non eſt leuis conſiderationis, quod Præſes de Franch. ad propoſitum tradit in ſua deciſ. 457. quod officia concedantur, licet empta, cum clauſula: dùm in eo quis benè ſe geſſerit, quaſi conceſſa cum pacto addictionis in diem, vel legis Commiſſoriæ, vt cenſeantur ablata, & eis priuati Officiales in caſu malæ geſtionis, doli, ſeu fraudis, aut alterius malæ adminiſtrationis.

His latè diſcuſſis in pleno Collaterali Conſilio interuenientibus ſex Regentibus, & Domino Locumtenente Regiæ Cameræ Ioanne Alonſo Suarez celeberrimo viro, omnium virtutum genere prędito, & nunquam ſatis laudato, cum ſex Præſidentibus eiuſdem Tribunalis, fuit deciſum prædictum Dohanerium officio eſſe ſuſpendendum, ipſiuſq; adminiſtrationem cum ſalario, & emolumentis eſſe incommendandam perſonæ meliùs Illuſtriſſimo Proregi viſæ, & ſic decretum fuit publicatum.

SVMMARIVM.

1 *In materia præcedentiæ duplex ordo conſideratur, ſcilicet prioritas temporis, & maioritas dignitatis, qui poſterior ordo præfertur primo.*

2 *Prioritas temporis attenditur inter habentes æqualem dignitatem.*

3 *In materia præcedentiæ attenditur conſuetudo.*

4 *Habentes vnum ex ſeptem officijs præcedunt omnes Titulatos, & ita deciſum.*

5 *Titulati præcedunt Regentes Regiã Cancellariam, & Regentes alios titulo non decoratos ratione maioris dignitates.*

6 *Conſiliarius priuatam cauſam defendens ſedet loco ſuo: quia dignitas eſt inſeparabilis.*

7 *Gloſ. in cap à collatione de appellationibus in ſexto declaratur, quæ vult, vt Epiſcopus in aliena Diœceſi licèt ſedeat in Capitulo, vt Canonicus; tamen propter dignitatem inſeparabilem præcedet omnes poſt Præſidentem in Capitulo.*

8 *Habentes vnum ex ſeptem officijs præcedunt Decuriones Ciuitatis, qui præcedunt omnes Titulatos.*

9 *Qui habet vnum ex ſeptem officijs appellatur Conſiliarius Collateralis, & inter habentes eandem dignitatem, vnuſquiſque præcedit ſecundum dignitatem, et prerogatiuam officij, & non antiquitatis temporis.*

10 *Conſuetudo eſt, quòd Titulati de Collaterali Conſ. præcedāt ſecūdum antiquitatem temporis, non autem maioritatem dignitatis.*

11 *Conſuetudo contractus non extenditur extra caſum, in quo illa inducta eſt, ſicut aſſenſus, qui non extenduntur, nec de caſu ad caſum, de tempore ad tempus, de re ad rem, nec de perſona ad perſonam.*

12 *Honores, & priuilegia dignitatum ſunt ſeruanda etiam in Conciſtorio Principis.*

13 *Deciſio D. Frecc. punctualis ponderatur ad deciſionem cauſæ.*

14 *Text. in l. 1. C. de Conſul. lib. 12. declaratur.*

15 *Deciſio aliàs facta inter Locumtenentem Regiæ Cameræ, & Preſidem Sacri Conſilij, vt etſi iſte fuerit factus de Collaterali Conſilio poſt Locumtenentem Regiæ Cameræ tamen præcedat ratione maioris dignitatis.*

16 *Vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*

17 *Miles in negotijs militaribus præcedit Doctorem, & è contra Doctor in doctoralibus.*

ARGVMENTVM.

Habentes vnum ex ſeptem officijs quomodo inter ipſos præcedant in Collaterali, attendendo maiorem dignitatem, & non temporis prioritatem, & quid de Titulatis.

DECISIO VIII.

IN hoc puncto præcedentiæ in Collaterali Conſilio vertente inter Principem Cōchæ, & Don Cæſarem de Auolos omnes aſſumptos, & creatos de prædicto Conſilio, & omnes habentes vnum ex ſeptem officijs Regni, præſupponitur, Don Cæſarem titulo, & poſſeſsione anteriorem; Principem verò poſteriorem in tempore; ſed dignitate potiorem: quia non dubitatur, officium Admiratus eſſe maioris authoritatis, ac dignitatis, ac præcedere in omnibus officium Cancellarij.

In hoc igitur puncto ſi attendamus temporis ordinem, Don Cæſar obtinebit: quia anterior, ſi denique dignitatis,
1 obtinebit Princeps cum indubitata, & communis ſit iurium, & Doctorum concluſio in hac materia duplicem ordinem conſiderari, videlicet prioritatis temporis, & maioritatis dignitatis, qui ordo ſecundus præfertur primo, & prævalet: ita quòd conſtitutus in maiori dignitate, etiam quòd fuerit tempore poſterior, primo præferatur; eſt caſus in l. 1. C. de Conſul. lib. 12. in cap. ſtatuimus extra de maior. & obed. per quæ iura ſic tradidit Luc. de Pen. in rubr. C. vt dig. ord. ſeru. lib. 12. Io. de Plat. in d. l. 1. de Conſul. vbi latè Rebuff. latiſſimè Caſſan. in cathal. glor. mund. par. 1. conſid. 78. Immò intantum eſt verum, vt maior in ordine præferatur antiquiori in tempore, vt dixerint Innoc. Abb. & communiter Scribent. decretalem illam in d. cap. ſtatuimus venire ad tollendam conſuetudinem aliàs inductam, vt præcederet prior in tempore ordinatus alteri poſteriori in maiori dignitate, ſeu ordine

con-

conſtituto, vt ſic inter habentes æquales
2 dignitates minores, & maiores attenda-
tur prioritas temporis, vt in caſu text. in
d.l. 1. de Conſul. nam omnes ibi habe-
bant dignitatem Conſulatus, & Patri-
ciatus, & in terminis illius text. loquitur
Ioan. de Plat. ſed in habentibus dignita-
tes maiores, & non æquales procedat
diſtinctio, de qua ſupra, & hoc eſt, quod
dicit notab. gloſ. in canon. placuit in ver.
pręponimus 16. diſtin. quod illi, qui ſunt
maioris dignitatis, præferri debeant, li-
cet in tempore poſteriores, & gloſ. in ca-
non. Epiſcopos 17. diſtin. dicit inter Epi-
ſcopos præferri ordinatos tempore an-
teriores ſecundum illum text. niſi inter
ipſos ſit aliquis maioris dignitatis, vbi
Gemin. notabiliter diſtinguendo firmat,
vt ſemper præferatur, qui vel antecedit
alium dignitate, vel ordine, etſi ſint æ-
qualis dignitatis, vel ordinis, tunc etſi
dignitates non ſint differentes quò ad
nomen; tamenſi vel propter loci nobili-
tatem, vel præeminentiam dignitas eiuſ-
dem nominis cenſeretur maior, tunc ille
præferatur nulla habita conſideratione
temporis.

Quæ deciſiones omnes ſunt punctua-
3 les in caſu, de quo agimus, ſi conſuetu-
do non adſit contraria, quę præcipuè eſt
attendenda in hac materia ſecundum
Gemin. vbi ſuprà, docet text. in l. 1. ff. de
alb. ſcrib. in cap. cum olim de conſuetud.

Et licet multa poſſint hinc inde ad-
duci, de quibus per Loffr. in cap. omnes,
ſi de feu. def. mil. per Frecc. in lib. 1. in
quæſt. precedentiæ inter Principem Sa-
lerni, & Comitem Caſtri magnum Can-
cellarium; tamen ſecundum prædicta
fuit deciſum, & hoc iure vtimur, vt ſeptẽ
4 officia in omnibus præcedant tanquam
dignitas infixa, & inſeparabilis non con-
ſiderato tempore, vel loco, & ideò in
parlamentis deciſum fuit, præcedere
Comitem Caſtri, prout omnes de ſeptẽ
officijs hodiè antecedunt quoſcunque
Principes tempore, & titulo anteriores,
& maiores, licet non interueniant, vti
Officiales; ſed vti Barones: quia conſide-
ratur dignitas officij, & officiũ eſt, quod
præcedit mediante perſona, in qua repe-
ritur collatum, ſicut dicimus de feudo
homine muto, dum ſe reintegrat, & re-
preſentatur à vaſſallo poſſidente tanquã
illius pica, & organo dicit gloſ. in Conſt.
Reg. conſuetudinem prauam, & ſic fuit
deciſum pariter contra Loffr. dum Præ-
5 lati fuerunt Titulati Regentibus etiam
tempore anterioribus conſiderata maio-
ri dignitate, & Regentes priuatis eadem
conſiderata ratione, & eſt propria illa
deciſio facta bis per Collaterale Conſi-
6 lium relata per Vinc. de Franch. in ſua
deciſ. 138. vt Conſiliarius defendens pri-
uatam cauſam ſedeat ſuo loco: quia di-
gnitas eſt inſeparabilis, etiam quod non
interueniat in Conſilio tunc tanquam
7 Conſiliarius; ſed tanquam Aduocatus
ex gloſ. in cap. à collatione de appell. in
6. rectè intellecta, prout eam declarauit
Abb. in cap. poſtulaſti, de conceſſ. præb.
Felyn. in rubr. de maior. & obed. ante
nu. 5. Boer. de auth. mag. Conſ. ante nu.
20. idem decidit, vt ſi Epiſcopus in alie-
na Diœceſi ſedeat in Capitulo, vt cano-
nicus, tamen propter præexcellentiam
dignitatis inſeparabilis ſedebit, vt pri-
mus omnium poſt Præſidentem in Ca-
pitulo, ſicut in ſtudio ſcholarium ſedebit
Epiſcopus primus poſt Rectorem, & hoc
fuit deciſum, & obſeruatum in Sac. Cõſ.
dum Epiſcopus Biſiniani, & Conſiliarius
præceſſit omnes alios Conſiliarios tem-
pore anteriores, & ſedit immediatè poſt
Præſidem, vt refert Franch. in addit. in
8 d. deciſ. 138. & proptereà deciſum etiam
reperitur, vt ſeptem officia præcedant
etiam Ciuitatem, ſeu eius Decuriones,
qui alias præcedunt omnes Titulatos,
vt per D. de Franch. in ſua deciſ. 548.

Ex his ſtat firma concluſio, quod ſi
conſuetudo non adſit in contrarium, de
iure debeat Princeps maiorem dignita-
tem habens, ſeu officium maioris digni-
tatis præcedere Don Cæſarem: nam qua
ratione præcedit Titulatos omnes tem-
pore anteriores: quia Officialis de ſeptẽ
officijs, & ſic conſideratur qualitas offi-
cij, quæ facit præcedere, eadem inquàm
qualitas, quæ conſideratur, attenditur, &

ſe

ſe præfert in illo caſu,facit,vt ſecundum ſuam propriam naturam ſe præferat in hoc alio: nam quod non mutatur, ſtare non prohibetur,dixit lex.

9 . Etſi iſti Domini de ſeptem officijs iã appellantur Collaterales Conſilij,& verè ſunt tales habitu, & vt tales omnes præcedunt, & inter ipſos habet locum prærogatiua dignitatis officij, & non antiquitatis temporis, & ſic inter ſe ipſos præcedunt, dum poſteà ex Regis cõceſſione habent actum,& exercitium officij, & ſic vnitur cum habitu, quæ nam ratio adduci poteſt, quòd debeant mutare ſtatum,poſſeſſionem,& naturam officij: igitur ſi hoc eſt iuris, oportet demonſtrare contrariam conſuetudinem,& obſeruantiam,eſt text.ad literam in l.2. verſ. & inter adminiſtratores C. vt dignit.ord. ſeru. per quem text. ſic tradidit Caſſan.cathal.glor.mund. 10.par.vt ſi aliquis habuerit dignitatem ſine adminiſtratione, ſi adminiſtrationem conſequatur,præferatur illi,qui medio tempore dignitatem cum adminiſtratione conſequutus fuit, congerit deciſiones Lanar.in conſ.72.& hæc eſt ratio ſecundum eum, quòd Titulati huius Regni præferantur licet poſteriores in Collaterali Conſilio alijs non Titulatis de eodẽ Conſilio antiquioribus:quia vt Titulati erant iam Regij Conſiliarij; ſed non habebant adminiſtrationem.

10 Hęc conſuetudo inter iſtos Dominos non poteſt demonſtrari:quia ex aduerſo non datur caſus, & dum allegatur conſuetudo inter titulos habentes, vt inter ipſos non attendatur titulus; ſed prioritas temporis,quod deciſum refert Frecc. inter Ducem Mõtis Leonis,& Marchionem Vici in 1.lib.de off.mag.Iuſt. dico, ex hoc non inferri,quod illa conſuetudo extendatur ad hunc alium caſum diuerſum inter diuerſum genus perſonarum contra iuris diſpoſitionem, & hallucinatur pars D. Cæſaris, dum præſupponit, conſuetudinem illam reſpectu ſeptem officiorum non eſſe contra ius,vt eſt demonſtratum ex præallegatis: immò ſi Marin.& Moder.dixerunt, hoc inter Titulatos eſſe ex conſuetudine ſic inter eos obſeruata: ergo in contrarium erat ius commune: quia attendi debebat ordo maioris dignitatis, & dum conſuetudo

11 eſt contra ius,non præter,vel ſecundum ius,nemo dubitauit non extendi extra caſum, in quo illa inducta eſt ſecundum communes regulas,& deciſiones Docto. Eſt enim ſtricti iuris, & propterea non fit extentio de perſonis ad perſonas, de perſonis ad officia,nec de caſu ad caſũ, maximè ſtante rationis diuerſitate: ſiquidem officia ſunt Regis, & non poſſunt illis præiudicare illa tenentes, quorum ſunt tantùm Adminiſtratores vita durante, quod non eſt in titulis: ſicut pariter dicimus in aſſenſibus,qui propter Regis intereſſe non extenduntur de caſu ad caſum, de tempore ad tempus, de re ad rem, nec de perſona ad perſonam ſecundum Andr. cæterosq; Scrib. in cap. imperialem, de prohib. feud. alien. per Frid.Conſuetudo igitur prædicta procedit in caſu ſuo,in hoc verò viget ius cõmune, quod facit præferri ordinem dignitatis, & benè dixit Io.de Plat.in l.1.

12 C.de ſilen.in fin. lib.12. quòd honores, & priuilegia dignitatum,quæ alicui dãtur, ſint ei ſeruanda tàm in Conciſtorio Principis,quàm extra.

Sed ne dicatur non habere deciſionẽ in terminis,legatur quæſo Frecc.in loco

13 præalleg. dum ponit differentiam habitam inter Principem Salerni, & Comitem Caſtri, deciſam pro Comite, ponit enim infraſcripta verba.

In Collaterali Conſilio, & in cæteris ſeſſionibus,qui obtinet vnum ex ſeptem officijs Regni, ſuo inter eoſdem ordine quoſcunque alios præcedit, & ex inſtitut.Cath.Regis æter.mem. vt audio,Titulati Domini,qui in eodem Collaterali Conſilio admittuntur,Dominos Regentes Regiam Cãcellariam priùs receptos præcedunt.

Ex his verbis tria colliguntur.

Primum, quod ſeptem officia præcedant omnes in Collaterali Conſilio, & extra.

Secundum,quòd Titulati etiam tempore

pore poſteriores præcedant Regentes.

Tertium, quod inter ipſos de ſeptem officijs obſeruetur ordo præcedentiæ, vt aliàs inter ipſos præcedere ſolent, vt ex illis verbis, ſuo inter eoſdem ordine.

Ex his Frecc. ponit caſum pro indubitabili,& habet hoc ſolidum fundamẽtum: nam ſi præcedunt Titulatos ratione officiorum, ergo eſt conſiderata maioritas dignitatis,ipſiusq; qualitas,vnde ſi vnuſquiſque ipſorum præcedit ratione proprij officij repræſentando illud, ſequitur,quod erit cum omnibus ſuis qualitatibus, & prærogatiuis, & ſic prout quiſque erit inter eos maior,vel minor, quod dixit Frecc. vnico verbo, ibi ſuo inter eoſdem ordine, & eſt deciſio fun-
14 data in d.text.l.1.de Conſul.Ibi enim primus Conſul præcedebat ſecundo loco electum: ſic hic Princeps præcedebat Don Cæſarem tanquam in officio maioris dignitatis,& præeminentiæ,Don Cęſar eſt de nouo creatus de Collaterali Conſilio in actu,& cæpit poſſeſſionem; nouiter Princeps eſt pariter creatus de eodem Conſilio, ſicut ibi in caſu illius text. creatus Conſul,& Patritius præcedit Conſulem tantùm etiam antiquiorẽ; ſed antiquior creatus poſteà Patritius ratione primæ præcedentiæ præcedet hunc ſecundum Conſulem,& patritium: ſic à fortiori Princeps habens maioritatem dignitatis, cum qua per prius Don Cæſarem præcedebat; immò dicit Princeps, quod nunquam Don Cæſar præceſſit:quia ipſe adhuc non erat de Conſilio, & nunc accidit caſus, & nunc eſt decidendus;ſed dico plus,quod ſicut ibi dignitas patritiatus etiam poſterior pręcedere faciebat Conſulem tempore anteriorem: quia erat maior dignitas; ſic hic D. Cæſar ſemper fuit poſterior Principe in officio; quia Admiratus eſt digniot, dum ipſe poſteà fuit effectus de Conſilio,nihil hoc ad Principem,qui nõ erat de Cọnſilio, dum poſteà Princeps ex Regis priuilegio eſt de Conſilio effectus,quare ſecundum reg. eiuſdem text. à fortiori non debet etiam in Conſilio conſeruari in eadem præcedentia ex dignitate maiori,& inſeparabili, quam ſecum trahit.

Habemus non ſolùm authoritatem Doctoris celeberrimi; ſed etiam conſuetudinem, & caſum deciſum inter Præſi-
15 dem Sac.Conſ. Alonſum Santillanum, & Locumtenentem Reg.Cameræ Andr. Ponſ. de Leon. oẽs de Collaterali creatos; ſed primo loco Locumtenentem: verùm quia officium Præſidis erat dignius,& præcedebat officium Locumtenentis, fuit pręlatus in Collaterali Præſes Locumtenenti, licet eſſet tempore anterior attenta regula maioritatis dignitatis, & non temporis antiquitatis, non obſtante conſuetudine titulorum, quæ extra caſum ſuum non eſt attendenda.

Inter Regentes attenditur antiquitas temporis, & ſic inter priuatos, & eſt ratio: quia omnes ſunt æqualis dignitatis, inter titulos tantum adeſt conſuetudo exorbitans, ergo non extendenda.

In eodem Conſilio interueniunt iſti de ſeptem officijs præcedendo omnibus: quia habent vnum de ſeptem officijs, & ſic attendendo dignitatem maiorem, & non antiquitatem temporis,& vt tales, & ſemper digniores præcedunt: quomodo igitur vno,& eodem tempore,in vno, & eodem Conſilio eædem perſonæ præcedunt ratione dignitatis, & non attenditur prioritas temporis, & eodem inſtanti eædem perſonæ nolunt attendere dignitatem;ſed antiquitatem,vna & ea-
16 dem res ex iuris regula non debet diuerſo iure cenſeri, ad text. in Leum, qui ædes ff. de vſucap. ſi actus eſſent diuerſi,conſilia diuerſa,negotia diuerſa,& diuerſis temporibus poſſet procedere, quòd in vno loco, in vno genere negotiorum præferretur vnus hodie, & alter alia die in alio Conſilio, & in alijs ne-
17 gotijs; ſicut dicimus de Doctore,& milite,vt in negotijs militaribus miles pręcedat,& in doctoralibus Doctor, de quo per Alex.in l.centurio ff.de vulg.& pup. cum ſequ. Sic in Epiſcopo extrà ſuam Diœceſim,& in alio capitulo, ſic in ſtudio,& in quolibet alio Collegio; ſed in vno,

vno,& eodem Conſilio,in vno,& eodem genere negotiorum hoc eſſet monſtruoſum, incompatibile, & aduerſantur omnes iuris regulæ.

Et ex hoc patet,quòd caſus deciſi ſint in terminis fortioribus, videlicèt in parlamentis, & ſic in diuerſo genere negotiorum, in diuerſo Collegio, in quo dignitas non facit ad Collegium, nec requiritur ad actum, nec ad illum ordinatur,quod ponderauit Loffr. latè Purpur. in l. 1.nu. 196. ff.de offic.eius,Felyn.in cap. ex literis 1.col. de probat. Sed hic dignitas ordinatur ad Conſilium:quia vt tales præcedunt, ingrediūtur,vt tales præcedendo, ſumus in eodem Conſilio, & in eodem negotiorum genere: igitur ceſſant omnes diſputationes,& caſus deciſi ratione annexæ, & inſeparabilis dignitatis ſunt caſus fortiores.

Sed ſi iſti, vti habentes vnum ex ſeptem officijs ſunt de Conſilio habitu, vt dixi, & nunc officio datur actus, & adminiſtratio,& non officium datur adminiſtrationi,quæ exercent,ſunt de ſpectātibus ad ſtatum ex natura officiorum; igitur ſi Admiratus præceſſit, quare hodie non debet præcedere, erat Conſiliarius:quia Admiratus,præcedebat Don Cæſarem Conſiliarium: quia dignitate maior,datur vtrique adminiſtratio, quæ deerat officio,officium non mutatur, vt tales ingrediuntur Conſilium; igitur cum ſua natura,cum ſua præeminentia quilibet ſuo loco, vt notanter dixit ſapientiſſimus Frecc.vnico verbo.

Et durus eſt ſermo,quòd iſti habentes vnum ex ſeptem officijs coram Rege, dùm ſtant ad eius latus, & in omnibus alijs ſeſſionibus, & congregationibus præcedant, eorum ordine præcedentiæ ſeruato, habita ratione maioritatis dignitatis,non autem antiquitatis;& quòd nunc dicamus, quòd in Collaterali dignior ſuperetur à minus digno, & ordo dignitatis ſuperetur ab ordine antiquitatis, & qui diſtinxerunt ſeptem officia, & ordinauerunt ipſorum differentias, non fecerunt hoc caſu;ſed maxima cum ratione reſpiciendo qualitatem adminiſtrationis negotiorum,& alia;ergo quænam ratio poteſt ſuadere, vt omnibus his reiectis, minus dignus, minoris prærogatiuæ, & præeminentiæ præferarur, attendendo ſemper, quòd officia ſint in conſideratione, ipſa præcedant, & iſti ſunt tantùm vſuarij, & Adminiſtratores vita durante,qui non potuerunt,nec poſſunt præiuditium perpetuum officijs generare, cū ius illorum cum ipſorum vita extinguatur, quod non eſt in Titulatis, qui pro hæredibus,& ſucceſſoribus Status,& titulos habent,& poſſident.

Et ſic cauſa relata in Collaterali Cōſilio iudicauimus communi voto,Principem magnum Admiratum eſſe præferendum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus nullam habet iuriſdictionem cōtra Clericum ex quacunque cauſa, tàm ciuili, quàm criminali,quod Doctor.communiter extenderunt etiam ad crimen læſæ maieſtatis, & nu. 2.*

3 *Conſuetudo Principum ſæcularium cognoſcendi contra Clericos in crimine læſæ maieſtatis.*

4 *Conſuetudo præſcripta cognoſcendi contra Clericos in certis delictis enormibus quomodò ſubſtineatur.*

5 *Clerici ob criminis immanitatem per iura canonica priuati ſunt fori exemptione.*

6 *Conſtitutio Reg. incipiens de perſonis declarat omnes cauſas Clericorum ad ſuum forum remittendas eſſe, præterquàm cauſas criminis læſæ maieſtatis, vbi defenditur opinio Goloſſæ ab impugnatione Iſern. & Affl.*

7 *Immunitas Eccleſiaſtica eſt de iure diuino ſecundum communē opinionem*

Digitized by Google

nionem; ſed poteſt à Papa interpetrari, & limitari.

8 *Clericus an propter crimen læſæ maieſtatis ſit degradandus.*

9 *Papa poteſt abſque alia degradatione attenta facti qualitate remittere Clericum criminis læſæ maieſtatis inquiſitum Principi ſæculari.*

10 *Clericus in profundum malorum datus, & ſceleribus deditus poteſt abſque degradatione puniri per Iudicem ſæcularem.*

11 *Deciſio Collateralis in crimine etiam læſæ maieſtatis, Clericum fori remittendum ad Iudicẽ Eccleſiaſticum, & ibi quid conſuetum in ſimili delicto.*

ARGVMENTVM.

Clericus, an gaudeat foro Eccleſiaſtico in delicto læſæ maieſtatis, & quid practicatum, & deciſum.

DECISIO IX.

1 REGVLA eſt, non poſſe Iudicem laicum de quaquumque quæſtione; tàm ciuili, quàm criminali, quantumuis ardua contra Clericũ cognoſcere, & hoc ſtatutum eſt, tàm per iura canonica, quàm ciuilia ad text. in cap. cum non ab homine extra de iudic. ita vt nec conſuetudo in contrarium valeat cap. Clerici, eo. tit. auth. ſtatuimus C. de epiſc. & cler. qui text. eſt deſumptus ex §. Item ſtatuimus, de ſtatut. & conſuet. con. liber. Eccleſ. coll. 10. Et ob id com-
2 muni calculo Doctor. tradiderunt, vt nec etiam in crimine læſæ maieſtatis ſæcularis Iudex poſſit cognoſcere: cumulat Doct. Foller. in ſua pract. crim. 1. par. ſecundæ par. num. 95. Boſſ. in tit. de crim. læſ. maieſt. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 36. & in §. læſ. maieſt. Gig. in 11. par. tract. in tract. de crim. læſ. maieſt. in cap. quis de crimine læſæ maieſtatis cognoſ. poſſ. Decian. in tract. crim. lib. 7. in tit. qui committit crimen læſę maieſtatis cap. 8. Bernard. Diaz in ſua pract. crim. canon. cap. 119. & ibi Addent. Farinac. in tit. de inquiſ. q. 8. qui omnes Doctor. innumeros cumulant, & vt dixi, hæc eſt communis opinio.

3 Sed ijdem Doct. in locis præallegatis dicunt, quòd de generali conſuetudine Principes ſæculares contrarium ſeruent, & Iul. Clar. dicit, quod fuerit propter hoc crimen ſuſpenſus quidam Epiſcopus in Ciuitate Florentiæ, & Decian. refert, Presbyterum quendam Venetum ex tali crimine inquiſitum fuiſſe ſuſpenſum per ſæcularem Iudicem, & quod ſic Principes procedant, dicit Gig. Boſſ. Bernard. Diaz, & omnes.

Et licet Farinac. dixerit, quòd male procedant ſæculares Principes: tamen
4 non loquitur, quando eſt conſuetudo inueterata, & præſcripta, quæ videtur poſſe ſubſtineri; dùm non eſt extinctiua totius exemptionis; & non eſt circa ſpiritualia: quia tunc non dubitatur eſſe de iure diuino exemptionem; ſed quando eſt reſtrictiua in certis tantum caſibus ex iuſta, & rationabili cauſa propter immanitatem aliquorum criminum, & maximè quando illa remanerent impunita, vt eſt in crimine, de quo agitur, vbi Doctor. dixerunt, Clericum non committere rebellionem: quia non ſubditus temporali iuriſdictioni, & ſic crimen hoc modo impunitum remaneret, vtique hoc caſu cum conſuetudo non ſit generalis in iniuriam Clericorum, & ordinis, videtur poſſe ſubſtineri, & ſic limitatur text. in d. cap. Clerici, & alia, quæ per Docto. traduntur, de quo per Couar. practic. quæſt. cap. 31. quem allegat, & ſequitur Farinac. in d. tit. de inquiſ. q. 8. vbi latè poſt num. 3. verſ. ampliando hanc ſecundam ampliationem, Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 36. in princ. Io. Bapt. Villalob. lib. 2. commun. opin. in verb. Clerici, verſ. fallit 5.

Et

Et quis nam caſus poterit eſſe maior
iſto, in quo tractatur de concitatione
populorum, de ſedirione, & rebellione
contra Principem, eiusq; ſtatum, conuo-
cando Turcas, qui omnia deprædaren-
tur, & chriſtianorum Domini efficeren-
tur Authoribus principalibus inſtigato-
ribus, & omnia pertractantibus iſtis per-
uerſis Clericis, & irreligioſis Monacis;
5 & non eſt nouum, eoſdem canones pro-
pter immanitatem criminum Clericos
in aliquibus caſibus fori exemptione
priuaſſe, vt in caſu cap. 1. de homic. in 6.
& in alijs notorijs, propter quæ in noſtro
6 Regno fuit facta Conſtitutio incip. de
perſonis, in tit. vbi Cler. in malef. deb.
conuen. perquam mandatur, cauſas om-
nes Clericorum per Eccleſiaſticum Iudi-
cem cognoſci debere: excepto tamen
crimine læſæ maieſtatis, quod delictum
declaratur per Iudicem ſæcularem co-
gnoſci debere, quod ibi gloſ. ſequitur, &
Io. de Montefor. in addit. ibi ad Barth. de
Cap. refert, fuiſſe Conſtitutionem illam
ſeruatam contra Vrſillum Minurulum
de Neapoli, & licet ibi Iſern. & Affl. di-
cant, Conſtitutionem illam aduerſari
Canonibus, & conſequenter non ſeruan-
dam: tamen ſi fundata eſt in conſuetu-
dine, defendi poteſt opinio gloſ. ex præ-
allegatis, quæ fortiſſimo argumento ful-
7 ciuntur: nam etſi ſecundum communem
opinionem maximè canoniſtarum im-
munitas Eccleſiaſtica ſit de iure diuino:
tamen poteſt Papa interpretari, & limi-
tare illud in certis caſibus, & ſic priua-
re Clericos fori priuilegio: maximè quã-
do aliàs in conſimilibus propter crimi-
nis immanitatem, & ex cauſa factum re-
peritur, de quo Cyn. in l. reſcripta C. de
precib. Imper. offer. Bart. in l. omnes po-
puli, de iuſtit. & iur. Bald. in l. fin. C. ſi
cont. ius, vel vtilitatem public. Abb. &
omnes in cap. quæ in Eccleſiarum de
Conſtit. vnde cum allegetur conſuetu-
do, reperiatur lex facta in caſu tàm exor-
bitanti, & maiori eo, qui eſt poſitus in
text. in cap. 1. de homic. in 6. quo in ca-
ſu Clericus foro priuatur, igitur ſubſti-
neri debet conſuetudo, & Conſtitutio
8 prædicta in caſu, de quo agitur; & ſi Ca-
nones mandauerunt propter tale crimen
fore Clericum ſtatim degradandum ex
ipſius immanitate, & grauitate, vt in
cap. ſi quis laicus 22. q. 5. per quem
text. ſic tradidit Abb. in cap. at ſi cleri-
ci in fin. princ. de iudic. & loquitur de
actuali degradatione, vt deinde trada-
tur Curiæ ſæculari, quare abſona videri
debet conſuetudo, quæ tollendo circui-
tum hunc, dedit cognitionem ſæculari
Iudici, quam opinionem dixit Dec. in d.
cap. at ſi clerici, habere magnam æqui-
tatem, & ſi dicat communem eſſe in cõ-
trarium; & Doctor. concordando opi-
niones, dixerunt, hoc totum Iudicis ar-
bitrio remitti, qui læſæ maieſtatis reum
tunc demùm non expectata incorrigibi-
litate Curiæ ſæculari tradit; ſi facti, &
perſonarum qualitates aggrauantes id
ſuaſerint, ita Farinac. vbi ſupra in tit. de
inquiſ. q. 8. allegat Plaz. idem tenentem
in Epit. delict. cap. 22. in fin. Couar. var.
reſol. lib. 2. cap. 20. paulò ante verſ. tan-
dem his prænotatis, & hoc ſic fuit ſer-
uatum in Synodo Toletana contra il-
lius Archiepiſcopum, aliter non expecta-
ta degradatione: & ſi perpendãtur qua-
litates facti, & perſonarum, quid dubij,
quod nulla expectata incorrigibilitate
iſti Curiæ ſæculari tradendi erunt; & sã-
9 ctiſſimus Pontifex conſiderata qualita-
te cauſæ, & facti, poteſt abſque alia de-
gradatione hoc Principi ſæculari conce-
dere, vt per Farinac. vbi ſupra, & ſi po-
teſt ſummus Pontifex, & aliàs conceſſit
alijs, contentatur Illuſtriſſimus Prorex,
immò ſupplicat non inſiſtendo in cõſue-
tudine, vt dignetur S. Beatitudo conce-
dere facultatem hanc ſuo obſequentiſſi-
mo filio, qui non aliud mandauit, nec
mandat quotidiè à principio ſui domi-
nij, niſi quòd inſeruiamus omnes ſummo
Pontifici, immunitas Eccleſiaſtica con-
ſeruetur, omniaq; priuilegia cuſtodian-
tur, & ſanctiſſimæ Sedi, eiusq; Prælatis
omnes hilari animo inſeruiamus, cui ſe
conformem reddendo Illuſtriſſimus, &
nunquam ſatis laudatus noſter chriſtia-
niſſimus Prorex Comes de Lemos non
aliud

aliud nobis quotidiè mandat, & in hoc inuigilat: quare ſi Rex Sereniſſimus, Prorex Illuſtriſſimus,omneſq; Miniſtri ſe inclinauerunt ad inſeruiendum in omnibus Eccleſiæ digni propterca erunt retributione, quando tàm iuſta, & rationi conſona petunt;& dùm Papa poteſt hoc per priuilegium concedere, ſic interpretando,declarando, & limitando priuilegium,ſeu immunitatem Clericis conceſſam,etiam quod ſit de iure diuino, quãdo ex cauſa, & in delicto tàm graui, & nos dicimus conceſſiſſe, & ad hoc allegamus poſſeſſionem tẽporis immemorabilis ad priuilegium probandum, vtique de hoc non eſt diſputandum,pro quo legatur Decian.par.1. lib.4. in tit. Clericatus,& ordo cap.9.nu.66.& 67.

Dicam tandem communem eſſe opinionem, vt Clericus in profundum ma-
10 lorum delarus, & ſceleribus deditus poſſit abſque degradatione, & traditione puniri per Iudicem ſæcularem gloſ.in cap.ex parte il tertio de priuil. Hoſt.Io. Andr.& Butr.in cap.perpendimus, de ſent.excomm.Hanc opinionem communem eſſe aſſerit Aufrer.in clem.1. de off. ordin. reg. 1. fallent. 19. cumulat Doctor.& authoritates,& dicit eſſe communem opinionem in praxi receptam Couar.pract.quæſt. cap.32. licet ipſe eam non ſequarur.

Dicatur nunc quæſo, ſi iſti ſint in profundum malorum, Monachi reperti pro maiori parte in habitu laicali extra ſua monaſteria,concitantes populos, ſeditiones perſuadendo, rebelliones ſollicitando,& Turcas conuocando,quare non erunt tradendi Curiæ ſæculari: Ta-
11 men his non obſtantibus, cum communis ſit opinio etiam in prædicto delicto Clericum gaudere debere immunitate, nec in hoc reperiatur ius diuinum limitatum, nec declaratum per ſumm. Pontif. ad quem ſolum hoc ſpectat in concernentibus perſonas Eccleſiaſticas, nec conſuetudo contraria apparèat, & etiam de ea valde dubitandum eſſet, quando appareret: proptereà decidimus de iuris rigore nos non eſſe Iudices; ſed omnia repoſita eſſe penes Sanctiſsimum, qui perpenſa qualitate facti, ac illius enormitate prouidere habeat iuxtà ſuam ſanctiſsimam mentem, & ſupremam authoritatem,tantò magis: quia facta à me diligenti perquiſitione in inquiſitionibus factis tempore rebellionis Ferdinandi Sanſeuerini Principis Salerni, in qua fuerunt etiam Clerici inquiſiti, reperi, fuiſſe proceſſum per Regios Miniſtros; ſed cum licentia, & cum interuentu Officialium Sedis Apoſtolicæ, & hanc opinionem firmauit, & ſequutus eſt nouiſsimè poſt hanc deciſionem D. de Franchis in deciſ. 691. 4. volum. ex nouiſsimè impreſsis, loquens de præſenti cauſa, in qua ipſe non aliter interuenit:quia per Collaterale tantùm deciſio facta fuit.

Quibus omnibus Summo Pontifici repræſentatis tandem de communi conſenſu fuit cauſa per Summum Pontificem commiſſa Reuerendiſsimo Nuntio Epiſcopo Ciuitatis Troiæ,qui inſimul cum Officiali Regio Clerico tamen, ac Regij Fiſci Patrono eligendis per Proregem, à quo fuit electus Don Petrus de Vera Decanus Sacri Conſilij, qui ordines minores habebat, ac Don Ioannes Sanches Regius Conſiliarius pro Fiſci Patrono in prædicta cauſa contra præfatos Monacos, & Clericos de iuſtitia prouideret, & ſic fuit exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Actio furti non datur furi contra alium furantem, licèt ille totum ſoluerit, quando tamen dolus interceſſerit, ſecus autem ſi culpa tantùm, & ſucceſsiuè non poteſt impetrare ceſsionem.*

2 *Diuiſio debiti an detur inter fures, vbi ſit diſtinctio, an per viam actionis, vel exceptionis.*

3 *Officiales plures in officio ſubordinati doli, & fraudis participes, omnes*

omnes tenentur in ſolidum, verùm in exequutione datur remedium diuiſionis inter eos, qui ſunt ſoluendo.

4 *Quæ dicuntur in Officiali limitantur in ſocijs: quia de natura ſocietatis eſt inter ſe ipſos dolum, & culpam præſtare.*

ARGVMENTVM.

Officiali pro mala adminiſtratione condemnato an detur actio, vel ſaltem remedium diuiſionis contra alios Collegas.

DECISIO X.

REGVLA eſt, furi nõ
dari actionem furti cõ-
tra alium furantem, li-
1 cet ipſe totum ſoluerit,
& ratio eſt: quia nõ de-
bet ex dolo ſuo quære-
re actionem iuxtà text. in l. eum, qui §. is autem ff. de furt. Niſi in caſu text. l. qui vas §. ſi ego eo. tit. vbi eſt caſus ſpetialis, & fit differentia inter dolum, & culpam, vt primo caſu nulla detur actio; ſecundo verò ſic, & ratio primi caſus eſt: quia ex improbitate ſua non debet quis cõſequi actionẽ, dicit text. in l. itaque §. ſed furti ff. de fur. pro quo ad propoſitum eſt tex. elegans, in l. ſi plures la 2. ff. de admin. tut. vbi gloſ. in verb. qua frõte, & melior text. in l. 1. §. planè ff. de tut. & rat. diſtr. cuius verba ſunt infraſcripta.

Planè ſi ex dolo communi conuentus præſtiterit tutor, neque ei mandãdę ſunt actiones, neque vtilis actio cõpetit: quia proprij delicti pœnam ſubijt, quæ res indignum eum fecit, vt à cæteris doli participibus quid conſequeretur, nec enim vlla ſocietas maleficiorum, vel iuſta cõmunicatio damni ex maleficio eſt, vbi gloſ. notab. in verb. vlla ſocietas.

Et in hoc de actione, vel ceſsione nemo dubitauit; ſed benè fuit differentia
2 inter Azon. & Hugo. an cõpetat diuiſio:
nam Azo tenuit, nec etiam diuiſionem dari, Hugo verò contra, ob quod Bart. conciliando opiniones in d. l. 1. §. nunc tractemus ff. de tut. & rat. diſtr. dixit, ꝙ aut petitur diuiſio per viam actionis, & tunc procedat opinio Azon. vt minimè diuiſio competat, aut per viam exceptionis, & tũc procedat opinio Hug. gloſſatoris, & ratio eſt: quia quando per viã exceptionis eſt mera defenſio, quæ difficiliùs tollitur, quàm actio, quod latiùs explicat Bald. & Alber. in eodem loco, pulchrè Bart. in d. l. ſi plures, de admin. tut. & ſic procedit gloſ. not. in l. 2. C. de diuid. tut. declarantur hæc eleganter per Salyc. in l. 1. C. de tranſact. & in Officialibus eſt text. elegans in l. ex facto poſt Bald. ibi ff. de neg. geſt. cuius text. infraſcripta ſunt verba.

Ex facto quærebatur, quendam ad ſiliginem emendam curatorem decreto ordinis conſtitutum, eidemq; alium ſubcuratorem conſtitutum ſiliginem miſcẽdo corrupiſſe, atque ita pretium ſiliginis, quæ in publicum empta erat, curatorem inflictum eſſe, qua actione curator cum ſubcuratore experiri poſsit, & conſequi id, vt ei ſaluum eſſet, ꝙ cauſa eius damnum cępiſſet, Valerius Seuerus reſpondit aduerſus contutorem actionem negotiorum geſtorum Tutori dandam; idem reſpondit, vt Magiſtratui aduerſus Magiſtratum eadem actio detur: ita tamen ſi non ſit conſcius fraudis, ſecundum quæ etiam in ſubcuratore idem dicendũ eſt.

Quo loci Bald. per verba expreſſa tex. non ſolùm vult hæc procedere in participe; ſed etiam in conſcio ibi, quinto noto, quòd damnum, quod mihi infligitur propter te, tu debes refundere, & hoc verum, niſi ego ſim particeps delicti, & facit me participem ſola conſcientia fraudis, quod eſt notatu dignum, vt Paul. de Caſtr. ibi dicit: tertio noto circa fin. dùm dicit, ſi non conſcius, quòd quando alter eſt conſcius de culpa alterius, & tacuit, & potuit prouidere, & nõ prouidet, quod ſoluit, non repetit ab illo: quia videtur ſoluiſſe propter ſuam culpam, quę importabit tunc dolum, & idem tradit ibi Fulgoſ. poſt Odoffr.

Stat ergo firma concluſio, quòd, ſi plures ſint Officiales ſubordinati in officio, omneſq; ſint doli, & fraudis participes, omnes inquam inſolidum teneantur; verùm in exequutione locum habet remedium diuiſionis, ſi omnes ſint ſoluendo, & non aliter, & ita procedit text. in l. ſi multi ff. de publican. vbi communiter Scriben. latè Paris de ſyndic. in cap. incipien. plures Officiales; ſed nec actio competit, nec ceſſio datur ex præallegatis.

3

Ex his caſus, de quo tractamus, eſt extra omnem dubitationem: quia Scriba portionis tenetur ipſe inſolidum ſoluere vigore inſtructionum, & ſic non potuit excipere de diuiſione; dùm igitur ſumus extra terminos beneficij diuiſionis, & ſtante participatione doli præſuppoſita per iſtos Officiales, quod facillimè credendum eſt, eſſe puram inuentionem ad debitam ſolutionem dilatandam, tamen exceptio eſt in ſe releuans, cum tali caſu lex omnem deneget actionem, & ceſſionem, igitur dum Officiales non per viam diuiſionis iure exceptionis poſſunt conueniri, nec per viam actionis ſecundum doctrinã Bart. communiter receptam, ſequitur, nullo modo poſſe contra eos procedi ad petitionem Scribæ portionis, vt ei aliquam quantitatem ſoluerent de eo, quod ex communi fraude, & participatione præſupponitur, Scribam ipſum Fiſco ſoluiſſe: nam ſi diuiſionis beneficium non competit, & ob id Scriba portionis ſolus fuit condemnatus, & ſoluit, cætera omnia remedia actionis, ceſſionis, & ordinis lex denegat, præſuppoſita doli participatione, de quo per Iacob. Butr. Petr. de Bellapert. Cyn. Bald. Salyc. & communiter Scribent. in d. l. 1. C. de tranſact.

4 Quæ omnia limitantur in ſocijs, qui cum de natura ſocietatis contractæ teneantur inter ſe dolum, & culpam præſtare, iuxtà text. in l. cum duobus, verſ. ſocios ff. pro ſocio, hi inter ſe agent ad reſtitutionem eius, quod ex cauſa furti, vel alio delicto in ſocietatem alter ſocius contulit, & cõſocius recepit, etiamſi particeps doli non fuerit, ita procedit text. in l. quod enim, cum duabus ſequentibus, ff. eodem titulo, & propterea text. ibi in l. nec quicquam, ponderat, quod ſit facta ſolutio cõſocio tempore ſocietatis, licet condemnatio reſtitutionis ſocij ſit facta poſt diſſolutionem ſocietatis: quia conſideratur origo debiti, quod originem trahit à ſolutione facta ſocietatis tempore, vt ibi ponderat gloſ. quæ allegat text. in l. omne, & l. ſi ſocij, eod. titulo.

Quatenus verò Scriba portionis præſupponit, ſe non fuiſſe doli, nec fraudis participem, quod ego facilè credo, & pro comperto habeo ſtante qualitate, & dignitate perſonæ tàm principalis, & tàm nobilis; tamen ſi aduerſus ſuam petitionem conuenti hoc replicant, quomodo poteſt denegari terminus, & quomodo illi non erunt audiendi in exceptione releuante, & interim nullo modo via exequutiua poteſt procedi, & ita ſupremum Conſilium iudicauit.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi feudorum agnatus in venditione feudi facienda extraneo præfertur pro æquali pretio, & etiam præfertur Domino feudum redimere volenti, & nu. 2.*

3 *Agnatus reuocat poſt mortem agnati alienationem feudi ab eo factam abſque alia ſolutione pretij, quod procedit in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, & nu. 4.*

5 *Ius prælationis, quod habet agnatus, non oritur ex antiqua inueſtitura; ſed competit ratione ſanguinis, quæ eſt ſpecies iuris prothomiſeos, quod ius ratione ſangui-*

nis habet locum in feudis, & nu. 6.

7 *Ius prælationis agnati ratione ſanguinis fundatur in regula, vt res maiorum in familia conſeruentur, & ob id non habet locum, quando alienatio fit in vlteriorem agnatum, & nu. 8.*

9 *Prælatio, quæ datur agnato contra Dominum habet locum tantùm in feudis antiquis, & ibi ratio.*

10 *Ius hoc prælationis competit agnato tàm in feudo ex pacto, quàm in feudo hæreditario, & ibi de ratione.*

11 *Agnato duplex ius reuocandi competit ex diuerſo tamen fonte, videlicet poſt mortem, & hoc innititur iuri ſuccedendi, & alterum in vita ratione ſanguinis, ex quo oritur ius protbomiſeos.*

12 *Ius prælationis in feudo hæreditario nouo non habet agnatus, ſicut non habet in feudo nouo ex pacto.*

13 *Agnatus in feudo hæreditario non habet reuocationem poſt mortem: quia tenetur habere ratum factum defuncti.*

14 *Prælatio agnati limitatur in venditione neceſſaria, quæ fit per Iudicem, ſicut limitatur Conſtitutio Regni conſtit diu.mem. vt locum non habeat in vẽditione neceſſaria, & nu. 15.*

16 *Fęmina eſt caput, & finis lineę paternæ.*

ARGVMENTVM.

Agnato an competat ius retractus, ſiue prælationis pro eodem pretio in venditione feudi, quam Vaſſallus cum Domini aſſenſu facit in extraneum, tàm in feudo ex pacto, quàm etiam in feudo hæreditario.

DECISIO XI.

COMMVNIS eſt ſchola Doctor. fundata in expreſſis iuribus, vt eſt text. in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitura, in cap. 1. §. porrò, qualit. olim pot. feud. alien.
1 quòd in feudis, dum fit ipſorum alienatio cum Dñi aſſenſu, agnatus præferratur in venditione extraneo facienda, offerendo tamen pretium, quod ab extraneo emptore conuentum erat, ita Andr. de Iſern. in d. §. ſed & res num. 3. dicens, quòd agnatus præferatur extraneo in emendo, dummodò velit tantùm dare de pretio, quantùm extraneus, alioquin intellige, quòd poteſt vendere cum conſenſu tamen Domini, & hæc ſunt formalia verba Iſern. quòd ante eum dixit ibi gloſſ. in verſ. proximiori, & iterum Andr. ibi, ſed licèt non poſſit extraneo vendere, vbi agnatus paratus eſt tantùm dare, poterit inuito agnato in feudum illam rem alij dare.

Bald. idem tenendo ibidem in verb. pro æquali pretio dicit, illum textum innuere, quòd, ſi agnatus non velit emere pro æquali pretio, poſſit vaſſallus vendere alteri.

Aluar. ibidem idem notat, dicens num. 3. nota, quòd, vbi vaſſallus de licentia Domini vult vendere feudum, debeat agnatus vaſſalli præferri extraneo in emendo, dummodò offerat tantum pretium, quantum extraneus, vt hic, quinimò etiam ſi in redimendo ip-
2 ſum feudum concurrat Dominus, & agnatus, debeat adhuc præferri ipſe agnatus Domino, vt infra qual. ol. pot. feud. alien. §. pen. vbi verò agnatus non vult dare dictum pretium, tunc poterit fieri venditio in extraneum, & tàm ipſe, quàm cæteri Doct. faciunt quæſtionem, quod pretium debeat offerri, ſi conuentum,

tum, vel iuſtum, & concludunt, offerri debere conuentum.

Iacob.de Beluiſ.notat ibi, agnatum præferri in redimendo etiam Domino, & allegat text.in d.§.porrò.

Præpoſ.ibi 1.col.verſ.quid ſi vaſſallus ponit quæſtionem,ſi vaſſallus offert pretium iuſtum, & extraneus plus offert, an ſit ille præferendus, & determinat, cum per illum text. detur prælatio agnato pro æquali pretio, quòd propterea oblatum pretium offerre debeat, ergo habet ius prælationis, & retractus in vita.

Idem quod tradit Andr. in d. §. ſed & res, tradidit etiam in d. §. porrò in fin. nam ſecundum illum text. vbi gloſ. & communiter Scribent. ſemper præfertur Dominus in venditione, offerendo idem pretium, dixit ibi Andr. per expreſſa verba illius text. quod ſi concurrat agnatus cum Domino ad redimendum,præponitur agnatus,quod declarauit idem Andr.in cap.1. §. & olim de ſucceſ. feud. vbi poſtquam dixit, quòd
3 agnatus reuocet poſt mortem agnati alienationem feudi factam abſque alia ſolutione pretij, quando alienauit cum conſenſu Domini, ſubdit, item reuocabat Dominus, & redimendo ſoluebat pretium emptori; ſed in hoc præferebatur agnatus d. cap. 1. qualit. olim pot. feud.alien. in fin. & adhuc hodie: quia non mutatur illud, & ſic ſtare non prohibetur.

Ex qua deciſione Andr. apparet differentia inter ius reuocandi vigore inueſtituræ,quod competit tantùm poſt mortem agnato abſque ſolutione pretij, &
4 hoc in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo,non hæreditario,& ſic procedit text.in cap.1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. & in cap. 1. §. Titius,ſecundum communem intellectum, ſi de feud.def. mil. & ius prælationis, & redemptionis in vita feudatarij cum ſolutione pretij, quod ius non oritur ex antiqua inueſti-
5 tura, ſeu ex iure, quod habeat Vaſſallus in feudo; ſed eſt ſpecies iuris prothomiſeos, quod competit ratione ſanguinis, per quod agnatus præfertur extraneo in emptione,ita declarat Afflict.in Conſtit. ſancimus de iur.prothom. in princ.legis nu. 7. & 37. & idem tradidit in eodem §. ſed & res, tertio not. & vtrobique notat, quod ratione coniunctionis ſan-
6 guinis habeat locum in feudis ius prothomiſeos, ad quod allegat Bald. in eadem Conſtit.ſancimus hoc dicentem, idemq; Cuiac.de feud.lib.2.tit.4.de inueſtit. vet. vel nou.benef. 3.tom. Iacob. Nouell.de iur.prothom.§.2. nu.15. in 17.tom.tract. qui non dixit contrarium in princ.tract. num. 129. nam loquutus fuit de iure congrui ſimpliciter ratione vicinitatis; non autem ratione ſanguinis per viam prælationis,quàm leges feudales agnatis dederunt,vt benè diſtinguit,
7 & declarat Afflict.& Bald. vbi ſupra, quod ius prælationis ratione ſanguinis fundatur in reg. text. in l. ſi in emptionem ff.de minor.25.ann.vt res maiorum in familia conſeruentur,vt eleganter per Cæph.in propria materia ſic diſtinguentem in conſ.133. num.73. Hinc non ha-
8 bet locum prælatio in vita pro eodem pretio,quando fit alienatio in vlteriorem agnatum: quia tunc ceſſat ratio ſanguinis,& intereſſe conſeruationis bonorum in familia, quæ peroptimè declarat Frãciſ.Sonsbech.de vſibus feud.in 13. part. nu.116.cum ſeq. vol.10.tract. 2.par. & per eadem propria verba Io.Thom.de Marin.in ſuo tract.de feud.in tit.de feu. ex pacto, & prouid. verſ.ex his infertur ad aliud,qui omnes eandem tenent opinionem, vt habeat agnatus ius retractus pro æquali pretio,& reſpondent ad tex. in d.§.hoc quoque, & in d.§.Titius, vt agnato non competat reuocatio feudi, niſi poſt mortem,quando vult illud auocare ſine ſolutione pretij; ſed quando vult ſoluere pretium,tunc habebit ius retractus,& procedit text. in §.ſed & res, & in §.porrò.

Et ſic Andr.& omnes Doctor. conueniunt, quod in omni alienatione detur Domino prælatio;ſed quod Domino ſẽper præferatur agnatus, ergo de prælatione agnati non poteſt dubitari, eſt be-

9 nè verum, dùm tractatur de prælatione inter Dominum,& agnatum, oportere, quòd feudum ſit paternum,& non nouũ iuxtà text.in d.cap.1.§.porrò qual.olim pot.feud.alie. nam in feudo nouo agnatus de iure communi non ſuccedit iuxtà text.in cap.1.ſin autem de his,qui feud. dare poſſunt,& in cap.1.§.ſi duo fratres de feud. march. vnde cum agnatus in feudo nouo nullum ius habeat ratione primæ inueſtituræ; ſed tantum ſuum ius fundetur in æquitate prælationis, ratione ſanguinis ea ratione; quia bona fuerunt ſuorum maiorum, & vt in familia conſeruentur, quæ in feudo nouo deficiunt, propterea iuſtum viſum fuit tali caſu Dominum præferri ratione ſui directi dominij,quod eſt potentius,& hæc eſt ratio text.in d.§.porrò.

10 Ex his infertur,quod & ſi iura,& Docto.prædicti,dùm loquuntur de hac prælatione, loquantur in feudo ex pacto, & prouidentia, non hæreditario; tamen nulla per hoc erit conſtituenda differentia in feudo hæreditario,poſtquam prælatio prædicta, vt dictum eſt,non oritur ex qualitate feudi,ſeu inueſtituræ ipſius; ſed ex iure reſidente in propria perſona agnati ratione coniunctionis ſanguinis, quod ius non exercetur: quia hæres; ſed quia coniunctus ratione ſanguinis,quod procedit tàm in feudo ex pacto hæreditario,quàm non hæreditario, & exercetur in vita feudatarij vendentis,ergo nihil commune qualitas hæreditaria; quia poſt mortem conſideratur, & ideo Doctor.dixerunt,quod ſit per viam prothomiſeos, ita Iaſ.in conſ.56, col.6. lib. 3. quem allegat in propria quæſtione hanc tenens opinionem peroptimè fundando Lodulph.Schrad.de feud. par.8. cap.7. nu.26. quem allegat,& ſequitur ſic diſtinguendo Artman.Piſtor. q.11.tom.2. qui eleganter concludendo, dicit agna-

11 tis duplex ius reuocandi competere, ex diuerſo tamen fonte; alterum enim innititur iuri ſuccedendi ex prima inueſtitura quæſito,cumq; ius hoc tunc demum agnato competere incipiat,quando ſucceſſionis ordo eum tangit, propterea exerceri non poteſt, niſi poſt mortem alienantis,quo tempore ius illius extinguitur,& ſuccedendi via ex propria perſona aperitur, & ob id reuocat abſque pretij ſolutione; alterum verò reuocandi ius ex iure prothomiſeos deſcendit,& cum non fundetur in iure ſuccedendi, nec in lege inueſtituræ; ſed oriatur viuente feudatario, propterea ſecundum Iaſ.prædictosq; Authores vanum eſt tractare de qualitate hæreditaria; hinc Tiraqu. eandem tenens opinionem de retract.lignag.gloſ.3.§.1.nu.11. dicit hoc eſſe expeditum in feudo hæreditario, & & propterea hac ratione attenta prædictus Iacob.Nouell. vbi ſupra concludit, quòd filiofamilias in patria poteſtate conſtituto prælationis beneficium competat; quia eſt priuilegium perſonale in rẽ ſcriptum,quod filio nato,& concepto competit tempore venditionis non ex perſona patris; ſed ex eius propria perſona,& ita refert pluries deciſum.

12 Benè fateor,quòd in feudo hæreditario nouo nõ daretur hæc prælatio agnato:nam cum fundetur principaliter:quia fuit res maiorum, & lex tali caſu conſtituat prælationem, & Doctor. qui conſiderauerunt ius ſanguinis,fundent eorum dictum in d.l.ſi in emptionem, in qua hæc ratio ponitur, quæ cum ceſſet in feudo hæreditario nouo, meritò dico, quòd prælatio hæc detur; ſed in feudo hæreditario antiquo,& hoc eſt,quod dicit Afflict.in d.§. ſed & res nu.4. dùm ponit quæſtionem in vẽditione feudi antiqui,& ſic dùm Doctor. etiam in feudo ex pacto nouo denegauerunt prælationem filio,benè dixerunt; quia ex lege inueſtituræ in feudo nouo nõ habet nec filius,nec agnatus ius formatum;ſed omnes ſuccedunt, vt hæredes primi acquirentis,à quo cauſam habent, & non ex propria perſona, & ex iure ſanguinis; quia res fuit maiorum,cum ceſſet iſthæc ratio in feudo nouo,quæ benè diſcurrit, & firmat Schrad.in loco præallegato,& hac ratione attẽta poteſt ampliari text. in d.§.porrò,vt non ſolùm procedat in feudo ex pacto; ſed etiam hæreditario

inter agnatum, & vaſſallum agnatum alienantem, & hanc eſſe communem dixit Cõſiliarius Fab. de Ann. ſummus feudiſta, & de ea nunquam dubitaſſe, nec ipſum, nec peritos feudiſtas in lib. pract. obſeru. deca. 1. obſeru. 10. quamuis velit etiam hoc procedere in feudo nouo in Regno ratione ſucceſſionis admiſſæ, quẽ non ſequor rationibus, de quibus ſupra, cum non reguletur hæc prælatio à iure ſucceſſionis; ſed à iure ſanguinis: quia res maiorum.

Ex his remanet firma concluſio dari prælationem agnatis in feudis antiquis pro eodem pretio aduerſus extraneum emptorem, non ratione iuris inueſtituræ; ſed ratione ſanguinis: quia res fuit maiorum, qua ratione ſtante, & militante in omni feudo, propterea ſiue tractetur de feudo ex pacto, non hæreditario, ſiuè de hęreditario, ſemper prælatio locum
13 habebit; ſi verò agnatus velit expectare mortem, tũc abſque ſolutione pretij feudum reuocabit, ſi erit ex pacto, non hæreditarium, aliàs minimè: quia vt hæres tenetur habere ratum factum defuncti,
14 quæ concluſio limitatur per Schrad. vbi ſupra in venditione neceſſaria, quaſi tũc non vẽdat agnatus; ſed Iudex, cuius authoritas, videtur, quòd aliàs deluderetur, ſicut dicimus in venditione neceſſa-
15 ria, quam facit Iudex, vt non detur reuocatio vigore Conſtitut. Reg. quam aliàs, dùm contrahentes procedunt ad venditionem, & emptionem feudorum, poſſunt reuocare, vt latè per D. Freec. in 2. lib. in 6. & 44. limit. & idem Author in differentijs, quas ponit in feudo ex pacto, & hæreditario in quinta quæſtione, quæ legantur: quia maximè conferunt ad limitationẽ poſitam per Schrad. prędictum, & cum lex, ſeu conſuetudo non loquatur in venditione, quæ fit per Iudicem, nimirum ſi non extendatur vltra caſum ſuum, de quo valde dubito, ſi Iudex repræſentat partem, & prælatio non impugnat venditionem, nec Iudex partem repræſentans præſumitur pręiudicare voluiſſe iuri tertio competenti, & cum ex pręlatione, nec factum Iudicis, nec factum partis impugnetur, propterea vana eſt differentia inter feudum ex pacto, & feudum hęreditarium, eò magis, vt diximus, ſi ius hoc exercetur ante delatam ſucceſſionem, & in vita ex proprio iure reſidente in retrahente: quia coniunctus, & ratione: quia fuit res maiorum.

His ſic firmatis prætendit Iulia Muſceptula, quod in venditione feudorum facta per Alphonſum Piſcicellum filium ex ſorore Mutio Simonetto extraneo debeat ipſa præferri, cum fuerint bona maiorum ſuorum ſtante ſanguinis coniunctione, ex diſpoſitione text. in d. l. ſi in emptionem: intereſt enim maiorum imagines non videre fixas, aut reuulſas, quòd ſatis lugubre eſt, dicit text. notab. in l. lex, quæ tutores C. de adminiſtrat. tut. hinc text. elegans in l. libertus, qui ſoluendo ff. de bon. libert. habet, quod interſit adire hæreditatem, quæ ſoluendo non eſt, ob id tantum, quod in ea prędia ſint aliqua, in quibus maiorum noſtrorum ſepulchra ſint, quæ latiſſimè congerit more ſolito Tiraq. de vtroque retract. in pręfat. nu. 34. cum ſeq. & vt dixi, non requirit aliud lex, niſi quòd fuerint bona maiorum, & dicit gloſ. in d. l. ſi in emptionem nota intereſſe mirabile; fuerunt enim hę duæ ſorores filiæ Roberti Muſceptulæ, vendit Alphonſus filius primogenitus, & vult vendere feuda antiqua paterna harum ſororum, dixit Iulia, egò ſum filia, & ſum ſoror, &
16 cõſequenter licèt ſit ſuę familię caput, & finis familię paternę l. pronuntiatio in fin. & l. ſeq. ff. de verb. ſignif. & propterea in pręlatione cæteri deſcendentes ex fœminis non admitterentur; ſed benè filia, vel ſoror: quia ſunt de familia, quæ latiùs proſequitur prædictus Iacob. Nouell. in loco pręallegato nu. 38. & ſeq. & cum Iulia tanquam Amita ſuccederet Alphonſo in prædictis feudis, propterea non videtur poſſe dubitari de eius iuſtitia.

Quibus omnibus diſcuſſis in Collaterali Conſilio, & pluries partibus auditis cum eorum Aduocatis, decidimus, habe-

re

re locum prælationem in feudalibus, etiam in feudo hęreditario,& conſequẽter eſſe præferendam prædictam Iuliam, & cum ea ſtipulari debere cautelas venditionis prædictorum feudorum,quę fuerũt ipſius maiorum, prout ſtipulatę fuerunt, & ſententia exequutioni demandata.

Hanc cauſam pro agnato defendit doctiſſimus Scipio Rouitus Aduocatus famigeratus,qui poſt hanc deciſionem factam voluit ſuper puncto latiùs diſſerere, diſputando quæſtionem ad partes pro indagatione veritatis, cuius lucubrationes mihi oſtenſæ, viſę fuerunt dignæ tanto viro, & pro huius deciſionis ornamento volui illas infra tranſcribere: nam deciſio apparuit noua, quæ diſtinctis iuris terminis,ac facto fundamẽto vnico, & ſolido prælationis à lege datæ in venditione rerum, quæ fuerunt maiorum,quòd nil commune habet cum ſucceſſione, aut iure hæreditario,apparebit deciſio vndique indubitata.

ALLEGATIONES SCIPIONIS ROVITI V.I.D.

Ad proximam præcedentem Deciſionem.

SVMMARIVM.

1 *Ius prothomiſeos an habeat locum in feudis.*

2 *Ius commune feudorum admittit ius prothomiſeos in feudis.*

3 *Ius prothomiſeos, quod competit in feudis,an competat tàm filio alienantis, quàm agnato proximiori.*

4 *Et an procedat nedum in feudo ex pacto,& prouidentia; verùm etiam hæreditario.*

5 *Filij an tanquam quaſi Domini in vita patris,habeant plus iuris in feudo,quàm agnati.*

6 *Quid ſi feudum ſit alienatum in agnatum remotum,an tunc proximiori competat retractus,vel tãtum cum alienatio ſit in extraneum tex. in §. Titius,ſi de feud. defun. content. ſit expenditur.*

7 *Andreæ intellectus exploditur.*

8 *Quod remedium competat agnato proximiori pro recuperatione feudi.*

9 *§. Titius loquitur in agnato, non in filio.*

10 *Dictio (quod ſi) aduerſatiua, aduerſatur ſub eiſdem qualitatibus, verba §. Titius ponderantur.*

11 *Agnato proximiori competit nedũ ius retractus refuſo pretio etiam in vita alienantis poſt contractũ perfectum,verùm etiam ius prohibendi, nè vendat alteri, quàm ſibi,vel proximiori agnato.*

12 *Agnato proximiori datur ius retrahendi alienationem factam in agnatum proximiorem etiam viuo alienante.*

13 *Verior,& communior opinio ius retractus iure ſanguinis competere agnato proximiori etiam viuo alienante,refuſo tamen pretio infra annum.*

14 *Et an procedat tam in feudo ex pacto,& prouidentia, quàm hæreditario.*

15 *Feudum hæreditarium non poteſt haberi citra ius, & nomen hæredis.*

16 *Hæredi non permittitur,quod veniat contra factum ſui prædeceſſoris.*

17 *Prælatio non competit agnatis in feudo ex pacto, & prouidentia nouo.*
18 *Feudũ ex pacto nouum habet vim hereditarij*
19 *In feudo ex pacto agnatus ſuccedit poſt mortem alienantis ex perſona propria, velit nolit alienans.*
20 *Agnatus retrahens feudum alienatum, in vita alienantis, anticipat tempus ſucceſſionis.*
21 *Ob quam anticipationis rationem ſoluet pretium, ad quod non teneretur poſt mortem alienantis.*
22 *Poſſeſſor feudi hereditarij habet poteſtatem de eo diſponendi cum aſſenſu Domini.*
23 *Agnato proximiori in feudo hereditario non competit ius reuocandi iure proprio poſt alienãtis mortem feudum alienatum.*
24 *Ius prothomiſeos competit agnato proximiori non minus in feudo hæreditario, quàm in feudo ex pacto.*
25 *Feudi ex pacto definitio, ſeu deſcriptio.*
26 *Feudum ex pacto cur ſic dicatur.*
27 *Et cur ex prouidentia.*
28 *Declaratur quid ſit feudum ex pacto, & prouidẽtia hereditarium.*
29 *Differentia inter feudum ex pacto, & prouidentia ſimplex, & rectum, & feudum ex pacto, & prouidentia hæreditarium.*
30 *In feudo ex pacto ſimplici tot cenſentur conceſſiones, quot perſonæ.*
31 *Feudum ex pacto, & prouidentia duplex.*
32 *Feudum hereditarium itẽ duplex.*
33 *Reperitur, & feudum mixtum partim ex pacto, & prouidentia, & partim hæreditarium.*
34 *Feudi omnino hereditarij definitio, ſeu deſcriptio.*
35 *Feudum hereditarium tranſit ad quoſcunque heredes etiam extraneos.*
36 *Feudi mixti definitio, ſeu deſcriptio.*
37 *In feudo mixto non poteſt ſuccedere quilibet heres etiam extraneus; ſed qui ſit de liberis, & deſcendẽtibus primi acquirentis, tanquam vocatus ex pacto acquirentis, & prouidentia concedentis.*
38 *Qui deſcendens, vt ſuccedat, tenetur eſſe hæres vltimi defuncti.*
39 *Feudum mixtum cur ſic dicatur.*
40 *Feudum mixtum eſt vnum, & idẽ cum feudo ex pacto, & prouidentia hereditario.*
41 *Feudorum tripartita diuiſio.*
42 *In feudo ex pacto, & prouidentia hereditario omnia concurrunt, quæ conſiderãtur in feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario.*
43 *In feudo ex pacto, & prouidentia hereditario vnus alteri præiudicare non poteſt, etiam cum Domini aſſenſu.*
44 *Succeſſor in tali feudo hæreditario, qui tenetur eſſe heres, non reuocabit quod à prædeceſſore geſtũ eſt.*
45 *Iura feudorum loquentia in feudis non hæreditarijs, an & quando habeant locum in feudis hereditarijs, & nu. 56.*
46 *Qualitas hereditaria in feudo in quo conſiſtat.*
47 *Ius prothomiſeos non habet locum in*

in feudo hæreditario omninò; ſed in feudo ex pacto, & prouidentia hæreditario.

48 *Quod dicitur hæreditarium ad differentiam feudi ex pacto, & prouidentia ſimplicis.*

Omnia iura feudalia, quæ loquuntur in feudis non hæreditarijs, habent locum et in hæreditarijs ibid.

49 *Qualitas hæreditaria non inducit diuerſam rationem decidendi circa ius protbomiſeos inter hæc feuda hæreditaria, & non hæreditaria.*

50 *Iure communi feuda potius præſumuntur hæreditaria, quàm non hæreditaria.*

51 *Forma iuris communis in feudis, quæ ſit.*

52 *Iura feudalia ſunt ius commune feudorum.*

53 *Et potius interpretanda hæreditaria, quàm contra.*

54 *Text in §. Titius ſi de feudo defuncti content. ſit loquitur etiam in feudo hæreditario.*

55 *Nam filius reuocat alienationẽ factam à patre ſoluendo pretium.*

56 *Et ſic hæres poteſt reuocare iure proprio rem venditam à defuncto, licet hic non potuiſſet.*

57 *Eadem eſt cenſura de vtroque feudo, ſiuè ex pacto, & prouidentia, ſiuè hæreditario, vbi non reperitur aliqua particularis differentia.*

58 *Quæ ſit ratio in § Titius.*

59 *Honeſtas, ne bona maiorum ad alienas manus tranſeant, quanti fiat in iure.*

60 *Et an tribuat reſtitutionem in integrum minori proximiori.*

61 *Minor non ſolet reſtitui niſi data enormi læſione.*

62 *Adire hæreditatem, quæ non ſit ſoluendo, damnum eſt.*

63 *Niſi in ea ſint prædia cum ſepulchris maiorum.*

64 *Patrono competit ius reuocãdi prædium à liberto alienatum omni fraude circumſcripta, ſi in eo ipſe educatus ſit, vel parentes ſepulti.*

65 *Delictum committit, qui prædium comparat in Prouincia, in qua militat, aut Rempublicam adminiſtrat.*

66 *Secus ſi emat prædia paterna.*

67 *Tutoribus immobilium pupillariũ alienatio probibita, & quare.*

68 *Ius protbomiſeos habebat locum ex mero iure in omnibus bonis.*

69 *Ius protbomiſeos ſublatum quò ad neceſſitatem vendendi rem alteri retrahenti, Domino inuito.*

70 *Diſpoſitio l. dudum C. de contrab. empt. an comprehendat feudalia.*

71 *Ius protbomiſeos incõcuſſum in omnibus feudis cuiuſcunque qualitatis, autboritate iuris communis haud correcti, quò ad ipſa feuda.*

72 *Differentia inter reuocationem, quæ competit filio viuo alienatore, et eam, quæ competit poſt mortem alienatoris.*

73 *Duodecim Authores cumulantur pro opinione affirmatiua.*

74 *Feuda communiter in Regno ſunt ex pacto; & prouidentia hæreditaria.*

75 *Regula, quæ dictat hæredẽ non poſſe venire contra factum ſui prædeceſſoris, declaratur, & nu. 84.*

76 *Viuo*

76 *Viuo alienante filius non habet feuda, vt hæres patris; ſed ex prouiſione legis.*

77 *Duplex ius reuocandi competit agnato, alterum viuo alienante iure protbomiſeos, alterũ poſt mortem iure ſucceſsionis abſque pretij reſtitutione.*

78 *In reuocatione, quæ fit viuo alienãte iure protbomiſeos, non procedit regula, quòd hæres non contrauenit facto defuncti, tàm in feudo hæreditario, quàm non hæreditario.*

79 *In exercitio iuris retractus an conſideretur contrauentio facto alienatoris, vel potius confirmatio.*

80 *Retractus competit perfecta iam alienatione, & contractu.*

81 *Filius, ſiue agnatus retrahendo non impugnat alienationem.*

82 *Immò aſſentit; ſed vult tantùm præferri.*

83 *Reuocatione ſequuta ex iure retractus ab agnato proximiori, nec alienans, nec eius hæres tenebitur de euictione.*

84 *Agnatus proximior etiam poſt mortem alienantis, imò adita eius hæreditate, poſſet exercere ius protbomiſeos contra emptorem.*

85 *Niſi defunctus potuiſſet vendere, & obligare rem propriam ſui hæredis.*

86 *Qui poſt aditam hæreditatem defuncti facto contrauenire nequit.*

87 *Tum magis in alienatione facta de re propria teſtatoris, quam hæres potuiſſet iure proprio acquirere poſt alienantis mortem.*

88 *Agnatus proximior tempore alienationis, nõ ſemper eſt proximior tempore mortis alienantis.*

89 *Ratio cur in feudo nouo etiam ex pacto, & prouidentia ceſſet prælatio.*

90 *Ius protbomiſeos vnde ortum duxerit, & an eius ratio vigeat, ita in feudo hæreditario, quemadmodum in non hæreditario nu. 102.*

91 *Ratio cur agnato proximiori competat ius retrahendi feudum alienatum.*

92 *Agnato proximiore non retrahente, ſequens in gradu quantumuis remotior admittetur.*

93 *Contra ſentientium ratio retorquetur.*

94 *Poſſeſſor feudi non hæreditarij non poteſt de eo diſponere in præiuditium agnati, & quando.*

95 *Poſſeſſor huius feudi eius vita durante diſponit de eo ad libitum inuito ſucceſſore.*

96 *Poſſeſſore viuo nullum ius competit futuro ſucceſſori.*

97 *Viuo alienatore non poteſt proximus agnatus reuocare feudum.*

98 *Cui nullum fit præiuditium viuo alienatore.*

99 *Quod declaratur in reuocatione, quæ fit abſque pretij reſtitutione.*

100 *Agnato, cui nullum ius competit in feudo viuo alienante, competit ius protbomiſeos refuſo pretio.*

101 *Poteſtas diſponendi, quam habet feudatarius de feudo inuito ſucceſſore, non conſideratur in materia iuris protbomiſeos, & num. 114.*

102 *Ius protbomiſeos competit in vita non poſt mortem alienantis.*

103 *Stan-*

103 *Stante ſtatuto, quo concedatur facultas alienandi feudum ex pacto, & prouidentia, an agnatus proximior perdat ius retractus.*

104 *Feudatarius poteſt diſponere de feudo in præiuditium ſucceſſoris quò ad ius ſuccedendi, non quò ad ius retrahendi.*

105 *In retractu an conſideretur tãtùm iuſtus valor, vel etiam pretium carius propter affectionem, aut alia ex cauſa.*

106 *Andreæ Iſernienſis doctrina declaratur.*

107 *Quid in reuocatione poſt mortem.*

108 *Ex reuocatione competenti poſt mortem non rectè infertur ad reuocationem, quæ competit in vita iure prothomiſeos.*

109 *Declarantur Cannetius, & Intrigliola poſt Zaſ. Brun. Cephal. & Craſſ.*

110 *Feudum omnino hæreditarium habetur, ac ſi eſſet res burgenſatica.*

111 *Proinde eſt tranſitorium ad omnes omnino hæredes, & ſucceſſores non tantùm ſanguinis; ſed etiã extraneos tàm vniuerſales, quàm ſingulares.*

112 *Feudum mixtum, in quo habent locum omnia iura feudalia, an et quomodo differat à feudo ex pacto, & prouidentia.*

113 *Feudum omnino hæreditarium remanet ſub correctione l. dudum, C. de contrab. empt.*

114 *L. dudum an comprehendat feuda.*

115 *Paris de Puteo declaratur.*

116 *Quid in re particulari feudi conceſſa pro ſe, & hæredibus.*

117 *Differentia inter feudum hæreditarium, & rem particularem feudi eo modo conceſſam.*

118 *In qua habent locum iura communia.*

119 *Ius prothomiſeos an habeat locum in feudo hæreditario, vbi tamen viget talis vſus tantùm.*

120 *Differentia inter filium, & agnatum in reuocando an ſubſiſtat*

121 *Andreæ dictum circa loci conſuetudinem declaratur.*

Væritur in ſupremo Regio Collaterali Conſilio inter Iuliam Muſcettulam actricem ex vna, & Mutium Simonettum conuẽ-
1 tum ex altera, vtrum in feudis habeat locum ius prothomiſeos, ſeù ius prælationis in venditione feudi facta à conſanguineo pro eodem pretio? Quę quidem quęſtio prima facie videtur ſuperflua, & infructuoſa: quia de iure
2 communi feudorum ſunt aperta iura, quæ hoc ius prothomiſeos admittunt in ipſis feudis, prout eſt text. in cap. 1. §. Titius, ſi de feud. defunct. milit. in cap. 1. §. porrò, per quos fiat inueſt. & in cap. 1. §. ſed & res qualit. olim poter. feud. alien. quæ quidem iura non reperiuntur correcta de iure municipali huius Regni, ergo fruſtra dubitatur de hac quęſtione, quæ habet iura tàm aperta pro ſua deciſione.

Sed quia Doctores tàm variè locuti ſunt circa intellectum prædictorum iurium, vt ex eorum dictis magna confuſio apud nos orta ſit, iccircò operæpretium eſſe duxi, hanc mihi diſputationem potius ſemel aſſumere, quàm multoties ſuper indagatione veritatis inſudare.

In duo igitur capita hanc quęſtionem diuido, quorum primum eſt, an ius hoc
3 prothomiſeos, quod certum eſt dari in feudis, competat, tàm filio alienantis, quàm agnato proximiori: ſecundum verò

4 rò an procedat nedum in feudo ex pacto, & prouidentia; ſed etiam in feudo hæreditario.

Quò ad primum caput tres reperio Doctorum ſententias difformes: nam aliqui fuerunt in opinione, quod filij tantum alienantis poſſint retrahere feudum à patre alienatũ in eius vita ſoluto pretio: agnati verò nequaquam, quaſi quod
5 filij tanquam quaſi Domini etiam in vita patris plus iuris habeãt in ipſo feudo, quàm agnati: ita explicat Andr. in d. S. Titius, verſ. quod ſi Titius, quem ſequitur ibi Præpoſ. & latè Clar. in S. feudum q. 42. & alij, qui etiam fatentur communem.

Alij verò fuerunt in opinione protſus contraria, vt ſcilicet etiam agnato in vita alienantis competat ius hoc retractus refuſo pretio, cuius opinionis Author reputatur Bald. in d. S. Titius, & alij, qui eum ſequuntur.

Alij denique diſtinctionis fœdere cō-
6 trouerſiam hanc abſoluerunt, vt ſcilicet, ſi feudum ſit alienatum in agnatum, qui non ſit proximior, agnatus proximior nullo modo poſſit retrahere in vita alienantis: quia feudum non exijt de agnatione, ſi verò ſit alienatum in extraneũ, tunc incontinenti agnatus poſſit retrahere refuſo pretio, ita diſtinguit Thom. de Marin. lib. 2. tit. de feud. ex pacto, & prouid. nu. 68. Sonsbec. de feud. par. 13. num. 117.

Ad dignoſcendum modò, quæ ex tribus his ſententijs verior ſit, elaboran-
7 dum eſt ſuper intellectu text. in d. S. Titius in verſ. quod ſi Titius, ſi de feu. defunct. cont. ſit, in quo text. Andr. Auriga noſter, & author primæ ſententiæ illam fundauit, præſupponit enim Andr. quod dùm in princ. illius text. expreſsè diſponitur, quòd Sēptonius proximior agnatus non poſſit reuocare feudum à Titio alienatum, niſi demùm mortuo filio, ex his verbis agnatus ſit excluſus, & dùm in verſ. quod ſi Titius ſubnectitur, quòd ſi Titius habeat filios etiam viuo Titio pretio reddito poſſit feudum recuperare, hic verſ. intelligatur de filijs tantum alienantis, non autem de agnatis, & proptereà Andreas filijs conceſsit ius retrahendi in vita patris pretio ſoluto, agnatis non niſi poſt mortem alienantis abſque pretio; ſed hic intellectus tantum abeſt à vero illius ſenſu, vt potius in eo totum contrarium probetur, ſiquidem in terminis illius text. quæritur de feudo ex pacto, & prouidentia alienato à poſſeſſore etiam cum conſenſu Domini; ſed abſque conſenſu agnati proximioris, &
8 diſputatur, quod remedium competat agnato proximiori pro recuperatione feudi, & in prima parte diſponitur, quod ſi vult illud recuperare abſque ſolutione pretij, non poteſt, niſi poſt mortem alienantis: nam cum alienans non potuerat de tali feudo diſponere, niſi durante eius vita, reſoluto iure ipſius alienantis per mortem reſoluitur ius emptoris, & ſequuta morte admittitur proximior agnatus abſque refuſione pretij: quia venit ex propria perſona vocatus ex pacto primi acquiſitoris, & ex prouidentia Principis concedentis: in ſecunda verò parte ibi, quod ſi Titius, diſponitur, quod ſi vult feudum recuperare reſtituto pretio, poteſt etiam viuo Titio alienante, & ſic
9 ille text. ſemper loquitur in agnato, non autem in filio, & ſucceſsiuè dùm Andr. ex illo text. conſtituit differentiam inter filium, & agnatum, in eo text. non probatur eius ſententia, prout benè aduertit Albert. Brun. conſ. feud. 80. nu. 15. in fin. verſ. & quia conſiderata veritate, dùm ait, quòd conſiderata veritate hæc opin. Andr. non probatur in d. S. Titius.

Imò idem Albert. Brun. in eod. conſ. nu. 13. ait, quod ſupradictus intellectus à me relatus eſt magis communis, & eſt
10 amicus literæ: quia illa dictio, quod ſi, licet ſit aduerſatiua, aduerſatur ſub eiſdem qualitatibus, & illa verba, quod ſi conſentit, demonſtrant, quòd ſermo ſit continuatus in perſona proximioris agnati, non filij: nam terminus, filios, in numero plurali prolatus, congruè non poſſet adaptari illi verbo, conſenſit in fine poſito, nec illa pluralitas poſſet cōuenire verbo, recuperare poteſt.

Et ſic patet, quòd prima ſententia
fulcita Andreæ authoritate non proba-
tur in eo text. imò expreſsè conuincitur,
& habet alia iura aperriſſima in contra-
rium, tùm in d. §. ſed & res, per quos fiat
11 inueſtitura, vbi agnato proximiori ne-
dum datur ius retractus refuſo pretio e-
tiam in vita alienantis poſt contractum
perfectum; ſed etiam ius prohibendi, ne
vendat alteri, quàm ſibi, vel proximiori
agnato, tùm etiam in d. §. porrò, qualit.
olim pot. feud. alien. ibi prohibendo au-
tem, vel redimendo.

Tertia verò ſententia fundata in illa
diſtinctione Thomæ de Marinis inter a-
lienationem factam in agnatum remo-
tiorem, vel in penitus extraneum, mani-
feſtè detegitur falſa ex eodem §. Titius,
12 vbi alienatio, erat facta in agnatum re-
motiorem, & tamen agnato proximiori
datur ius retrahendi refuſo pretio etiam
viuo alienante.

Quo fit vt exploſis prima, & tertia
ſententijs emergat indubitata ſecunda
13 ſententia illorũ, qui tenent agnato pro-
ximiori dari hoc ius retractus iure ſan-
guinis, ſeù prothomiſeos etiam viuo a-
lienatore refuſo tamen pretio intra an-
num, quæ quidem ſententia, prout veriſ-
ſima eſt in ſe præcitatis iuribus, ita eſt
frequentiſſimo DD. calculo approbata,
quorum anteſignanus eſt

1 Iacob. Beluiſ. in d. §. Titius in princ. verſ. nota hic.

2 Martin. Laudenſ. ibidem num. 23. & conſ. 119. nu. 19. & 36. in fin. inter conſ. feud. diuerſ.

3 Bald. in d. §. Titius in figuratione caſus, & in d. §. porrò nu. 4. verſ. ſed ego dico qual. feud. olim pot. alien. & conſ. 276. nu. 2. vbi latè vol. 5.

4 Præpoſ. ipſe, qui cum Andr. tranſie-rat in d. §. Titius col. 1. circa med. verſ. vnde intelligo.

5 Afflict. in d. §. porrò, quem legit cum §. donare nu. 70. & nu. 18.

6 Zaſ. de feud. par. 9. fal. 7. nu. 30. verſ. ſi tamen.

7 Hãnet. de feu. lib. 3. c. 7. verſ. & ideo.

8 Cuiac. in d. §. Titius.

9 Borcholt. de feud. cap. 8. nu. 149.

10 Marth. Vueſemb. damn. mem. conſ. 54. nu. 3. vbi ait, quod ita vſus obſeruat.

11 Miſinger. cent. 4. obſeru. 85. nu. 6.

12 Io. Kopen. German. deciſ. 54. num. 51. cum ſequ.

13 Andr. Fachin. cont. iur. lib. 7. cap. 11. appoſitiſſimè, & cap. 9. verſ. ſecundò notandum, & verſ. tertiò multi.

14 Hartm. Piſtor. latiſſimè lib. 2. par. 1. q. 11. nu. 11.

15 Cuma in cap. ſi aliquem num. 361. verſ. ſed in cõtrarium, dum pro hac opi-nione citat d. §. ſed & res, & ſubdit vide, & cogita.

16 Cephal. conſ. 133. nu. 20. verſ. dico etiam vol. 1.

17 Schrad. de feud. par. 8. cap. 7. num. 21. verſ. ego tamen cum ſeqq. vbi latiſſi-mè comprobat.

18 Intrigliol. de feud. cent. 2. att. 32. nu. 3. qui citat etiam adhoc

19 Roſenthall. in Sinopſ. feud. cap. 9. concl. 127. in fin.

20 Thoming. deciſ. 43.

Quo fit vt hæc ſententia ſubſiſtat in-
concuſſa non minus iuribus, quàm gra-
uiſſimorum Doctorum authoritatibus.

Abſoluto igitur hoc primo capite ag-
gredior ſecundum, in quo quæritur, an
14 concluſio hæc procedat nedum in feu-
do ex pacto, & prouidentia; ſed etiam in
feudo hæreditario.

Qui tenent opinionem quod nõ pro-
cedat in feudo hæreditario vtuntur ra-
tionibus, & Doctorũ authoritatibus. Pro
rationibus conſiderant primo loco, quòd
15 cum feudum ſit hæreditarium, non po-
teſt illud citra ius, & nomen hæredis ha-
16 beri, hæredi autẽ non permittitur, ꝙ ve-
niat cõtra factũ ſui prędeceſſoris ex reg.
legis cũ à matre C. de rei vẽd. ergo &c.
17 Secundò conſiderat, ꝙ indubitati iu-
ris eſt, hanc prælationem non competere
agnatis in feudo etiam ex pacto, & pro-
uidentia, quando eſt nouum, vt voluit
Andr. in d. §. Titius, & paſſim alij ſequũ-
18 tur, ꝙ non eſt ex alio, niſi quia illud ha-
bet vim hæreditarij, imò per oĩa hæredi-
tarium cenſetur, ergo à maioritate rõnis

idem

idem concludendum erit in feudo de ſui natura hæreditario,& ab initio formato, & erecto cum qualitate hæreditaria.

Tertiò addunt maximam diuerſitatis rationem inter feudum ex pacto,& prouidentia, & feudum hæreditarium:
19 nam in eo agnatus proximior ſuccedit poſt mortem alienantis ex perſona propria velit,nolit, alienans, & dum poſſeſſor vult illud alienare in vita, agnatus
20 proximior poteſt meritò præferri: quia nil aliud eſt, quàm anticipare tempus ſucceſſionis, & ratione iſtius præuentio-
21 nis tenetur ſoluere pretium, quòd non teneretur ſoluere poſt mortem alienantis, at in feudo hæreditario ſecus eſt:
22 quia poſſeſſor habet poteſtatem diſponendi cum aſſenſu Domini, & non po-
23 teſt conſiderari in agnato proximiore aliquod ius reuocandi iure proprio poſt alienantis mortem, ergo cum omnia iura feudorum,quæ dant hanc prælationem agnato proximiori, loquuntur in feudo ex pacto, & prouidentia, non mirum ſi de vno ad aliud non poteſt inferri extendendo eadem iura ad feudum hæreditarium.

Quartò, & vltimò magnifaciunt iniquitatem, ſeu abſurdum, quod dicunt reſultare ex hac opinione nempè impedimentum liberi commercij,& liberę diſpoſitionis rei ſuæ contra text. in l.2. ff. ſi quis à parent.fuer.manum,& l.in remandata C.mand.

Pro authoritatibus verò Doctor. citant.

1 Andr.in d.§.Titius,vbi ait in eo tex. poſitum eſſe caſum in feudo ex pacto,& prouidentia.

2 Afflict.in eod.§.Titius nu.4.

3 Alex.conſ.26. nu.9. verſ.non obſtat lib. 5.

4 Zaſ.de feud.par.8. nu.61.

5 Albert. Brun. conſ. 80. inter conſ. feud.diuerſ.

6 Cephal.conſ.133.

7 Michael de Craſſ. commun. opinio. quæſt. 25.

8 Intrigl.de feud.cent.1.q.51.nu.11.

9 Cannet.in cap.volentes §. proſpexit etiam num.11.

His ego addo

10 Frecc.de ſubfeu. lib.3. diff.2.inter feud.ex pacto,& hæred.fol.mihi 439.

11 Parid.de reintegr. feud. cap.incip. an ſi vendantur res feudales in fine fol. mihi 133.

At ego contrariam opinionem omni-
24 nò veriorem eſſe affirmo,vt ſcilicet prælatio hæc iure prothomiſeos,ſiuè ſanguinis concedatur agnato proximiori non minus in feudo hæreditario, quàm in feudo ex pacto,& prouidentia,quam veritatem, vt facilius veluti digito omniũ oculis ſubijciamus, neceſſe eſt, vt prius, & ante omnia abſoluamus,quod dicatur feudum ex pacto,& prouidẽtia, & quod hæreditarium. Et vt paucis rem ipſam medullitus perſtringamus, veritas eſt,
25 quod feudum ex pacto,& prouidentia dicitur illud, quod eſt conceſſum alicui pro ſe,& liberis,vel deſcendentibus Andr.in cap.1.nu.7.de ſucceſſ.feud. & in
26 cap.1.nu.10.an agnat. & dicitur feudũ ex pacto: quia acquirens per pactum ſpetiale voluit proſpicere nedum ſibi,verum etiam omnibus ſuis liberis, ſeù deſcendẽtibus ordine ſucceſſiuo,dicitur ex
27 prouidentia concedentis:quia concedẽs feudum voluit prouidere nedum primo acquirenti;ſed omnibus illius liberis,ſeù deſcendentibus: ita formaliter declarat Camer.in cap. Imperialem §. præterea ducatus cart.mihi 94. col.3. lit.N, cum pluribus ſeqq. & hoc caſu dicitur feudũ ex pacto, & prouidentia ſimplex non
28 hæreditarium,quod ſi in conceſſione ſit adiecta dictio, hæredibus, nempè:quia cõceſſio ſit facta pro ſe, & liberis,ſeù deſcendentibus hæredibus,tunc illa dictio, hæredibus,alterat qualitatem feudi ſimplicis,& recti,& erit feudum ex pacto,& prouidentia hæreditarium, ita vt non propterea deſinat eſſe feudum ex pacto, & prouidentia; ſed erit hæreditarium,& inter feudum ex pacto, & prouidentia

non hæreditarium,& hoc feudum ex pa-
cto,& prouidentia hæreditarium hęc eſt
29 differentia: quia in illo primo quilibet
ſucceſſor ſuccedit ex propria perſona,
nec opus habet, vt ſit hæres vltimi de-
functi,ſufficit enim ſibi pactum primi ac-
quirentis; & prouidentia concedentis
30 ſub illa forma, in qua tot cenſentur eſ-
ſe conceſſiones,quot ſunt perſonæ, quæ
ordine ſucceſsiuo ſuccedunt, iuxta text.
in l.quoties C.de donat.quæ ſub modo.
At in hoc ſecundo ſucceſſor tenetur eſſe
hæres vltimi defuncti, ita vt abſque il-
la qualitate hæreditaria nullo modo poſ
ſit ſuccedere, vt idem Camera. ibidem
declarat cart.mihi 96. litera B,verſ.quo
verò ad ſecundum per tres colum.& in
cap.1.an agnat. in princip. ſiuè in rubr.
num.47. verſ.oppono quintò, & iterum
in prima queſt. num.8. verſ.quæro ergo
iterum fol.mihi 400. poſt Andr. in cap.
1. nu.1. verſ.ſecus ſi eſſet hæreditarium
de alien.feud.pat.ex quibus patet,quod
31 feudum ex pacto,& prouidentia eſt du-
plex,alterum non hæreditarium,alterum
verò hæreditarium.

32 Feudum verò hæreditarium ſimiliter
eſt duplex,alterum omnino hæreditariũ,
alterum verò non omninò hæreditariũ;
33 ſed mixtum pro parte ſcilicet ex pacto,
& prouidentia, pro parte verò hæredita-
34 rium.Feudum omnino hereditarium di-
citur illud,quod eſt conceſſum pro ſe, &
hæredibus quibuſcunque:quia per hanc
35 formam conceſſionis tranſit ad quoſcũ-
que hæredes etiam extraneos, vt eſt cõ-
munis feudiſtarum theorica relata per
Clar.in §.feudum q.9. verſ.hoc præmiſ-
ſo,Thom. de Marin. in rubr.de feud.hæ-
red.per tot.& præſertim nu.23. Andr.Fa
chin.controu.iur.lib.7.cap.6.Hartm.Pi-
ſtor.lib.2.par.1.q.1.nu.37.vſque ad 41.

36 Feudum verò mixtum dicitur illud,
quod in præcedenti cõcluſione cum Ca-
merario dixi eſſe feudũ ex pacto,& pro-
uidentia hæreditarium, participat enim
37 de feudo ex pacto,& prouidentia: quia
in eo non poteſt ſuccedere quilibet hæ-
res etiam extraneus; ſed is tantum, qui
ſit de liberis,& deſcendẽtibus primi ac-
quirentis,tanquam vocatus ex pacto ac-
quirentis, & prouidentia concedentis,
38 participat de feudo hæreditario: quia
ille deſcendens, qui vult ſuccedere in
hoc feudo tenetur eſſe hæres vltimi de-
functi,& abſque illa qualitate hæredita-
ria non poteſt ſuccedere; propter hanc
39 igitur mixturam vtriuſque qualitatis di-
citur feudum mixtum, prout latè expli-
cat Intrigliol.de feud.cent.1.q.49.& an-
te eum mixtum hoc feudum appellauit
Frecc.de ſubfeud.lib.3. tertia formula
in fine,fol.mihi 418. 2.col.non tamen
me latet, quod Camer.in c.1.an agnat.
in 1.q. nu.44.& ſeq.fol.mihi 414.aliter
declarauit feudum mixtum; ſed ea de-
claratione nunc non vtor: quia non de-
ſeruit caſui meo, ſufficit illud mihi de-
clarare, prout intelligunt DD. qui eo
vocabulo vtuntur,ſecundum quos patet,
40 quod hoc feudum mixtum eſt vnum,&
idem cum feudo ex pacto, & prouiden-
tia hæreditario.

Adeò quod quatenus ad rem noſtram
41 attinet feuda ad tres tantum ſpeties re-
duci poſſunt;quia aliqua ſunt feuda om-
nino hæreditaria,quæ tranſeunt ad quẽ-
libet heredem etiam extraneum,& de
hoc loquitur text. & DD.in cap.1. de
feud.nõ hab.propriam feud.nat. Aliqua
ſunt feuda ex pacto, & prouidentia non
hæreditaria,de quibus ſunt plenę cõſue-
tudines feudales.Aliqua demũ ſunt feu-
da ex pacto, & prouidentia hęreditaria,
ſeù feuda mixta,de quibus loquitur text.
in cap.1.in fin. qui ſucceſſ.feud.dar.ten.
& in cap.1. in fin.apud quem, vel apud
quos, quæ iura ad id adducit Camer.in
c.imper.§.pręterea ducatus car.mihi 96.
lit.N.vſque ad lit.P,&in c.1.ante n.34.
verſ.quod aũt,an agn.Ego vltra Camer.
addo text.cum gl.in cap.1.qui ſucc.ten.

Quibus ſic præcognitis vlterius ad-
42 uerto,quod in hac ſpetie feudi ex pacto
& prouidẽtia hęreditarij omnia concur-
rũt,quę in feudo ex pacto,& prouidẽtia
non hęreditario conſiderantur: ita vt ẽt
43 in hoc feudo hęreditario vnus alteri p̃-
iudicare non poſſe,quemadmodum & in
feudo nõ hęreditario ẽt cum Dñi aſſenſu
iux-

iuxtà text.in cap. 1. de alien. feud. pa-
44 ter. Sed intuendo, & conſiderando formam cōceſſionis, per quam in feudo hęreditario is, qui ſuccedit, tenetur eſſe hęres in ipſo feudo vltimi defuncti,propter pactum ab initio generationis ipſius feudi expreſſum,ipſe ſucceſſor non reuocabit,quod à prædeceſſore factum eſt, arg.l.cum à matre C.de rei vend.& l. Ius ſepulchri C. de religio. & ſumpt. fun. ita poſt Andr.in d.cap. 1. de alien. feud.pater.& in cap.1. nu.7. de ſucceſſ. feud.declarat adamuſſim Camer.in d.§. præterea Ducatus cart.96.lit.K,& L.

Ex qua notabiliſſima Camerarij doctrina illud vnum reſultat maximi momenti in hac quæſtione, quod omnia
45 iura feudorum loquentia in feudis non hæreditarijs,habent locum in feudis hęreditarijs,niſi quatenus repugnaret illa
46 qualitas hæreditaria, quæ in eo tantum conſiſtit, vt ſcilicet ſucceſſor teneatur habere ratum factum defuncti,& illi non poſſit contrauenire,quod iterum repetijt Camer. in cap.1. an agnat. in 1. quæſt. nu.42.in fin.& 43. fol.mihi 405.

His quàm breuiùs potui prælibatis meam concluſionem ſuperius affirmatam,vt ſcilicet ius prothomiſeos competat agnato, tàm in feudo hæreditario, quàm in feudo non hæreditario, primò
47 declaro, vt procedat non in feudo hæreditario omninò;ſed in hoc feudo,quod eſt ſimul,& ſemel ex pacto,& prouidentia, & hæreditarium, & dicitur hæredi-
48 tarium ad differētiam alterius feudi ex pacto, & prouidentia non hæreditarij, ratione de qua infra; ſecundò eandem concluſionem confirmare intendo iuribus, rationibus, & authoritatibus.

Pro iuribus contentus ero illis tribus iuribus à principio adductis nempè tex. in §.Titius, ſi de feud.defun.cont. ſit in §. ſed & res per quos fiat inueſt. & in §. porrò qualit.olim feud.poter.alien. quæ de per ſe ſatis perſpicua ſunt, & alia inductione non egent.

Nec dicatur, quòd illa iura procedūt in feudo ex pacto,& prouidentia, non autem in feudo hæreditario : nam ſi vera eſt concluſio,quam proximè excerpſi à Camer. vt ſcilicet omnia iura feudalia, quæ loquuntur in feudis non hæreditarijs, procedant etiam in feudis hæreditarijs, niſi quatenus ſucceſſor teneatur habere ratum factum defuncti, prout eſt veriſſima, vtique ſufficit mihi, quòd prædicta iura loquantur in feudo ex pacto, & prouidentia, non hæreditario: nam tunc ſequitur ſtatim, quòd habeant locum etiam in feudo hæreditario, & re vera hæc concluſio non poteſt tergiuerſari: nam videmus,quod omnes Feudiſtæ, & præſertim noſtri Regnicolæ in materia horum feudorum hæreditariorum, quæ ſummoperè vigent in hoc Regno,non vtuntur alijs iuribus,quam eiſdem conſuetudinibus feudalibus,quæ loquuntur in feudis non hæredirarijs.

49 Quod autem illa qualitas hæreditaria non inducat diuerſam rationem decidēdi circa ius prothomiſeos in his feudis hæreditarijs à feudis non hæreditarijs, inferius in reſponſionibus ad contraria apertè demonſtrabo.

Vltra quòd, etiam attenta forma iu-
50 ris communis, feuda potius præſumuntur hæreditaria, quàm non hæreditaria:
51 quia forma iuris communis eſt, tibi, & hæredibus,vt voluit Andr.in cap.1. col. 3. de alien.feud.pat.& in Conſtit. vt de ſucceſſionibus,quem ſequitur Frecc. lib. 3. diff. 16. verſ.hæc eſt forma iuris communis fol.mihi 444.de differ.inter feud.
52 ex pact. & hęred. Ergo illa iura cum ſint ius commune feudorum, potius ſunt
53 interpretanda in feudis hæreditarijs, quàm in feudis non hæredirarijs; ſed nō eundo per mēdicata ſuffragia,quod tex.
54 in d.cap.Titius,ſi de feud.defunct.cont. ſit loquatur etiam in feudo hæreditario, apertè ſentit Frecc. in 31. formula inter feud.ex pacto,& hæreditario, propè fin. fol.mihi 451.vbi referens diſpoſitionem
55 dicti text. quod ſcilicet filius reuocat alienationem factam à patre ſoluendo pretium,aſſignat rationem: quia alio iu-
56 re venir,vt alius,& ſubdit, & hæres poteſt reuocare iure proprio rem venditam à defuncto, licet ille non potuiſſet : ecce

igitur quod Freccia intelligit illum tex.
in filio hærede, ergo in feudo hæredita-
rio, clariùs idem Frecc. in 25. differ. inter
feud. ex pacto, & hæred. verſ. hęc credo,
fol. mihi 454. col. 1. in fin. & col. 2. in
princ. vbi in ſpetie agens de dicto §. ſed
57 & res, ait, quod de vtroque feudo ſiuè
ex pacto, & prouidentia, ſiuè hæredita-
rio eſt eadem cenſura, vbi non repetitur
aliqua particularis differentia.

Pro rationibus verò illam primo lo-
58 co affero, in qua eſt fundata diſpoſitio
d. §. Titius cum alijs iuribus feudalibus
ſuperius citatis, quæ quidem iura dant
prælationem agnato proximiori in feu-
dis venditis, non ea ratione, vt bona te-
maneant in familia; ſed potius ratione
honeſtatis, vt optimè declarat Cuiac. in
d. §. Titius, quæ quidem honeſtas in eo
conſiſtit, ne bona, quæ fuerunt maiorum
noſtrorum, ad alienas manus quàm pro-
ximiorum perueniant, quę honeſtas tan-
59 ti fuit extimata in iure, vt ex ea reſul-
tet notabile intereſſe in perſonam pro-
60 ximioris, quod ei, ſi minor fuerit, præbet
iuſtam cauſam reſtitutionis in integrum,
61 quæ non niſi data enormi læſione ei cō-
cedi ſolet, ita conſtat ex text. in l. ſi in
emptionem ff. de minoribus, coniuncta
l. ſcio ff. de in integ. reſt. minor. & reaſſu-
mit Tiraq. in præfat. ad retract. conſang.
nu. 34. & ſeq.

Hanc rationem ad viuum comprobāt
diuerſa iura communia, & præ cęteris
text. in l. libertus, qui ſoluendo ff. de bon.
62 lib. vbi licet aliàs adire hæreditatem,
quæ non ſit ſoluendo, ſit damnum pati,
tamen ſi quis adeat hęreditatem, quan-
tumuis non ſit ſoluendo, ob id tantum
intereſt ſua adire, quod in ea prædia
63 ſint aliqua, in quibus maiorum ſuorum
ſepulchra ſunt.

Ad idem optimè congruit text. in l.
1. §. & alias videmus ff. ſi quid in frau-
64 dem patr. vbi datur patrono ius reuo-
candi prædium à liberto alienatum, in
quo vel ipſe educatus fuit, vel parentes
ſepulti ex hoc ſolo intereſſe, etiamſi in
pretio nulla fraus adhibita fuerit.

Adſtipulatur ſolidiſsimè text. in l. qui
officij ff. de contrah. empt. & in l. milites
prohibentur ff. de re milit. quibus caue-
65 tur, quod licet qui in Prouincia militat,
aut Rempubl. adminiſtrat graue delictū
committat; ſi ibi prædium comparaue-
66 rit, tamen ceſſat omne delictum, ſi emat
prędia paterna; tantum igitur eſt hoc
intereſſe, nè bona maiorum noſtrorum
exeant à manibus proximiorum, vt quod
aliàs erat grauiſsimum delictum, ex de-
licto efficiatur non delictum.

Idipſum ſupra omnes cōſiderauit im-
per. in l. lex, quæ tutores C. de adminiſt.
67 tut. vbi prohibetur tutoribus alienatio
immobilium pupillarium ex hac ſola ra-
tione expreſſa verbis ſatis concinnis, &
prægnantibus, ſcilicet maxima habenda
eſt eius domus ratio, in qua pater defe-
cit, filij creuerunt, in qua maiorum ima-
gines, aut non videre fixas, aut videre
reuulſas, ſatis lugubre eſt.

Hæc ratio, nè ſcilicet bona maiorum
noſtrorum perueniant ad manus alienas,
quàm proximiorum vtique militat, ita
in feudo hęreditario, quemadmodum in
feudo non hęreditario, ergo idem ius
ſtatui debet in vno, quod in alio.

Secunda ratio apud me maximi pon-
deris ea eſt, quod ſcilicet ante l. dudum,
C. de contrah. empt. certum eſt, quod ius
68 prothomiſeos habebat locum ex mero
iure in omnibus bonis, prout fundat Ti-
raqu. in præfat. ad tract. de retract. con-
ſanguin. tàm per iura à me ſuperius ad-
ducta, quàm per diuerſos textus veteris
teſtamenti, quos reaſſumpſit in nu. 7. Su-
peruenit poſtea dicta lex dudum, quę
69 ſubſtulit hoc ius prothomiſeos, auferen-
do illam neceſsitatem, quam habebat
venditor vendendi rem alteri retrahenti
inuitus, vt probat Tiraq. in d. præfat. nu.
22. 23. licet aliqui hoc negauerint, quos
recenſet idem Tiraq. ibidem nu. 16. vi-
dendum eſt modò an dicta l. dudum
70 comprehendat etiam feudalia, & vti-
que circa hoc non eſt vagandum, nam
l. dudum fuit condita ab Imper. Valen-
tino, Theodoſio, & Arcadio; ſed Imp. Fe-
dericus, Lotharius, & Conradus, qui cō-
ſuetudines feudales confirmauerunt, fue-

runt

runt longè poſt dictos Impp. conditores
l. dudum, vt probat Sonsbec.de feu. par.
13.nu.117.cum ſeq.ſequitur Hartm.Pi-
ſtor.de feud.lib.2.par.1. q.11. nu.9. Er-
go dum hi vltimi Impp. confirmando
conſuetudines feudales, ius hoc protho-
miſeos nedum non reprobauerunt;ſed il-
lud expreſsè approbauerunt in feudis,ſe-
quitur perneceſſe,quod illa l.dudum ni-
hil operetur in feudis, & remaneat hoc
71 ius prothomiſeos inconcuſſum in om-
nibus feudis cuiuſcunque ſint qualitatis,
non facta aliqua diſtinctione inter hære-
ditaria,& non hæreditaria,quippe quod
ſit fulcitum etiam authoritate iuris cō-
munis, quò ad ipſa feuda non correcti.

Pro authoritatibus verò Doctorū in-
1 cipiam à Regnicolis, quorū anteſigna-
nus erit Affli.in tract.de iur. prothomiſ.
in princ.illius Conſtit. nu.7. verſ.item
quæro,& in §.porrò, quem legit cum §.
donare nu.18. qualit. olim feud. poter.
alien. nec iuuat dicere, quod Affl.citat.
text. in d. §.ſed & res, qui loquitur in
feudo ex pacto,& prouidentia,& ſic de-
bet intelligi ſecundum legem, quam al-
legat: nam ſuperius demonſtraui tàm
d.§.ſed & res, quàm alia iura procedere
in feudo ex pacto,& prouidentia,ſiuè ſit
hæreditarium,ſiuè nō ſit hæreditarium;
ſed vt ceſſet omnis contradicendi occa-
ſio,ecce idem Affli.in cap.1.§.hoc quo-
que nu.56.de ſucceſſ. feud. vbi declarās
72 differentiam inter reuocationem, quæ
competit filio viuo alienatore,& eam,
quæ competit poſt mortem alienatoris,
ait, quod in reuocatione poſt mortem
requiritur,quòd feudum ſit ex pacto, &
prouidentia, & quod filius conficiat in-
uentarium; ſed in reuocatione in vita
ſufficit,quod feudum ſit antiquum,& ſic
non requirit illam qualitatem, quòd ſit
ex pacto,& prouidentia; ſed generaliter
procedit in quocunque feudo, dummo-
dò ſit antiquum,quod autem hæc quali-
tas antiquitatis ſit neceſſaria, inferius
patefiet.

2 Paris de reintegr.feu.cap.an ſi ven-
73 dantur res per totum, & ſignanter nu.
14. 15. fol.mihi 133. licet aduerſarij il-
lum citent pro opinione contraria, qui-
bus infra reſpondebo.

3 Iaſ.conſ.56.per totum vol.3.

4 Schrad.de feud.par.8.cap.7. nu.26.
in ſpetie.

5 Hartm.Piſtor. de feud. lib.2. par.1.
q.11. nu.20. verſ.id quod locum etiam
habet.

6 Iul.Clar.in §.feudum q.42. verſ.ſed
quia hæc materia,loquens in feudo mix-
to in ſpetie,quod eſt feudum hoc ex pa-
cto,& prouidentia hæreditarium, vt ſu-
perius declaraui.

7 Schurph. damnatæ mem. conſ. 82.
nu.2.in fin. cent.2.

8 Cannet.in extr.volentes in cap.pro-
ſpexit etiam Rex nu.17.in fin.& 18.dum
loquitur in feudo ex pacto,& prouiden-
tia mero,& mixto.

9 Intrigliol.de feud.cent.2.art.32.nu.
8.cum ſeq.qui ſimiliter loquitur de feu-
do mixto.

10 Gottofred.Anton. diſput.feud.10.
theſi 5.

11 Roſenthal.de feud.cap.9.memb.2.
nu.7.verſ.octauò.nota tom.1.

12 Fab.Ann. magnus feudiſta, & Re-
gius Conſiliarius obſeru.10.vbi ait,ſe
de hac opinione tanquam veriſſima nū-
quam dubitaſſe, neque vidiſſe peritos
feudiſtas dubitaſſe, quinimò recordari
eius genitorem in feudis verſatiſſimum
illam tenuiſſe.

Quò fit, vt hæc mea concluſio rema-
neat roborata iuribus,rationibus, & au-
thoritatibus Doctorum.

In contrarium adducta non obſtant;
nam quò ad primam illam rationem,
attinet,vt ſcilicet qualitas hæreditaria,
quæ ineſt in hoc feudo,efficiat,vt agna-
tus proximior non poſſit illud habere
citra ius,& nomen hæredis, & tanquam
hæres non poteſt venire contra factum
ſui prædeceſſoris,ex reg.l.cum à matre,
C.de rei vend. Ego fateor, quod regula
74 eſt vera in ſe, & fateor etiam, quòd ſi
hæc regula operatur, vt agnatus non
poſſit habere prælationem, ceſſabit in
hoc feudo ius prothomiſeos, quia ſupe-
rius etiam affirmaui ex doctrina Came-
rarij,

ratij, omnia iura feudalia, quæ loquuntur in feudo ex pacto, & prouidentia nõ hæreditario, habere locum etiam in feudo hæreditario, niſi quatenus in eo reſiſtat hæc regula, vt ſucceſſor in feudo nõ poſſit contrauenire facto ſui prædeceſſoris; ſed expreſsè contendo, hanc rationem nõ rectè applicari huic q. ſiquidem
75 illa ratio benè procedit, quando agnatus ſucceſſit iam defuncto, & effectus eſt eius hæres: nam tanquam hæres defuncti non poteſt eius actum impugnare. At nos loquimur in vita alienantis, & antequam agnatus ſuccedat, & ſit eius hæres, & antequam in eo conſiderari poſſit illa qualitas hæreditaria, quæ ei præbuiſſet impedimentum ad contraueniendum, & hoc eſt, quòd in ſpetie conſiderauit Iaſ. d. conſ. 56. nu. 25. vol. 3. Dum
76 reſpondendo huic motiuo, ait, quòd dũ alienans viuit, filius non habet feuda, vt hæres patris; ſed ex prouiſione legis, quam reſolutionem, vti ſolidiſſimam ſequuntur Schrad. d. cap. 7. nu. 2. & Hartman. Piſtor. d. nu. 20. q. 11. Et ideo cum
77 duplex ſit ius reuocandi, quod competit agnato vel alienatæ per feudatarium: alterum in vita ipſius alienantis per ius prothomiſeos reſtituto pretio: alterum poſt mortem alienantis iure ſucceſſionis abſque reſtitutione pretij, hæc ratio cõſiderata ab aduerſarijs benè operatur, vt ceſſet illud ius reuocandi poſt mortem in hoc feudo hæreditario: quia cũ agnatus iam ſit hæres, & tanquam hæres non poſſit contrauenire facto ab eius prædeceſſore, ceſſat illud ius reuocandi, quod ſecus eſt in feudo non hæreditario, in quo ſucceſſor non eſt hæres defuncti; ſed venit ex propria perſona, & non tenetur habere ratum factum illius, at in reuo-
78 catione, quæ competit in vita alienatoris iure prothomiſeos, hæc ratio ſumpta ex l. cum à matre, non procedit tàm in feudo hæreditario, quàm in feudo non hæreditario.

Immò pro corroboratione huius reſolutionis conſidero vnum quod eſt for-
79 tius, vt in hoc iure retractus nulla penitus cadat contrauentio facto alienatoris, immò potius confirmatio, ſiquidem
80 retractus tunc datur, quando eſt perfecta alienatio, & ipſe contractus, quo tem-
81 pore filius, ſiuè agnatus retrahendo nõ impugnat iam actum factum; ſed quia
82 eſt facta venditio, vult in ea præferri iure proprio ex prouiſione legis, quod
83 adeò verum eſt, vt ſequuta reuocatione ex hoc iure retractus ab agnato proximiore, nec alienans, nec eius hæres teneatur de euictione, vt tradit gl. & Doctor. in l. 1. C. de fideiuſ. minor. Ziſuent. in l. 70. Tauri. q. 20. in fin. latiſſimè docet Hartman. Piſtor. lib. 2. par. 1. q. 10. per totum, & Andr. Fachin. cont. iur. lib. 7. cap. 14. quod non aliunde fit, niſi quia nulla datur actus contrauentio.

Et eatenus hoc verum eſt, vt hac ra-
84 tione attenta poſſet agnatus proximior etiam poſt mortem alienantis, & adita eius hæreditate petere, & exercere hoc ius prothomiſeos contra emptorem prædicta iuris regula in aliquo non obſtante, vt expreſsè voluit Ziſuētes in l. Tauri
85 70. q. 20. ſed ex alio impeditur: nam defunctus potuit vendere, & obligare rem
86 propriam ſui hæredis, qui poſt aditam hæreditatem ei contrauenire non poteſt vt eſt text. in d. l. cum à matre, ergo mul-
87 tò fortius non poterit contrauenire alienationi factæ de re propria teſtatoris, quam ipſe hæres potuiſſet iure proprio acquirere poſt mortem alienantis, vt pulchrè explicat Andr. in cap. 1. §. hoc quoque nu. 7. de ſucceſſ. feud. & in cap. 1. §. & ſi libellum nu. 9. verſ. ſed quid ſi acquiſiuit, de alien. feud. pat.

Præterea ex alia conſideratione ceſſat illa prima ratio: nam non eſt certum
88 quod ille agnatus, qui eſt proximior tempore alienationis, ſit etiam proximior tempore mortis alienantis: nam de facili contingere poteſt, vel quod ipſe præmoriatur alienanti, & illius ſit alius hæres, vel quod interim alius naſcatur, qui præoccupet locum, & gradum illius agnati; ergo dum in ſuſpenſo eſt, an ipſe agnatus ſit futurus hæres, quomodo poteſt repelli ex qualitate hæreditaria, ne interim exerceat ius ſibi competẽs ex

proui-

prouiſione legis in vita alienantis? Certè nullo modo,& hanc rationem in effectu conſiderat Iaſ.in d.conſ.76.num.25. volum. 3.

Secunda verò ratio fundata in argu. deſumpto ex feudo ex pacto, & prouidentia;ſed nouo,vaniſſima, meo quidem exiguo iuditio, apparet, ſi conſiderabimus rationem differentiæ inter feudum nouum , & antiquum , ſiquidem ratio,
89 quare ceſſat prelatio in feudo nouo, quantumuis ſit ex pacto,& prouidentia, non ea eſt,quòd habet vim hęreditarij, vt Aduerſarij aſſeuerant;ſed quia cum non fuerit maiorum , ſed acquiſitum de nouo ab ipſomet alienante , ceſſat illud intereſſe, ne ſcilicet bona maiorum, in quibus lugubre eſt videre imagines maiorum refixas,vel reuulſas, vadant ad alienas manus,quàm proximioris,ex quo
90 intereſſe ortum eſt ius hoc prothomiſeos,vt ſupra fundaui , & ceſſante ratione non eſt mirum,ſi ceſſat legis diſpoſitio l.adigere §. quamuis ff. de iure patr. c. cum ceſſante extra de appellat.

Tertia ratio fundata in diuerſitate rationis inter feudum ex pacto,& prouidentia, & hęreditarium ictu oculi reſoluitur ex falſitate rationis in ea conſide-
91 ratę : nam ratio , per quam conceditur proximiori agnato ius retrahendi feudū alienatum, non conſiſtit in eo, quòd ſcilicet ipſe ſit futurus ſucceſſor etiam inuito alienante in feudo ex pacto, & prouidentia , non ſic in feudo hęreditario , de quo poſſeſſor poteſt diſponere cum aſſenſu inuito ſucceſſore : quia vt ſuperius animaduerti,non eſt certum , quod is,qui retrahit, ſit futurus ſucceſſor ; ſed ratio conſiſtit in intereſſe , quòd habet agnatus , ne bona ſuorum maiorum vadant ad manus alienas , vt ſupra latius probaui. Hinc eſt, quod ſi agnatus pro-
92 ximior non vult vti hoc iure retractus , tunc alius agnatus ei ſequens in gradu , quantumuis remotior,& non futurus ſucceſſor, poterit ipſe retrahere ex perſona ſua:quia etiam in eo viget illud intereſſe , ne bona maiorum vadant ad manus alienas,vt appoſitiſſimè fundat Io.Kope Germanus deciſ.54.nu.56. in fin. 57.& 58. Schrad.conſ.20.nu.41. Facchin.lib. 7.contr.iur.cap.17. quæ quidem ratio , ita reſpicit feudum hęreditarium,quemadmodum & non hæreditarium, ergo ceſſante diuerſitate rationis , ceſſare debet diuerſa iuris diſpoſitio , quam ex ea aduerſarij inducere intendunt.

Plus dico,quòd tantùm abeſt, vt non poſſit conſiderari ratio aliqua differentiæ inter feudum ex pacto , & prouidentia , & feudum hæreditarium, vt potius
93 totum contrarium manifeſtè conuincatur ex ipſamet ratione ab eis adducta : inquiunt enim,quòd ideo in feudo hęreditario nō datur ius prothomiſeos agnato futuro ſucceſſori:quia poſſeſſor habet poteſtatem diſponendi cum aſſenſu inuito ſucceſſore,quod non eſt in feudo ex pacto, & prouidentia ; & propterea in hoc agnatus poteſt reuocare, in eo verò nequaquam . Hæc ratio manifeſtè conuincit partem cōtrariam, & contra eam tali pacto retorquetur: verùm eſt, & in-
94 dubitatum,quod de feudo non hæreditario poſſeſſor non poteſt diſponere in præiuditium agnati futuri ſucceſſoris ; ſed hoc eſt poſt mortem poſſeſſoris: quia tunc extincto iure poſſeſſoris ſubintrat ſucceſſor iure proprio , at durante vita
95 ipſius poſſeſſoris vtique de eo poteſt diſponere ad libitum inuito ſucceſſore :
96 nam interim viuo poſſeſſore nullum ius habet futurus ſucceſſor , & propterea docuit Andr. in cap. 1. §. hoc quoque verſ.quærit hic gloſ.de ſucceſſ.feu.quod
97 viuo alienatore non poteſt proximus a-
98 gnatus reuocare feudum:quia illo viuo non cenſetur ei fieri præiuditium , intel-
99 ligendo de ea reuocatione , quæ datur abſque pretij reſtitutione,& tamē huicmet agnato , qui nullum ius habet in
100 feudo viuo alienante , datur ius prothomiſeos refuſo pretio ſecundum opinionem aduerſariorum, quando eſt feudum non hæreditarium ex pacto,& prouidentia , non obſtante quod de eo potuerit poſſeſſor diſponere durante vita tantum inuito ſucceſſore:ergo ex eadem ratione dandum eſt idem ius prothomi-

ſeos

ſeos in hoc feudo hæreditario, non obſtante, quod de eo poſſeſſor poſſit diſponere cum aſſenſu inuito ſucceſſore, quo
101 fit, vt poteſtas illa diſponendi, quam habet feudatarius de feudo inuito ſucceſſore, nullius ſit momenti in materia huius iuris prothomiſeos, quod competit
102 in vita, non autem poſt mortem alienantis.

Quod adeò indubitatum eſt, vt aliunde ſtatim emergat hæc veritas irrefragabilis, ſiquidem DD. in S. Titius ponūt
103 caſum, vtrum, ſi ex ſtatuto ſit conceſſa poteſtas alienandi feudum ex pacto, & prouidentia, agnatus proximior perdat illius ius retractus ſoluto pretio, qđ ſibi competit viuo alienatore, & vno ore reſpondent, quod non, & fatentur, quod adhuc agnatus proximior poteſt feudum retrahere ab emptore, ita tradunt ibi Bald, nu. 5. Præpoſ. circa fin. verſ. in gloſ. ſed nunquid hodie, Aluar. poſt num. 5. verſ. quæro cum gloſ. 1. Affli. nu. 85. Rauenn. propè fin. verſ. & nota ſingulariter, Paris de reintegr. in cap. an ſi vendantur res nu. 8. 9. fol. 133.

Si ergo quando feudatarius habet ex ſtatuto poteſtatem diſponendi de feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario: alienando illud in vita non præiudicat agnato proximiori in iure retractus, quomodo poteſt concedi, vt quando habet poteſtatem diſponendi ex qualitate hæreditaria alienando in vita præiudicet agnato, vt non poſſit retrahere? certè non video quomodo hæc ſibi compatiantur.

Veritas igitur eſt, quod poteſtas diſponendi de feudo in præiuditium ſucceſſoris nihil commune habet cum iure retractus in vita, & propterea ſtant iſta ſi-
104 mul, quod feudatarius poſſit diſponere de feudo in præiuditium ſucceſſoris, quò ad ius ſuccedendi; ſed non quò ad ius retrahendi refuſo pretio.

Quarta demùm, & vltima ratio fundata in prohibitione liberi commercij, ſeù libertæ diſpoſitionis rei ſuæ, licet prima facie videatur magnę efficaciæ, tamē non me diutius immorabitur, ex quo rerum ipſa magiſtra experientia incontinenti contrarium ſuadet. Videmus enim quod in hac Ciuitate Neapo. viget conſuetudo retrahendi rem venditam à vicino pro pretio appretiando, & in toto Regno ius retrahendi rem venditam à vicino pro pretio, quo fuit vendita cum prælatione inter vicinos ei, qui eſſet coniunctus non ſolum re; ſed etiam ſanguine, de prima eſt conſuet. ſi quis emit de iure congrui, & de ſecundo eſt Conſtit. ſancimus de iure prothomiſ. per quæ iura ipſa experientia docet, quod nullum impeditur liberum commercium inter contrahentes, & quotidiè practicantur, imò in materia conſuetudinis Neap. militat vnum abſurdum, quòd non militat
105 in hoc retractu feudali, ſiquidem licet ego emerim rem pretio cariori propter affectionem, aut alia ex cauſa; poteſt tamen vicinus retrahere à me pro iuſto valore, mediante appretio, & illud carius pretium, quod ego exburſaui, cedit damno emptoris, & non retrahentis, & hac abſurditate non obſtantę videmus, quod non propterea venditores carent emptoribus, nec emptores deſiſtunt ab emptionibus faciēdis, quod apertè demonſtrat, ius retractus, ſiuè ius prothomiſeos nullum impedimentum præbere libero cōmercio, & ſucceſſiuè ceſſat hæc vltima ratio ex aduerſo ponderata; & ſic remanent reſoluta tàm iura, quàm rationes, quæ in contrarium afferebantur.

Supereſt, vt conuertam me ad authoritatem DD. ex aduerſo citatorum, quæ facili negotio diluitur, ſi ponderentur verba eorundem Authorum.
106 Andr. igitur in S. Titius, licet expreſsè ponat caſum in feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario, idque pluries repetat, tamen hoc ipſe non dicit ad hoc propoſitum: nam quatenus ibi agit de agnato, ipſe eſt in ea opinione, vt nec in feudo ex pacto, & prouidentia agnatus poſſit reuocare viuo alienatore, ergo ex hoc non poteſt inferri, vt ipſe ſit contrariæ opinionis in feudo hæreditario, quatenus verò agit de filio, ipſe conſiderat feudum eſſe ex pacto, & prouiden-

tia

tia non hæreditarium non ad finem denegandi retractum filio in feudo hæreditario; ſed ad finem conſtituendi differentiam inter filium,& agnatum,cur ſcilicet filio detur ius retractus in vita alienantis,agnato autem non,niſi poſt mortē: ergo nequaquam poteſt inferri, quid ipſe ſentiat in feudo hæreditario etiam reſpectu filij, & ſic Andr. non benè adducitur pro contraria opinione.

Afflict. in eod.§.Titius, non loquitur de reuocatione in vita; ſed potius præ-
107 ſupponit reuocationem poſt mortem: nam prius nu.2. ponit q. in feudo hæreditario antiquo reſpectu filij, videlicet filius non poſſit reuocare tale feudum alienatum per patrem, quantumcunque fecerit inuentarium, & ſic præſupponit iam mortuum alienatorem, dum filius fecit inuentarium,& ſubdit poſteà rationem, quia hæres non venit cõtrà factum patris,ergo ſi erat iam hæres, pater erat mortuus·poſteà immediatè nu.4.ſubiungit hæc verba,idem in agnato, vt non poſſit venire contra alienationem agnati factam cum conſenſu Domini de ipſo feudo hæreditario. Hæc Affli.ex quibus verbis non poteſt inferri, quod voluerit excludere agnatum à iure reuocandi in vita in feudo hæreditario; dùm Afflict. continuat eandem q.quam propoſuit de filio circa reuocationem poſt mortem, & mutat ſolùm perſonam de filio in agnatum, tantò magis: quia idem Affli. alibi nempè in §. hoc quoque nu.16. de ſucceſſ.feud.apertè affirmauit etiam in feudo hæreditario competere agnato ius retractus in vita alienantis, dummodò ſit antiquum, prout ſuperius illum pro noſtra opinione adduximus, de reuocatione verò,quæ competit poſt mortem,de qua propriè loquitur Afflict.in §.Titius, nos non negamus, quòd nullo modo competat in feudo hæreditario; ſed ex ea non poteſt inferri ad reuocationem, quæ competit in vita iure prothomiſeos,prout ſuo loco fundauimus.

Alex.conſ.26.num.9. verſ.non obſtat lib. 5. ſimiliter loquitur de reuocatione
108 poſt mortem alienantis, prout patet ex principio illius conſilij, in quo præſupponitur feudum alienatum à Michaele, & nu.4. verſ.ſi ergo feudum, præſupponitur,Michaelem eſſe mortuum, dùm ponderat, quod eius nepotes, qui volebant reuocare alienationem non erant hæredes Michaelis alienantis, ergo eius authoritas non poteſt trahi ad reuocationem competentem in vita,quæ tàm longè diſtat à reuocatione, quæ fit in morte per ſuperius ponderata.

Zaſ.par.8.nu.16.ſimiliter loquitur de
109 reuocatione poſt mortem,vt ex principio illius periodi nu.60.& toto contextu facilè dignoſcitur,ergo fruſtra allegatur ex aduerſo.

Alber.Brun. in conſ.80. licet nu.15. vſque ad 16.differat de feudo hæreditario,& non hæreditario, tamen nunquam loquitur de reuocatione feudi hęreditarij in vita alienantis; ſed tantum poſt mortem,quod nos admiſimus.

Cęphal.in conſ.133. nu.74. verſ.nec obſtat expreſsè loquitur de reuocatione ex cauſa ſucceſsionis,& ſic poſt mortem, non autem de reuocatione ex iure prothomiſeos, & prælationis: immò aperit, quod etiam Brun.in d.conſ.80. loquitur de reuocatione ex cauſa ſucceſſionis, ſecundum terminos §.Titius.

Michael de Craſſis d.q. 25. expreſsè loquitur de reuocatione poſt mortem,& ſic non facit ad rumbum.

Intrigl.& Cannet.quatenus ille cent. 1.q.51.nu.10.hic in extrauag.volentes, cap.proſpexit etiam num.11. aiunt,quod in feudo hæreditario filius, & agnatus non admittuntur ad reuocandum alienationem factam per defunctum cum Domini aſſenſu,loquuntur de illo feudo, quòd eſt omninò hæreditarium,non autem de illo feudo hæreditario, quod eſt mixtum ex pacto,& prouidentia: nam aliàs ipſi eſſent ſibi ipſis contrarij, qui in locis ſuperius pro mea opinione citatis manifeſtè admiſerunt etiam in hoc feudo mixto,quod eſt ex pacto,& prouidentia hæreditarium, habere locum ius retractus pro agnato viuente alienatore, & non eſt veriſimile, quod ſic de re-

penti

penti voluerunt ſibi contradicere. Veritas igitur eſt, quod ipſi in locis pro hac contraria opinione citatis loquuntur de feudo merè, ſeù omninò hæreditario, quod magnoperè diſtat à feudo hæreditario mixto: nam feudum omninò hære-
110 ditarium perindè habetur, ac ſi eſſet res burgenſatica ſecundum Camer. in cap. imperialem cart. 40. lit. T, Michael de Craſſ. comm. opin. cap. feudum q. 25. in
111 fin. & productá eſt träſitorium ad omnes omninò hæredes, & ſucceſſores non tantùm ſanguinis; ſed etiam extraneos, tàm vniuerſales, quàm ſingulares, Bald. in l. 1. q. 34. ff. de rer. diuiſ. & in c. imperialem in princ. num. 19. de prohib. feud. alien. per Frider. Iul. Clar. §. feudum q. 9. Cacher. deciſ. 161. num. 16. & innumeri congeſti per Schrader. conſ. 3. num. 99. quod non poteſt dici de feudo mixto: quia in eo habent locum omnia iura feudalia, vt ſuperius probaui, & non dif-
112 fert à feudo ex pacto, & prouidentia, niſi in qualitate hæreditaria. Quò fit, vt ſi feudum omninò hęreditarium reputatur res burgenſatica, vtique remanebit
113 ſub correctione legis dudum C. de cōtrah. empt. prout alia bona burgenſatica, ſecus in hoc feudo mixto, quod re-
114 manet feudum, & l. dudum non comprehendit feuda, vltra quòd dùm ipſi præſupponunt alienantem iam defunctū, non poſſunt loqui de reuocatione in vita; ſed poſt mortem tantum, quam nos affirmamus omninò ceſſare, meritò igitur hi duo Authores Siculi nedum delendi ſunt à numero DD. pro contraria parte citatorum; ſed potius ſunt collocandi, prout collocati fuerunt in numero tenentium noſtram opinionem.

Frecc. in 2. differētia à me additus pro contraria opinione, loquitur apertiſſimis verbis de reuocatione poſt mortem: nam ait, quod quando feudum eſt hæreditarium, filius vel agnatus hæres non admittitur ad reuocandam alienationem factam à defuncto cum aſſenſu Domini, & ſic apertè loquitur de hærede reuocare volente, & de alienante defuncto, ergo non poteſt intelligi de reuocatione in vita.

115 Paris denique vltimo loco à me ponderatus licet prima facie videatur probare illam opinionem apertiſſimis verbis, adeò vt Hartm. Piſtor. d. q. 11. nu. 20. verſ. id quod locum habet, non potuerit non exclamare, vt cauendum ſit à Paride, qui in loco prædicto tenet opinionem contrariam in feudo hæreditario, tamen ſi rectè perſpiciatur Paris hoc
116 non dicit: nam ipſe per totum illud capitulum loquitur de hoc iure prælationis competente agnato in feudis, nulla facta diſtinctione, an feuda ſint hæreditaria, vel non hæreditaria, & propè fin. cap. nu. 17. facit concluſionem, quod ius prothomiſeos habet locum in feudis, & non in allodialibus, & quod non habeat locum in allodialibus citat text. in d. l. dudum C. de contrah. empr. poſteà immediatè ſubdit, attamen in re particulari feudi, quæ foret conceſſa pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, & non ex pacto, & prouidētia, non habet locum id, quod ſupra dixi de agnatis: quia in iſtis bonis ſucceditur iure communi, vt in Conſtit. Reg. de homin. Baron.

Ex quibus verbis Paridis conſtat, qđ ipſe non loquitur de feudo hæreditario, quod ſit conceſſum pro ſe, & hæredibus; ſed de re particulari feudi conceſſa pro ſe, & hæredibus, & inter feudum ipſum hæreditarium, & rem particularem feudi eo modo conceſſam eſt maxima differentia: quia in feudo hæreditario habent locum iura feudalia, at in re parti-
117 culari feudi taliter conceſſa habent locum iura communia, & ſic remanent ſub diſpoſitione d. l. dudum ab ipſomet allegatæ, quæ prohibet ius prothomiſeos in allodialibus, & hoc eſt, quod ipſemet Paris ibidem ſubdidit pro ratione: quia in iſtis bonis ſucceditur iure communi.
118 Quod autem in iſtis bonis particularibus feudi alteri conceſſis ſub illa forma ſeruetur ius commune, eſt indubitatum tam in ſucceſſione ſecundum Frecc. de ſubfeud. lib. 3. differ. 1. inter feud. quater. & plana, & de tabul. fol. 419. & differ. 22. nu. 29. fol. 423. Paris de reintegr. cap.

cap. veniamus igitur ad primum fol. mihi 2. à terg. & in cap. & aduertendum eſt fol. mihi 14. quàm in alienatione, vt per Camer. in c. imperialem car. mihi 41. lit. C, verſ. primum, & lit. P, verſ. hæc ergo feuda parua.

Et ſic luce clarius apparet, nullum ex DD. ex aduerſo adductis probare id, ad quod fuerunt allegati, & ſucceſſiuè opinio contraria remanet ſine iuribus, & rationibus, & ſine DD. authoritate.

E cõtra verò mea opinio reiectis ſtrenuè omnibus contrarijs remanet fulcita iuribus, rationibus, & DD. grauiſſimorum authoritate, nedum Germanorum, & Exterorum; ſed etiam Regnicolarum.

Attamen ſi mea mens me non fallit, adhuc inſtabunt aduerſarij, quod eſtò millies, quod hæc opinio ſit vera, & qđ

119 ius prothomiſeos habeat locum etiam in feudo hæreditario, non tamen obſeruabitur, niſi in eo loco, in quo viget talis vſus, prout concludit Andr. in d. §. Titius in fine, in quo eſt fundata hęc opinio. Sed hæc eſt noua fallacia: nam illud dictum Andreæ non reſpicit hanc ſecundam cõcluſionem à me diſputatam: ſi ius prothomiſeos habet locum in feudo hæreditario, nec ne? ſed illam pręcedentem an ſcilicet hoc ius prothomiſeos competat agnato etiam in vita alienantis, vel ſolum poſt mortem, & quia Andr. ibi ex verbis text. tenet, quod filius ſolus poteſt reuocare in vita, non autem agnatus, quam opinionem nos in principio probauimus eſſe erroneam, ipſe-

120 met Andr. agnoſcens hanc differentiam inter filium, & agnatum eſſe irrationabilem, vt ſcilicet filius poſſit reuocare in vita alienantis, agnatus verò non, niſi poſt mortem, & in prælud. feud. num. 24. 1. q. ipſe Andr. firmauerat has conſuetudines feudales intantum omnes ligare, inquantum eſſent rationabiles, alias ligare eas tantum Prouincias, quæ vſu illàs acceptauerunt, ideò ſubiungit in fine d. §. Titius, quod illa differentia inter filium, & agnatum caret omni ratione, & ſeruabitur in loco, vbi eſt talis mos, non alibi.

121 Et ſic id quod dicit Andr. de cõſuetudine non reſpicit quæſtionem de feudo hæreditario; ſed tantum de reuocatione concedenda, vel non concedenda agnato in vita, prout expreſsè patet ex verbis Andr. ibi ſed certè talis mos in filio, & diligenter aduertit Albert. Brun. d. conſ. 80. nu. 15. propè fin. At ſecunda concluſio, quæ eſt fulcita tot iuribus, rationibus, & authoritatibus ſatis ſuo pondere incõcuſſa, & illibata permanet, nec eget aliquo adminiculo conſuetudinis.

Remanet igitur abſoluta quæſtio, & indubitata concluſio, quòd Iulia Muſcepula eſt omninò præferenda Mutio Simonetto in feudis ei venditis ab Alphõſo Piſcicello nepote ipſius Iuliæ ex ſorore, ex qua dicta feuda obuenerunt,

SVMMARIVM.

1 *Impẽſæ, ſeu meliorationes factæ in bonis feudalibus ad Dominum deuolutis per lineam finitam refici debent heredi defuncti in allodialibus pro eo, quo feudum eſt melioratum, non autem quantum eſt expenſum, & ita deciſum.*

2 *Expenſarum tres ſunt ſpeties, videlicet neceſſariæ, vtiles, & voluptuariæ.*

3 *Quæ expenſæ debeantur in rebus dotalibus, & quando voluptuariæ ſolui debeant.*

4 *Expenſæ factæ gratia querendorum fructuum non debentur.*

5 *Expenſæ vtiles, & neceſſariæ factæ per legatarium, ſeu per fideicommiſſariũ debentur, quatenus fundus tẽpore reſtitutionis reperitur factus locupletior, ſeu pretioſior, & hæc opinio defenditur, illamq; pcedere, & in feudis demõſtratur.*

M 4 *Tint.*

6 *Text. in §. ſi vaſſallus hic finitur lex declaratur.*

7 *Diuiſio fructuum inter Dominum, & hæredem feudatarij quomodò fiat, & quid deciſum, vbi de intellectu text. in §. bis conſequenter hic finitur lex.*

8 *Impenſæ factæ in territorio inculto, & nemoroſo reducendo illud ad culturam, debentur hæredi feudatarij: quia dicuntur factæ ad perpetuam rei vtilitatem.*

9 *Retentio datur pro meliorationibus.*

10 *Clericus an æquiparetur vſuario, an verò vſufructuario.*

11 *Fructus beneficiorum poſt mortem Clerici ſunt Eccleſiæ, & quicquid ex eis fuerit acquiſitum, & in his eſt inteſtabilis.*

12 *Data poteſtate, vel conſuetudine teſtãdi Clerico, quomodo fructus beneficiorũ diuidantur inter Eccleſiam, & hæredem Clerici.*

13 *Conſultatio Regiæ Cameræ refertur in fructibus Epiſcopatuum de iurepatronatus.*

14 *Eccleſiæ in Regno quot ſint de iurepatronatus Regis, & quomodo hoc habuit originem, & ſtatutũ fuit inter Regem, et Papam quæ ſint ad Regis collationem, et quomodo dũ Rex non præſentat, vel non cõfert, Prorex pro exactione fructuũ, & adminiſtratione pro cultu diuino deputat Economos.*

ARGVMENTVM.

Deuoluto feudo ob lineam finitam quæ expenſæ hæredi exolui debeãt pro meliorationib' in feudo factis, & an totum, quod eſt expenſum, vel tantum id, in quo eſt melioratum feudum, & diuiſio fructuum anni mortis quomodò fieri debeat inter Dominum, & hæredem, & quid in fructibus beneficiorũ.

DECISIO XII.

QVAE impenſę, ſeu melio-
rationes debeant hæredi
1 feudatarij præſtari deuo-
luto feudo per lineam fi-
nitam in cauſa Bitettę re-
ferẽte Domino Marthos,
fuit deciſum per Regiam Cameram de-
beri id tantum, quod eſt melioratum per
infraſcripta iura, & rationes.

Text. in l. 1. ff. de impenſ. in reb. dotal.
factis diſtinguit, tres eſſe ſpecies expen-
2 ſarum: videlicet neceſſarias, vtiles, ac vo-
luptuarias, ibiq; per iura ſubſequentia
ponuntur exempla.

Neceſſariæ in illa materia intantũ de-
bentur, ꝙ minuant dotem, vtiles dant re-
3 tentionem, & etiam actionem, vt in l.
voluptuariæ cum l. ſeq. vbi gl. ibidem.

Voluptuariæ intantum pariunt actio-
nem, inquantùm mulier non pateretur,
quod maritus tolleret, niſi maritus tol-
lendo nil ſibi proficeret, tunc quia eſſet
ad æmulationem, nihil debetur, in l. pro
voluptuarijs eod. tit.

Quando autem expẽſæ fierent gratia
quærendorum fructuum, nil debetur, in
4 l. 3. pen. & fin. eo. tit. quia compenſantur
cum fructibus.

Legatario, & fideicommiſſario expen-
ſas vtiles, & neceſſarias lex dicit deberi;
5 ſed non in totum: verùm quatenus tem-
pore reſtitutionis eſt effectus fundus lo-
cupletior, ſeu pretioſior l. domos de leg.
1. vbi Bart. Bald. & communiter Scri-
bentes.

Hanc diſtinctionem ſolemniter ponit
gloſ. in l. in fundo ff. de rei vend. vbi tex.
elegans, tradens, quòd, ſi plus ſit expen-
ſum, quàm sit fundus factus pretiosior,
non debeatur, nisi quatenus pretioſior
eſt effectus; Si verò plus sit effectus pre-
tiosior, quàm valeat impenſa, non recu-
perabitur, nisi quod impenſum eſt, & in
voluptuarijs dicit, quod tollat, quatenus
poteſt sine damno, & sibi proficiat da-
ta facultate Domino offerendi quan-
tum valeret id, quod tolleretur, pul-
cher text. declarãs expenſas neceſſarias,
vtiles,

vtiles,& voluptuarias in l.impenſæ ff.de verb. ſignif.

Paul.de Caſtr.in d.l.domos intelligit text.illum, & reliqua iura procedere in expenſis neceſſarijs,& vtilibus,vt teneatur hæres ad id, in quo prætioſior tempore reſtitutionis fundus eſt effectus,dũmodo non ſint factæ ad perpetuam rei vtilitatem: nam eo caſu vult omnes expenſas præſtari, ſicut dicit procedere in rebus dotalibus.

Contrarium tenet ibi Alex. per text. in d.l.domos,& expreſſiùs traditur in d. l.in fundo, quam ipſe non allegat, nec text.in l.& in totum allegatus per Paul. de Caſtr.probat aliquid;nam in toto illo tit. de impen. in reb.dotal. fact. nihil dicitur, in quantum ſint expenſæ liquidandæ; ſed quæ expenſæ ſint neceſſariæ, quæ vtiles,& quæ voluptuariæ, quæ minuant dotem,quæ dent actionem,& quę retentionem;ſed in quantum ſint expenſæ liquidandæ, & quod tempus requiratur,nihil ibi; eſt benè verum,quod in expenſis neceſſarijs, & vtilibus dicatur, quòd, ſi caſu perierint, præſtandæ ſint, intelligit ita Cuman. relatus per Alex. vbi ſupra communem diſtinctionem ſecundum iura,& Doct.ſequuntur Moderni Pariſienſes damn.mem.in gloſ.5. §.1. par.1.nu.97.

Sed text. in §. ſi vaſſallus hic finitur lex videtur expreſsè determinare, quod
6 vaſſallo decedente ſine legitimo ſucceſſore in feudo,debeatur ei,ſeu eius hęredi pretium meliorationum,aut Dominus patiatur ædificium auferri.

Bald.ibi tenet,illum text.indiſtinctè, & pręcisè procedere,vt ſoluat omnes expenſas, vel tollatur ædificium, & non procedat diſtinctio text. in l. in fundo, quem text.dicit Bald.procedere: quia poſſeſſor non habebat cauſam ab agente,prout in caſu §. ſi vaſſallus.

Idem Bald.in auth.excipitur C. de bon.quæ lib.dixit,aut ſoluat quantum ex ædificijs Eccleſia locupletatur.

Gl.Paris.vbi ſupra tenet contra Bald. & dicit non debere attendi diſpoſitionē text.in §.ſi vaſſallus, idem ſequitur Molin.de hiſpan.primog.lib.1. cap.26.ita quòd cōmuniter concludunt deberi pręſentem extimationem, non autem quod eſt impenſum.

Sed quæſtio, & altercatio eſt in tollendo ædificia, non autem ſi debeatur id, quod eſt expenſum, vel id, quod eſt melioratum.

Differentiam facio inter diſpoſita in d.l.in fundo, quæ lex loquitur in ſimplici poſſeſſore nullum habente ius in re,& in d.l.domos, vbi de pſenti hæres habet ius,& ſic in terminis text. in §.ſi vaſſallus, & ex ratione Bald. non dico, ꝙ ipſe dixit;ſed benè quod debetur extimatio, prout res valet, etiam ꝙ valeat plus, vel minus eo,quod eſt impenſum,& propterea text. in d. l. domos, dixit,extimatis prædijs, & Andr. in d.§.ſi vaſſallus,hoc voluit dicere, dum tradit, ꝙ idem dicatur in terminis illius text. quod dicitur de impenſis in reb.dotalibus factis.

Idem Andr.in §.è cōtrario,de inueſt. de re alien.fact.dixit debere ſolui pretiũ meliorationum,quæ non de per ſe ſubſiſtunt,dummodo ad perpetuam rei vtilitatem per text. in d.§.ſi vaſſallus.

Sed mihi videtur,quòd nec Bald.nec gl.Pariſ. nec reliqui benè ponderauerint text.in d.§.ſi vaſſallus,qui,ni fallor, non aduerſatur diſpoſitioni iuris communis; ſed tantùm dixit debere ſolui pretium meliorationum;ſed quod pretium ſit,vel quod verè eſt impenſum,vel quod valēt res melioratæ tempore reſtitutionis,de hoc nihil,& propterea intelligendus erit ſecũdum communiter per Doct. tradita, ita ꝙ nulla adeſt contrarietas; imò text. in §.ſi vaſſallus probat,ꝙ debeatur quantum eſt melioratum, non autem expenſum: quia dixit,ꝙ ſoluat pretium meliorationum, & ſic non expenſas.

Guid.Pap.deciſ.169.videtur loqui,ꝙ ſoluat expēſas factas; ſed non eſt ad hoc quæſtio ibi; ſed an debeatur: ita quod nec fecit vim, ſi eſt pretium meliorationum,vel quod eſt expenſum.

Fuit deciſum,ꝙ expenſę ſoluantur pro eo, quo feudum eſt melioratum intelligendo text.in §.ſi vaſſallus,iuxta text.&

dicta per Doct.in d.l.domos, ponderan-
do verba text.qui dicunt ſolui debere
pretium meliorationum, non autem ex-
penſarum.

Et pariter deuoluto feudo Caſollę ad
Regiam Curiam fuit dubitatum in Reg.
Cam.quomodo fiat diuiſio fructuum in-
ter Fiſcum, & hæredes feudatarij in al-
lodialibus, & me referente 22. Auguſti
7 anni 1589.fuit deciſum,& decretũ con-
ſeruabatur penes magnificum Io.Camil-
lum Barbam tunc Rationalẽ Reg. Cam.
& nunc digniſſimum, & meritiſſimum
illius Præſidentem, quod ſi feudatarius
deceſſerit poſt Kal. Martij de menſe Iu-
nij, & vindemia percipitur de mẽſe Au-
guſti, quod, cum intelligatur fructus anni
præteriti, ſcilicet ante Septembrẽ, ſit hę-
redis, & ita intelligitur text.in §.his cõ-
ſequenter, hic finitur lex, vbi Andr.de
fructibus verò naturalibus, vt ſunt her-
baggia, licet affictus ſolui debeat certo
tpe: tamen quia ſunt fructus, qui quoti-
diè percipiuntur, & renaſcuntur abſque
impenſa, fuit deciſum, quod diuidantur
pro rata temporis, videlicèt, quod vſque
ad mortem feudatarij fructus ſit hære-
dis Baronis, poſt mortem verò Fiſci ex
deciſ.Andr.vbi ſupra, ſic pariter dicimus
in penſionibus domorum, in affictu Ma-
giſtri Actatus in molẽdinis, & ſimilibus,
ex quibus fructus quotidiè percipiuntur;
ſed an debeatur impenſa facta in disboſ-
8 cando feudũ, & reducendo illud ad cul-
turam; quæ impenſa reſpicit perpetuam
feudi vtilitatem, & licet opinio ſit diſpu-
tata, tamen communis eſt deberi autho.
Iſern.in d.c.1. §.ſi vaſſallus in princ. vbi
Aluar.& Afflict.hic finitur lex, latiſſimè
per Lodulp.Schrad.in tract.feud.1.tom.
2.par.9.par.princip.ſect.2.nu.25. & nu.
9 105.& ibi, quòd detur hæredi retentio,
donec pretium meliorationum ſoluatur,
& alia pulchra in hac materia.

10 Quid autem in fructibus beneficio-
rum: fuit enim altercatio inter Doctor.
Clericus cui æquiparetur, vſuario, an
verò vſufructuario; aliqui dixerunt æqui-
parari vſuario in morte, vſufructuario
verò in vita; alij diſtinxerunt in Cleri-
co habente adminiſtrationem, & in Cle-
rico ſimplici beneficiato, vt primo caſu
ſit vſuarius; ſecundo verò vſufructua-
rius, & eſt differentia: nam ſi eſſet vſua-
rius nihil acquireret ad finem diſponen-
di vltra vſum. Secundo verò caſu ſi eſ-
ſet vſufructuarius, poſſet diſponere de
fructibus acquiſitis, collectis, à ſolo ſe-
paratis, & etiam reconditis ſecundum
vnam opinionem, licet ſit verior altera
opinio, quòd ſufficiat à ſolo eſſe ſepara-
tos, & dicitur, Clericum habere admi-
niſtrationem, quando habet dignitatem,
vel beneficium diſtinctum, non autem
præbendam, quæ perſonæ conceditur,
tanquam portio de bonis Eccleſiæ, vt
inde ſeruiat, diſtinctio fuit gl.in c.pręſẽ-
ti, de off.ord.in 6.vbi latiſſimè Franc.la-
tè Couar.in c.cum in officijs, de teſtam.

Secundum omnem lecturã, ſiue æqui-
paretur vſuario, ſiuè vſufructuario, sẽper
11 in fructibus beneficiorũ Eccleſia ſucce-
dit, quicquid dixerit gl. in d.c. præſenti,
& ita iura, & canones diſponunt, vt etiã
acquiſita ex fructibus ſint Eccleſiæ, &
Clericus in his ſit inteſtabilis, de quo in
cap.fin.vbi Abb.de pecul.cler.Franc.vbi
ſup.Couar.loc.alleg. latiſſimè id tradit,
explicitè Iſern.in §.his conſequenter hic
finitur lex 1.col.

Diſputatio deſeruiet, vel data cõſue-
tudine teſtãdi, vel data licẽtia, vel prout
hodiè ſumus in ſpolijs: nam Eccleſ.Rom.
percipit, vt legitima ſucceditrix Clerici
oĩa bona, inter quæ venient fructus re-
12 manſi diuidendi inter Papam, & ſucceſ-
ſorem in beneficio, maximè in beneficijs
de iurepatronatus, & hoc qñ teſtatus fue-
rit: nam ſi non diſpoſuerit, ſemper ſucce-
dit Eccleſia ſecundum gl.in d.c.præſen-
ti, & in caſibus prædictis videtur cõmu-
nis opinio, ꝗ dicatur idem, quod in vſu-
fructuario, vt collecti ad hæredes Pręla-
ti, pẽdentes verò ad Eccleſiam pertineãt
l.ſi vſufructuarius ff.qb.mod.vſufr.amit.
vt per gl.Hoſt.Franc.& alios in d.c.præ-
ſẽti, & in c.ſi propter de reſcr.in 6.Bart.
verò in l.diuortio ff.ſolut.matrim. dicit,
quod debeãt fieri diſtinctio pro rata ſe-
cundum diſpoſitionem illius textus; ſed

quia

quia Canoniſtæ tenent contrarium cō-
muniter,dixit ſtādum eſſe dictis per eos,
Alber. tenuit ibidem eſſe faciendam di-
ſtinctionem illius legis:quia pro ſeruitijs
dantur beneficia,Alex.ibidem tradidit;
quod ſit communis diſtinctio; quòd aut
habet Prælatus adminiſtrationem , &
tunc fiat diuiſio pro rata,aliàs ſecus, &
dicit hanc eſſe communem diſtinctionē
gloſ.in d.cap.præſenti, quæ dicit totum
oppoſitum,Couar.var.reſol. cap. 15. lib.
1.qui multa cumulat,& ex his apparet,
eſſe communem opinionem , vt non fiat
diſtinctio text.in d.l.diuortio, tamen ip-
ſe tenet contra communem,& ita paſſim
refert iudicatum, maximè in Commen-
dis in illis partibus,ea ratione: quia dā-
tur fructus ratione ſeruitij, & propterea
cum Clericus ſeruitium præſtiterit vſ-
que ad mortem,debet pro rata iux.tex.
l.diuortio lucrari, hanc eandem opinio-
nem ſequutus eſt Molin. de hiſpan. pri-
mog.lib.3.cap.11. Afflict.in penſione
ſcilicet peruenienda ex re Eccleſiaſtica
locata data poteſtate locandi per trien-
nium , quod fiat diuiſio pro rata in d.§.
his conſequenter nu.15. non omittam
opinionem Borgnini Caual. in reperto-
rio ſuarum deciſionum in verb. fructus
percepti, qui tenuit, quòd, etiam ſi fru-
ctus Eccleſiarum vacantium dicantur eſ-
ſe Succeſſorum: tamen ſint ipſorum quò
ad vſum,ſeu vſumfructum ; ſed proprie-
tas illorum erit Eccleſiæ,& conuerti de-
bet in beneficium , & augmentum ip-
ſius,qui videatur: nam & ſi peregrina
videatur opinio,eleganter loquitur,& in
conſcientia apud me eſſet magnæ au-
thoritatis , poſtquàm iudicamus de his
fructibus , tanquam de bonis Eccleſiæ ,
quorum Beneficiatus eſt tantum Admi-
niſtrator,& vſuarius, aut vſufructuarius.

Regia Camera Summariæ conſuluit
in anno 1585. in fructibus Epiſcopatuū
13 Puteolorum , Materæ , & Cotroni, qui
ſunt de iurepatronatus Regiæ Maieſta-
tis, fructus omnes maturos , recollectos
tamen,& à ſolo ſeparatos tempore mor-
tis Epiſcoporum ſpectare ad Cameram
Apoſtolicam, & pro ea ad Reuerendiſſi-
mum Nuntium , licet adhuc fructus non
ſint repoſiti in horreis, vel vua non fue-
rit conuerſa in vinum,& oliua in oleum,
& adhuc ſtent in area ; verùm ſi fructus
fuerint maturi,& pendentes; ſed non re-
collecti,voluit illos non facere ſpolia ;
ſed ſpectare ad ſucceſſorem futurum in
beneficio, & ita reperi poſteà adnotatū,
eſſe de hoc antiquam conſuetudinem in
regiſtris Regiæ Cancellariæ , in quibus
etiam apparet , quod vſque ab anno
1532. Sereniſſimi Reges huius Regni
14 prætendebant omnes, & quoſcunque
Epiſcopatus Regni prouideri debere cū
eorum voluntate,& beneplacito , vt an-
tiquitus erat conſuetudinis in multis
mundi partibus ; de quo per Canoniſtas
in cap.quod ſicut,de electione,& à præ-
dicto tempore anni 1532.mediante per-
ſona Regentis Muſceptulæ Regij Ora-
toris in Romana Curia fuit inter Ponti-
ficem , & Imperatorem Carolum Quin-
tum negotium hoc ſedatum , videlicet ,
quod vigintiquatuor Eccleſiæ Regni Ar
chiepiſcopatuum , & Epiſcopatuum eſ-
ſent ad Regis præſentationem : Reliquæ
verò ad abſolutam Pontificis collatio-
nem,licet Lambert.Epiſcop. in tracta.de
iurepatron.in 11.quæſt.principali primę
partis primi libri in ſecundo articulo nu.
14. dixerit, quod Rex noſter in hoc Re-
gno habet nominationem in quadragin-
ta Cathedralibus Eccleſijs principalio-
ribus,& vt plurimum maritimis pro tui-
tione Status ex priuilegio ſummi Ponti-
ficis; ſed fallitur: quia Eccleſiæ non ſunt
plus , quàm vigintiquatuor, & Eccleſiæ
ad præſentationem Regis reſeruatæ fue-
runt infraſcriptæ: Salerno,Rigio,Taran-
to,Brindeſi,Oria,Otranto, Trani, Aqui-
la,Gaeta,Lanitano, Cotrone, Tropea ,
Monopoli, Gallipoli, Caſtell'Amare ,
Caſſano, Mottula, Acerra , Puzzuolo ,
Vgento , Matera , Potenza , Triuento ,
Giouenazzo. Eſt bene verùm, quod ali-
quæ Eccleſiæ particulares , & beneficia
remanſerunt , prout hodie ſunt abſolutè
ad Regis collationem,vt ſunt Eccleſia
Sancti Nicolai de Baro , Eccleſia Alta-
muræ,Canonicatus,& beneficia Ciuita-

tis Luceriæ, & aliæ quædam; quo verò ad penſiones domorum, affictus Molendinorum, herbagiorum, & ſimilium; ex quibus quotidiè fructus percipiuntur, ſpectare vſque ad diem mortis ad Cameram Apoſtolicam, tanquam ſuccedit ricem Prælati, poſt mortem verò ad ſucceſſorem in beneficio, verùm ſi per Prælatũ aliquid anticipatum fuerit exactũ, debere excomputari ad ratam ſpectantem ad Cameram Apoſtolicam, & ita per Reuerendiſſimum Nuntium fuit tunc exequutioni demandatum circa perceptionem fructuum pro rata ad eum ſpectantium, & in dies practicatur in vacationibus beneficiorũ, & prouiſiones prædictæ fuerunt expeditæ ſub die 20. Decembris anni 1585. præcedente matura diſcuſſione facta in Regia Camera. Quæ adnotare volui tanquam quotidiana, & vt in futurum non remaneat locus dubitationi inter Reuerendiſſimum Nũtium, & Oeconomos, qui per Illuſtriſſimos Proreges ponuntur in vacationibus Epiſcopatuum, aliorumq; beneficiorum de iurepatronatus Regiæ Maieſtatis, qui deſtinantur ad regimen Eccleſiarum de iurepatronatus, donec per Regiam Maieſtatem fuerint factæ illarum debitæ præſentationes, & interim per Perceptores Prouinciarum fructus percipiuntur conſeruandi pro futuris Prælatis, & has prouiſiones nouiſſimè per Collaterale Conſilium fuit mandatum mitti exequutioni, & obſeruari in fructibus Epiſcopatus Oyræ, qui vacat per mortem Epiſcopi,

SVMMARIVM.

1. *Iuriſdictio magni Admiratus qualis ſit, de eiusq; prærogatiua.*
2. *Deciſio Collateralis refertur, per quam fuit declaratum, Tribunal Regiæ Cameræ nullam habere iuriſdictionem ſupra Tribunal magnæ Curiæ Admiratiæ, eiusq; Miniſtros, niſi eatenus, quatenus à Prorege fuerit demandatum, vbi latè fundamenta deciſionis factæ enarrantur.*
3. *An Regia Camera procedere poſſit contra Theſaurarium Generalem abſque ſpetiali Regis licentia.*
4. *Princeps non tenetur ſequi leges; ſed pœnam arbitrariam imponet prout meliùs illi viſum fuerit attenta qualitate delictorum, & perſonarum.*
5. *Regula, quòd Iudex poſſit ſuam iuriſdictionem pœnali iuditio defendere, quomodo intelligatur.*
6. *Pœna turbatæ iuriſdictionis quando locum habeat.*
7. *Pragmatica in titulo de iuriſdictionibus inuicem non turband. refertur.*
8. *Practica procedendi per viam litterarum hortatorialium inter iuriſdictiones differentes.*
9. *Text. in l. ſi quis ex aliena ff. de iud. quomodo limitetur.*
10. *Iudex aſſumens defenſionem ſuæ iuriſdictionis non poteſt iudicare ſuper competentiam iuriſdictionis, & ibi notabilia in hac materia.*

ARGVMENTVM.

Tribunal Admiratiæ an ſubiaceat iuriſdictioni Regiæ Cameræ Summariæ, & multa de text. in l. ſi quis ex aliena ff. de iud.

DECISIO XIII.

1 MAGNVS Regni Admiratus (quod eſt vnũ de ſeptem officijs, vt eſt notorium) habet vniuerſalẽ iuriſdictionem in noſtra Ciuitate ſuper his, qui viuunt ex arte maris, & in

in toto Regno circa naufragia, pro quibus deſtinat in Terris maritimis ſuos Officiales, de cuius officij inſtitutione, & prærogatiua latè per D. Frecc. in ſuo 1. lib. de ſubfeu. in tit. de offic. Admir. mar. vbi nu. 15. habetur, quod credatur eius litteris ad finem remittendi ſubditos ad ſuam iuriſdictionem, & propterea tanquàm Tribunal ſupremum procedit per literas hortatoriales, appellatur Magna Curia Admiratiæ, & Magna Curia Vicariæ nullam habet in iſtud tribunal iuriſdictionem; ſed de eius ſententijs appellatur ad Sac. Conſ. quod nomine Regiæ Maieſtatis in cauſis procedit: & proptereà Aduocatus fiſci, qui eſt in Magna Curia Vicariæ, eſt in ipſa Magna Curia Admiratiæ, ipſumq; præcedit Iudex prędictæ Curiæ, iuxta tradita per D. Frecc. in 3. lib. in differ. feud. reg. & quatuor. nu. 23. licet hodie ſit hoc innouatum: quia prouiſum, vt Fiſci patroni præcedant cũ ſuis tribunalibus tanquam vnum corpus quodlibet de per ſe, & de his non diſputatur: quia ſunt notoria, & ſic ab immemorabili practicatum.

Euenit caſus, quòd in quadam maritima Regni quidam ex Officialibus Magni Admirati cæperit quandam quantitatem olei naufragatam, & ex aduerſo Magiſter Portulanus illius Prouinciæ, ad cuius officium ſpectat cuſtodia littorum, & maritimarum Regni, & ne fiant indebitæ extractiones, iſte inquàm præſuppoſuit, prædictam quantitatem olei naufragatam ad Regiam Curiam ſpectare; & proptereà à poſſe Officialis Magni Admirati oleum violenter abſtulit: cumq; per prædictum Admirati Officialem capta fuiſſet informatio, quæ fuit tranſmiſſa huc Neapo. ad Iudicem ordinarium tribunalis Magni Admirati, quã informationem ad mandatum tribunalis Regiæ Cameræ Summariæ non ſtatim tranſmiſit, ob quod fuit ordinatione eiuſdem tribunalis prædictus Iudex captus, & carceratus.

His ſic in facto exiſtentibus habitus fuit recurſus nomine Magni Admirati ad Illuſtriſſimum Viceregem, ciusq; Collaterale Conſilium allegando nullam habere iuriſdictionem Regiam Camerã in eum, ciusq; Officiales, & Miniſtros; & ſi quid prætendebat, procedere debebat per viam literarum hortatoriarum iuxtà ordinarium ſtylum, & conſuetudinem antiquam, prout procedebat eadem Regia Camera cum Mag. Cur. Vic. Nam licet tribunal Regiæ Cameræ ſit tribunal ſupremum: non tamen eſt ei ſubordinatum tribunal Mag. Cur. Vicarię, vel tribunal Mag. Cur. Admiratiæ: sũt enim omnia regia tribunalia cum iuriſdictionibus diſcretis, & nihil vnum habet quid commune cum alio; fuit propterea ſupplicatũ Illuſtriſſimo Proregi, eiusq; Collaterali Conſilio, vt mandaret excarcerationem prædicti Iudicis tanquam indebitè factam à non habente poteſtatẽ, niſi eatenus, quatenus in caſibus occurrentibus ab Illuſtriſſimo Prorege delegaretur iuxtà ordinarium ſtylum, prætẽdente ex aduerſo tribunali Regiæ Cameræ poſſe, & debere ſuam iuriſdictionẽ defendere etiam pęnali iuditio, quodq; in omnem euentum idem tribunal debebat cognoſcere, ſi erat, vel non erat ſua iuriſdictio.

Facta de omnibus diſcuſſione in Collaterali Conſilio, & negotio maturè trutinato fuit determinatum, nullam habere iuriſdictionem Regiam Cameram in 2 Magnum Admiratum, eiusq; Officiales, & Miniſtros, niſi ab Illuſtriſſimo Prorege ei demandaretur, deberetq; procedere in occurrentibus caſibus per literas hortatoriales iuxtà ſolitum, & proptereà mandatum fuit, Iudicem carceribus mancipatum liberari, & aliter contra eum nõ procedi ex infraſcriptis iuribus, & rationibus.

Text. in l. 1. C. de offic. mag. Milit. dicit: viri Illuſtres Comites, & Magiſtri Peditũ, & Equitum in Prouinciales nullam penitus habeant poteſtatem, nec ampliſſima præfectura in militares viros.

Text. in l. 2. C. de offic. Præf. Aug. dicit, Præfectus Auguſtalis extraordinariorum ſub ſe Iudicum examinandi flagitia,

gitia, & ſuper his referendi,non amouendi,vel puniendi habeat poteſt item.

Text.in l. 3.C.de off.præf.Pręt.Oriēt. pariter diſponit, quod in Iudicibus ſubiectis punitio illorum Principi ſit reſeruanda.

Eſt caſus in l.militaribus, vbi gloſ.in verb.ſi quis C.de decur.lib.10.vbi dum text.prohibet militaribus viris, vt nullo modo iuriſdictionem exerceant in Curiales perſonas,vel principales, qui ſunt Decuriones,& ſi exceſſerint, imponit illis pęnas 10.librarum auri propter vſurpatam iuriſdictionem,dixit ibi glo.quod ſi quid grauiter fecerint, ad Principem referuntur puniendi; ſed non ipſi mandantur; ſed delicta ſunt Principi mandanda,& ſecundum Principis reſponſionem ſunt delicta punienda, allegat text. in l.Diui fratres §.fin.ff.de pęn.

In viris Illuſtribus Patritijs in ſuprema dignitate conſtitutis,vt niſi à Principe iudicentur,quodq; ſit omnis poteſtas ſublata alijs Iudicibus eſt caſus in l. fin. C. vbi ſenat. vel clariſs. ibi,nullius alterius Iudicis,niſi noſtrę pietatis huiuſmodi eſſe cognitionem,vel ſacri tantūmodo Cognitoris, cui noſtra ſerenitas huiuſmodi negotij audientiam vice ſua ſactis apicibus mittendis mandauerit: & ibi, vltionis autem tantis inferendæ dignitatibus modus non niſi in Principis ſedebit arbitrio.

Et quod dicitur in Militibus, Ducibus belli,& alijs,habet locum in Iudicibus ab ipſis conſtitutis tanquam illos repræſentantibus, Rebuf.in d.l.militaribus in fin.

Odoffred.in d.l. fin. intelligit illum text.in Senatoribus Illuſtribus, Præfecto Prætorio,Præfecto Vrbis, Magiſtro militum, Theſaurario Principis, idem ibi Angel.

Fulgoſ.ibi dixit,Spectabiles,Illuſtres, ſuperilluſtres adminiſtrationem habentes de criminibus publicis, vel priuatis non poſſe conueniri niſi coram Principe, vel eius Delegato, qui non poterit condemnare per illum text.ſed benè abſoluere; condemnatio enim remittenda eſt ad Principem,dixit expreſsè text.vbi Paul.de Caſtr.

Et licet text.in d.l.fin.videatur loqui depoſita adminiſtratione, tamen quia ex adminiſtratione principaliter confertur priuilegium; propterea ex maioritate rationis ille text. procedet etiam adminiſtratione pendente:ita ibi Salyc.expreſsè Alber. etiam ibi in princ. Aret.& Fulgoſ. hinc Paul.de Caſtr.ibi,& Petrus de Vegn. in addit. ad Iacob. de Butrig. tradiderunt, priuilegium illud extendi etiam ad filios,qui text.eſt etiam expreſ-
3 ſus in Theſaurario Principis, vt præ cæteris notat ibi Odoffr.& Ang. quod pariter fuit in Collaterali Conſilio tractatum,dùm Regia Camera contra Theſaurarium Generalem abſque ſpeciali Illuſtriſſimi Proregis licentia voluit procedere,& multa alia priuilegia conceduntur per illum textum;nec Iudex,cui cauſa delegatur, poteſt condemnare, nec in perſona,nec in bonis; ſed ad Principem omnia referenda ſunt, qui eius arbitrio
4 condemnabit: ex quo communiter Scribent.adnotant,quod non teneatur Princeps ſequi leges; ſed arbitrariam pęnam dabit, prout meliùs illi viſum fuerit, attenta qualitate delictorum, & perſonarum.

Illud, quod dicitur,vt poſſit Iudex e-
5 tiam pęnali iudicio ſuam iuriſdictionem defendere, procedit,quando eſt certum, iuriſdictionem ſpectare ad illum Iudicē, cuius iuriſdictio turbatur.

Item quòd turbatio fiat de facto,non per oppoſitionem iuris Soccin.in l.1.nu. 15.ff.ſi quis ius dic.non obtemp.

Et ad finem puniendi quem de turba-
6 ta iuriſdictione, oportet turbationem fieri de facto extra iuditium,non autem de iure per viam iuditij, & hæc eſt vera opinio, vt dicit Iaſ.in l.ſi priuſquam nu. 19. authorit.Cuman.ibidem ff. de oper. nou.nunciat. ſequitur,& defendit latiùs Menoch.in conſ. 230. 3.volum. nu.16. qui reſpondet num.107. authoritati Alberti Brun.in conſ.160. 2.vol. & ibi latè Menoch. quòd turbatio requirat animū turbatiuum, quodq; ſit doloſè facta, vt

per

per eundem Brun.ſine iuſta,& probabili cauſa.

Hæc omnia ceſſant in eo, quod quis facit tanquam Iudex, procedendo per viam iuditij,putando ſibi competere iuriſdictionem: nam omnia facit tanquam iure licito vigore,& poteſtate ſui officij, maximè quando ex iuſta, & probabili cauſa, & propterea emanauit Pragmatica in tit. de iuriſd. inuicem non turbandis,cuius verba ſunt infraſcripta.

Diſcordias inter Officiales noſtros inuicem eorum iuriſdictionem turbantes,
7 ex quibus ſæpiùs ſcandala oriuntur, remouere volentes, volumus, & ſtatuendo mandamus, quod nullus ex Officialibus noſtris de commiſſis alterius iuriſdictioni ſine ſpetiali noſtra commiſſione ſe intromittat; & ſi quando aliquo errore interueniente ſe intromiſerit, debeat ad ſimplicem requiſitionem illius, cuius iuriſdictio turbata fuerit, deſiſtere, & ad eum Officialem,ad quem ſpectat,remittere ad pœnam viginriquinque vnciarũ de ſalario eius Officialis, qui contra fecerit,retinendam, & Cameræ fiſcali ap-
8 plicandam: ex qua Pragmatica fundatur etiam practica procedendi per viam literarum hortatorialium, ibi debeat ad ſimplicem requiſitionem, &c. Quæ Pragmatica fundata eſt in mera iuris communis diſpoſitione,vt latiùs habetur per Rebuff.ſuper Conſtit.Franciæ vol.2.in tit.de lit.requ.ſ.vel rogat.qui deciſiones cumulat.

Ex quo fit, quòd text.in l. ſi quis ex aliena ff.de iudic.non procedat in caſu,
9 de quo agitur, cum ſit contentio inter tribunalia,ita quod vnumquodq;ſe prætendit Iudicem competentem: tūc quia videntur paria, recurrendum eſt ad Superiorem gloſ.not. in cap.ſtatutum §. 1. in verb.copia de reſcript.in 6.Innoc.notabiliter in cap. ex parte il 1. de priuil. latè per eundem Innoc.in cap.venerabili,de cenſ.nu.5.per totum,& dixit Prob. in addit.ad Io.Monac.in d.cap.ſtatutum §.1. quòd Iudex,qui citauit prætendens habere iuriſdictionem, cenſeatur potiùs pars, quàm Iudex, & non præſumitur, quòd contra factum ſuum velit ſenten-
10 tiare,& dum aſſumpſit defenſionem ſuę iuriſdictionis,dixit Abb. quòd ſit ſuſpectus in cap. conquerente de reſtitu.ſpol. authoritate gloſ.ibi,& ſemper quod poteſt ſuſpicari aliqua affectio,vel aliqua voluntas,tunc non poteſt iudicare, an ſua ſit iuriſdictio, Bart.eleganter in l.2. C. ſi quis in ius voc. non ier. num.3. & alias notabiles limitationes ponit allegando deciſiones particulares doctiſſimus Menoch. in conſ. 1000. num.107. cum ſeqq.

Primò,quando clara, & manifeſta eſt Iudicis incompetentia.

Secundò, quando non agitur de nudo exercitio iuriſdictionis, ſed de eius proprietate.

Tertiò,quando non eſt diſceptatio inter partes.

Quartò, quando Iudex facit ſe partem.

Hæc adnotare volui: quia quotidiana,& in dies poſſunt occurrere.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas eccleſiaſtica ante Concilium Tridentinum circa delinquentes confugientes ad Eccleſiam non ſeruabatur de generali Italiæ conſuetudine, propter frequentiam Eccleſiarum, & delictorum, quæ demùm conſuetudo eſt ſublata per Sacrum Cõcilium Tridentinum.*

2 *Immunitate Eccleſiaſtica non gaudent delinquentes in Eccleſia, & declaratur text in cap fin.de immun.eccleſ.quòd procedat in quolibet delicto in Eccleſia commiſſo, & in ſpetie in delicto furti, & ibi ratio.*

3 *Sacrilegus non gaudet immunitate eccleſiaſtica.*

4 *In delinquente in Eccleſia non ſit diſtin-*

diſtinctio, ſi delictum ſit graue; vel leue; ſed ſufficit deliquiſſe in Eccleſia, & hæc eſt differentia inter ius Canonicum, & ius ciuile.

5 *Furtum in Eccleſia commiſſum ſemper dicitur graue delictum.*

6 *Fures ad Eccleſiam confugientes an gaudeant immunitate.*

7 *Grauitas pœnæ impoſitæ per Pragmat. refertur.*

8 *Poena bullationis in ſpatulis impoſita per Pragmat. contra fures iure fundatur.*

ARGVMENTVM.

Eccleſiæ immunitate an gaudeat in ea delinquens, & in ſpetie, in furti delicto, ac text. in cap. fin. de immunit. eccleſiaſt. benè declaratur.

DECISIO XIV.

SEPOSITA opinione illa multorum Scribent.
1 quòd in Italia de generali conſuetudine non ſeruetur immunitas eccleſiaſtica malefactorib' ad Eccleſiam confugientibus; ſed inde poſſint per laicos Iudices extrahi, & hoc propter frequentiam delictorum, & Eccleſiarum numerum ingentem in qualibet parte Ciuitatum, & locorum, de quo latiùs per Boſſ. in tit. de captura, Remig. de immun. eccleſ. 13. parte tract. latiſſimè Farin. 1. par. q. 28. in tit. de carcer. & carcerat. poſt Iul. Clar. in lib. 5. §. fin. q. 30. Sepoſita igitur hac concluſione, quæ hodie ex Sac. Trid. Concil. & nouis ordinationibus ſanctiſſimi Domini videtur ceſſare, dico, communem receptam,
2 ac indubitatam eſſe Canoniſtarum opinionem, textum in cap. fin. de immun. eccle. habere locũ in quolibet delinquente in Eccleſia, vt illius immunitate non gaudeat: quia in ea delinquendo, indignum ſe facit illius protectione, & licet in illo text. exprimantur delicta homicidij, & mutilationis mẽbrorum, fuit hoc gratia exempli, ſecundum Anchar. ibi, & propterea, cum ratio text. ſit generalis: quia delinquunt in Eccleſia, quam contemnunt, diſpoſitio illius text. habet locum in omni delicto in Eccleſia commiſſo, cum ſemper conſideretur idem contemptus, fuit originale dictum Hoſt. ibidem, quem ſequuntur Butr. Io. Andr. Anchar. Panorm. Anan. & Cardin. ſi ille rectè perlegatur, & Henri. Boic. in cap. Eccleſiæ eod. tit. Hanc opinionem dicit indubitatam, & ſeruari in practica Iul. Clar. in d. lib. 5. §. fin. q. 30. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 20. Farin. in tit. de carcer. & carcerat. q. 28. nu. 52. & prædicti Doct. incip. ab Hoſt. quem cæteri omnes ſequuntur, loquuntur in ſpetie in furto facto in Eccleſia, & reddunt rationem: quia intereſt plurium illos puniri, cum & pluribus exitio ſint, qui etiam tradidere, quod in fure non adhibeatur diſtinctio, quæ ſecundum aliquos fit in alijs delictis in Eccleſia commiſſis, ſi doloſè, vel appenſatè, cum ſemper furtum habeat ſecum has qualitates, & Ang. de Caſtr. filius Paul. in conſ. 458. 2. par. inter conſ. Paul. conſuluit inſimul cum patre idem, quòd committens furtum in Eccleſia immunitatem perdat, addens rationem: quia eſt ſacrilegus, quo caſu ſtatim immunitatem, & Eccleſiaſticam defenſionem amittit, allegat text. in cap. ad Epiſcopos, & gloſ. in cap. frater 17. q.
3 4. Quæ ratio intantum eſt vera, vt Capella Tholoſ. in deciſ. 422. poſuerit caſũ in eo, qui ſemel commiſit ſacrilegium in Eccleſia, vt ſi ob aliud delictum per eum commiſſum confugiat ad Eccleſiam, immunitate non gaudeat: quia per ſacrilegium antecedẽs priuilegium amiſit, & Eccleſia non debet illum tueri per iura ſuperiùs allegata, & idem in ſacrilego, quòd amittat priuilegium, poſſitq; extrahi ab Eccleſia, tradit Iul. Clar. in d. q. 30. & ob id Henric. Boich. in d. cap. Eccleſię dixit, quòd differentia inter ius ciuile, & canonicum in hac materia immuni-

munitatis illa ſit, quod in confugientibus ad Eccleſiam fiat diſtinctio de iure ciuili, an delictum ſit graue, vel minimum: de iure verò canonico ſecùs; ſed tantùm an in Eccleſia delinquat, vel extra, vt primo caſu non gaudeat; ſecundo verò ſic, & ſtatim dùm dicit, quòd in Eccleſia delinquens non gaudeat, ponit caſum in furto nulla alia adhibita diſtinctione, & ratio eſt: quia ſemper committitur ſacrilegium.

Vnde dùm voluerunt aliqui diſtinguere delicta facta in Eccleſia, ſi fuerint grauia, vel leuia, non fundatur diſtinctio de iure, ſi ablatio immunitatis trahat originem à delicto ſacrilegij, quod incurritur ſecundum Ang. de Caſtr. vbi ſupra, & propterea Hoſtien. & qui eum ſequuntur, hanc non fecerunt diſtinctionem; ſed ſimpliciter loquuti fuerunt, & dixerunt, text. in cap. fin. habere locum in omni delicto, & in ſpetie in furto, Abbas tantùm dixit, decretalem illam habere locum in omnibus delictis grauibus, & non tranſiuit vlterius: vnde dum Stephan. Aufr. dicit in additione ad dictam deciſionem Capell. Thol. authoritate Abb. decretalem illam non procedere in delictis non enormibus, & ſic ſumm. Syluestr. quos allegat Couar. vbi ſupra, dico Abb. hoc non dixiſſe, & cæteros Doctor. ſimpliciter firmaſſe concluſionem in quolibet delinquente, & ratio ſacrilegij amplectitur quamlibet delicti ſpetiem.

Sed vlteriùs nemo diſtinxit in furto, & hoc ſumma cum ratione: quia furtum
5 in Eccleſia ſemper eſt graue delictum: quia ſemper adeſt dolus, & delictum appenſatum, & ratione loci, & ratione exempli, & ratione temporis, & publici intereſſe, vt dixi, delictum enorme, & graue eſt reputandum, & licet communis ſit opinio, quòd grauitas, & leuitas delicti ſit remiſſa arbitrio Iudicis conſideratis circumſtantijs, & qualitatibus, quæ vnum, idemq; delictum, & graue, & leue faciunt habita ratione perſonarum, cauſæ, loci, temporis, & exempli, de quo latè per Farinac. in tit. de delict. & pœn. q. 18. nu. 62. tamen in proprio caſu loquendo in furto, allegatur ab omnibus communiter Abb. in conſ. 25. 1. par. qui dixit, furtum paruæ rei in illo caſu reputari graue delictum, & reum vti de delicto graui condemnari conſideratis circumſtantijs, quæ erant locus ſacer, pecunia deputata ad honorẽ Principis, & tempus hebdomadæ ſanctæ; &
6 intantùm reputatur furtum graue delictum, maximè in locis, vbi furta frequẽtantur, quòd Doctor. tradiderint, eſſe ſpetiale in ſimplicibus furibus ex conſuetudine generali etiam de conſenſu Clericorum introducta, vt delinquentes extra Eccleſiam, & ad eam poſtea confugientes, immunitate non gaudeant; ſed inuiti extrahantur maximè in locis, vbi furta frequentatur, ita Couar. d. cap. 20. var. reſol. in fin. nu. 13. Iul. Clar. vbi ſup. & Farinac. latiſſimè in d. tit. de carcer. & carcerat. q. 28. nu. 51.

Et ſi Doctor. inter alia ad conſiderãdum grauitatem delicti, conſiderauerũt pœnam, quæ pro eo infligitur: nonne videmus, ex multitudine furium ſeruata diſpoſitione text. in l. aut facta §. fin. ibi, nonnunquam euenit, vt aliquorum ma-
7 leficiorum ſupplicia exacerbentur, quoties nimium multis perſonis graſſantibus exemplo opus ſit ff. de pen. ſancitam iccircò fuiſſe Pragmaticam tollentem furibus appellationem, & ſtatuentem nouas, & inuſitatas pœnas, non ſolùm condemnationem ad triremes per decennium; ſed etiam bullationis in ſpatulis
8 more mancipiorum, quod facere poſſunt Principes ſecundum Andr. per illum tex. in §. ſi quis quinq; ſolidos de pac. ten. ita vt, quando ſecundo loco bullatus de furto inquiritur, hoc ſolùm ſufficiat ad condemnationem: igitur grauiſſimum eſt hoc delictum in Ciuitate, & grauiſſimũ, enorme, & atrox facit, & auget locus Eccleſiæ, & factum contra Eccleſiam, furando eius pecuniam, & magis exemplare ſurripiendo illam à cippis cum artificio inuento tàm ſagaci, tàm occulto, & fraudulento, quòd ſi detectum non fuiſſet, quotidiè pecuniam, quæ à deuo-

tis

tis pro eleemoſynis dabatur, furatus eſſet,& poſtquam etiam Doctor. conſiderant tempus,& Abbas ponderauit pecuniam in caſu illo furatam eſſe deſtinatã ad honorem Principis, quantò magis in caſu,de quo agimus, hæc locum habere debēt tempore quadrageſimæ in pecunia deſtinata ad honorem Dei, & Beatæ Virginis.

Hæc deciſio procedit ſecũdum diſpoſitionem iuris communis, quid autem dicendum ſit hodie attenta Bulla Greg. XIV. fœl.rec.de immu.eccl. quando caſus euenerit,aduertant ad illius tenorem Domini iudicãtes,cum hæc deciſio procedat tantum ſecundum terminos iuris communis.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in parlamento generali ſedere non debet in eodem loco, vbi Baro ſuus principalis ſedere deberet,nec præcedentiam aliquã prætendere in voce danda,& ita deciſum: verùm inter Procuratores ſit differentia, vt præcedant ſecundum qualitatem ſuorũ principalium.*

2 *Balius an ſedere debeat in loco, vbi pupillus ſederet,& ſic vocem, et precedentiam habere,& refertur deciſio facta, quòd minimè ius hoc honorificum oſsibus pupilli infixum poſsit per Balium repreſentari,& ſic idem ſit in eo,quod in Procuratore,& ibi diſtinguũtur termini, & deciſiones Doctorum.*

3 *Viceregens,quãdo habere debeat omnia,quæ ſuus principalis.*

4 *Vicario quando debetur idem honor,qui Epiſcopo.*

5 *Differentia quando Rex adæquat perſonas, vel ſubrogat.*

6 *Quando cauſa adhæret perſonæ, extinguitur cum ea,nec ad hęredem tranſit.*

7 *Tex.in l. comperimus C. de proxim. ſacr.ſcrin. ponderatur.*

8 *Subſtitutus,ſubrogatus,vicemgerẽs, & ſimiles nunquam reſpectu honoris habent eandem prærogatiuam, quam principales ipſorum.*

9 *Aliud eſt,quòd quis honoretur,tanquam repræſentans perſonã principalis, & aliud quod honoretur tanquam principalis.*

10 *Operæ obſequiales,quæ cohærẽt perſonæ Domini, vel patroni, non poſſunt in alios transferri.*

11 *Conſuetudo in materia præcedentiæ maximè præualet, & ea eſt attendenda.*

12 *Syndicus parlamẽti generalis, quod in Regno ſingulis duobus annis celebratur in caſibus contingentibus,poteſt facere mandata poenalia, cæteraq; concernentia explicationem, & concluſionem Regij ſeruitij,& eiuſdem parlamenti, & ita deciſum.*

13 *Syndicus parlamenti generalis repræſentat Vniuerſitatem,& Regnum,& nu. 18.*

14 *Syndicus, dùm Prorex accedit ad generale parlamentum,ibiq; proponit ſeruitium faciendum, petit à Prorege licentiam congregandi parlamentum pro ſeruitio petito concludendo.*

15 *Ex poteſtate conceſſa Syndico parlamentum congregandi, & concluſionem faciendi, cenſetur conceſſa poteſtas explicandi omnia*

ante-

antecedentia,per quæ ad hoc perueniri poſſit.

16 *Ciuitas eſt diuiſa in diuerſa quarteria,ſeu plateas, & vnaquæque habet poteſtatem faciendi mandata hominibus, qui ſunt eiuſdem plateæ, loquendo de plateis nobilibus.*

17 *Syndicatus honor diuiditur per plateas Nobilium, non autem Popularem.*

19 *Syndicus præcedit omnes Titulatos, & etiam habentes ſeptem officia.*

20 *Syndicus ſolus vadit ad latus Proregis.*

21 *Decuriones quomodò aſſociët Syndicum, et repræſentent eum Proregi in parlamento.*

22 *Ciuitas præcedit omnes Titulatos, & Barones Regni.*

23 *Ciuitas in parlamentis generalibus, quæ celebrantur ad donatiua facienda, non habet vocem: quia non donat ex ſpetiali immunitate eidem conceſſa.*

24 *Immunitas à donatiuis non ſolùm eſt conceſſa Ciuitati, ipſiusq. Ciuibus; ſed ẽt habitantibus in ea.*

25 *In die, in qua congregatur parlamentum pro donatiuo faciendo, Ciuitas non interuenit; ſed benè in ſequentibus congregationibus, & vnaquæque platea facit ſuos Deputatos.*

26 *Platea Popularis facit pariter ſuos Deputatos, & in omnibus iſtis actibus, tàm in loquendo, quàm in firmando, ſeù ſubſcribendo literas, & gratias, Ciuitas præcedit omnes Barones.*

27 *Syndicus dicitur Rector, & Gubernator Ciuitatis, & Regni.*

28 *Regentes Regiam Cancellariam in parlamento interuenientes poſſũt in caſibus contingentibus mãdata facere, & alia exercere vigore iuriſdictionis ordinariæ penes ipſos exiſtentis.*

ARGVMENTVM.

Balij Baronum an in parlamento generali præcedant,& ſedeant,vti præcedunt ipſorum principales, & an Syndicus Ciuitatem, Baronagium,& Regnum repræſentans, poſſit in rebus contingentibus pro explicatione parlamenti, & Regij ſeruitij mandata pœnalia facere,& Regens Regiam Cancellariam in parlamento deputatus, tanquàm Baro, an ſuæ iuriſdictionis exercitium retineat.

DECISIO XV.

IN parlamento generali facto in anno 1602. ſub die 16.Nouemb. fuit de duobus dubitatum: vnũ dubium fuit,àn Balij Baronum Titulatorũ taliter repræſentent eorum principales minores,vt ſicut illi ſedere debent, & præcedere alios Barones,& Titulatos in votis dandis,ita pariter ipſi Balij: alterum verò an Syndicus generalis parlamenti habeat authoritatẽ faciendi mandata in eodẽ parlamento pro exequutione eorũ, quæ ibi tractantur, & concluduntur.

Quò ad primam quæſt.Balij D.Frecc. in vlt.quæſt.ſui operis poſuit caſum in Procuratore,& determinauit,non debere ſedere in loco, vbi ſedere debet prin-
1 cipalis,nec habere præcedentiam aliquã in voce danda: quia eſt ius honorificum infixum oſſibus, & eſt conſiderata principaliter qualitas perſonæ, & in Procuratore non ſit difficultas,& ita aliàs practicatum,& determinatum: eſt benè verum inter Procuratores fieri hanc differentiam,vt per eundẽ Frec.& ſic pariter

2 prædicatur;ſed in Balio,qui conſtituitur à lege,& authoritate Superioris, qui videtur eſſe vna, & eadem perſona cum principali,ſicut tutor, videtur caſus magis dubitabilis, pro quo videtur facere illa doctr.Bart.communiter approbata in l.filius ff.de legation.diſtinguentis in-
3 ter Viceregentem conſtitutum à Domino,vel ab Officiali, vt primo caſu omnia debeantur: ſecundo verò ſecus,vt habetur per Felyn.in c.cum olim lo 2.de off. deleg. & poterit etiam adduci ſimile de
4 Vicario,cui Docto.dixerunt deberi eundem honorem,qui Epiſcopo, quod text. in clem. 1.de off.Vic.vbi bona gl.limitauit procedere in Vicario perpetuo à Superiore conſtituto, ſecùs in temporali.

Sed Iò.de Plat.in l.2.C.de comit.te, milit.lib.12.facit diſtinctionem,aut Rex adæquat perſonas, & tunc habent per omnia eandem dignitatem,aut verò ſub-
5 rogantur, & conſtituuntur loco, & vice alterius, & tunc ſuccedunt in omnibus præterquam in dignitate, quæ videtur oſſibus affixa, & conſiſtatur qualitas, & præſtantia perſonæ,ſuntq; à perſona hæc inſeparabilia,& ſic poteſt reſponderi ad doctr. Batt. in d.l.filius,& videtur caſus ſecundum vnum intellectum in l, ſed ſi hac §.fin.ff.de in ius voc.vbi reuerentia,quæ debetur patrono,vt non poſſit in ius vocari ſine venia, non debetur ipſius tutori,qui vt tutor conuenitur:q3 ius illud honorificũ reuerentiale,ac perſonale nõ egreditur perſonam,vbi Bald. notat, non deberi Vicario illum honorẽ,
6 qui debetur Epiſcopo,& qñ cauſa adhęret perſonæ, extinguitur cum ea, nec ad hæredem tranſit,licet aliàs de iure dicatur vna,eademq; perſona cum defuncto; elegans text.in l,ſeruus ſi hæredi ff. de
7 ſtat.lib. pro quo facit text.in l.comperimus C.de prox.ſac.ſcrin.lib.12.vbi in terminis illius text. qui ſubrogat Adiutorem in ſuum locum,licet ſuccedat in officium, non tamen ſubintrat in præcedentia loci antiqui,quã ille habebat;ſed erit vltimus, ita notat, & reaſſumit ibi Luc. de Pen. in verb.non prohibendi, & idem ibi Io.de Plat.poſt gl.quod optimè diſtinguit, & declarat materiam Dec.in
8 c.ſanè lo 2. de off.iud.deleg. vt reſpectu honoris nunquã ſubſtiturus,ſubrogatus, Vicemgerens,Delegatus, & ſimiles tandem habeant prærogatiuam,quam principales:ſecùs verò quò ad alia omnia,& ſnder cõtrarijs,& aliud eſt,quod debeat
9 honorari tanquam repræſentans perſonã principalis,& aliud,q̃ honoretur tanquã principalis, vt optimè explicat Dec. vbi ſup.eandemq; diſtinct. facit Purp.in l.1. ff.de off.eius nu.633. ſecundum quæ videmus in dies Balium alicuius Titulati, ſi non ſit ipſe Titulatus, non intrare Regium palatium in Aulam Titulatorũ,nec in Miſſa,quæ celebratur in eod.Palatio, ſedere in Titulatorum banco,imò minores ipſi ordinariè ſolent accedere ad regium palatium ad Miſſam, & ad bãcum titulatorum,& qñq; etiam ad regia parlamenta:quia ius illud honorificũ,& ſpetiale perſonæ,& oſſibus affixum nõ euellitur ab eo:quia minor,& ſic minores videmus in dies vti Titulatos tractari, incedere,& reputari ab oĩbus,nec aliquid facit ad hoc,q̃ habeant Balios:hi.n.curã tantùm habent perſonarum vti Titulatarũ,& bonorum,& ſic in prædicto parlamento fuit per Collat.Conſ.concluſũ, quod ſuccedente caſu altercationis,balij non præcederent, nec tenerent locum principalis: in quo parlamento cõparuit Princeps Cariati, qui præcedit Principẽ Caſertæ tãquam antiquior;ſed Princeps Caſertæ erat Balius Principis Sulmonis, qui præcedit Principem Cariati;ſed non fuit hoc altercatum, nec in dubium reuocatum, & credo,quòd conſultò: quia certiorati de concluſione Collateralis,& pariter præceſſerunt Regentes tanquam Procuratores, & ſic Regij Cõſiliarij cæteris Procuratoribus,prout etiam pręceſſit Procurator Ducis Parmæ ſecundum opin.Marin.in loco præalleg. facit quod dicimus de operibus obſequialibus,quæ
10 cohærent perſonę Domini,vel patroni,vt tanquam conſiſtentes in facto inſeparabili à perſona Domini,non poſſint alteri ẽt ipſo mandante præſtari,vt notabiliter per Bald.in l.liberti, libertæq; num.14.

de

de oper.lib. Iacob.in inueſtit.tit.de Roidis,ſeu operis num. 1. allegat text. in l. operæ in rerum ff.de oper.liber.& Bald. allegat text.in l.ſi nõ ſortem §.libertus, verſ.ſed ſi delegatus ff.de condit.indeb. cumulat multa eleganter erudititiſſimus Conſ.Fab.de Ann.vir nũquam ſatis lau-
11 datus in conſ.3.& in his præcipuè ſtandum eſſe conſuetudini dicit Card. in d. clem.1.de off.vic.in ſexta oppoſ.quem allegat, & ſequitur Fely.in d.cap.cum olim lo 2. de off.deleg.

12 Quò ad ſecundam dubitationem,an Syndicus in generali parlamẽto pro explicatione, & concluſione illius poſſit mãdata facere, mihi viſum fuit hoc nullam habere poſſe probabilem dubitationem:quin Syndicus poſſit hæc facere, quodq; contrarium attentare eſſet cõtra Regium ſeruitium,publicam vtilitatem, & cauſa ſcandali, & ſic viſum etiam fuit cæteris Dominis Regentibus, qui in eãdem concurrerunt ſententiam.

13 Non poteſt dubitari, quod Syndicus repræſentet totam Ciuitatem,& Regnũ, & propriè dicitur principalis defenſor, & perſonam ſuſtinet Vniuerſitatis, & Collegij, à quo creatur ſecundum gloſ. in cap.vnico extra de Syndico,vbi Abb. & cæteri Scrib. idem Specul.in eod.tit. vt latiùs declarat Frec. in loco ſupra alleg.num.40.verſ.gerit Syndicus,& in
14 princ. nu.3. Hinc Syndicus,dum Prorex venit ad generale parlamentum, & proponit regium ſeruitium,ſeu Regium donariuum à Ciuitate,Baronagio,& Regno faciẽdum,ibidem Syndicus aſſurgit ante præſentiam Proregis ſedentis in ſuo ſolio,& petit ab eo licentiam,vt poſſit cõgregare parlamentum generale, in quo proponatur ſeruitium petitum,& fiat debita concluſio, vt poſſit demùm ipſe nomine Ciuitatis,Baronagij,& Regni eidẽ Proregi reſpondere,& Prorex licentiam concedit.

Ex hoc neceſſariò infertur,quod cenſeantur conceſſa,& mandata omnia, per quę ſit congregatio facienda vtilis,& ex ea ſeruitij petiti concluſio oriatur, aliàs
15 inutilis, & de vento eſſet congregatio, tempus petitum ad reſpondẽdum,& poteſtas data congregandi parlamentum eidem Syndico,vt reſpondere poſſit,pro quo explicando,ſi qui interuenire debẽt non aſſiſtunt,& qui votare debent,votare reluctant,& ſi qui vota dant, nõ ſubſcribunt concluſiones,nihil eſt actum: ergo Syndicus poteſt mãdare,quod aſſiſtant omnes,qui aſſiſtere debent,quodq; vnuſquiſque ſuum det votum, & ſe ſubſcribat concluſionibus ſeruata forma ſoliti,& conſueti,ac iuxta concluſionem maioris partis votorum, aliàs poteſtas congregandi non deſeruiret, & data ad finem concludendi,& reſpondendi,operaretur contrarium effectum: quia nunquam concluderetur,nec reſponderetur, & hæc fundantur ſecundũ terminos tex. in l.ad legatum,in l.ad rem mobilem ff. de procur.in l.2.ff.de iuriſd. om.iud.in l.orario ff.de ſponſ.cum concord. vt cẽſeantur mandata, & conceſſa omnia ea, per quæ peruenitur ad illud.

Sed fortiùs vnaquæque Platea,& vnũquodq; Quarterium ſecundum quas,ſeu
16 quæ eſt diuiſa Ciuitas, habent ſecũdum immemorabilem cõſuetudinem poteſtatem faciendi mandata ſuis Ciuibus in quarterio degentibus, vt obediant his, quæ per Plateam, ſeu Quarterium concluduntur,& mandantur,etiam carcerãdo illos,de quo non dubitatur,ſuntq; qui faciunt mandata prædicta nominari ſex, ſeu quinque talis ſedilis, vel quarterij, qui ſunt illius plateæ, ſeu ſedilis Rectores, & multò maiorem habent poteſtatẽ Electi, ſeu Decuriones Ciuitatis.

Si igitur in negotio parlamenti generalis creatur Syndicus à Quarterio, ſeu
17 platea,cui talis honor contingit:quia,vt eſt notorium,ille diſtribuitur per quarteria, ſeu plateas alternis annis iuxtà caſuum contingentiam, cuius honoris non eſt particeps Platea popularis,& iſte Syn
18 dicus creatus repræſentat torã Ciuitatem,Baronagium,& Regnum, & vt talis
19 oẽs præcedit etiam Titulatos habentes ſeptem officia,& oẽm aliam dignitatem, quæ omnia latius explicat Frec.vbi ſup.
20 & ſolus,& non alius vadit ad latus Pro-

regis,& Electi,ſeu Decuriones Ciuitatis
21 illum aſſociantes, & ponentes in mediū
eorum,accedūt ad Regium palatium, &
præſentant ipſum Proregi in die parla-
menti faciendi tanquam publicam per-
ſonam repræſentantem Ciuitatem,Baro-
nes,& Regnum,& in illo actu parlamēti
omnis Ciuitatis poteſtas eſt in ipſum
transfuſa tanquam perſonā,quæ ipſam
22 repræſentat. Quæ Ciuitas, & ſucceſſiuè
ipſius Decuriones præcedunt oēs Titu-
latos,& Barones Regni, vt apparet in
parlamento generali celebrato in anno
1538.& hoc eſt indubitatum, & ſic cō-
tinuatum in omnibus parlamentis,& pu
blicis actibus ēt in parlamentis genera-
23 libus, quæ celebrantur ad donatiua fa-
cienda, in quibus ipſa Ciuitas nō habet
vocem:quia non donat ex ſpeciali immu-
nitate eidem cōceſſa, & non ſolùm ciui-
24 bus; ſed omnibus in Ciuitate habitāti-
bus,vt per cap.27.mag.Capit.& 32.tpē
Regis catholici,& ob id in die,quo con-
25 gregatur parlamentum pro donatiuo fa
ciendo,Ciuitas non interuenit;quia non
donat;ſed poſteà in ſeqq.congregationi-
bus,&ſeſſionibus interuenit per ſuos de-
putatos, duos videlicet Electos à quali-
bet platea,inter quas eſt platea popula-
ris,& hi tā in gratijs impetrandis à Ca-
26 thol.Maieſt. quàm in ſubſcribendis, ſeu
firmādis literis habent vocem, & firmāt
cum alijs Baronibus,& pariter ēt in hoc
procedunt illos tam in loquendo,quā in
firmando,& habent ſex voces diſtinctas,
prout ſex ſunt quarteria,& plateæ:Baro-
num verò voces ſunt duodecim videlicet
ſex Titulatorum, & aliæ ſex Baronum
abſque titulo: ergo ſi quarteria in caſib9
cōtingentibus,ſeu plateæ,ſi Decuriones,
alijq; Adminiſtratores habent facultatē
faciendi mandata pro executione cōclu-
ſionum illorum circa concernentia ipſo-
rum adminiſtrationem, per neceſſe dicē-
dum erit,ꝙ hęc poteſtas omnis,& maior
debeat ēt reſidere in Syndico circa eius
miniſterium tanquam Ciuitatem, Baro-
nes,ac Regnum totum repręſentāte,cum
reſpectu actus parlamenti Ciuitas omnē
in illum tranſtulerit poteſtatem pro ſui
muneris iniūcti neceſſaria explicatione,
qui Syndicus tanquam caput omniū, ac
omnium pręexcellentior dicetur Rector,
& gubernator Ciuitatis,& Pater Patrię,
27 ac Regni:ideoq; oēs Titulatos,omneſq;
alias dignitates præcedit, & non eſt du-
bium in tales Rectores reſidere iuriſdi-
ctionem,pręſtari debere eidem obedien-
tiam,ac illius mandatis eſſe obtemperā-
dum ſecundum cōiter tradita per Bart.
Salyc.& concorditer Scrib.in l.fin.C.de
iuriſd.omn.iud.per illum text.

Si.n. Syndicorum mandatis non eſſet
obtemperandum,ac illi talem non habe-
rent poteſtatem,dicatur,qñ parlamētum
finem acciperet, quomodo Regium ſer-
uitium dilataretur,& qñ concluderetur,
eſſent.n.omnia eluſoria, & cauſa grauiſ-
ſimi ſcādali,vnuſquiſque.n.dicere poſſet,
nolo votare,vel nolo ſubſcribere, & hoc
malitiosè, & conſultò ad detinendū par-
lamentum,& ſeruitiū dilatandum,& hoc
modo redderetur Congregatio parlamē-
ti eluſoria, nec perſona Syndici deſerui-
ret:nam ſufficeret perſona Secretarij pp
adnotationem votorum, & concluſiones
in ſcriptis redigendas, & durus eſſet ſer-
mo,vt penes Electos,ac quarteria Ciui-
tatis poteſtas reſideret mandata, & alia
faciēdi pro ipſorum officiorum recta ad-
miniſtratione,& Ciuitatis gubernatione,
& penes Syndicum ipſorū caput, & Ci-
uitatem,Baronagium,& Regnum totum
repræſentantem nulla reſideret poteſtas,
ſeu iuriſdictio in his,quæ neceſſariò con-
cernunt ſui officij explicationē,& ſic iu-
ſtum mihi viſum fuit : immò iuſtiſſimum
mandatum factum Electo populari, qui
tanquam deputatus ſuę plateæ in parla-
mento interueniebat,ꝙ mandatum fecit
Dec.Roccus Syndicus electus per plateā
Montanee,vt ſubſcriberet literas,& gra-
tias petitas iux.maiorem partem votorū,
qui electus petijt videntibus oībus,vt ex
gratia ad ſui exonerationem fieret man-
datum per Syndicum, ne aliquid culpæ
ei adſcriberetur à ſua platea,dum aliquę
gratiæ fuerunt petitæ, & concluſæ con-
tra votum ipſius Electi, & Deputati, &
ſic mandato præcedente ſubſcripſit lite-

ras, & concluſionem donatiui, & non ſubſcripſit tunc gratias, prout paratus erar ſubſcribere mediante mandato prędicto: quia fuit factus error per cæteros Deputatos Ciuitatis, qui literas firmauerant nō relicto ſpatio ſolito, in quo ſubſcribi, ſeu firmari debebant Barones Regni, & propterea neceſſe fuit gratias petitas reficere, & demum illas omnes ſuo ordine firmauerunt.

In eodem parlamēto ſucceſſerunt aliquæ diſſenſiones, & aliqui ex deputatis fideliſſimæ Ciuitatis voluerunt diſcedere, & exire, & à me tanquam Regente

28 licet deputato in parlamento tanquam vno ex Baronibus Titulatis fuit factum mandatum, ne diſcederent; ſed in ſuo loco permanerent: nam non ex eo, quia quis eſt deputatus, propterea ſuam iuriſdictionem ordinariam perdit, aut illa ſilet in caſibus contingentibus, qui iuſtitiæ prouiſionem deſiderant à poteſtatem habente; non ſecùs ſi in parlamento ſuccederet delictum, rixa, aut homicidium: quis enim dicere auderet, quod ex eo: quia Regentes ibi, vti Barones congregantur, propterea nullam valerent iuriſdictionem exercere, & quæ deciſa ſunt in Dominis feudatarijs ſeptem officia habentibus, vt præcedant omnes Barones etiam titulo maiores in eiſdem parlamentis, de quo per Frecc. lib. 1. in tit. de orig. Baro. 2. q. ptinc. & hoc iure hodiè vtimur; hęc inquam ſunt in caſu fortiori, & ita aliàs obſeruatum tempore Regentis Reuerterij aliàs deputati in parlamento, tanquam vnius ex Baronibus Regni, ac etiam in alio parlamento, in quo inter cæteros tanquam deputatus interuenit Marchio Gruptularum Conſiliarius à latere, qui tanquàm talis in caſu ibi contingente Regio nomine mandatum fecit, quæ adnotare volui: quia vtilia pro caſibus contingentibus in futurū, vt antiquitatis nihil ignoretur.

SVMMARIVM.

1 Poena Officialis delinquentis in officio qualis ſit de iure communi, & qualis ſecundum Conſtitutiones, & Capitula Regni.

2 Quando poena legis nouæ tollat poenam legis antiquæ.

3 Capitulum vulgaris famæ proloquium ex communi vſu receptū eſt obſeruari in perpetuum, de cuius intellectu nu. 4.

5 De iure communi ad condemnandum Officialem requirebatur cōuictio, & ſic pariter de iure Cōſtitutionum Regni, quod alteratum eſt per dictum Capitulum vulgaris famę proloquium, quod Capitulum intelligitur: dùm ad pecuniariam poenam Officialem condēnari vult; ſecùs verò quando ad corporalem, quod Capitulum non vetat.

6 Probatio in cauſa ciuili, & pecuniaria longè diſtat à probatione requiſita in cauſa criminali.

7 Capitulum vulgaris famæ proloquium quomodo practicatur.

8 Probatio omnis Iudicis arbitrio remittitur.

9 Pragmaticæ Regni cumulauerunt pro eodem delicto contra Officiales poenas pecuniarias, & corporales.

10 Poena reputandarum non eſt reſtricta per Conſtitut. Capitula, aut Pragm. Reg.

11 Delicta, quæ ſecretò fieri conſueta ſunt, probantur per coniecturas, & præſumptiones.

12 In criminalibus exceptis, & occultis admittuntur teſtes aliàs non admittendi, maximè quando Officialis mala fama laborat.

13 Iura dicentia, quòd contra Officia-

lem requirantur teſtes ſynodales, & probatio concludens, limitantur in Officiali bonæ famæ, & quando officium non emerit.

14 *Quando ex natura facti veriſimiliter teſtes integri haberi non poſſint, tunc admittuntur aliàs inhabiles, & ſignanter ſocij criminis, & teſtes corrupti contra corrumpentem.*

15 *Gloſ. in l. fin. C. fam. erciſ. limitatur in delictis occultis.*

16 *Fama vehemens in his, quæ ſunt difficilis probationis cum adminiculis probat, & per eam ſuppletur defectus teſtium aliàs inhabiliũ.*

17 *Inditia, & probationes diuerſi generis de generali conſuetudine iũguntur, maximè in ſupremis tribunalibus.*

18 *Dictum ſocij criminis regulariter debet confirmari in tortura, & ſola confeſsio non ſufficit; ſed debet eſſe adminiculata, quod Iudicis arbitrio remittitur.*

19 *Qui dederunt ad redimendam vexationem: quia aliàs iuſtitiam conſequi non poterant, non dicũtur ſocij criminis, & ideò turpiter datum ipſis reſtituitur; ſed propter intereſſe hoc eis non creditur; ſed aliàs probare debent per alia inditia, & adminicula.*

20 *Gloſ. in § neceſsitatem in auth. vt iudic. ſine quoque ſuffrag. declaratur.*

21 *Communis concluſio Doctorum, quòd ex teſtibus non integris, & ex inditijs non poſsit procedi ad condemnandum, intelligitur quò ad pœnam ordinariam, non autẽ extraordinariã Iudicis arbitrio, & ſic pariter vt ex illis poſsit procedi ad torturam.*

22 *Pœna legis iul. repetun. declaratur.*

23 *Speciale eſt in crimine repetundarũ, vt ex eodem delicto poſsit ſimul, & ſemel puniri pœna pecuniaria, & corporali.*

24 *Teſtibus tentatis plenè creditur; quãdo nullum habent intereſſe, immò ſolo teſti tentato eſt credendum.*

25 *Mediatores faciunt inditiũ ad torturam, & text. in cap. 1. de teſt. in ſexto, intelligitur quò ad plenam probationem.*

26 *Officia habentia annexam iuriſdictionẽ regulariter vendi non poſſunt ab inferioribus à Principe, ſecus verò conſiſtentia in nudo miniſterio, & exercitio certæ negotiationis, quod latè fundatur, & declarantur, & diſtinguuntur iura.*

27 *Princeps poteſt quæcunque officia vendere, etiam quòd habeant iuriſdictionem annexam; ſed de honeſtate facere non debet; ſed gratis concedere.*

28 *Text. in l. . ff. ad l. iul. de ambit. declaratur.*

29 *Quicquid non eſt probibitum eſt permiſſum.*

30 *Feuda emuntur, & venduntur.*

31 *Militiæ emuntur, & venduntur.*

32 *Officia ſcriptoriæ, regiſtri bullarum, portarum, barattariæ, cuſtodiæ carcerum, & ſimilia emuntur, & venduntur.*

33 *Iudex propter nimiam ſeueritatem repellitur ab officio, & Dominus dominio ſerui.*

34 *Iu-*

34 *Iuriſdictio poteſt auferri propter nimiam crudelitatem, & propriè Doctor.loquuntur in Marchione, & Duce.*

35 *Dominus malè tractans ſeruos, tenetur illos vendere, quòd ex officio poteſt Iudex prouidere.*

36 *Vaſſallus nimis grauatus à Domino, ita quòd ad ſeruitium poſſit imputari, poteſt eximi ab eius iuriſdictione, & ſi ſuperior grauet indifferenter ſuos ſubiectos, poteſt ei interdici adminiſtratio.*

ARGVMENTVM.

Officialis delinquens in officio, qua pœna puniatur, & quæ probationes requirantur, in quo latè declarantur Conſtitutiones, Capitula, & Pragmat. Regni in materia legis Iuliæ repet. loquentes.

DECISIO XVI.

In cauſa Marchionis Padulæ Dohanerij Menepecudum Apuleæ.

DE iure communi aduerſus Iudicē in officio delinquentem pęna eſt ſtatuta arbitraria ſecūdum qualitatem facti, & corporalis, & pecuniaria,
1 relegationis, & exilij, priuationis, & ſuſpenſionis officij; immò de iure authent. addebatur priuatio tertiæ partis bonorum, quæ latè examinat Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 4. caſ. 342. ex intentione communi Scribentium.

De iure Regni infraſcriptas reperio ſanctiones.

Conſtit. Reg. eos tantum in verb. eos itaque, ponit caſum, quando per iniuriā Iudex, ſeù Officialis aliquid vltra debitum habuit, ita quòd non fuit datum à ſponte ſoluente, tunc imponitur pœna quadrupli in beneficium dantis, & pęna priuationis officij in beneficium Fiſci; ſi verò accepit à ſponte ſoluente, imponitur eadem pœna omnis in fiſci beneficiū per Conſt. incip. apud Iuſtitiarios regionum ſecundum gloſ. Andr. & Afflict. in d. Conſtit. eos.

Conſtitutio Reg. incip. corruptelę crimen loquitur reſpectu accuſantis, & deferētis quid premij illi dabitur, & quid, & quando præmium conſequetur, quod non eſt præſentis ſpeculationis.

Capitula Regni ſunt plura.

Capit. incip. item quòd Iuſtitiarij, Iudices, ponit pro receptione eſculētorum pœnam quadrupli: pro receptione verò aliorum pœnam arbitrariam; ſed Capit. iſtud loquitur in Officialibus capiētibus ab Vniuerſitatibus, qui non eſt caſus noſter.

Capit. incip. adhoc loquitur in Iudicibus Iuſtitiarijs, ac actorum Notarijs, & pro ſubtractis à Fiſco, ponit pœnam nonupli, à priuatis quadrupli vltra corporales pœnas pro Regis arbitrio infligendas.

Hæc Capitula loquūtur in Iudicibus, & Iuſtitiarijs Prouinciarum ad iuſtitiam adminiſtrandam deputatis; ſed Dohanerius videtur comprehendi: nam iuſtitiam adminiſtrat, immò iuriſdictionem vniuerſalem in toto Regno reſpectu locatorum, ſeu fidatorum exercet.

Capit. vulgaris famæ proloquium inquit per hæc verba, vt igitur circa pecuniariam condemnationem Officialium eorundem propter dubitationum anfractus, qui poſſent in hoc nobis materiam difficultatis afferre, cautiùs procedere valeatis, ecce modus, & forma, quam in his obſeruare vos volumus, & tenere &c. & ponit pœnā quadrupli Fiſci emolumentis applicandam, ſi adeſt concuſſio, tripli, quando non adeſt, ſiuè pro faciendo, vel non faciēdo negotio datum fuerit, parti ſimpli reſtitutione negata, & hæc quando à priuatis; in Fiſco verò ponit pœnam nonupli, & ſubdit text. & in hoc caſu hæc pecuniaria coërtio, quæ ex faciliori exactione plus exēplum timoris adducit, ex certa noſtra ſcientia loco extraordinarię coërtionis accedat,

Ex

Ex quibus verbis videtur ſublata diſputatio, ſi ex lege noua ponente pęnam delicto ſit ſublata pœna legis antiquæ; 2 etiam quod lex antiqua ponat pecuniariam,& corporalem, poſtquam habemus verba expreſſa,quòd hæc pecuniaria coërctio, quæ plus exemplum timoris adducit, ex certa ſcientia Principis ſuccedat loco extraordinariæ coërctionis, & hæc eſt vna de limitationibus Doctor. quando conſtat de intentione ſtatuentis, de quo per Bart.in l.1.ff.de vi bon.rapt. licet communis ſit opinio,quòd cenſeatur abrogata pœna legis antiquæ, de quo lariſſimè per Menoch. cumulantem opiniones, de recup.poſſeſſ. 9.remed.q. 51. licet ipſe tenuerit contra communẽ, & in ſpetie in hoc crimine pariter cõtra communem idem affirmauit de arbit.iudic.lib.2.cent.4 caſu 342. tamen quando conſtat de intentione hæc eſt vera, & indubitata limitatio opinionis etiam tenentium, quòd per legem nouam non ſit abrogata pœna legis veteris.

Et licet in fine prædicti Capit. dicatur prouiſionem illam factam pro exacerbandis pœnis eorundem Officialium, intantùm quòd mandet illius obſeruan-
3 tiam ad beneplacitum temporaliter, qđ Capit. ex communi vſu eſt receptum in perpetuum,de quo per Parid.de ſynd.in verb.teſt.cap.2. & in verſ.probatio cap. 2. Moder.in eod. cap. vltra Gram. in ſuo conſ.35. & de iure Regni vltra pœnam pecuniariam aderat corporalis vltra diſpoſita de iure communi: tamen
4 aduertatur, quòd ego intelligo Capit. prout eſt illud expreſſum, videlicet quãdo proceditur ad pecuniariam condemnationem,vt eo caſu ſeruetur illa forma, & ſuccedat loco extraordinariæ coërctionis,ita quòd non poteſt imponi vtraque poena,vt ex verbis expreſſis ſupra notatis eiuſdem Capit.in princ.& pœnę exacerbatio conſiſtit: quia comprehendit omnes Officiales,& ſtatuit, poſſe cõdemnari illos ex ſola depoſitione deferentis cum iuramento, quando laborat Officialis mala fama iunctis alijs adminiculis ſublata appellatione: nam hoc facit caſum, & per hæc verba,videlicet.

Et quia probationum non eſt anguſtãda facultas, maximè, vt crimina clareſcant,& ea,quæ fiunt,conſueuerunt; fieri clanculo, vulgarem probationem, & lucidam communiter habere non poſſunt, propter illorum tamen graſſantiam illa puniri expedit,vt ſit locus exemplo. Circa indagationem eccesſuum hęc forma vobis deſcribitur.

Primò, dicit, quòd ſi fuerit Officialis malæ famæ,& adſit probatio duorum, vel trium teſtium probatæ vitæ, cõdemnetur abſque copia inquiſitionis,ſi bonę famæ fuerit,detur copia nominum teſtiũ tantum,& contra eum procedatur.

Si verò vnus tantum adſit teſtis bonæ conditionis, & deferens ſuo iuramento affirmauerit pecuniam dediſſe,maximè ſi non ſit magnæ quantitatis, & dãs honeſta perſona ſit, ſequatur condemnatio.

Si non adſint teſtes contra Officiales malæ famæ; ſed inditia, ſeu coniecturæ, quæ animũ Iudicis mouere poſſunt: maximè vbi eſt perſona eius, qui dediſſe ſe dicit,bonæ famæ,& res,vel quantitas nõ eſt magna, per ſacramentum dãtis poterit Iudex condemnare.

Sed ſi Officialis ſit bonæ famæ,tũc ex præſumptione, & ſacramento deferentis non poteſt ſequi condemnatio,ſi deferẽs ſit leuis opinionis; ſecùs ſi deferens, & inquiſitionem inſtruẽs ſit honeſta,& approbata perſona.

Ex his patet, quòd verba poſita in fine circa exacerbationem pęnarum ſint
5 propria, poſtquam de iure communi requirebatur contra Officiales conuictio ad text.in l.fin.C.ad l.iul.repet.ibi quadrupli pęna,eo,qui conuictus fuerit,modis omnibus feriendo, text. in l. Iudices C.de dignit.lib.12.ibi, Iudices, qui ſe furtis, & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti.

Auth. nouo iure C. de pœn. Iud.qui mal.iudic.ibi,nouo iure,qui dicit, ſe dediſſe alicui,vel promiſiſſe,& perſonam declarauerit,& hoc probauerit, &c.

Conſtitut.Reg. apud Iuſtitiarios, ibi, quòd ſi contra præſentem Conſtitutionẽ noſtram

noſtram aliquid recepiſſe fuerint dilucida probatione conuicti.

Conſtitutio Regni corruptelę crimen, ibi legitima probatione.

Et ſic loquuntur communiter Scrib. vt contra Officiales debeat eſſe dilucida probatio, teſtes omni exceptione maiores,& ſimilia: ergo exacerbatum eſt delictum,dùm abſque conuictione, & contra omnia iura admittitut teſtimonium deferentis, & inquiſitionem inſtruentis, cum alijs adminiculis.

Sed vt dixi Capit.eſt expreſſum,dùm vult, procedi ad pecuniariam condẽnationem;ſed ſi Iudex velit ad corporalem pœnam, & ad alia procedere omiſſa pecuniaria condemnatione,capit.nõ vetat, nec circa hoc aliquid ſtatuit,& tunc erit recurrendum ad probationes, quæ aliàs ſunt à iure communi proditæ in hoc delicto,cum in hoc non habeamus legem Regni,& non poſſit diuidi hoc capitulũ, vt vtamur illo quò ad modum probandi, & non vtamur quò ad modum condemnandi,ſi in condemnatione pecuniaria eſt factum Capit.& longè diſtat pro-
6 batio in cauſa ciuili,& pecuniaria à probatione requiſita in cauſa criminali, & corporali,de quo per Scrib.in l.fin.C.de probat.

Ita quòd ex his apparet, quid diſponat text. in capit. vulgaris famę prolo-
7 quium: eſt benè verùm,quod hoc capit, fuit interpretatum,& obſeruatum diuerſimodè propter varietatem perſonarum, & factorum; & ſic vidimus, & videmus in dies Officiales condemnatos, aliquos ad pœnam pecuniariam tantum,& alios ad corporalem tantum,& alios ad vtramque pœnam,prout religioni indicantis, eiusq; arbitrio meliùs viſum fuerit, cum probatio nil aliud ſit, quàm Iudices ad fidem credulitatis perfectam rei geſtæ deducere, & propterea omnis probatio
8 Iudicis arbitrio remittitur, notab.Paul. de Caſtran l.admonendi nu.39.ff.de iureiur. ex reg. text.in l.3. ff.de teſt.ibi tu magis ſcire potes,ob quod conſuluerunt Doctor.communi calculo,quòd ſi Iudex inducatur ad credulitatem,poteſt fidem adhibere teſtibus ſingularibus, elegans conſ.Soccin.262. nu.12. Curt.Iun.conſ. 106.Crauet. conſ.73. nu.35. 1.vol. Pariſ.cõſ.57.nu.48. 1.par.Tiraq.de retract. conuent.in præf. nu.38. & maximè hæc in Conſiſtorio Principis,in quo ſecundũ dum veritatem debet iudicari,& ſufficit Iudici animum ſuum taliter informatum habere,vt ſibi de veritate liqueat.

Et hęc practica non fuit caſu ſumpta;
9 ſed ex Pragmaticis Regni, quæ in hoc ſunt,ni fallor,expreſſæ, & eſt declarata intentio Regiæ Maieſtatis in huiuſmodi delictis.

Pragmaticæ enim de trigeſimis ponunt pœnam arbitrio Proregis vltra alias à iure Conſtit. Reg. & Capit.ſtatutas, & ſic declarant omnes pœnas poſſe cumulari.

Pragmatica edita tempore Caroli V. in tit. de muner. diſponit, quòd per tres teſtes ſingulares induceretur perfecta probatio contra Officiales, & ponit pœnam tripli cum ſuſpenſione officij pro prima vice, pro ſecunda verò pœnam priuationis, & demùm poſteà fuit per aliam Pragmaticam diſpoſitum,quod requirerentur quinque teſtes ſingulares bonę famæ,& opinionis,& reddunt Pragmaticæ rationem, quare per teſtes ſingulares,& dicunt:quia eſt delictum difficilis probationis,tamen dicit prædicta vltima Pragmatica.

Verùm cum dictus numerus quinque teſtium defecerit,vel illi nõ fuerint qualitatis ſuperiùs declaratæ, volumus, & iubemus, quòd in dicta probatione obſeruetur id,quòd iura, & leges dicti Regni diſponunt.

Adeò quod mandat Pragmatica obſeruantiam iuris,& obſeruantiam legum Regni, & propterea capit. prædictum vulgaris famæ loquitur in caſu ſuo, & fuit illud obſeruatum, quando qualitas factorum aliud non demonſtrauit.

Concludo,quod non ſit reſtricta pœna repetundarum per Conſtitutiones,
10 Capitula, aut Pragmaticas Regni; ſed tota ſit repoſita Iudicis arbitrio eligentis modò vnam, & modò aliam, prout facti

facti qualitas expoſtulauerit.

Addendo in caſu,de quo agimus, inſtructionem proprij Dohanerij 156.quæ vetat recipere donatiua, imponere pœnam ducatorum mille, & aliam arbitrariam,etiam corporalem, quæ ſi in donatiuis ſimplicibus loquitur,quantò magis erunt hæc clariora in huiuſmodi facto,ſi prætenſa per Fiſcum ſunt vera.

Secundo loco facio aliam concluſio-
11 nem,quòd in his,quæ conſueuerunt fieri in ſecreto,procedatur ex coniecturis, & præſumptionibus,Paris ad propoſitum in verb. teſtis cap. 2. adducit Bald.in l. fin. C.de probat. hinc Innoc. in cap.per
12 tuas il 1. de ſimon. tradidit, quod in criminibus exceptis,& in criminibus occultis admittantur teſtes aliàs non admittendi, quodq; omnia reponantur Iudicis arbitrio,maximè quando Officialis laborat mala fama, quod pariter docuit Paris vbi ſupra num.8. vt id, quod dici-
13 tur, quod contra Officialem requirantur teſtes ſynodales, ac dilucida probatio,procedat, quando non laborat mala fama:nam tunc ſufficiunt inditia,admittuntur probationes leuiores,& teſtes nõ integri,& concluſionem reaſſumit,& latè declarat Maſcad. de probat. concluſ. 1137.vt omnia,quæ dicuntur de probationibus legitimis, & de conuictione procedant, quando Officialis non laborat mala fama,& rurſus, quod notetur, quando non emit officium, quod pariter tradidit Decian. in titu. de repet. cap. 38.

Hinc ex text. in cap. fin. de teſt.cog. Canoniſtæ communiter reaſſumunt re-
14 gulam,quod quando ex natura facti alij teſtes veriſimiliter haberi nõ poſſunt, admittantur teſtes,qui aliàs prohiberentur,& præcipuè ſocij criminis,& propriè ibi teſtes corrupti contra corrumpẽtem, ita notat Bald.& Felyn.ibi latè,& Dec. latiùs in conſ. 342.

Quæ intantum ſunt vera, vt voluerint Doctores,quòd etſi quodlibet inditium, quod non concludit ipſum delictum, debeat probari per duos teſtes ex reg.gloſ.in l.fin.C.famil.ercisc.Tamen
15 quando ſumus in crimine occulto difficilis probationis, licet teſtes de inditijs loquentes ſint ſinguli in ſuo dicto ſingulares; tamen iunguntur: quia ex quolibet oritur qualiſqualis præſumptio: ita vt ex ipſorum dictis ſumatur inditium ad torturam, deciſio eſt ſynodalis Butr. in cap.veniens de teſt. Brun.in tit.de indit.& tortur.2.quæſt. par.1. Blan.latè in ſua practic. num.366. Soccin. conſ.54. 4. volum.
16 Rurſus fama vehemens cum adminiculis in his,quæ ſunt difficilis probationis, probat: immò voluerunt Doctor. vt illa concurrente ſuppleatur defectus teſtium aliàs inhabilium,Butr.in d.cap.veniens il 1. Bart.in l.de pupillo §. ſi quis ipſi Prætori 8.quæſt. de oper.nou.nunc. Cyn.in l.ſi quidem C.ſolut.matr. Alex. in conſ.24.nu.20.2.vol.in conſ.46.vol. Dec.in conſ. 602. Hier.de Mon. de fin. reg. cap.55. in 3.par.tract. & inditia,&
17 probationes, licet diuerſi generis iunguntur de generali conſuetudine,maximè in ſupremis tribunalibus Aym. in conſ.134.& 177. cum vulg.
18 Tertiò non facio difficultatem, quòd dictum ſocij criminis in ſuis caſibus debeat eſſe in tortura ſecundum Alber. in l.fin. C.de accuſ.& eſt communis, & ſola confeſſio non ſufficiat; ſed debeat eſſe adminiculata, vt poſt alios Afflict. in Conſtit.ſi damna clandeſtina,Farinac.& alij; ſed eſt etiam verum,quòd hæc omnia Iudicis arbitrio remittantur, de quo
19 per Gramm. deciſ.28. & qui dederunt verè ad redimendam vexationem: quia non poterant aliter iuſtum conſequi,non poſſunt appellari ſocij criminis: immò nullo modo ſunt delinquentes; ſed reſtituitur datum,& accipiens punitur pœna concuſſionis tanquam turpiter acceptum gloſ.notab.in cap.dilectus de ſimon. eadem gloſ. in canon. nullus Epiſcopus lo 2.1.q.1. in l.quod euitandi C. de condit.ob turp. cauſ. & ex hoc intereſſe: quia debet fieri reſtitutio,& ipſi poſſunt repetere,non creditur eis dicentibus pecuniam dediſſe; ſed debent probare iuxta diſpoſitionem text. in d. authent.

nouo iure,& in hoc ſundatur deciſ.Bald.
in l.dictantibus C.de teſtam.& nihil re-
ſert,quod non poſſent ex eodem proceſ-
ſu recuperare ſolutum, ſufficit tantum
habere formatum intereſſe,itaque non
erunt ſocij criminis, nec erunt teſtes in-
tegri;ſed negari non poteſt,quin ex mul
titudine tantorum Iudex non veniat ad
credulitatem iunctis adminiculis,& alijs
inditijs,de quibus infra.
20 Et ad hoc fundandum adduco deciſ.
glo.in §.neceſſitatem in verb.oſtenditur,
in auth.vt iud.ſine quoque ſuffr.quę tra-
didit,quod per ſolum Sacramentum de-
ſerentis probetur ſolutio,Angel.ibi ſen-
tiens difficultatem in §. oporret intelli-
git dictum gloſ. quando Officialis aufu-
gerat,& reddit rationem : quia ex fuga
eſt factus ſuſpectus , idem Paris de ſyn-
dicatu verb. probatio cap.2. & eſt com-
munis ex ratione : quia fuga facit illum
ſuſpectum , igitur ex inditio fugæ credi-
tur dicenti cum iuramento dediſſe pe-
cuniam Officiali,& ſic dictum non inte-
grum;ſed adminiculatum probat, cum
ergo in caſu,de quo agimus,adducantur
plura inditia,& violenta, vt inferius; er-
go ſicut ibi ex ſolo inditio fugæ credi-
tur ; ita hic ex alijs inditijs,& ſignanter
malæ famæ,erit credendum, de quo per
Decian.in tit.de repet. cap.38. lib.8. &
Gram. in d.conſ.35. totam vim facit, ſi
rectè aduertatur in bona , vel mala
fama .
21 Quartò,& vltimò omnia, quæ dicun-
tur de inditijs, & teſtibus non integris ,
de conuictione, & alijs procedunt ad fi-
nem condemnandi ad ordinariam pęnã,
ſecùs verò ad torturam , vel ad pœnam
extraordinariam,idem Gram. in d.conſ.
Amod.de ſyndic.nu.168.latiſſimè Maſ-
card.vbi ſupra, & ita ſeruatur , & term.
text.l.fin.C.de probat.procedunt, vt nõ
poſſit condemnari ad pœnam ordinariã;
ſed extraordinariam Iudicis arbitrio,Fe-
ly.in cap.afferte de præſumpt.Gram.de-
ciſ.42.Iul.Clar.lib.5.§.fin. q.20. vbi la-
tè,& ſunt hæc ſatis notoria.
Iſtis ſic præſuppoſitis deueniendo ad
factum, ſumus hic in terminis text. in l.
22 1.C.ad l.iul.repet.in Duce,qui Prouin-
ciam nudauit,& in illo text.ponitur pę-
na quadrupli,& gl.in l.2.ff.eo.tit.dixit ,
illum text. procedere in omni Officiali ,
qui ſecundum eam tenetur illa pœna
pro admiſſis per eum,eiuſq; Miniſtros,&
text.in l.1.ff.eo.tit. facit regulam, quod
lex Iulia repetundarum pertineat ad pe-
cunias,quas quis in quolibet officio po-
ſitus receperit , & tandem text. in l. lex
iulia §.hodiè ff.eo. ſic inquit,hodie ex l.
iulia extraordinariè puniuntur , & ple-
runque exilio plectuntur , vel etiam du-
riùs, prout admiſerint, & propterea di-
23 xit Bald. in l. venales C. quan.prouoc.
non eſt neceſſ. eſſe ſpetiale in l. iulia re-
petundarum , vt poſſit Officialis puniri
ſimul , & ſemel ex eodem proceſſu ciui-
liter, & criminaliter, ſcilicet ad pœnam
pecuniariam, & corporalem, de quo la-
tiùs Decian.vbi ſupra cap.37.
Præſupponuntur hic omnia venalia ,
omnia redempta,videlicet venditio her-
bagiorum, tabernarum, commiſſionum,
repartitionum, exactio trium pro cente-
nario debita commiſſarijs,& vltimò cõ-
uentio cum bancis pecuniæ Regiæ Do-
hanæ, ex quò vltra illicitum lucrum ve-
xabantur Domini Herbagiorum , & alij
Cõſignatarij, dùm ad proprium lucrum
conſequendum differebatur eis ſolutio ,
& procurabatur detentio pecuniæ fiſca-
lis, ac regiæ in bancis, quæ latiùs appa-
rent ex nota facti vltra exactiſſimam
probationem malæ famæ.
24 Et vltra alias ſpeties probationum
adſunt teſtes tentati,quibus plenè credi-
tur : quia nullum habent intereſſe Bald.
in conſ. 429. 3.vol. de quo per Canon.
in cap.fin.de teſt.cog.immò authoritate
Franc.de Aret.Gram.dixit, ſoli teſti tẽ-
tato eſſe credendum in conſ. 1.in fin. in-
ter conſilia criminalia , & latiùs in voto
21.num.3. qui allegat Bald.in allegato
conſilio .
Et mediatores , qui etſi in criminali-
bus non faciant plenam probationem
25 faciunt tamen inditium tale, quod iun-
ctum cum alijs plenè probat , & ita in-
telligitur text.in cap.1. de teſt.in ſexto,
ad

ad finem perfectæ,& plenæ probationis, intantùm vt ſoli faciant inditium ad torturam,& vltra gloſ.& Doctor. ibidem cumulat Doctor. in propria materia Officialium,Maſcard.in d.concl.1137.

Si hic ſtaremus in ſola venditione commiſſionum, licet hoc ſit peſſimi exempli, pernicioſiſſimum,& inducat neceſſariam vexationem, extorſiones, & damnum Regiæ Dohanæ: quia oportet, illos permittere locaris, & maſſarijs id, quod nullo modo liceret:tamen quia nō adeſt de hoc particularis inſtructio,poſſet defendi,quòd non fuerit delictum:

26 nam diſtinctio cōmunis omnium Scrib. eſt, quòd officia habentia annexam iuriſdictionem, regulariter vendi non poſſint, loquendo in inferioribus à Principe,quæ verò non habent iuriſdictionem; ſed cōſiſtunt in nudo miniſterio,& exercitio certæ negotiationis,ſeu adminiſtrationis:nulli dubium eſt,quod ſint vendibilia, primo caſu procedit ſolus titulus in auth.vt iud.ſine quoque ſuffr.ſecūdo procedit text.in l.1. §.1.in l.pactum, in l.toties §.1. ff.de pollic. in l.hoc iure ff. de donat.vbi Bart. & Paul.de Caſtr. ſic diſtinguunt,idem Bart.& Doct.in l.Barbarius ff.de off.prær. Io.Andr.Abb.Butr. & communiter Scrib. in cap.tuam de ꝛt. & qual. & ſic diſtinguunt, & declarant, eſſe de conſuetudine totius orbis, Gulielm.de Bened.in reper. cap.Raynutius, in verſ.duas habens filias num.58. adducens authoritatem Sancti Thomæ ſcribentis ad Duciſſam Brabantiæ, & ibi opponit de text. in l.2. C. de Muril.lib. 11.in cap.1.extra de Mag. & tandem reſidet in diſtinctione, de qua ſupra, ſic Iſer.& latiùs Affl.in cap.1.de feu.guard. & caſus text.in d.l.2. eſt ſpetialis in pānis regijs, quæ malè conficiebantur ratione pecuniæ, quam ſoluebāt pro commiſſione illius offici, vt ibi declarat Bar. & Odoffr.& ideò eſt ibi ſpetiale ſecundū Io.de Plat.qui idem tradit in l.1. de Piſtor.lib.11.

Et dixi,hoc procedere in inferioribus à Principe: nam cum in Principe non detur ambitus, ſicut nec in Papa ſimonia, & hæc prohibitio ſit de iure ciuili,

27 proptereà in eo non conſideratur diſtinctio, ſi officia habeant iuriſdictionem annexam,vel non, licet de honeſtate nō deberet vendere;ſed gratis concedere ſecundum B.Thomam,ſi velit, benè poteſt vendere, & ſic procedit text.in l.1.

28 ff.ad l.Iuliam de ambitu, Azo.in ſumm. C.eod.Cyn.Odoffr.Bald.Alber.Salyc.& communiter Scriben.in d.l.Barbarius, & inter cæteros videatur Fulgoſ.ibi,& Salyc.in d.l.1, C. ad l.iul. de ambit. & ſecundum hanc diſtinctionem debent intelligi dicta per Afflict.in cap. 1. nu.66. quæ ſint reg. aliàs eſſent contraria dictis per eum in d.cap.1.de feu.guard.

29 Faciunt rationes: quia quicquid non eſt prohibitum, eſt permiſſum ad text.in l. necnon §. quod eis ff. ex quibus cauſ. maio.

30 Feuda emuntur, & vendunrur in cap. 1.de nat.feud.in c.1.§.fin. in fin.de his, qui feud.dare poſſ. in d.cap.1. de feud. guard.

31 Militiæ emuntur, & venduntur in l. omni modo §.fin.C.de inoffic.teſtamen. in l. ijs quidem C. qui mil. non poſſunt lib.12.

32 Officia ſcriptoriæ,regiſtri bullarum, portarum,barattariæ, cuſtodiæ carcerū, & ſimilia venduntur,& emuntur,de quo latè Rip.in l.in quartam nu.163.ff.Ad l. falcid.Paul.in l.omnimodo §. imputari, C. de inoff. teſtam. ſed in caſu, de quo agimus,hoc eſt minimum,de quo inquiritur,vt ſupra diximus,& ex proceſſu liquet: fuerunt enim omnia venalia, omnia poſita in deprædationem, in damnū Regij Fiſci,ac populorum.

Et vltra prędicta eſt tàm rigidus,tàm infeſtus omnibus, vt nemo audeat cotā ipſo comparere, & Dominus propter nimiam ſeueritatem repellitur à dominio

33 ſerui,& ſic Iudex propter nimiam ſeueritatem repellitur ab officio,eſt punctualis deciſ.Bart.in l.1. in fin. ff.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iur.& Bald. in l.ſi Do-

34 minus §.1.eo.tit.dicit, propter nimiam crudelitatem poſſe alicui auferri iuriſdictionem, idemq; adnotat Fulgoſ. ibi dicens,

cens, quòd ſicut Dominus priuatur poteſtate ſerui propter nimiam ſæuitiam: ita quoque Marchio, vel Dux ſæuiens in ſubditos priuandus ſit iuriſdictione, &
35 text. in §. ſed & maior, inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. dicit, quod ſi Dominus malè tractet ſuos ſeruos, cogatur illos bonis conditionibus vendere, & hoc etiam ex officio poteſt Iudex mandare,
36 Guid. Pap. deciſ. 61. Aym. conſ. 6. & Io. Fab. in eo. tit. §. ſed hoc tempore in fin. nu. 7. tradit, grauatum per ſuperiorem ſuum duriùs, ita quod poſſit ad ſæuitiam reputari, poſſe eximi ab eius iuriſdictione, & ſubiectione; & ſi Superior grauet indiſtinctè ſubiectos, poſſe omninò ei interdici adminiſtrationem.

Hæc cauſa fuit diſcuſſa, & votata per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, fuitq; condemnatus Marchio Padulæ Regius Dohanerius ad ſuſpenſionem officij per triennium, quo finito, quòd ad illius adminiſtrationem non redeat; ſed vendatur in ipſius beneficiũ ſoluta quantitate debita pro aſſenſu, necnon condemnatus ad varias pecuniarum quantitates indebitè, & illicitè exactas, quæ ſententia fuit demum per ſupremum Italiæ Conſilium confirmata, & in hanc ſententiam abijt maior pars: nam adfuerunt vota etiam relegationis, & non pauca, quæ, ſi non fuiſſent iudicata inter ſe ipſa ſingularia, faciebant maiorem partem.

SVMMARIVM.

1 *In contractu locationis, & conductionis quis naturaliter non tenetur de caſu fortuito, niſi culpa præcedat caſum.*

2 *Commodatarius, vel Conductor equi ad bellum, vel ad longum iter, vtendo eo ad vſum deſtinatum, ſi pereat, erit ad damnum commodantis, vel locantis.*

3 *Merces promiſſa ratione conductionis non debetur, ſi nauis conducta fuerit deperdita; immò ſoluta repetitur, ſi tamẽ non adfuit culpa conductoris.*

4 *Locator promittens conductionem mercium, quibus conſignatis fieri deberet ſolutio mercedis, non ſufficit oneraſſe, nec conduxiſſe, ſi ante conſignationem nauis deperdita fuerit.*

5 *Diſtinctio inter contractus neceſſarios, ſeù voluntarios approbatur.*

6 *Milites etiam ſtipendiati, qui voluntariè ad bellum accedunt, ſi in bello fuerint capti, vel alia damna paſſi fuerint, nullam habent actionem contra Dominum ad intereſſe, ſecùs ſi coacti, & ibi quid de Legatis, quando tamen officia non procurauerunt, et culpa illis tribui non poteſt, quod latè diſcutitur, & deciſiones, & iura diſtinguuntur.*

7 *Naues poſſunt capi etiã contra voluntatem Dominorum pro conductione annonæ Ciuitatis, vel pro ſeruitio Reg. Cur. & eo caſu debent refici omnia damna.*

8 *Practica guidaticorum durante cõductione, vt nec naues, nec nauicularij poſſint moleſtari, & etiã practica reſponſalium vnde ſumpta.*

9 *Qua pœna puniatur nauicularij, qui oneratas ſpecies vendiderint.*

10 *Tempus nauigationis quando incipere debeat, & quando finire.*

11 *Quando tranſmitti debent triremes in incurſum contra piratas, & prædones maritimas oras Regni infeſtantes.*

ARGVMENTVM.

Quando conducens naues teneatur ad damnum paſſum Dominis, ſi naues fuerinc ab hoſtibus captæ, quid de militibus captis ab hoſtibus, an taleæ ſolutæ ab eis, & alia damna paſſa refici debeant, & quid in Legatis.

DECISIO XVII.

Ciuitas Neapolis conduxit naues pro conductione frumenti à partibus Apulcę ſoluta certa mercede, quæ demum oneratæ per itinera captæ fuerunt à Saracenis, nauium Domini petierunt, condemnari Ciuitatem non ſolùm ad mercedem; ſed etiam ad omnia damna paſſa tàm reſpectu nauium, quàm perſonarum ipſorum, qui inſimul cum nauibus capti fuerunt, & demum ſe cum nauibus redemerunt cum maximo eorum intereſſe, Ciuitate ex aduerſo prætendente ad nihilum teneri ex eo: quia contractus fuit voluntarius conductionis, & locationis, ſeu commodati cum certa mercede, & caſus ſucceſſus præuideri poterat à locante, ſeu commodante, quòd propterea carebant omni prorſus actione, nec ad mercedem aliquam poterat teneri, ſi merces oneratæ traductæ non fuerunt, quarum contemplatione illa fuit promiſſa, qua cauſa relata in Collaterali Conſilio fuit Ciuitas abſoluta ex infraſcriptis.

1 In contractu locationis, & conductionis nemo tenetur de ſui natura de caſu ad tex. in l. 1. & in l. in iuditio C. loc. niſi culpa præcedat caſum, & ppeà ſi quis cómodauerit equum ad bellum, vel lon-
2 gum iter, tunc commodatarius vtẽdo eo ad vſum deſtinatum, ſi equus pereat, vel quicquid mali acciderit, ad nihilum tenetur: quia debuit commodans præuidere, & ſic non tenetur de caſu l. ſi vt certo §. ſed interdum, & in l. fin. ff. commod. l. idemq; §. idem verſ. ſed etſi ad vecturas ff. mand. magiſtralis doctr. Inn. in c. ſicut lo 2. de iureiur. & ob id merces promiſſa
3 non debetur, quando nauis eſt deperdita: quia illa fuit promiſſa ratione conductionis, quam non adimpleuit, & de caſu cõductor non tenetur: immò ſi fuerit ſoluta, datur repetitio, eſt caſus in l. ſi vno §. item cum quidam ff. loc. vbi glo. & Doctor. quod limitatur, quando adeſt culpa conductoris, & ſic procedit text. in l. pen. §. nauem eodem tit. & cum hac diſtinctione, ſi culpa præcedat caſum, reſoluuntur omnia, & in hoc procedunt diſtinctiones, ſi teneatur ad remiſſionem mercedis, vel ad totale intereſſe, & maximè allegata procedunt, ſi locator pro-
4 miſerit conductionem mercium, quibus conſignatis ſoluatur merces: nam tunc non ſufficit oneraſſe, nec conduxiſſe, & caſu deperditas hic eſt caſus text. in l. ſi vehẽda ff. ad l. Rhod. de iact. Signor. in conſ. 95. Strac. de nauibus 3. par. & text. in l. 2. §. ſi nauis ff. ad l. rhod. de iact. procedit ſecundum gloſ. ibi in verb. ſi nauis, quando fuit illa à piratis redẽpta vnà cum mercibus, quibus onerata
5 erit, & tandem diſtinctio vera eſt inter actus, & contractus, ſeù quaſi neceſſarios, aut voluntarios. Milites enim, &
6 alij ſtipendiati, qui in bello capiuntur, vel alia damna per itinera patiuntur, voluntariè tamen ad bellum accedentes, nullam habent actionem contra Dominum ad intereſſe paſſum, quod non eſt in Oratoribus, quando tamen officium non procurauerunt, qui tenentur, & coguntur officium ſuſcipere ad text. in l. ſi quis decurio, vbi gloſ. C. de decur. lib. 10. Nam eum tunc non voluntariè accedunt; ſed vocati, propterea omne damnum reſarciendum eſt, dummodò culpæ non poſſit attribui, & licet gloſ. in l. inter cauſas §. non omnia ff. mand. vbi denegatur actio Procuratori contra Dominum pro damnis paſſis, dicat in fine, quod ille §. curialiter non debeat ſeruari, Alber. tamen, & cæteri ibidem tenent contrarium: quia æquitas illa nõ ſcripta non debet præualere legi ſcriptæ, & hoc in Procuratore, qui voluntariè ſeruit mediante ſalario, quod non eſt in Oratore, cuius officium eſt publicum, vt ibi per eum, & ideo ſit diſtinctio,

ſi fue-

ſi fuerit, vel non procurata Legatio ſecundum diſtinctionem Bart. qui optimè examinat articulum in l.ſi ſeruus cõmunis §.quod verò ff. de furt. & ibi Alber. & ſecundum prædictam concluſionem, & diſtinctionem Bart. procedit doctriua Innoc.in d.cap.ſicut diſtinguentis,ſi fuerint vocati milites,& mandatum eis, & ſic alijs perſonis,vt ad bellum irent, vel aliàs ex debito teneantur, ſcilicet ratione contractus, ſeu quaſi volunrariè geſti, vt in his, qui voluntariè ſtipendiati accedunt,vt primo caſu recuperent damna paſſa, ſecundo verò ſecùs, & dùm Nicol.de Neapol. & Rebuff. in l.prima, C. de re milit.lib.12. tenuerunt ſimpliciter per illum textum carere Oratores actione, debent inquam intelligi, quando procurauerunt Legationem, & rurſus quando ipſorum culpa caſus ſucceſſit, & ibi benè diſtinguit Ioan. de Plat. & hoc addendum eſt diſtinctioni Barto. videlicet, quòd etſi non ſit procurata Legatio: tamen ſi Legatus fuerit in culpa, omni prorſus actione careat, quod tradidit Bald.in d.§.non omnia, ſequendo diſtinctionem Bart.& ſic pariter procedit doctrina Specul.in tit.de iudic. §. ſpetialia nu. 5. & in actu neceſſario loquutus eſt Luc.de Pen. in l.iubemus co-
7 lum.fin.C.de nau.non excuſ. lib.11. qui in ſpetie ſe fundat,quãdo naues per vim captæ fuerunt à Ciuitate, quo caſu Ciuitas tenetur ad refectionem damnorum, prout maximè à Regia Curia naues ordinariè capi ſolent inuitis Dominis pro publica vtilitate, quæ practica ſumpta eſt ex text. in l.1. C. de nau.non excuſ.
8 & practica Guidaticorum in fauorem nauium, & nauiculariorum, vt durante conductione non poſſint exequi,aut moleſtari pro quolibet debito,& etiam practica reſponſalium ſumpta eſt ex text.in l.1.& 2. C.de nauic.lib.11. & qua pœ-
9 na puniantur, quando oneratas ſpeties vendiderunt, ponit text.in l. penult. eo-
10 dem titulo, & tempus nauigationis dicit text.in l.3. in fin. C.de naufrag. lib. 11. debere eſſe ex Calend. Aprilis ad
11 calendas Octobris; ſicut pariter textus in l.vnica C.de claſſ.lib.11. determinat, quomodo tranſmitti debeant triremes per Regnum ad capiendos piraras, & prædones pro ſecuritate maritimatum ipſius orarum, prout notat ibi Andr.de Barul. ſecundum quam Bart. diſtinctionem refert deciſum Dominus Preſes de Franchis in deciſ.146.quæ aliàs fuerunt tractata in ſupremo Italiæ Conſilio, quando remunerationem ſeruitiorum petebant, magnopere, inſiſtentes in raleis ſolutis, & damnis paſſis in bello, dùm ab inimicis ſe proprijs pecunijs redemerunt, & alia damna paſſi fuerunt, voluimus enim videre,quid ius diſponebat vltra ſolitam munificentiam noſtri inuictiſſimi Regis, quæ notentur: quia quotidiana.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Regis Federici refertur circa declarationem bonorum, & prærogatiuarum inter Plateas Nobiles Ciuitatis, & Plateam Popularem.*

2 *Priuilegium cum allegatione poſſeſſionis ſufficit ad manutenendum, etiam quod ius commune reſiſtat.*

3 *Sententia dicitur ponere finem controuerſiæ, & dicitur exceptio litis finitæ, impediens litis conteſtationem.*

4 *Exceptio laudi dicitur taliter peremptoria, quòd impediat proceſſum.*

5 *Sententia etiam inter alios lata ſufficit ad manutenendum lite pendente.*

6 *Quando conſtat notoriè de defectu proprietatis, poſſeſſio cõtraria dicitur eſſe momẽtanea, ob quod ẽt lata ſententia in ea præualere debet notorietas proprietatis.*

K 2 7 Poſ-

7 *Poſſeſsio in incorporalibus retinetur per vltimum actum, qui in hac materia attenditur.*

8 *Solitum dicitur id, quod vltimò fuerit factum, & hæc eſt communis.*

9 *Differentia inter ſolitum, & conſuetum.*

10 *In iuribus habentibus cauſam diſcontinuam, quæ rarò contingit, ſufficit vnicus actus, in hiſ tamẽ, quæ fieri non poſſunt per modum facultatis.*

11 *Semel interueniens in eligendo acquirit quaſi poſſeſsionem eligendi, vbi latè hoc fundatur, & ſic etiam in iure præſentãdi, vt vnicus actus ſufficiat ad conſtituendum quem in poſſeſsione, ſecus verò in petitorio.*

12 *Tex. in c. cum perſona de priu. in 6. limitatur, quando conſtat de poſſeſsione alterius, qui habet iuris cõis diſpoſitionẽ pro ſe, & ibi latè diſtinguuntur termini manutenſionis poſſeſsionis lite pendente.*

13 *Decuriones repræſentant Ciuitatẽ, & quod ipſi faciunt, dicuntur facere omnes de Ciuitate.*

14 *Ius exequendi præſcribitur ſpatio 30. annorum.*

15 *Ius aſportandi haſtã pallij in ingreſſu Archiepiſcopi Neapol. ſpectat ad Plateam Capuanam.*

16 *Poſſeſsio diutina, quæ aliàs ſufficit ad manutenendum, non iuuat, quãdo conſtat in promptu de notorio iure in proprietate.*

ARGVMENTVM.

In poſſeſſione quando quis conſeruandus, & vltimus actus attendendus, deq; poſſeſſorio plura.

DECISIO XVIII.

IN ſolẽni feſtiuitate facta in noſtra Ciuitate Aſſumptionis D. Thomæ de Aquino in vnum ex Patronis illius orta fuit controuerſia inter Nobiles, & Populares circa aſportationem haſtæ pallij, prætendentes nobiles vigore ſententiæ Sereniſſimi Regis Friderici latæ in anno 1498. ſub die 12. Iulij, qđ Populares ſint excluſi ab omnibus dignitatibus, & honoribus, cuius ſententiæ verba ſunt infraſcripta.

Circa verò honores declaramus, & volumus, ꝙ in omnibus honoribus, & dignitatibus compareant ipſi Nobiles nomine totius Vniuerſitatis, ſolemnem autem feſtiuitatem corporis D. N. IESV CHRISTI ad arbitrium, & aliam declarationem Maieſt. noſtræ ſuſpendimus.

Quæ quidem declaratio facta fuit per aliam ſententiam in anno 1499. ſub die 18. Iunij tenoris infraſcripti.

Tenore præſentis declarationis, & ſñię ſententiamus, ꝙ vbi ipſi nobiles hactenus portabãt vnam haſtam pallij prædicti, ꝙ ex nunc omni futuro tempore habeant, & debeant, ac poſſint portare quinque haſtas, videlicet vnam pro quolibet Sedili; & vnumquodq; Sedile habeat eligere ſuum nobilem pro portanda dicta haſta, & populus tantummodò vnã; reliquas verò duas haſtas pro complemento haſtarum octo portabimus nos, & Illuſtriſs. Dux Calabrię primogenitus, ac futurus Succeſſor noſter in Regno poſt felices dies noſtros, & alij ſucceſſores noſtri, ſeu aliquis Orator nobis, & ipſis benè viſus, & quoniã vigore ſñiæ prædictæ oẽs honores, etiam pallij ſunt nobilium, & in eadem comparent dicti nobiles, & tantummodo in dicto pallio dictæ feſtiuitatis Populus honoratur de haſta ꝑdicta, per præſentem ſententiam ratificamus, & confirmamus ſententiam prædictam, & omnia, & ſingula in ea contenta.

Ex hac ſententia dicebãt Nobiles habere deciſionem caſus in propria aſportatio-

ratione haſtæ pallij extra feſtiuitatem Corporis Chriſti, & ſententiam regiam latam inter eaſdem perſonas: vnde ſi
2 præſentando priuilegium tantùm, & allegando poſſeſſionem, ſufficit ad manutenendum quem in poſſeſſione, etiam qđ ius commune reſiſtat ex regu. text. in cap. cum perſonæ de priuil. in ſexto, vbi communiter Scriben. quantò magis hoc procedere debet ſtante ſententia in rem
3 iudicatam tranſacta inter eaſdem partes lata, quæ finem controuerſiæ dicitur imponere ad text. in l. 1. ff. de re iud. & dicitur propriè exceptio litis finitæ ſecundum gloſ. in l. 1. ff. de iureiur. hinc impedit litis conteſtationem Bart. in l. fratris C. de tranſact. & in l. eleganter §. ſi quis ff. de condit. indebit. & ſi exceptio laudi
4 dicitur peremptoria, & impedit proceſſum ſecundum Bald. in l. peremptorias, C. ſent. reſcin. non poſſ. quantò magis ſẽtentia Principis. Quæ extra omnem dubitationem eſſe videntur in incidẽti hoc ſummarijſsimo, quis lite pendente ma-
5 nutenendus ſit, quandoquidem ſententia etiam inrer alios lata ad hoc ſufficiẽs eſſet ſecundum deciſionem Flor. communiter approbatam in l. ſeruitutes, la grãde ff. de ſeruit. col. pen. ibi adde vnum notabile, cumq; in promptu de proprietate, ac notorio iure Nobilium conſtet indubitanter, nulla propterea contraria
6 poſſeſsio poteſt eſſe proficua, quatenus de ea conſtaret; ſed dicetur quædam quaſi poſſeſsio momentanea, quæ ſtatim abdicatur, & ob id licet in pronuntiatione eſſet poſſeſsio præmittenda; in exequutione tamen debet proprietas præualere, pro quo videtur eſſe caſus in cap. cum Eccleſia ſutrina, vbi multa notat Anchat. & in cap. cum dilectus de cauſ. poſſ. & propr.

Ex aduerſo pro Platea Populari dicebatur, eſſe indubitabile, ipſam ſtare in poſſeſsione ex vltimo caſu aſportationis haſtę pallij facto tempore Præſidatus Illuſtriſsimi q. Comitis de Lemos digniſsimi Proregis huius Regni, dùm ad pluuiam impetrandam à Diuina Maieſtate ſolemnis proceſsio cum ſacratiſsimo ſãguine Sancti Ianuarij antiquiſsimi Patroni huius Ciuitatis exiuit ab Eccleſia Maiori cum ſollemnitate pallij, & alijs conſuetis ſolemnitatibus aſpottantibus haſtas Electis, & Decurionibus quinque Nobilium Platearum, & demùm inter eos Magnifico Anello de Martino Electo populari, & alijs duabus haſtis prædicto Illuſtriſs. Prorege, ac . . . . pro Baronagio iux. ſolitum cum aſſiſtẽtia, & aſſociatione Collateralis Conſilij, cęterorumq; Officialium, ac Procerum, & Magnatum Regni, & concurſus totius Ciuitatis: quæ demùm proceſſio inceſſit per Ciuitatem ad Eccleſiam D. Mariæ de Conſtantinopoli deuotiſſimam protectricem in conſimilibus, & alijs neceſſitatibus, ab ea ſe reduxit in eandem Eccleſiam Maiorem cum eadem pompa, & ſolemnitate, & Deus Opt. Max. mediante interceſſione Reginæ Cœlorum, ac precibus B. Ianuarij gratiam fecit, dùm abundantem pluuiam conceſſit per totum Regnum.

Ex his dicebat Populus, quòd iam poſſeſſio ſua erat notoria ex hoc vltimo
7 actu, per quem poſſeſſio acquiritur, & retinetur in iſtis incorporalibus ad text. in l. fin. C. de ſeruit. ibi nec vno die, in l. 1. §. quod autem ff. de aqu. quotid. & æſt. ibi; ſed hoc anno, vel vna die, vel vna nocte, & reſpondetur ad text. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. act. priu. qui requirit, quòd triginta diebus vſus fuerit, vt per Bart. ibi, quodq; vltimus actus attendatur, adeſt text. elegans in l. Mela
8 ait §. ſed ſi alimenta ff. de alim. & cib. leg. nam ſecundum illum text. ex vltimo actu inducitur ſolitum: hinc ibi Bart. ſummat, dicens, illud dicitur eſſe quem ſolitum facere, quod vltima vice fecit, idem Bart. in l. 1. C. quom. & quan. iud. nu. 7. in fin. quod dicit communiter teneri Paul. de Caſtr. ibi, Alex. in conſ. 5. nu. 23. 5. vol. Dec. in conſ. 441. nu. 11. qui ſequutus fuit Bart. quanquam contrarium tenuerit in l. certi conditio §. ſi nummos nu. 5. ff. ſi cert. pet. in l. vt liberis nu. 9. C. de collat. & in rubr. extra de conſuet. licet fateatur communem eſſe

cum Bar. quem ſequitur Rocch. de Curt. in d. rubr. de conſuet. defendendo communem opinionem ab impugnatione Dec. & æquiuocatio eſt inter ſolitum, &
9 conſuetum, & licet Bald. in l. binos C. de aduoc. diuerſ. iuditiorum tenuerit ſolitũ verificari in proximis annis præcedentibus, tamen Bart. & communiter Scriben. tenuerunt contrarium in d. l. Mela §. 1. de alim. & cib. leg. de quo per Aret. in §. ex non ſcripto in fin. inſtit. de iur. nat. gent. & ciu. Corn. in conſ. 28. in fin. lib. 3. declarantes, & diſtinguentes inter ſolitum, & conſuetum, quodq; ſolitum ſit attendendum, etiam quod vna vice vltimo tamen loco reperiatur quid factum, ad quod cumulat deciſiones Rocch. de Curt. in d. rubr. de conſuet. ſect. 4. nu. 82. Alber. in d. l. vt liberis per illum text. col. fin. in fin. C. de collat. vbi Dec. nu. 9. infinita iura ad id cumulat, & ratio eſt: quia dum eſt ſolitum, eſt debitum gloſ. not. in l. ſi res ff. de in diem addict. probat hoc text. in l. 2. §. meritò ff. ne quid in loco publ. ibi, & ita ſolet, in l. 3. ff. de alim. & cib. leg. & in iuribus habe-
10 ntibus cauſam diſcontinuam, quæ rarò contingunt, ſufficit vnicus actus licet lõgo tempore retrò, & ita procedit text. in d. l. fin. C. de ſeruit. ſecundum Bart. in d. l. 1. §. hoc interdicto num. 5. de itin. act. priu. in his tamen, quæ fieri non poſſunt per modum facultatis, & hæc eſt communis diſtinctio ad text. in l. ſicuti §. ſed ſi quæratur ff. ſi ſeru. vend. & ponit exẽplum Bart. vbi ſupra in electione, vt qui
11 ſemel interfuerit, acquiſierit quaſi poſſeſſionem, non autem ius intereſſendi; quia non eſt ſolitum admitti, niſi qui habet vocem, & quod ſemper acquiratur quaſi poſſeſſio iuris eligendi, vel actuum ſimilium ex vnico actu poſſeſſiuo, quando ſunt quædam, quæ non ſolent concedi de facili ratione amicitiæ, vel familiaritatis, eleganter tradidit gloſ. in cap. cũ Eccleſia Sutrina in verb. in trium Epiſcoporum extra de cauſ. poſſ. & propr. vbi Innoc. qui eandem ſequitur diſtinctionẽ inter ea, quæ explicari poſſunt per modum facultatis, vel per modum iuris, & ſeruitutis, quæ ſecundum eum diſcretus Iudex ex varijs circumſtantijs, & maximè iure approbatis præſumet Agentem poſſidere ius incorporale Domino ſciẽte, & patiente eum vti tanquam iure ſuo, vbi Hoſt. in omnibus ſequitur Inno. concludens, quod in poſſeſſorio vnicus actus vltimus ſufficiat ibi nu. 24. & ante nu. 13. 14. & 16. Abb. ibidem num. 22 eandem ſequendo opinionem, dicit, ſemper acquiri quaſi poſſeſſionem iuris eligẽdi, vel actuum ſimilium ex vnico actu poſſeſſiuo, quando ſunt quædam, quæ non ſolẽt concedi de facili ratione amicitiæ, vel familiaritatis, Io. Andr. in omnibus ſequitur Innoc. Imol. idem nu. 20. Card. ibi in §. nos igitur idem ſequendo, dicit, quod ad ſolam poſſeſſionem ſufficiat vnica electio, etiamſi non diù ſteterit in poſſeſſione, vbi eleganter Soccin. referens omnes, concludit ſufficere in poſſeſſorio vnicum, & vltimum actum nu. 141. cum ſeq. & reſpondet ad text. ibi poſt Imol. qui videtur requirere trinam electionem, dicunt enim quòd ita erat ibi contingentia facti, & ex exuberantia enarratum: idemq; ibi Bellam. & hæc cõmunis eſt ſecundum Rip. ibi num. 91. vt ex vnica electione, vel ex vnica præſentatione, quæ habuerit effectum, cõſtituatur quis in quaſi poſſeſſione iuris eligẽdi, vel præſentandi, & nu. 52. tenet idem, quod omnes, ſequendo Innoc. quem etiã ſequutus fuit Bald. in l. 1. C. de ſeruit. & aqu. vbi idem tenuit Cyn. & ob id Federi. de Sen. conſ. 134. conſuluit, quod etſi alij plures præſentauerint, & alter vna tantùm vice; ſed vltima, quòd iſte vltimus erit manutenendus in poſſeſſione; & hoc quò ad poſſeſſorium, non autem quò ad petitorium, quem ſequitur, & allegat Fely. in cap. cum acceſſiſſent de Conſtit. nu. 31. ver. quartus caſus, congerit multa, & ſic refert deciſum D. de Franch. in deciſ. 548. & eandem differẽtiam inter poſſeſſorium, & petitorium facit eleganter Iſer. in cap. 1. col. fin. nu. 12. verſ. ſed an ſufficiat, de contr. feu. ap. par. termin. in cap. 1. §. ſimiliter inhoſtenditijs in additione verſ. ſed ſi Eccleſia de

de capit. Corrad.ſolemne conſilium Oldr. 312. vbi tradit eſſe conſeruandum præſentatum, qui reperitur in vltima, & immediata poſſeſsione præſentandi, & cenſetur potior alio quocunque etiam à vero Patrono præſentato: quia attenditur vltima, & immediata poſſeſsio, quē allegat,& ſequitur allios cumulans Dec. in conſ.129.& 134.viſo puncto cum alijs latè cumulatis per Couar. pract. quæſt. cap.14. infinita Io.Vinc. de Ann. in allegat.131.& in ſingul.96.& id,quod di-
12 citur ex regu.text. in d.cap.cum perſonæ,vt manuteneri debeat producēs priuilegium, & allegans poſſeſsionem contra habentem iuris communis diſpoſitionem, intelligitur ſecundum Gemi.ibi in §.ſi verò,quatenus alius non poſsideat; ſed poſsidente eo, qui habet iuris communis diſpoſitionem pro ſe, tunc iſte manutenetur, idem ibi Philip. Franch.& Anchar.in 12.notab.ex intentione Lap. qui facit tres caſus. Primus eſt, quando quis allegat priuilegium: ſecundus quādo allegat ſolùm præſcriptionem:tertius quando adducit priuilegium, & allegat præſcriptionem. Primo caſu manutenetur, quatenus eſſet in poſſeſsione, aliàs ſecus ſi ex aduerſo eſt in poſſeſsione Ordinarius. Secundo caſu minimè, cum habeat Ordinarius intentionem fundatam. Tertio caſu,vt in primo, quæ ſecūdum Ancharan.procedent in poſſeſſorio ſummario,non autem iuuabunt in poſſeſſorio ordinario,vel in petitorio, & pariter limitatur,quando deducta eſſent omnia,quæ deduci poſſunt circa petitoriū: nam etſi vnicus,& vltimus actus conſtituat quem in quaſi poſſeſsione, tamen ſi conſtaret in proprietate de notorio iuris defectu, & omnia circa hoc deducta eſſent, erit tunc quædam quaſi poſſeſsio momentanea, quæ ſtatim abdicatur, & traditur ei, pro quo liquet de proprietate,& ſic procedunt termini text. in d. cap.cum Eccleſia Sutrina,& in cap.cum dilectus eo.tit. ſupra in princ. ex parte nobilium allegatis,quæ dicebat platea popularis deficere in caſu, de quo agimus, cum habeat ipſa intentionem fundatam de iure communi tanquam maior,& maxima pars Ciuitatis,quę debet gaudere omnibus honoribus,& dignitatibus ipſius,prout cæteri nobiles in actibus publicis,& indifferentibus,in quibus tota Ciuitas repræſentatur,contra quam quatenus obijcitur de ſententia Regis Friderici lata annis cētum retro,& plus, replicat non habuiſſe exequutionem, & plateam popularem ſtetiſſe, & ſtare in contraria poſſeſsione honorum,& dignitatum Ciuitatis, quibus omnibus attento tenore ſententiæ veniebat priuatā, & cum allegetur poſſeſsio contraria etiam centenaria aduerſus prædictam ſententiam,& demonſtretur in promptu vltima poſſeſsio; propterea prætendebat ex allegatis in hoc ſummarijſſimo iuditio fore omninò manutenendā,qui vltimus actus poſſeſſiuus non fuit in abſcondito, non in angulo Ciuitatis;ſed publicè coram omnibus Decurionibus Ciuitatem repręſentantibus ſecundum gloſ. in rubr. C.
13 quæ ſit long.conſ. Io.de Plat.in rubr.C. de decur.lib.10.poſt Bart.in rubr. ff.eo. tit. & quod faciunt Decuriones, dicuntur facere omnes municipes,omnesq; de Caſtro, ſeu Ciuitate ſecundum Imol. in l.municipibus ff.de condit. & demonſtr. fuit actus propriè aſportationis haſtę pallij in præſentia Protegis,Collateralium, Procerum, & Magnatum, in proſpectu omnium de Ciuitate, Nobilium, & Popularium, & quod plus eſt reperitur talis actus ſic deſcriptus,& adnotatus in libris publicis eiuſdem Ciuitatis,qui cōſeruantur in Aede Sancti Laurentij, vbi Electi,ſeu Decuriones Ciuitatis tàm nobiles, quàm populares congregātur pro adminiſtratione rerum ad Ciuitatem pertinentium, in quibus libris adnotarī ſolent,& reperiuntur actus præcedentiarum, prærogatiuarum, & honorum,quæ in dies occurrerunt, & occurrunt in negotijs publicis ipſius Ciuitatis,& tandē dicebatur ex parte Plateæ popularis, qđ in parlamentis,quæ ſingulis duobus annis conuocantur pro donis Regi faciendis; & ſi Ciuitas tanquam exempta non donet,nec interueniat in prima ſeſſione,

quę

quæ fit, dùm donatiuum concluditur, qđ ordinariè eſſe ſolet milionis vnius, & ducatorum ducentum mille: tamen cum Ciuitas ſit caput Regni, defertur ei honor, vt demùm in congregationibus faciendis pro gratijs impetrandis ipſa tanquam caput, & prima interueniat, & pręcedat, quæ ſuos facit Deputatos particulares, videlicet pro ſingulis plateis nobilium duos, & pariter platea popularis facit ſuos duos Deputatos, qui pro gratijs impetrandis inſimul cum Baronibus, & Magnatibus Regni inter cæteros interueniunt, & ſua vota emittunt, & in literis, quæ ſcribuntur ſuæ Maieſtati donationis factæ Deputati populares ſe ſubſcribunt, vti cæteri deputati Nobilium.

Inſimul quando Illuſtriſſimi Proreges tranſmittuntur ad hoc Regnum, nonne deputantur Oratores Ciuitatis, & inter ipſos Platea popularis ſuos eligit, & tranſmittit obuiam Proregibus in Ciuitate Gaetæ, vel Puteolorum iuxta ſolitum, antequam ad Ciuitatem applicent, & poſſeſsionem capiant; immò fortiùs quando ſereniſſima Regina vxor ſereniſſimi noſtri Regis Philippi III. venit Mediolanum, inter cæteros fuerunt Oratores plateæ popularis, quæ omnia eſſe honores, & dignitates ambigi non poteſt.

Ex his dicebatur ex parte Plateæ, reſponſum eſſe obiectis ex parte nobilium: nam aut vti volunt ſententia tanquam priuilegio, & poſtquam ipſa platea popularis, quæ habet iuris communis diſpoſitionem pro ſe, ſtat in poſſeſsione, debet ex allegatis manuteneri ſaltem in hoc iuditio ſummariſſimo, aut vult vti ſententia, opponendo exceptionem rei iudicatæ, & platea popularis dicit, ſe nihil petere, aduerſus quam tanquam actricem opponatur talis exceptio; ſed ipſa poſſidet, & ſua poſſeſſione non debet de facto ſpoliari, aut tandem Nobiles in hoc Actores petunt exequutionem ſententiæ prædictæ, & cum ſint iam elapſi anni pluſquam centum, præſcriptum eſt 14 ius exequendi, quod ſpatio tantùm annorum 30. conſumitur, de quo per Bald. in rubr. extra de præſcript. col. fin. num. 22. quem allegat, & ſequitur Felyn. in cap. inter Monaſterium de re iud. nu. 30. in 16. limit. & Lanfranc. in repet. l. admonendi ff. de iureiur. nu. 26. verſ. alia concluſio, & ante omnes Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de exequ. ſent. in §. poſtremò, in verb. contrarium vide in fin. cumulant deciſiones Modet. Addent. in deciſ. Affl. 245. in fin.

His omnibus diſcuſſis in Collaterali Conſilio fuit deciſum, quòd citra præiuditium iurium partium tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio etiam ſummariſsimo Electus popularis aſportaret haſtam pallij in prædicta proceſsione inſimul cum alijs nobilibus, prout iam aſportarunt pacificè, & quietè per totam Ciuitatem;

15 ſed in ingreſſu noui Archiepiſcopi noſtræ Ciuitatis hæc diſputatio ceſſat, cū ſit particularis prærogatiua Sedilis Capuani aſportandi pallium: quia Archiepiſcopatus eſt in ipſius quarterio, quod deciſum fuit contradicente platea populari mediante decreto Collateralis Conſilij in anno 1518. die 9. menſis Iunij, quod decretum reperitur impreſſum inter capitula huius fideliſsimæ Ciuitatis, & ſic demùm poſteà ſemper exequutum in caſibus occurrentibus.

Poſt hæc deciſa, & ſcripta caſu vidi prouiſionem factam per Regem catholicum mem. immort. in anno 1507. die 3. Iunij poſitam inter capitula Ciuitatis conceſſa per eundem Regem in fine illorum, per quam contradicentibus nobilibus, vt populus aſportaret haſtam pallij in die feſti corporis Chriſti iuxta ſententiam Regis Friderici, mandat Rex, quod illa ſeruetur in omnibus iuxta ſui ſeriem, & tenorem, ex quo tollitur allegatio immemorabilis, conſtat in promptu de proprietate, de notorio iuris defectu, hodie conſtat, hodie agatur, & quod dicitur de

16 poſſeſsione, etiam quòd eſſet diutina, procedit præſumptiuè, & propterea ſi conſtet de titulo infecto, vel de priuilegio, & notorio iure proprietatis, aduerſus quod nulla poſſeſsio iuuare poteſt, tunc

tunc præſumptio iuris,quæ ex poſſeſsione oritur, vt poſsit ius habere in proprietate, non ſolùm tollitur ex regula vulgari, quod vna præſumptio tollat aliam; ſed ex probatione,& non præſumptione proprietatis,ita Butr.poſt Hoſt.& Io.Andr.in cap.illud de præſumpt.

Addo aliam conſiderationem,ꝙ poſtquàm Nobiles habēt has ſententias, ſeu prouiſiones, & haberet locū præſcriptio aduerſus eas,dicere poſſunt nobiles, eatenus præſcriptum,quatenus poſſeſſum, vnde cum diuerſi ſint honores,& prærogatiuæ Ciuitatis, & ſignanter hæc haſta pallij,quæ aſportatur in caſibus quàm pluribus,& indifferentibus, & proptereà ſententia prædicta declarauit omnes honores eſſe nobilium etiam haſtæ pallij, præterquàm in die feſti corporis Chriſti: dùm igitur populares volunt prętendere præſcriptionem etiam in alijs diebus,& actibus,eos oportet probare,ſi ergo actus,qui adducitur, fuit in aſportatione incidenti, & extraordinaria ſanguinis Sancti Ianuarij,non deſeruiet hic actus particularis,& diuerſus ad acquirendam præſcriptionem quò ad cæteros omnes differentes:quia non adeſt poſſeſſio, & rurſus,& hoc notetur,illa proceſſio ſanguinis Diui Ianuarij fuit extraordinaria, & non ſecundum ordinem ſolitum: nam aſportauerunt haſtam pallij Electi, & Decuriones Ciuitatis ad impetrandam pluuiam,vt abundantia eſſet in Ciuitate, ad quorum onus hæc ſpectat: vnde nimirùm ſi etiam inter Electos fuit Electus popularis: & hic non eſt caſus ſententiæ Regis Friderici, qui ſtatuit, quòd vnumquodq; Sedile eligat ſuum Deputatum pro aſportanda haſta pallij,vt ſic dicamus alium,& diuerſum caſum eſſe,quando Electi aſportant prędictam haſtam, & ex cauſa, de qua ſupra, & alius quando Deputati à Sedilibus, aduerſus quem nullam affert populus poſſeſsionem,ſeu quaſi.

SVMMARIVM.

1 *Maritus rei dotalis eſt Dominus conſtante matrimonio.*

2 *Res dotalis per maritum poſſeſſa incidit in commiſſum ob canonem non ſolutum etiam conſtante matrimonio, etiam quod res ſit feudalis ob ſeruitium non ſolutum, vel mariti culpam; ſed an detur actio vxori in ſubſidium contra Dominum,quæſtionis eſt, in qua tres fuerunt opiniones, vna quòd detur actio in ſubſidium, alia negatiua, & tertia, quòd pęnes Dominum ſtet feudum durante vita mariti, & nu 3.4. & 5.*

6 *Qui non eſt ſubditus non dicitur cōmittere crimen leſæ maieſtatis, licet poſſit committere feloniam reſpectu feudi.*

7 *Feuda omnia in Regno ſunt ligia.*

8 *Opinio diſputata per Doctor. vt ſupra procedit in delictis in omittendo; non autem in faciendo, & magna eſt differentia inter ipſa, in tantùm vt Prælatus per delicta in faciendo Eccleſiæ non prę iudicet, & nu. 9.*

10 *Opinio vera quod nunquā Prælatus præiudicet Eccleſiæ ob quodcunque delictum, & ibi ratio, et diſpoſita per leges Imperatorum non ligant Eccleſiam.*

11 *Maritus eſt Dominus rei dotalis ex iuris ſubtilitate: nam naturaliter mulier eſt Domina, & proptereà datur eidem rei vendicatio, & abſque alia retraditione retranſfertur dominium, & nu. 12. & 13.*

14 *Res dotalis viro datur cum onere prohibitionis alienationis, & vt vxorem, & familiam alat.*

15 *Vxor*

15 *Vxor omni iure ex rebus dotalibus eſt alenda.*

16 *Opinio Andr. in cap. item ſi clericus de capit. Corrad. reuocatur in dubium.*

17 *Retranslatio dominij rei dotalis in vxorem habet locum etiam in rebus feudalibus.*

18 *Opinio aliorum, quod ſaltim in vita mariti fiſcus teneat feudum, conuincitur.*

19 *Viro vergente ad inopiam, vel incipiente mali vti ſubſtantia ſua, vel delinquente, & contumace datur vxori vendicatio rerum ſuarum dotalium, vel ſaltim aſſecuratio, hic publicatis bonis viri non veniunt in publicatione bona dotalia.*

20 *Text. in l. 1 ff. de fund. dot. correctus eſt per legem Cod.*

21 *Delictum Prælati, & cuiuslibet Adminiſtratoris quod committitur extra ſuam adminiſtrationem, & non concernens Eccleſiam, nullo modo Eccleſiæ præiudicat.*

ARGVMENTVM.

Ex viri delicto an feudum dotale poſſit à Domino vendicari, quando delictum eſt in Dominum commiſſum, quid in feudo Eccleſiaſtico propter delictum commiſſum per Prælatum.

DECISIO XIX.

VIRGILIVS Vrſinus Romanus filius Latini, ac vir Beatricis Vitellæ fuit inquiſitus de quibuſdã criminibus, ob quæ ſecundum iura, morem, & practicam Regni Barones ſolẽt feudis priuari, & interim non comparentes, & contumaces exiſtentes ſolent à iuriſdictione illorum ſuſpendi.

Præſupponebatur poſsidere in Regno Terram Amatricis ſibi tanquam in dotem datam per prædictam Beatricem, & conſequenter cum rei dotalis Dominus ſit maritus matrimonio conſtante ad text. in l. doce ancillam C. de rei ven-
1 dic. in l. ſciendum ff. qui ſatiſd. cog. cum alijs cumulatis per Bald. Nouel. in tract. dot. 8. par. 6. priuil. dicebatur locum eſſe prædictæ ſuſpenſioni.

Afferebantur deciſiones particulares Specul. in tit. de locat. ſeu emphyt. §. nũc aliqua q. r 11. nu. r 36. vbi ex ceſſatione ſolutionis canonis debiti pro re dotali
2 emphyteutica, illa incidit in cõmiſſum, ſicut ſi non caueat de damno infecto, ad text. in l. 1. ff. de fund. dot. & omnis
3 quæſtio fuit: ſi in ſubſidium detur actio mulieri contra Dominum, quando maritus non eſſet ſoluendo, quam tenuit Hoſt. in ſumm. eod. tit. §. pen. verb. quid ſi emphyteuta, & refert ipſum Io. Andr. in addit. ad Specul. vbi ſupra. Quem loquendo in feudis ſequutus eſt Blanc. in ſua ſumm. in tit. de caut. propter quas ius dom. quod hab. in feud. lib. 12. cap. 5. nu. 8. ſed Andr. in cap. & iterum ſi Clericus de capit. Corrad. dicit ſimpliciter mari-
4 tum ob ſeruitium non præſtitum perdere feudum dotale, contra quem habebit recurſum mulier propter propriam mariti culpam, quòd ſi non erit ſoluendo, imputet ſibi, & Andr. ſequitur ad literã, ibi Aſflict. poſt Præpoſ. licet Capyc. in cap. imperialem car. 17. verſ. octauo notandum dicat, & nota hoc, quoniam mirum videtur.

5 Iacob. verò de feud. in verb. & promiſerunt eidem Domino n. 35. tenet, quod durante vita tantũ mariti Dominus poſſideat, poſt verò mortem redeat ad vxorem, ſicut dicitur in clerico per illũ tex. in cap. item ſi clericus de capit. Corrad. idemq; tradit gloſ. Pariſ. §. 30. nu. 69. & Iacob. ſequitur Io. Rayn. in d. c. imperialem §. firmiter nu. 53. verſ. & in hoc ſolent mouere quæſtionem.

Sit

Sit tamen vtcunque, verum eſt, vti Dominum ſaltem in vita poſsidere: ergo videbatur poſſe procedi ad ſuſpenſionem iuriſdictionis feudi Amatricis.

Et licet Virgilius ſit exterus, & con-
6 ſequenter non ſubditus, propter quod non dicitur committere crimen læſ. maieſtatis, licet poſsit committere feloniã reſpectu feudi, quod hic non erat iuxtà latiùs tradita per Iul.Clar. tit.5.in §.læſæ maieſtatis, allegat conſ. notabile Rolan.à Vall. 4. Gigan. & alios: tamen
7 cum in Regno feuda omnia ſint ligia, ſecundùm Capyc.in inueſtit.in verb. ligium feudum, & Addent. ad Andr. in cap.1.de nou.for.fidel.quod apparet indubitatum ex parlamento, & iuramento facto per Barones Regni tempore Regis Alphonſi Primi, & feudum ligium facit principaliter perſonam ſubditam, quæ ſe ſubmittit in omnibus iuriſdictioni Domini feudi etiam ratione bonorum allodialium præterquam in bonis feudalibus, quæ ab alio tenentur, vt per eundem Capyc. latiùs, properea videtur non eſſe in conſideratione, quòd ſit exterus.

Dicebatur ex aduerſo, Andr. & omnes loqui in delicto, ſeu culpa in omittendo, quæ commiſſa eſt circa concernentia feudum, ipſiuſq; adminiſtrationem, &
8 ob id idem Andr. dum dicit hoc nocere vxori, reddit rationem: quia præſumitur ſciuiſſe negligentiam viri, quam ſupplere debebat, & magna eſt differentia inter delicta in omittendo, & delicta in faciendo ſecundum gloſ.in reg.delictum perſonæ de reg.iur.in ſexto, vt primum commiſſum per Prælatum præiudicet Eccleſiæ ſaltem in vita; ſecùs verò in ſecundo ſic gloſ.Innoc.Butr. & alij in cap.2.de donat.

Hinc Bald.in l.iubemus nullam C.de ſacroſan.eccleſ.tractans, quando delictũ
9 Prælati noceat Eccleſiæ, conſtituens hãc eandem differentiam inter delicta in omittendo, & delicta in faciendo, dicit, quòd per merum, & apertum delictum conſiſtens in faciendo nunquam Prælatus præiudicet Eccleſiæ, in quo eſt elegans conſilium Angel. 245.

Sed Abb.in c.1. de dolo altiùs exordiendo voluit, quod nunquam Prælatus præiudicet ob ſuum delictum Eccleſiæ, nec in vita, nec in morte, quia bona Ec-
10 cleſiæ non ſunt deputata ad vſum Prælati tantum, & Capituli; ſed etiam ad reparationem fabricę, & alimoniam pauperum, vt ibi nu. 16. & diſpoſita in l.iubemus nullam, & in cap.item ſi Clericus cum ſimilibus ſunt leges Imperatorum, quæ Eccleſiam non ligant, & licet ratione feudi Eccleſia ſit ſubdita, hoc verum erit, dùm ipſa Eccleſia delinquit.

Hæc applicantur ad caſum: nam etſi maritus dicatur Dominus rei dotalis ſecundum iuris ſubtilitatem: tamẽ naturaliter mulier eſt Domina iuxta text. in
11 l.in rebus C.de iur.dot.ibi, cum eędem res, & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanſerunt dominio: non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideò rei veritas deleta, vel confuſa eſt.

Et ibi, vt ſiue ex naturali iure eiuſdẽ mulieris res eſſe intelligantur, ſiuè ſecũdum legum ſubtilitatem ad mariti ſubſtantiam perueniſſe videantur.

Et propterea ad rei dotalis repetitionem mulier habet rei vindicationem,
12 ſecundum text. expreſſum in d. l. in rebus, quæ eſt l.Cod. corrigens l. ff.ſecundum communiter Scribent. ſed quia ſecundum prædictam iuris ſubtilitatem durante matrimonio dominium dicitur in virum tranſlatum, propterea eo diſſoluto abſque alia retraditione retransfertur in vxorem, ſicut dicimus in pactis reſolutiuis, & conditionalibus addictionis in diem, legis commiſſoriæ, & alijs: vnde
13 etſi ſpeciale hoc dixerit Bald. Nouel.ex priuil.text.in d.l.in rebus, & videtur cõmunis: tamen dicebatur, legem C.prouidiſſe, prout iuris erat, ſi dominium ad tempus tranſlatum erat iuxta diſpoſita in l.1.2. & 3. C.de donat.quæ ſub modo.

Cumq; res dotalis non detur ſimpliciter viro, vt de ea ad libitum diſponat; ſed

14 ſed alienatio eſt prohibita, & de ea tenetur vxorem, eiuſq; familiam alere ad text. in l. fructus, vbi gloſ. notab. in verb. tuis C. de pact. conuent. in l. pro oneribus, vbi gloſ. fin. C. de iur. dot. in l. dotis fructus ff. eod. tit. cum ſuis concordantibus, quæ ſunt onera pariter Prælati ſecundum præallegata; igitur ſicut Prælati delictum non præiudicat Eccleſiæ, ſic
15 pariter delictum viri non poteſt vxori præiudicare, quæ omni iure à marito ex rebus dotalibus alimētari debet l. ſi fructus C. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi quis pro vxore §. fin. ff. eod. ob quæ dubitabatur de authoritate Andr. in d. cap.
16 item ſi clericus, & de doctrina prædictorum Doctor. ſi dominium eſt tranſlatum ad tempus, & conditionaliter durante matrimonio, & interim ſubiectum prædictis oneribus, vnde nec amiſſio rei habet locum poſt mortem, nec priuatio ſaltem in vita.

Quæ confirmantur ex alia communi opinione Doctor. tradentium, quod iſta retranſlatio dominij habeat locum etiā in feudalibus ſecundum Roman. & Imol.
17 in l. vſufructu ff. ſolut. matrim. contra dicta ibi per Bart. nam præſtito aſſenſu in tranſlatione intelligitur ſecundum naturam actus, qui erat retranſlatiuus dominij in caſum diſſolutionis matrimonij, & in alijs caſibus à lege proditis, quod latiùs proſequitur Bald. Nouel. in 8. par. 6. priuil. nu. 11. Ergo ſi natura rei dotalis eſt, vt dominium non ſit viri, niſi in vita, & retranſlatum intelligatur in caſum diſſolutionis matrimonij, & in alijs iuxta iuris diſpoſitionem, ſequitur propterea, quod confundatur opinio Andr. & ſequacium, nec eſt vera opinio alio-
18 rum, vt ſaltem in vita Dominus habeat, ſi mulier, & familia de bonis dotalibus eſt alenda, ſicut paupetes ex bonis Prælati, & Eccleſia reparanda, atque ædificanda, licet poſſit dici, quòd Dominus in vita mariti poſſideat; ſed cum oneribus, cum quibus maritus poſſidere debebat res dotales, & ſic Prælatus res Eccleſiæ.

Sed roborando motiuum, prædictis reſpondebatur cum concluſione iuris indubitata, & doctrina ab omnibus recepta, quòd viro vergente ad inopiam, vel
19 incipiente malè vti ſubſtātia ſua, & propriè in marito delinquente, contumace, vel ſi commiſerit delictum, propter quod bonis veniebat priuandus, in eum caſum mulier habeat dotis exactionē, & actionem realem rei vendicationis; ſi rem immobilem in dotem dederit, & tandem eandem actionem, quam haberet ſoluto matrimonio, verba ſunt text. in l. vbi adhuc C. de iur. dot. ibi, ſed ita eam poſſe eaſdem res vendicare &c. vt potuiſſet, ſi matrimonium eo modo diſſolutum eſſet, quod pariter expreſsè probat text. in d. l. in rebus, & hanc opinionem firmauit gloſ. in auth. donationem C. de iur. dot. Bart. in l. ſi conſtante nu. 92. ſolut. matr. Cyn. in d. l. vbi ad huc, vbi notabiliter Bald. declarat, & latiùs Salyc. nu. 10. & hæc eſt communis, vt refert Bald. Nouel. in d. priui. 6. nu. 10. licet ipſe contrariam teneat opinionem.

Sed ſit vtcunque, nemo dubitat in eum caſum dari mulieri aſſecurationem, & poni in poſſeſſionem rei dotalis, ſiuè vt Domina, ſiuè vt ſe, & ſuos alat: igitur quomodo poteſt ſubſiſtere, vt marito delinquente res dotalis vel amittatur, vel ſaltem Dominus poſſideat in præiuditiū vxoris vita mariti durante, ſi lex ſtatim, vel dominium abdicat: quia ſubiectum huic reſolutioni, vel ſaltem rem illam transfert in vxorem ex cauſa, de qua ſupra, hinc publicatis bonis viri non ve-
20 niunt in publicatione bona dotalia, vt per eundem Bald. Nouel. in 7. par. princ. 17. priuil. qui allegat text. in l. ſi quis poſthac C. de bon. proſcript. vbi eſt caſus, quæ lex correxit text. in l. 1. ff. de fund. dot. ſed ſtatim mulier illa vendicabit non expectata aliter morte viri, eandemq; opinionem tenuit Campeg. de dot. reſt. 3. par. 3. par. q. 23. & arguit Bald. argumento, de quo ſupra: quia pet talem publicationem videtur vir vergere ad inopiam, & in principio dicit, quòd ſi daretur publicatio, intelligeretur cum ſua cauſa, ſcilicet cum onere reſtitutionis poſt mottem ex reſolutione iuris mariti

rni in eum caſum ad text.in l. ex facto, §.ex facto ff.ad trebell.in l. lex vectigali ff.de pign. ita vt opinio illa Iſern. quòd mulier priuetur in totum, nullo modo ſubſtineri poſſit.

Sed & rurſus Andr.& omnes loquuntur in culpa,ſeu delicto in omittendo,vt dixi,non autem in faciendo, & in omittendo videtur cõcernere adminiſtrationem commiſſam rei dotalis, ac exercitij dominij illius, quod vel prouideri potuit,vel ſuccurri viri negligentiæ, vt idē Andr.dicit, & imputet ſibi mulier,ꝙ talem virum elegit; ſed in delicto mero,& aperto in faciendo,tunc ſicut non nocet Eccleſiæ Prælati delictum, minùs debet mariti delictum nocere mulieri ſecũdum Bald.& alios ſupra relatos, & nulla culpa poteſt imputari.

Propterea Paul.de Caſtr. in ead.l.iubemus nullam,tradidit ex mente omniū Doct.quòd, quando delictum Prælati,& cuiuſlibet adminiſtratoris conſiſtit extra
21 adminiſtrationem commiſſam rerū Eccleſiæ,vel aliorum bonorum; tunc nullo modo præiudicet:quia nihil hoc cõmune cum rebus eccleſiaſticis,vel dotalibus,& ꝓpteà omnium eſt conſenſus,quòd,quando delictum non eſt contemplatione Eccleſiæ, nec pro ſpectantibus ad eam,nec illud fuit patratum,vt à tali Prælato;ſed vt à quolibet,tũc nullo modo delictum Prælati Eccleſiæ nocere poteſt:ita Butr. Abb.& omnes in d.c.1.de dolo,vnde idē dicere debemus in vxore, & text.in l.1. ff.de fund.dot. loquitur in concernentibus rem dotalem, vt erat illa cautionis præſtatio de damno infecto,Andr.& cęteri,quando omiſit facere ſeruitium debitum pro feudo, ſic in terminis text.in d.l.iubemus nullam,& ſic eſt intelligendus text.in d.cap.item ſi Clericus.

Cum quibus omnia concilientur, & hæc opinio hodiè præualet in practica, vt mulier ex quocũque viri delicto, ſiue in omittendo,ſiuè in comittendo ſemper dotes recuperet,&in dotalium bonorum poſſeſſionem tanquam Dña immittatur.

His diſcuſſis ego, qui fui Aduocatus prædictæ Beatricis Vitellæ,dùm de prædicta Terra Amatricis fuit contentio inter ipſam, & ſororem ſecundogenitam circa ſucceſſionem, de qua latiùs in cõſ. meo 10. 1. volum. aduerti,quòd Terra Amatricis non fuerit aliter data in dotē per Latinū Patrē eidem Beatrici primogenitæ; ſed fuit in ea ſibi reſeruata ſucceſſio in partem dotationis,quam acceptauit cum prædicto pacto ſuccedendi, & ſic habebat, vt hæres Patris, & non data viro in titulum dotis, ex quo per peremptionem facti ceſſabat omnis diſputatio,cum nullo modo,nullo vnquam tempore Terra illa fuerit in dominium viri, & propterea non fuit aliter ſuper negotio facta alia prouiſio; ſed ſilentio pertranſiuit. Hæc adnotare volui tanquàm curioſa.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius poteſt relinquere baliū filio loco tutoris, ſicut pater filio tutorem per ſpetiale Capit. Reg. incipiens feudatarius, quòd per Conſtit.Reg.erat prohibitum, & ſpectabat ad Regem.*

2 *Feudatario mortuo nulla facta diſpoſitione balij, tunc Rex prouidet, verùm ſi adeſt mater, ipſa præfertur,quòd fuit extenſum etiam in auia, & nu.3.*

4 *In Regno vigore Conſtitutionum, & Capitulorum omnis balius, vel eſt teſtamentarius, vel datiuus, & non datur legitimus, & ibi latè de intellectu prædicti capituli feudatarius.*

5 *Balius per Regem confirmatus dicetur datiuus.*

6 *Tutor confirmatus de iure communi ſemper dicitur datiuus, licèt quò ad quid habeat reliquias teſtamentarij, licet ſecundum aliam opinionem dicantur Ano-*

mali tutores, & num. 7.

8 *Balius non dicitur quis conſtitutus ex poteſtate data adminiſtrandi, & gubernandi, nec ex cõſtitutione fideicommiſſariorum, & exequutorum balij conſtituti illi cenſentur; ſed benè exequutores teſtamentorum.*

9 *Balius datur principaliter perſonæ.*

10 *Conſilium Aret. celebratur ad propoſitum.*

11 *Pater relinquẽs pietatis fiducia negotia filij vxori, eapropter illa non eſt tutrix conſtituta.*

12 *Tutor debet conſtitui per verba expreſſa.*

13 *Tutor quis conſtitutus non dicitur ex eo: quia pater reliquit ipſi curam rerum ſuarum.*

14 *Aliud eſt habere curam bonorum, & aliud perſonarum.*

15 *Aliud eſt tutor, aliud adminiſtrator, & aliud curator.*

16 *Opinio Doctor. in l. neque, C. de confirm. tutor limitatur in Regno.*

17 *Baliatus finitur in anno decimoquarto.*

18 *An balius vnus tantùm conſtituendus ſecundum Reg Conſtitut. & Capitula.*

19 *Quando poteſtas eſt alicui data à lege, & non ab homine, non poteſt reſtringi adminiſtratio, nec pendere debet ab alieno arbitrio.*

20 *Iudex ex cauſa legitima recedit à voluntate teſtatoris, attendendo vtilitatem pupilli, & non ſcripturam teſtamenti.*

21 *Tutores dati per defunctum remouentur ex cauſis ſuperuenientibus, quæ Iudicis arbitrio remittuntur.*

22 *Pupilli educatio eſt Iudici arbitraria, & recedere poteſt à voluntate teſtatoris.*

23 *Iudex poteſt mandare, quòd vnus tutorum adminiſtret, quanquam teſtator aliud diſpoſuerit.*

24 *Lex multum de matre confidit, intantùm quòd etſi ſit debitrix, defert ei tutelam, quòd non eſt in extraneo.*

25 *Text. in l. 1. Cod. vbi pupill. educari deb. procedit in dubio; ſed quando mater eſt perſona boneſta, et ſic vitricus, & nulla adeſt ſuſpitio, maximè ſi non poteſt filio ſuccedere, tunc tutela non priuatur, & pupillus penes ipſam educari debet.*

26 *Pater dans cauſam diuortio, filij ſunt alendi penes matrem patris expenſis.*

27 *Quando pater eſt minus idoneus, & mulier locuples, licet dederit cauſam diuortio: tamen penes ipſam filij ſunt alendi.*

28 *In datione iudicum adiunctorum præcedere debet partium intimatio ad finem dandi notam ſuſpectorum, & inconfidentium.*

ARGVMENTVM.

Materia baliatus quomodo in Regno procedat, diſſeritur, quando mater præferatur omnibus ab inteſtato in baliatu: quantùm lex de ea confidit, & per quæ verba per teſtatorem balius dicatur conſtitutus, & tandem quomodo Iudex ad pupilli vtilitatem poterit recedere à voluntate teſtatoris.

DE-

DECISIO XX.

SIcut de iure communi pa
ter poreſt relinquere tu-
torẽ filio minori 14. an-
norum, dùm illum in ſua
tenet poteſtate, ita in
Regno noſtro feudata-
1 rius decedens poteſt filio ſuo minori ba-
lium, quem vult, cõſtituere loco tutoris;
quod licet per Regni conſtitutiones erat
prohibitum, & balius erat, vel Rex dire-
ctùs Dñs, vel qui ab eo deputabatur, vt
in Conſt. Reg. in aliquibus, in verb. ſi ve-
rò maiores, vbi Iſern. in Conſti. Reg. mi-
noribus de iure balij, vbi elegans gloſſ.
quæ in verb. minor dicit, quod ex illa
Conſtitutione patet, conſtitutionem ba-
lij ad Regem ſemper ſpectare, & idem
habetur in Conſtit. Reg. ſi quando de
pœn. foriudic. Tamen per capit. Reg. in-
cip. feudatarius editum per Carolum
II. in tit. de ſtat. bal. fuit diſpoſitum,
quòd feudatarius decedens teſtatus poſ-
ſit, vt dixi, balium conſtituere, quod tra-
dit Iſern. in d. conſtit. minoribus: verùm
2 ſi inteſtatus pater deceſſerit, tunc Curia
eligit de proximis, & defuncto coniun-
ctis magis idoneum, cui baliatum com-
mittat ſecundum expreſſa verba dicti
capit. ſed ſi mater adeſt, dicit cap. quòd
ipſa præferatur, quod etiam in auia fuit
per eundem Regem declaratum proce-
dere ſecundùm Iſern. in loco allegato.

In quo capit. duo notabilia adnota-
runt Addent. vnum adnotauit Io. Criſ-
3 panus, vt licèt Capit. diſponat, quando
pater inteſtatus deceſſerit; tamen dicit
generaliter intelligi, ſemper quod pater
non reliquit filio balium, vt Curia Regis
det ſecundum modum, & formam dicti
Capituli, ita practicatum fuit in cauſa
Marchionis Vallis Siculæ, vt infra dice-
4 tur: aliud verò adnotauit Bartho. de
cap. qui capitula prædicta edidit, quod
in terminis illius Capit. omnis balius, aut
eſt teſtamentarius, aut datiuus, & ſic nõ
datur legitimus, quod ponderauit ibi Io.
Antonius de Nigr. & ſumma cum ratio-
ne: quia venit ad correctionem diſpoſi-
torum per Reg. Conſtit. per quas legiti-
mi, & teſtamentarij erant excluſi, & ſo- 78
lùm datiuus remanſit, quando Regi hoc
benè viſum fuerit, in caſu, in quem ille
baliatum exercere noluiſſet, ad quem
declaratur baliatum ſpectare, cumq; per
Capit. in teſtamentario tantùm fiat in-
nouatio, remanet propterea in reliquis
incolumis, & incorrecta diſpoſitio præ-
dictarum conſtitutionum, & idemmet
text. in capir. feudatarius hoc expreſsè
probat, ibi: in baliatu defunctó coniun-
ctis dando, & ibi, idoneiori de coniunctis
feudatario mortuo concedendum, & ibi
Curia eligat de proximis, & defuncto
coniunctis magis idoneum, & ſic totum
capit. loquitur de balio datiuo nõ reſpi-
ciens proximitatem; ſed idoneitatem, ex-
preſsè tamen matrem omnibus præferẽ-
do, quæ pariter erit datiua vigore prędi-
5 cti Capit. & ideò Iſern. eleganter, quem
ſequitur Affl. in Conſtit. Reg. minoribus
nu. 5. tradidit, quod qñ balius in teſta-
mẽto datur ab alio, quàm ab eo, qui ha-
bet in poteſtate, datio non tenet, niſi cõ-
firmetur per Regem, & talis confirmatus
non erit teſtamentarius; ſed datiuus, quæ
opin. Iſer. & Affl. in term. prædicti Capit.
in hoc Regno non poteſt habere diſpu-
tationem: ſiquidem in caſu tantũ expreſ-
ſæ diſpoſitionis factæ in teſtamẽto eſt al-
terata diſpoſitio Conſt. Reg. per prædi-
ctum cap. feudatarius, qua deficiente idẽ
Cap. dat electionem Curiæ balij meliùs
eidem viſi, limitando tantùm, qñ mater
6 concurrit; & licet Doct. diſputarunt q. de
iure cõi in l. neque C. de confir. tut. An
tutor confirmatus ſit datiuus, vel teſta-
mentarius; tamen cõis fuit concluſio, ſi
rectè Doct. perpendantur, ꝙ tutor confir-
matus ſemper ſit datiuus; ſed quò ad q.d
habeat reliquias teſtamentarij in eo, ꝙ
nõ præſtat fideiuſſionem, non ſit inquiſi-
tio; & pfertur legirimo, & hæc fuit opin.
Dyn. & Iac. Butr. quam ſequitur ibi Cyn.
& latiùs Alb. peroptimè declarat Salyc.
& fuit originalis opin. gl. ibid. Idem Bar.
7 in l. 1. ff. de cõfir. tut. Bald. & Ang. tenue-
runt aliam tertiam opinionem, ꝙ dican-
tur anomali tutores, ſcilicet mixti, teſta-

mentarij,& datiui:tamen cõis opinio eſt,
ꝙ ſit datiuus;ſed habeat reliquias teſta-
mentarij,in eo,ꝙ non ſatiſdat,non ſit in-
quiſitio, & præfertur legitimo, tamen
quicquid ſit in terminis prædicti Capit.
vera erit opinio Iſern. & Affli.quod erit
ille ſemper datiuus, in qua datione ex-
preſsè matrem præfert contra commu-
nem opinionem Doctorum.

His ſic firmatis prætendit Duciſſa
Acheruntiæ mater moderni Ducis mi-
noris debere ipſam declarari ſolam ba-
liam ipſius filij, licet vir in ſuo vltimo,
quod condidit, teſtamento reliquerit fi-
deicommiſſarios,exequutores ſuæ diſpo-
ſitionis, ipſam Duciſſam, Don Carolum
de Iuuara, & Fabritium Denticem cum
ampla facultate exequendi contenta in
eo,ac adminiſtrandi, & gubernandi bo-
na in hęreditate remanſa,vſquequò eius
filius primogenitus fuerit ætatis anno-
rum 18. & deinde in antea vſquequò
prædictus filius primogenitus fuerit ęta-
tis annorum 25. iuncti tamen, & vniti
cum eodem filio primogenito,quibus e-
tiam dedit facultatem ſubrogandi aliũ,
vel alios in caſu mortis.

Prætendit, dico, quòd nec quia ſunt
relicti fideicommiſſarij, nec quia eſt da-
8 ta poteſtas adminiſtrandi, & gubernan-
di bona,propterea ex hoc dicantur con-
ſtituti balij, & longè differunt, vt per
Iſern.in d. Conſtit. minoribus, ibiq; la-
tiùs Afflict. nu.9. verſ.octauò quæro, &
verbum illud, fideicommiſſarij, non im-
portat tutelam, aut baliatum ; ſed verè
conſtituere exequutores teſtamenti, &
ſic pariter dùm reliquit bonorum ſuorũ
adminiſtratores, cum verba expreſſa di-
9 rigantur ad bona,& non debent impro-
priari, & balius datur principaliter per-
10 ſonæ, conſilium ſolemne eſt Aret. 66.
incip. viſo puncto,& dubijs, qui vtrum-
que tradidit ſatis latè, & eleganter, &
cum habeamus tutores, curatores, & fi-
deicommiſſarios, exequutores, ac admi-
niſtratores,qui omnes certum habent of-
ficium, & certam facultatem, profectò
vanum eſt inſiſtere,quòd appellatione fi-
deicommiſſarij, aut exequutoris veniat
tutor, aut balius, & multò minùs in ad-
miniſtrarore bonorum,& propterea text.
in l.qui aliena §.quanquam ff.de negor.
11 geſt. dixit, ꝙ ſi pater cõmiſit vxori pie-
tatis fiducia negotia filij,non per hoc il-
la eſt tutrix conſtituta, vbi bon.gloſ. nã
datur tutor perſonæ, & non bonis, quæ
veniunt in conſequentiã,per quem text.
ſic tradit,& conſuluit Bald.in conſ.294.
vol.5.& idem Bald.in l.omnem nu.3.C.
12 ad Senatuſc. Tertul. dixit, quòd mater
debet relinqui tutrix per verba cõgrua,
non autem ſi illa ſint alterius ſollicitu-
dinis demonſtratiua ; hinc text.in l.1.ff.
13 de confir.tut.dixit, quod non intelligi-
tur datus tutor, ſi teſtator dixerit, pre-
cor,te curam habere rerum mearum,vbi
Barr.reddit rationem : quia tutor datur
perſonæ principaliter,& in conſequentiã
14 rei,& eleganter Paul. de Caſtr. in l.ſed
ſi hoc §.cum vir vxori ff.de cond. & de-
mon. dicens, aliud eſſe,ſi fiat diſpoſitio,
vt mater curam habeat perſonarum, &
aliud bonorum, vt eſt caſus in l. ſolet ff.
15 de tutel.vbi aliud eſt tutor,aliud admi-
niſtrator,& aliud curator, & licet in te-
ſtamẽto dicatur,quod per iſtos exequu-
tores,& fideicommiſſarios debeant præ-
ſtari alimenta, ſolui dotes conſtitutæ, &
alia fieri, non per hoc infertur ad balia-
tum: nam hoc eſt proprium officium ad-
miniſtratorum,& exequutorum,vt latiùs
docet,declarat,& proſequitur Specul.in
tit.de inſtrum.edit. §.nunc verò aliqua,
quem allegat Aret.in allegat. conſ. 66.
cumq; verum ſit dicere, balios non eſſe
expreſsè,nec ſpecificè conſtitutos,& hoc
vult colligi ex mente,interpretando ver-
ba,& diſpoſitionem,ob quod opus eſt,ꝙ
repleatur conſulari poteſtate,& ſecundũ
mentem fiat baliorum confirmatio iuxtà
terminos in d.l.1.ff.de confir. tut. prop-
tereà cum eſſent tunc balij datiui,ſecun-
dum Andr.Barr.de Cap.& Affl.in quem
caſum per capit. feudatarius prælata eſt
omninò mater, propterea quocunque ſe
vertat pars aduerſa, videtur, quòd Du-
16 ciſſa debeat obtinere, & limitatur in
Regno opinio Docto.in d.l.neque, quod
tutor confirmatus præferatur legitimo
per

per tex.in d.cap.feudatarius,qui expreſsè in eum caſum dat matri prælationẽ, & opinio illa eſt in terminis,quando teſtator facit tutores; ſed inutiliter,& ſic multò fortius in caſu hoc,in quo nulla adeſt expreſſa diſpoſitio.

Dicit inſuper Duciſſa, quòd ipſa petijt ſe declarari Baliã,& ex aduerſo prędicti fideicommiſſarij,& exequutores nõ petierunt confirmationem;ſed prẹſuppoſuerunt,ipſos eſſe balios, ſeu tutores relictos,quo caſu ſuccedit reg. text.in l.3. C.de confir.tut.quod legitimo erit danda tutela,nec ex petitione poſteà confirmationis alterius legitimè factum retractabitur ſecundum Bald.Ang. & omnes in d.l.3.

Quodq; verè iſti non fuerint balij cõſtituti,nec tale vnquam teſtator cogitauerit,ponderat Duciſſa,quod ſunt omnes cõſtituti fideicommiſſarij, exequutores, & adminiſtratores vſque ad annum 25. filij:ergo impoſſibile eſt,quòd ſint balij,
17 cum baliatus terminetur in anno 14.ſicut tutela, & rurſus ſi ſtatuitur, quòd, quando filius erit ętatis annorum 18.ipſe pariter ſit adminiſtrator bonorum cũ reliquis: ergo illi non ſunt balij: nam aliàs diceremus, quòd filius eſſet balius ſui ipſius, & ſi datur facultas in caſum mortis ſubrogandi alios:ergo nullo modo de balijs intellexit teſtator; ſed verè de exequutoribus teſtamenti, & adminiſtratoribus bonorum, & inſuper ſi adhuc filio exiſtente maiore appellat illos fideicommiſſarios,exequutores,& adminiſtratores: ergo nullo modo potuit intelligere, nec voluit, iſtos eſſe balios, & licet ex aduerſo fuerint examinati aliqui teſtes ad declarationem teſtamenti; tamen omnes loquuntur de iuditio, & aliqui dicunt, quòd loquutus fuerit Dux ſecundum vſum Ianuæ,& demonſtratum eſt per expreſſa ſtatuta illius Reipublicæ adeſſe tutores,& curatores,& fideicommiſſarios, ſeu exequutores teſtamentorum,licet Dux, atque Pater fuerit Neapolit.&c.

Vltimò dicit Duciſſa, de iure Regni vnum tantùm balium poſſe conſtitui;ſed benè plures exequutores,&fideicommiſſarios, vt ſic tantò minus dicendum ſit,
18 conſtitutionem fideicommiſſariorum importare baliatum,& ad hoc fundandũ dicit, quod ante editionem prædicti capituli feudatarius,baliatus ſpectabat ad Regem,ipſeq; erat balius,& ſic vnicus, vel is,quem Rex deputabat,& in numero ſingulari loquuntur Conſtitutiones, & eodem modo loquitur d. cap. feudatarius, vt ex coniunctis eligat Rex idoneiorem,& inter hos præfert matrem: igitur videtur, quod nullo modo prædicti fideicommiſſarij ad baliatum aſpirare poſſint,ſi ſolus erat Rex, & alius tantùm vice ſui ſubrogatur,& intantùm hoc eſt verum, quòd nec vt adminiſtratores
19 iſti poſſint ſe ingerere in hæreditate: quia, quando poteſtas datur à lege, vt in tutore, licet fuiſſet à teſtatore nominatus, tunc etiam quod dicatur, quòd non poſſit adminiſtrare,niſi cum cõſilio, vel inſimul cum tali, qui non eſt particeps officij, dico, quod non teneatur ad obſeruantiam, & valet, debet, & poteſt ſolus adminiſtrare: ſecus ſi ab homine habet poteſtatem,text.eſt iuncta gloſ.in verb. dediſſet in l.Titium,& Mæuium, vbi notabiliter Bart. ff.de adminiſtr.tut. & ratio principalis illa eſt:quia quando eſt data poteſtas à lege, non debet illa pendere ab alieno arbitrio,dixit Bart.ad propoſitum in eadem quæſtio. in l.1.S.ſi plures ff.de exercit.in l.quidam decedẽs S.Papinianus ff.de admin.tut.

Prætendit Duciſſa, quod ita ſit iudicatum pluries: nam mortuò Marchione Vallis relictis pluribus exequutoribus,& fideicommiſſarijs in teſtamento nulla facta diſpoſitione balij, ijdem exequutores,& fideicommiſſarij petierunt electionem balij à Rege, & vnicus tantum fuit datus balius, qui fuit Don Aluarus de Mendoza, ex quo Duciſſa duo colligit, quod ijdem exequutores non prætenderunt eſſe balios,& aliud,quòd vnus tantùm balius fuit conſtitutus.

Adducit ſecundò decretum in cauſa Franciſci Fillomarini referente Domino Marthos, vbi mater petijt ſe ſolam de-

clarari balium, licet eſſent plures balij
relicti in teſtamento, & ſic fuit declara-
tum per decretum Collateralis Conſilij,
& quanquam aliquando fuerunt plures
balij declarati, præſupponitur non fuiſ-
ſe altercatum, quòd vnus tantùm debeat
eſſe balius; ſed de communi partium vo-
luntate fuit declaratio facta, & tamen
quando hoc fuit factum, fuit pariter de-
cretum, quod vnus tantùm exerceat, vt
in cauſa Franciſci Sadeolis.

Sed quando in prædictis quoquomo-
do dubiũ fieret, dicit Duciſſa, quod hæc
confirmatio non fit ſemper, & propterea
dicit text. in d. l. neque, quod ſolet Præ-
tor confirmare, & hoc ſequendo Patris
voluntatem, quando non fuerit ille igna-
rus eorum, quæ ipſe Prætor de tutore
comperta habet; nam eo caſu, quando
cauſa legitima adeſt, recedet Iudex à
voluntate teſtatoris: quia vtilitas pupil-
20 li, non ſcriptura teſtamenti attenditur,
iuxta text. in l. in confirmando, & in l.
vtilitatem ff. de confirm. tut. & ideo ſu-
21 perueniens inimicitia, paupertas, dete-
ctio malorum morum, & alia faciunt, qđ
tutores dati non confirmentur; ſed alij
eligantur, ad quod eſt pulcher text. in d.
l. 3. §. quamuis ff. de admin. tut. vbi gloſ.
dicit, quod quando talia ſuccedunt, ve-
riſimile eſt, quod teſtator mutaſſet vo-
luntatem, & propterea ab ea recedit Iu-
dex: ſunt ad idem plura iura, vt in l. 1. &
2. ff. vbi pup. educ. deb. in l. quidam de-
cedens §. vſque adeo ff. de admin. tut. in
l. Quintus §. nec tamen ff. de ann. leg. &
tandem omnia Iudici ſunt arbitraria
ſecundum qualitatem facti, & perſona-
rum, Paul. de Caſtr. in l. ſi paterno C. de
neg. geſt. Rip. in l. ex facto nu. 66. de
vulgar. & pupill. Menoch. de arbit. iudic.
lib. 2, caſ. 168. Barb. conſ. 61. 3. par. D. de
Franch. in deciſ. 350. & rationem prædi-
ctorum redit text. in l. vtilitatem, ff. de
confirm. tut. ibi, vtilitatem pupillorum
Prætor ſequetur, non ſcripturam teſta-
menti, vel codicillorum, & text. in d. l.
Quintus in §. nec tamen, ibi, nec tamen
ſemper voluntas eius, aut iuſſus conſer-
uari debet, & ſic text. in l. 1. §. tria lumi-
22 na ff. de ventr. inſpic. qui tradit debere
pupillum educari, vbi pater iuſſit, debet
inquam intelligi, niſi aliud Iudici ex cau
ſa videbitur: nam tunc recedere poteſt à
voluntate teſtatoris ſecundum prędictos
Doctores, pulchrum cõſilium Aym. 190.
& Soccin. 193. 2. vol. Barbat. conſ. 61.
3. vol. Corn. conſ. 175. bona deciſ. Grã-
23 mat. 55. & ſicut poteſt ex cauſa Iudex
recedere in totum à voluntate teſtato-
ris, attendendo pupilli vtilitatem: ſic pa-
riter ſi pater iuſſerit tutelam per plures
adminiſtrari, poterit Iudex ex cauſa ab
hoc recedere, & ſtatuere, quòd vnus tã-
tùm adminiſtret, dicit text. in d. l. 3. in
verb. apparet, ff. de adminiſtr. tutor. Lex
24 enim plurimùm de matre confidit, in-
tantùm quòd, etſi ſit debitrix, defert ei
tutelam, quod non eſt in extraneo tot.
tit. in auth. vt ſine prohibitione matres
debitrices, & creditrices tutelam gerant
minorum, & text. in l. 1. C. vbi pupillus
25 educ. deb. procedit in dubio; ſed quan-
do omnis ceſſat ſuſpitio, educationem
filiorum habebit, etiam quod tranſierit
ad ſecunda vota, Paul. de Caſtr. in l. ſi
paterno nũ. 3. C. de neg. geſt. quod to-
tum Iudicis arbitrio remittitur, quando
mater eſt honeſta, & nulla adeſt ſuſpitio
Rip. in d. l. ex facto de vulg. & pup. n. 66.
& idem Alber. in eadem l. 1. maxime
quando mater non poteſt ſuccedere,
& Curt. in conſ. 94. 2. par. conſuluit etiã
quod mater eſſet in parte ſucceſſura at-
tenta bona ipſius qualitate, Menoch. de
arbitr. iud. lib. 2. caſ. 168. & in matre,
quæ tranſiuit ad ſecunda vota, quæ non
poteſt ſuccedere, eſt deciſ. D. de Franch.
350. immò contra expreſſam patris diſ-
poſitionem poteſt Iudex educationem
Auiæ dare, vt per Grammat. in deciſ.
26 69. & ſi Pater dedit cauſam diuor-
tio, filij ſunt alendi, & educandi penes
matrem patris expenſis, vt eſt caſus in
§. illud in auth. vt liceat matri, & auiæ;
quæ authent. eſt poſita in tit. de diuort.
fact. incip. Si pater, quod ibi text. in l. 1.
27 ſtatuerat eſſe Iudici arbitrarium; immò
ſi pater eſt minùs idoneus, licet vxor
cauſã dederit diuortio; ſed eſt locuples,
penes

penes eam ſuis expenſis filij educari debent dicit text. in d.authent.ſi pater, & ſecundum prædicta debet intelligi diſpoſitio text.in l. 1. §.ſi verò, & in l.3.§. etiamſi maximè ff.de lib.exhib.quæ iura diſponunt, quòd ſi mater habet filios, Prætor ex iuſtiſſima cauſa decreuit penes eam fore educandos, & non penes patrem,quod gloſ.ibi aduertens in verb. decreuit, dixit vt in l.1. & 2. C. de diuort.fact.& magis ſpecificè hoc tradidit gloſ. in l.1. §.quod natum erit, in verb. iuſſerit ff. de vent.inſp.

Qualitas Duciſſę eſt notiſſima,eſt mater, & principaliter educauit, & educat filios,habet dotes ducat.quinquaginta mille, & filiorum intereſt,vt in viduitate maneat,& cum ea educentur:iſti prętēdunt baliatum,malè ſe geſſerunt,cum ea inimicitias contraxerunt, & etiam exiſtimationem, reputationem Duciſſæ, atque honorem offendere procurauerūt; ita & taliter, quòd ſi maritus viueret, pro capitalibus inimicis illos habere deberet; ex quibus Duciſſa prouocata coacta fuit adire Proregem, & ciuiliter, & criminaliter contra iſtos inſurgere petendo ex vna parte reiectionem articulorum impertinentium, in quibus ipſa Duciſſa maximopere grauabatur, & per decretum Collateralis Conſilij fuerunt illi reiecti,& ex alia parte fuit capta informatio de violentia, & de vi publica, & alijs contra prædictum Fabritium Denticem commiſſis contra ipſam Duciſſam, eiuſq; homines, ob quod fuit de facto carceratus,vt iam etiam reperitur, quam Duciſſam cum maximo amore maritus proſequebatur,credendum propterea erit,quod ſi tales mores, & tales offenſæ ab eo imaginari potuiſſent, non ſolùm illi adminiſtratores, & fideicommiſſarij relicti non fuiſſent; ſed maximo odio illos proſequutus fuiſſet, Hinc in teſtamento,dum Dux de vxore mentionem fecit,ſemper illam nominauit amatiſſimam, & obſeruandiſſimam, quodq; verè de ea confidebat,& quod educatio, & omnia penes ipſam reſidere debebant, colligitur ex particula illa teſtamenti, dùm dicitur.

E ritrouandoſi Nicoletta mia amatiſſima, & oſſeruandiſſima moglie, e li miei figli in Genoua, ò in altro luogo fuora del Regno di Napoli, debbiano ſubito venirſene in Napoli, del che prego, & aſtrengo la detta mia moglie con le viſcere del cuore.

Et ibi,laſcio miei fideicommiſſarij, & eſſecutori del preſente mio teſtamento Nicoletta Grilla mia amatiſſima, & oſſeruandiſſima moglie,Don Carlo de Iuaro, & Fabritio Dentice miei cuggini.

Adducit vltimò Duciſſa deciſionem factam diebus non longè decurſis in cauſa hæredis Franciſci Bermudez,vbi plures erant balij conſtituti, & educatio in ſpetie relicta auiæ maternæ,& tandem fuit per Collaterale Conſilium declarata balia D. Maria Bermudez ſola amita pupilli, eiq; data educatio ex cauſis benè viſis,& diſcuſſis.

Quibus omnibus relatis in Collaterali Conſilio fuit deciſum in fauorem Duciſſæ,declarando eam ſolam baliam,quę demùm ſententia licet exequuta, fuit poſteà ſuſpenſa ex allegatione nullitatū, datis in cauſa per illuſtriſſimum Proregem quinque Iudicibus adiunctis cum conſultatione vnius tantùm Regentis, qui fuit in cauſa voti contrarij deciſionis factæ:licet cauſa eſſet propria Collateralis Conſilij, & eſſet cōſilium plenum quatuor Regentium; ſed ſunt fata cauſarum ſecundum qualitatem temporum, & litigantium; & licet exclamaſſem, quod adiuncti Iudices dati nulliter fue-
28 rant contra ius,& contra conſuetum, quando in conſilio non deficit numerus iudicum,& rurſus procedere debebat liſta ſuſpectorum, & inconfidentium ſecundùm ſolitum ſtylum,& morem tribunalium,& docuit Bald.in l.1. poſt nu.1. C.de relat.Archid.in cap.ſtatutum §.aſſeſſorem de reſcript.in ſexto poſt nu.14. verſ.quicquid olim,Ant.de Butr.ibidem nu.3.immò text. in cap.ſuper quæſtionū §.verū,vbi gloſ.de off.deleg. ſtatuit electionem faciendam eſſe de partium conſenſu,quæ iura,& deciſiones licet loquūtur

tur in aſſeſſore, & in Iudice delegato,& non in Iudicibus ordinarijs, tñ practicata fuerunt indifferenter etiam in Iudicibus ordinarijs,& ratio eſt: quia cum Iudices adiuncti nõ ſint Iudices illius cauſæ,& fortiùs,quando ſunt alterius tribunalis,tunc ſunt loco Iudicis delegati;tamen nihil proficit, & Prorex noluit admittere,quod hoc votaretur, ſic conſultus ab eodem,cuius anima, faxit Deus, vt requieſcat in pace.

SVMMARIVM.

1 *Bona hoſtium efficiuntur capientiũ de iure gentium etiam quòd non capiantur in conflictu belli, loquendo tamen de bonis mobilibus,& ibi quid importat capere in conflictu belli, quòd latè diſſeritur,ampliatur, & limitatur.*

2 *Bellum eſt perpetuò indictum inter Chriſtianos,& Turchas.*

3 *Bona, quæ capiuntur propter bellum indictum, dicuntur in bello capta.*

4 *Infideles poſſunt impunè capi cum eorum bonis in quocunque loco, tanquam hoſtes publici,& diffidati.*

5 *Bona capta in conflictu belli quare præſententur Duci belli ad finem illa diuidendi inter milites, quod hodie de conſuetudine non ſeruatur: quia abſolutè ſunt capientium.*

6 *Bona capta, non in acie belli,non in bello campeſtri; ſed in diſcurſu territorij,iudicatum eſt effici capientium.*

7 *Opinio Soccin.in l.1.de acquir.poſſ. declaratur.*

8 *Feræ captæ in alieno territorio fiũt capientium etiam acceſſu probibito:quia hoc eſt de iure gentium.*

9 *Bona hõſtium naufragata efficiuntur capientium de iure communi ſecundum omnium opinionem.*

10 *Conſuetudo contraria fuit ſublata, quò ad bona chriſtianorum naufragata,vt eſſent fiſci, quando illorum Domini infra triduum nõ comparebant; ſed quò ad bona infidelium nulla adeſt conſuetudo.*

11 *Deciſio Innoc. in cap. ex literis de iurepatr.declaratur.*

12 *Deciſiones aliàs factæ referuntur, & diſtinguuntur, & contrarijs reſpondetur, tractando articulum de iure communi.*

13 *Prouiſiones nouiſſimæ referuntur Catholicæ maieſtatis, per quas ſtatutum eſt, bona omnium inimicorum naufragata ſpectare ad Regium Fiſcum.*

14 *Iactum ex nauigio factum propter timorem naufragij efficitur capientis: quia videntur bona haberi pro derelicto.*

15 *Ex naufragio dicitur capere is, qui in trepidatione naufragij rapuit, & ſic in incendio: quia ſufficit veniſſe ad actum proximum.*

16 *Aſportantes bladum extra territorium contra formam ſtatuti, puniuntur pœna ſtatuti etiamſi fuerint reperti in itinere.*

17 *Bona capta in trepidatione naufragij dicuntur in naufragio capta, quando tamen naufragium ſequutum fuit,aliàs ſecus.*

18 *Deciſ Bal.& Paul.de Caſtr.in l.ſi fugitiui C.de ſer fug.declaratur.*

19 *Quan-*

19 *Quando finis habet neceſſariam cõſequentiam ad principium, tunc inſpicitur principium, aliàs ſecus.*

20 *Fera beſtia vulnerata non fit capientis, niſi per naturalem apprehenſionem, & declaratur text. in l. in laqueum de rer. diuiſ.*

21 *Vna præſumptio tollit aliam.*

22 *Bona habita pro derelicto efficiuntur capientium, quod in dubio non præſumitur.*

23 *Quando dubitatur, an bona fuerint habita pro derelicto, Fiſcus non debet ſe intromittere: quia vel erũt capientium, vel propriorum Dominorum.*

24 *Fiſcus in bonis chriſtianorum naufragatis intromittere ſe non debet.*

25 *Sententia ſuper facto lata deſcribitur.*

ARGVMENTVM.

Franckwyk 268 vide Hid. dec. 214 & Thes. 2. p. 476 Naufragata

Hoſtium bona, atque perſonæ an etiam extra conflictum belli capientibus acquirantur, eorundem bona naufragata num capientium fiant, quid de conſuetudine. Bona naufragata, vel pro derelicto habita, quando dicantur.

DECISIO XXI.

Nauigium chriſtianorum cum mercatoribus Turcis, & eorum mercibus ex vi ventorum, & maris tempeſtate applicuit in partes Prouinciæ Hydruntinæ propè Ciuitatem Brunduſij in loco vbi dicitur la Torre della Penna, vbi non eſt portus, nec aliqua maris ſecuritas viatoribus, & nautis defeſſis, & in maxima calamitate cõſtitutis ex diuturna tempeſtate, & defectu aquæ: proptereà emiſſis tribus ictibus tormentorũ bellicorum ad implorandum auxilium, prout moris eſt, & tandem trãſmiſſo vno ex Nautis in tabula alligato ad terram pro auxilio implorando, fuerunt deſtinati milites à Caſtellano Inſulæ Brunduſij, quibus accedentibus cum cymbis, ſeù barcis inſimul etiam cum hominibus eiuſdem Ciuitatis Brunduſij, omnes Turcæ, omniaq; bona capta fuerunt per Caſtellanum prædictum, & recluſis Turcis in Caſtro, bonis, ſeu mercibus inuentariatis, & in eodem Caſtro repoſitis, orta fuit controuerſia inter Regium Fiſcum, & Caſtellanum, ad quem bona, & perſonæ prædictæ ſpectarent; an ad Regium Fiſcum tanquam bona inimicorum naufragata: an verò ad Caſtellanum, tanquam capientem, prætendente Caſtellano bona tanquam inimicorum, & perſonas ad capientes ſpectare, quodq; naufragium nullo modo ſequutum fuit: immò ceſſante poſt aliquod tẽporis interuallum maris tempeſtare nauigium prędictum applicuit, & fuit tranſportatum ad portum Brunduſij, à quo poſteà iter arripuit, & diſceſſit facta prouiſione panis, & vini, ac aquæ, quæ omnia deficiebant, & ob hanc cauſam præſupponitur, tranſmiſſum fuiſſe Nautam illum in terram, & ictus tormentorum bellicorum emiſſos; non autem cauſa certi, & imminentis naufragij.

Hæ cauſa fuit relata per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, ibiq; votata, in qua de infraſcriptis fuit diſceptatum.

Primò, an bona hoſtium, ac ipſorum perſonæ fiant capientium, etiam quòd non capiantur in conflictu belli?

Secundò, quid in bonis hoſtium naufragatis?

Tertiò, quid de conſuetudine, & ſaltem per particulares prouiſiones Regiæ Maieſtatis.

Vltimò, an in caſu iſto poſſint dici bona naufragata, poſtquam nauigium verè naufragium paſſum non fuit; ſed maris tempeſtate ceſſante incolume à portu Brunduſij diſceſſit, à quo poſteà, vt dictum

ctum eſt,facta munitione alimentorum
neceſſariorum ſuum arripuit iter.

Quò ad primum articulus non eſt di-
ſputabilis,quin bona hoſtium efficiantur
1 capientium de iuregentium, ex eo quia
ſunt bona hoſtium,non quia in conflictu
belli,& id,quod dicitur de conflictu bel-
li eſt,quando in eodem conflictu bona
capiuntur,ſuntq; præſentanda Duci bel-
li ad finem diuidendi inter milites,intel-
ligendo ſemper de bonis mobilibus, &
hic eſt vnus caſus,de quo loquitur Bart.
in l.ſi quid in bello ff.de capt.& poſtlim.
reuerſ.ſed quando extra conflictum bel-
li bona hoſtium mobilia quomodocun-
que,& vbicunque reperiantur,capiuntur
tunc eſt text.in l.in bello §.item in pace
eo.tit.de capt.& poſtlim.reuerſ. Hic ar-
ticulus, vt dixi, nullam habuit, nec ha-
bere poteſt dubitationem, niſi bona ca-
perentur in alieno territorio, quod non
eſſet inimicorum, & in eo hoſtes eſſent
affidati, & ſub hac diſtinctione conclu-
duntur omnia dicta Doctor. ſi benè ad-
uertantur,& ponderentur : ita quod ex-
tra hunc vltimum caſum ſemper bona
efficiuntur capientium, ſiuè ſint capta
in bello,ſiuè extra bellum; durante tamē
2 bello, prout durat, & eſt perpetuò indi-
ctum inter Chriſtianos, & Turcas iuxta
not. per Bartol.in l. hoſtes ff. de capt.&
poſtlim.reuerſ.Alciat.in l.hoſtes ff. de
verbor.ſignif. idem Bart.in l.chriſtianis,
C. de pagan. Sunt enim hæc deciſa per
caſus iurium,vt eſt text.in l.naturalem,
§.fin. ff.de acq.rer.domin.ibi, item quæ
ex hoſtibus capiuntur, iure gentium ſta-
tim capientium fiunt,& nulla fit mentio
belli,idem text.in l.transfugam ff.eo.tit.
ibi,& quæ res hoſtiles apud nos ſunt,nō
publicæ; ſed occupantium fiunt, text.in
§.item ea, quæ ex hoſtibus inſtit.de rer.
diuiſ.ibi, quæ ex hoſtibus capimus, iure
gentium ſtatim noſtra fiunt,& ſic non fit
mentio aliqua belli ; ſed tantum ſufficit
eſſe indictum bellum, & ex hoc hoſtes
fieri,& conſequenter bona, quæ propter
3 bellum indictum capiuntur, dicuntur in
bello capta,quod probat text.iuncta gl.
in l.in bello 12.ff.de capt.& poſtlim.re-
uerſ.vbi gloſ. exponit verbum, bellum
ideſt propter bellum,& melior text. quē
gloſ.prædicta non allegat in l.1.ver.in
bello ff. de incend. rui. & naufr.vbi in
bello dicitur amiſſum id, quod propter
bellum amiſſum reperitur, & ſic decla-
rantur omnia iura, quæ dicunt in bello
capta fieri capientium,vt in l.1. ff. de
acqu.poſſ.ff. in l.ſi quid in bello ff. de
capt. & poſtlim. reuerſ. de quibus latè
per Ciuiliſt. in d.l.1.& per Canoniſt.in
cap.ſicut il 3.de iureiur. Sufficit enim
capi in bello,vel propter bellum, ſeu ip-
ſius occaſione,& text.in l.2. C.de com-
merc.& mercat. dicit licere auferre ſub-
tili ingenio aurum à barbaris, vbi gloſ.
exponit, quod erant hoſtes Populi Ro-
mani, & Bald.ſummat, licitum eſſe ab
hoſtibus prædari, & furari,& Aret. in
4 auth.nauigia C.de furt.notat,poſſe infi-
deles impunè capi cum eorum bonis in
quocunque loco : quia ſunt publici ho-
ſtes,& diffidati, Salyc. eleganter in l.ab
hoſtibus nu.6. C.de capt. & poſtlim.re-
uerſ.quem ſequitur Io.de Anan. in cap.
excommunicamus verſ.catholicæ de hæ-
ret.idem Alciat. in l.1.nu.10. ff.de acq.
poſſ.& opinio illa, quod debeant bona
5 præſentari Duci belli,intelligitur ſecun-
dum Salyc.& ſequaces, quando capiun-
tur in conflictu belli propter reuerentiā,
& authoritatem Ducis belli, & propter
rationem,quam poſuit Pet. de Bellaper.
in l.pen. C.de donat. ne ille,qui prædæ
tantum vacauit,plus habeat altero, qui
in bello plus laborauit ; ſed quando in
diſcurſu territorij, vel ante bellum cam-
peſtre, vel caſu bona inimicorum repe-
riuntur;tunc vt dicit text.in d.l.transfu-
gam, nihil in hoc ius Fiſcus prætendere
poteſt ; ſed abſolutè fiunt capientium,vt
latiùs habetur per Grammat. in ſua de-
ciſ.71. & ita refert iudicatum,& pariter
opinio illa,quod debeant præſentari Du-
ci belli confirmat excluſionem totalem
Fiſci : nam in omnem caſum nil partici-
pat, & omnino inter milites tanquam
Dominos effectos ex captura ſunt bona
diſtribuenda,& vbi non adeſt exercitus
formatus,non bellum campeſtre, non

Dux

Dux belli; ſed bellum indictum vniuerſaliter durat, quid dubij erit, quòd bona hoſtium per occupationem efficiatur capientium iuregentium, quæ tamen opinio in acie belli, quod bona capta distribuantur per Ducem belli, de conſuetudine non ſeruatur, vt tradit Boer. in deciſ. 178. n. 6. & Ant. Caius in addit. ad Arer. in d. §. item ea, quæ ab hoſtibus, inſtit. de
6 rer. diuiſ. Quodq; hæc ſint indubitata, quando non in acie belli; ſed in diſcurſu territorij, & non in bello campeſtri, tradit Gramm. qui ſic refert deciſum in deciſ. 71. nu. 18. idemq; fuit deciſum in cauſa Commendatoris Rojas, quæ deciſiones ſunt factæ cum ſtipendiatis, qui ſi ipſorum vitam exponunt ad prædum cōtra hoſtes, iuſtè propterea in laborum recompenſationem præda fit ipſorum,
7 & id, quod dicitur authoritate Soccin. in d. l. 1. de acq. poſſ. vt in alieno territorio non liceat capere, intelligitur in territorio amicorum, in quo inimici eſſent aſſecurati; ſed in tetritorio inimicorum fecùs, & ita declarat Crot. & Orman. in ead. l. 1. de acq. poſſ. qui etiam tenet contra Soccin. vt liceat capere in quocunque loco: quia captura eſt de iure gentium, & conſiſtit in libera facultate; hinc prohibito acceſſu ad agrum
8 meum cauſa venandi, ſi quis introierit contra voluntatem meam, & cæperit feras: quia venatio eſt de iure gentium, & in libera facultate, illæ efficiuntur capientium gloſ. in l. diuus vbi Scrib. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. & cum indictum ſit bellum perpetuum inter Turcas: propterea ſemper dicentur hæc capta in bello, quo caſu Soccin. Iun. & Bologn. tenuerunt in d. l. 1. contra Soccin. vt capi poſſint etiā in alieno territorio, diſcurrit ad ſaturitatem Dominus Regens Lanarius in ſuo conſ. 84. & ſi hoc vltimum procederet, Fiſcum non iuuaret: quia prohibita captura, ab omnibus eſſent hoſtes ſecuri; ſed conſequens eſt falſum: quia per omnes partes, ſiue in terra, ſiuè in mari hoſtes deprædantur, & capiuntur, quomodocunque, & vbicunque reperiantur: igitur firma remanet concluſio in hoc primo articulo bona hoſtium ſemper effici capientium ſiue in bello, ſiue extra capiantur, quæ concluſio confirmatur ex infraſcripta communi concluſione bonorum naufragatorum inimicorum, quæ capiētium fiunt, vt infra dicetur, qui eſt caſus proprius prætenſus per Fiſcum, & vnus caſus decidit alium.

Et propterea deueniendo ad ſecundū articulum, dico bona hoſtium naufraga-
9 ta effici capientium: quia ſi ſupra fundatum eſt, oriri acquiſitionem: quia ſunt bona hoſtium, ergo ſiue in terra, ſiue in mari reperiantur, ſiue caſu, ſiue ex naufragio ſemper erunt bona hoſtium, & conſequenter efficiuntur capientium; ſed propiùs ad caſum eſt text. in d. auth. nauigia C. de furt. quæ eſt repetita in cap. 3. in §. nauigia, de ſtat. & conſuet. cont. libert. eccleſ. in vſibus feudorum, & hoc communi ore tradiderunt Docto. omnes in d. auth. nauigia, incip. à Petr. de Bellaper. Bald. Salyc. Paul. de Caſtr. Aret. Io. de Plat. in l. 1. C. de naufrag. lib. 11. cum mille concord. qui omnes concludunt ex particulari deciſione prædictorum iurium licitum eſſe capi, & diſtrubari bona infidelium naufragata, quæ deciſio communis omnium confirmat dicta in 1. artic.

10 Quò ad tertium articulum circa conſuetudinem, de qua loquutus fuit Andr. in Conſtit. Reg. rapinas, aduertatur, Iſer. loqui in bonis chriſtianorum, in quibus inducta erat conſuetudo, vt infra triduū comparerent Domini, aliàs efficerentur Fiſci, quam conſuetudinem dicit Andr. eſſe corruptelam, & propterea non ſeruandam, & ibi Afflict. dicit, conſuetudinem illam poſt mortem Iſern. iam fuiſſe ſublatam, & hanc conſuetudinem in ſpetie annullat text. in d. auth. nauigia, & Affl. vbi ſupra latè hoc fundat, adducens gloſ. in cap. diſpenſationes 1. q. 7. in verb. deſpicimus reprehendentem Reges Hiſpaniæ, qui naues fractas occupabant; ſed quò ad bona infidelium, & hoſtium nulla reperitur conſuetudo; ſed ſtamus ſub diſpoſitione iuris cōmunis, per quod de iure gentium fiunt occupantium, & expreſ-

expreſsè,vt dictum eſt,ab hoc iura Fiſcũ excludunt,ita quod qui dicunt iure gentium bona naufragata ſpectare ad Fiſcũ, loquuntur contra expreſſum caſum iurium,& deciſ.Innoc.cum ſequac.quæ al-
11 legatur in cap.ex literis de iurepatr. nil commune habet cum caſu, de quo tractatur; tradit enim Innoc.ſpetialia Principi reſeruata non venire in generali cõceſſione; ſed quid hoc cum his,quæ non ex vi conceſſionis,aut alterius priuilegijs ſed de iure gentium efficiuntur capientium,& ſecundum hoc fuit deciſum in
12 cauſa Commendatoris Rojas,& in cauſa mancipiorum Ducis de Alcala, in quibus cauſis adſunt deciſiones Domini Regentis Reuerterij viri oculatiſſimi, & eminentis ſcientiæ,qui fuit Præſidens,& poſtea Locumtenens Regiæ Cameræ, & demum Regens Regiam Cancellariam, & indubitanter tradidit,bona naufragata eſſe capientium, & allegat Arct. in d.auth.nauigia, & nil ibi ponitur de cõſuetudine prætenſa; ſed fuit iudicatum, bona ſpectare ad capientes, nec deciſio facta in cauſa magni Admirati cum Regio Fiſco erit conſiderationis: nam ego defendi cauſam illam aduerſus Admiratum:quia eram Aduocatus Ill.Marchionis de Mõdejar Proregis Regni,qui prętendebat bona illa naufragata ad ipſum ſpectare, vel tanquam Ducem belli, vel tanquam ceſſionarium capientium, in quo eſt prædictum conſilium D. Regentis Lanarij, & ad excluſionem Admirati erat vnitus Prorex cum Fiſco, & tunc dicebatur, Admiratum carere actione ex ſuomet priuilegio: quia certi erant Domini,& alia,de quibus in conſ. meo 93. vol.1. & hæc cauſa tantùm inter Admiratum,& Fiſcum poſſeſſorem bonorum fuit deciſa, & vicit Fiſcus eo iure, quo poſſeſſores vincere ſolent; & hoc in ſpetie dicit Regens Reuerterius fuiſſe deciſum,cauſa verò inter Fiſcum, & Proregem,in qua veniebat tractandus articulus,ſi bona ſpectabant ad Proregẽ tanquam ceſſionarium capientium: hæc inquam non fuit aliter deciſa; ſed fuit auocata per Regiam Maieſtatem;& rurſus in illa cauſa nolui ego interuenire, poſtea ad defenſionem prætẽſionis Proregis contra Fiſcum: quia tenui,vanam eſſe prætenſionem dominij bonorum in Proregem tanquam ad Ducem belli ex ſupra diſcuſſis, & pariter ceſſionem capientium tenui nullam,inualidam, & ſimulatam, fuiſſeq; inuentiones compoſitas in partibus Hydruntinis,vbi naufragium ſucceſſit, decipiendo Proregem,& fraudando Fiſcum,cum verè Portulanus Regius fuerit, qui manus ad bona naufragata iniecit, & ſic merito iure Fiſcus erat capiens, & ad ipſum ſiue iure gentium, ſiuè iure hoſtilitatis, ſiuè quocunque alio iure bona ſpectabant, & hæc fuit vera deciſio illius cauſæ: nam quod ex aduerſo allegabatur pro Fiſco,dicendo, quod Rex habeat proprietatem in portubus,& maritimis Regni,in ripis, & poſſit prohibere, ne quis illis vtatur, quodq; Portulani Regij ſint in cuſtodia illorum,& omnes pronentus,qui ibi fiũt, ſint fructus iuriſdictionis regiæ,hæc omnia ſunt extrauagantia, & nihil ad cauſam,ſiquidem Doctor. omnes, & ante eos iura,dùm deciderunt, bona hoſtium effici capientiũ,loquuta,vel loquuti fuerunt in bonis, quæ capiuntur in alieno territorio,& non in territorio,quod eſſet in proprietate capientium, & ſic pariter dùm loquuti fuerunt de bonis naufragatis, quocunque igitur modo naufragentur,ſiue in portu,ſiue extra,ſiue in mari,ſiue in litoribus,ſiue in ripis,non aliud conſiderarunt, niſi qualitatem bonorum, ſi erant inimicorum: nam tunc ſuccedit iuſgentium,quòd fiant occupãtium,quodq; adſit prohibitio in Regno, quod bona hoſtium non capiantur, vel bona naufragata non occupentur, hoc nullo modo apparet,& conſequenter hæ ponderationes non faciunt ad caſum, nec quid commune habet concluſio illa, videlicet prouentus eſſe fructus iuriſdictionis cum bonis hoſtium,& bonis illorum naufragatis, in quibus iuſgentium dat dominium,& omnem iuriſdictionem occupantibus,nec quid commune habet cum aliena iuriſdictione, nec dici quo-

quo-

quomodo poſſunt fructus, aut prouentus illius,& quod allegabatur de Portulanis ad cuſtodiam portuum, & marinarũ deputatis,pariter non faciebat ad caſum, cum cuſtodiant,ne exeãt bona vllo modo, vel abſque ſolutione dirictuum Reg. Cur.debitorum;ſed quò ad bona hoſtiũ, vel bona naufragata illorum ab alijs occupata,eſt hæc vanitas vanitatum,& ius reſiſtit, aduerſus quod opportebat expreſſam fieri derogationem, & prouiſionem,& propterea concludo,quod cõſuetudo non adfuerit,imò contraria cõſuetudo conformis iuri communi ſit obſeruata,& ſecundum eam iudicatũ pluries.

In hac cauſa pro parte Regij Fiſci fuerunt pręſentatę prouiſiones Reg.Maieſt.
13 expeditæ in anno 1583.quæ etſi in forma probante non apparerent : tamen de illis fidem fecit in quadam ſua deciſione D.Regens Moles,aſſerendo, ipſum fuiſſe cauſam expeditionis illarum propter litem prædictam agitatam inter magnum Admiratum,& Regium Fiſcũ,& de prædictis prouiſionibus etiam fidem fecit D. Regens Conſtantius,qui dixit illas vidiſſe,& legiſſe authẽticas, dùm vti dignis. & meritiſſimus Regens ſupremi Conſilij Italiæ in Hiſpanijs degebat,per quas inquam prouiſiones declaratur,& mandat S.Maieſt.ꝙ omnia bona hoſtium naufragata ſpectẽt ad Regium Fiſcum:ex quibus articulus iſte remanſit deciſus per viã deciſionis vniuerſalis ſtantibus prædictis prouiſionibus, ꝙ bona naufragata hoſtium in hoc Regno ſpectent ad Fiſcũ.

Remanſit vltimus articulus decidendus,ſi hęc bona poterant dici naufragata:nam ſi non erãt naufragata,prouiſiones prædictæ non faciebant ad cauſã, & remanebat primus articulus,ſi bona hoſtium efficiebantur capientiũ,in quo maior pars votorũ concurrebat pro Caſtellano;ſi verò erant naufragata,caſus erat indubitabilis pro Fiſco ſtantibus prouiſionibus prædictis.

Dicebat Fiſcus ex qualitate facti naufragium eſſe indubitatum : nam etſi fractum non ſit nauigium, & bona minimè naufragata:tamẽ applicuit ad maritimas Brunduſij vi ventorum,& maris tẽpeſtate in loco ſaxoſo,vbi facilè poterat emergi viatoribus, & nautis penitus defeſſis, & ferè mortuis ex diuturna tempeſtate, & ex inedia propter defectum potus per nonnullos dies, & propterea in euidenti periculo conſtituti auxilium,& ſuccursũ implorabant cum ſignis tormentorum bellicorum, vt aſſolet in ſimilibus fieri euentibus,& tandem vt dictum eſt, trãſmiſerunt nautam in tabula alligatum cum mercede duc.30. vt ad terram non obſtante tempeſtate ſuo periculo accederet pro auxilio implorando,& vexillũ chriſtianæ crucis publicè extollendo, ita quod ex tempeſtate imminenti nauigiũ dubitabatur certo certiùs naufragio periturum,& ſic bona,& perſonas,& etiam ex defectu potus pariter mortis periculum ſubituras, quare tanquam de vita deſperati, & propter naufragij timorem in manus chriſtianorum ſe dederũt,quo caſu videntur habuiſſe bona pro derelictis,& pro naufragatis,arg.text. in l.fal-
14 ſus §.ſi iactum ff.de furt. vbi iactum ex naui factum propter timorem naufragij, efficitur capientis,ſi qui iactum fecerit, habuerit pro derelicto,vt plerunque credendum eſt,dicit text. quòd ex qualitate facti præſumitur ad text. in l. qui leuandæ,& in l.2.§.fin.vbi gl.ff.ad l.rhod. de iact. & Bart. in d.§.ſi iactum, notat, quòd quando ſcit rem aliquis, quã proiecit perituram, videtur habere pro derelicto, & videtur in caſu,de quo agitur text.particularis in l.Pedius in princ. ff. de incend.ruin.& naufr.cuius verba ſunt infraſcripta.

Pedius poſſe etiam dici ex naufragio rapere eum,qui cum nondum naufragiũ
15 fiat,in illa trepidatione rapiat,&c.& ſic pariter in incendio declarat text. in l.1. §.ex incẽdio eo.tit.vt ex incendio raptũ videatur,quod propter tumultum incendij, vel propter trepidationem incendij raptum fuerit : quia regulariter ſufficit deuentum eſſe ad actum proximum, & propinquũ Bart.in l.cætera §.fin de leg. 1. vnde portantes bladum extra territo-
16 rium contra ſtatutum puniuntur pœna

M ſta-

ſtatuti, etiam ſi fuerint reperti in itinere ſecundum Paul.de Caſtr. poſt Bald.in l. ſi fugitiui C.de ſeru.fugit.

Ex aduerſo ex parte Caſtellani dicebatur minimè prætendi poſſe bona prædicta naufragata, nec tractari in cauſa ipſa de materia naufragij:nam quantuncũque adfuerit ſuſpitio naufragij,& ſteterit nauigium in certo periculo emerſionis, ſi tñ naufragium ſequutum non fuerit,bona non poſſunt dici naufragata,&
17 quod dictum eſt de trepidatione,vel ſuſpitione naufragij procedit, qñ poſtea naufragium ſequutum eſt,aliàs ſecus gl. eſt ſolemnis in ead.l.Pedius in verb.fiat, quæ ſic declarat text. quæ allegat text. in d.l.1.§.ſi ſuſpitio eo.tit.vbi eſt caſus ,
18 & queſtio Bald.& Paul.de Caſtr.in d.l. ſi fugitiui procedit,quando nullo modo poterant illi aliò accedere , quod ſecus eſt in hac materia, cum tempeſtas poterat ceſſare,vt in caſu,de quo agitur ceſſauit infra breue tempus, & nauigium incolume ſe ad portum reduxit ; & pro-
19 pterea Doct. tradiderunt,quod quando finis habet conſequentiam neceſſariam ad principium,tunc inſpicitur principiũ, vt per Bart. in l.damni infecti ſtipulatio §.Sabini ff.de damn.infect.quod intelligitur de neceſſitate præciſa , idem Bart. in l.1.ff.qui pot.in pign.hab. aliàs nullo modo attenditur principium, ſecundum quam diſtinctionem procedit doctrina Bald.& Paul. de Caſtr. vbi ſupra. Si ergo principium tempeſtatis non importat neceſſarium finem ſubmerſionis : quia tempeſtas ceſſare poterat,prout poſt modicum tempus iam ceſſauit , ergo meritò , vt naufragium dicatur, oportet, ſequutum eſſe , prò quo videtur ſatis ad propoſitum diſpoſitio text. in l. natura-
20 lem §.illud ff.de acq.rer.dom.cum quo concordat text. in §. illud inſtit. de rer. diuiſ. vbi fera beſtia vulnerata non fit accipientis, niſi per naturalem apprehẽſionem:quia multa accidere poſſunt,dicit text. vt ea non capiatur, & text.in l. in laqueum ff.eod.tit. procedit, quando aper erat taliter alligatus , quod nullo modo ſe tueri valuiſſet , ꝙ in indiuiduo fuit iudicatum per Sac.Conſ. facta relatione in Collaterali in cauſa Capitanei Arces cum Capitaneo Solorzano,vt per Gram.in d.deciſ.71. per iura prædicta :
21 præſumptio.n.cedit veritati,& vna præſumptio tollit aliam ad text.in l.diuus ff. de in integ.reſt.ergo quantò fortiùs hæc militabunt in caſu, de quo agitur, poſtquam naufragium non eſt ſequutum , & nauigiũ incolume ad portum applicauit.

Quod tractari poterat ſecundum prætenſionem Caſtellani,erat,ſi nauigium cum bonis habitum fuit pro derelicto ex neceſſitate potus,& ex calamitoſa nauigatione, & tempeſtate, quaſi quod perſonæ de vita deſperatæ in manus inimicorum ſe dederint,& nauigium cũ bonis dereliquerint;ſed tali caſu bona,quę ha-
22 bita fuerunt pro derelicto, ſunt capientium,iux.text.in l.1.& tot.tit. ff.pro derelicto,& in §.qua ratione inſt.de rer.diuiſ.& in dubio non præſumitur,etiãſi res propter timorem tempeſtatis ex nauigio iactæ eſſent;ergo quantò magis,quando nullum fuit factum iactum, & ita eſt caſus in d.l.2.§.fin.ff.ad l.Rhod.de iact.ibi, res autẽ iacta Domini manet,nec fit apprehendentis:quia pro derelicto non habetur,vbi bona gloſ.quæ declarat tex.in alleg.l.falſus §.ſi iactum ff.de furt.& idẽ probat text.in d.l.qui leuandæ eo.tit.ibi, qui leuandæ nauis gratia res aliquas proijciunt,non hanc mentem habent,vt eas pro derelicto habeant,pro quo eſt etiam eleg.text.in §.fin.inſt.de rer.diuiſ.vbi firmato in antecedenti §. fieri occupantium bona,quæ habita fuerunt pro derelicto, dicit text.alia ſanè cauſa eſt earum rerũ, quæ in tempeſtate maris leuandæ nauis cauſa eijciuntur : hæ.n.dominorum permanẽt:quia palam eſt eas non eo animo eijci,ꝗ quis eas habere nolit;ſed quò magis cum ipſa naui maris periculum effu-
23 giat ; & quando dubitatur an habuerit Dominus pro derelicto , Fiſcus ſe intromittere nõ debet,Rebuff.notab.in l.1.C. de naufr.lib.11.nu.6.& rõ manifeſta eſt: nã ſi habeantur bona pro derelicto, fiunt
24 occupantiũ,& ſi non hẽtur pro derelicto,ſunt primorũ Dñorũ,& ſicut in bonis

chri-

chriſtianorum naufragatis Fiſcus non ſe debet interponere,dicit text.in ead.l.1. de nauſr.quia in aliena calamitate,& de re tàm luctuoſa compendium facere nõ debet:propterea nimirum ſi in caſu prędicto ſecundum Rebuff. nullam Fiſcus prætendere poteſt actionem, & ſi dicit eſſe bona inimicorum,tunc incidimus in primum articulum, ſi bona inimicorum efficiuntur capientium, & hic nullo modo poteſt tractari habita fuiſſe bona pro derelicto ſecundum communiter tradita per Docto.ſi nauigium erat propè litus,& iactum aliquod factum non fuit, & quantò magis neceſsitas potus, & timor tempeſtatis nautas,& viatores vrgebant, propter quod in terram deſcenderunt, & voluntariè ſecundum Fiſci prætenſionem animo redeundi ſecundum probata in actis, tantò minus poteſt tractari, quod bona habita fuerint pro derelicto,quæ latiùs cumulat Menoch.lib. 5.præſumpt.præſumpt.30.

Quibus omnibus relatis, & diſcuſsis fuit pro maiori parte concluſum,bona,& perſonas Turcarum haberi pro naufragatis,& propterea tanquam naufragata ſtantibus prouiſionibus Regię Maieſtatis ſpectare ad Regium Fiſcum,nullumq́;ius
25 in bonis naufragatis competere capientibus, ita quod per viam generalis legis fuit formatum decretum in bonis hoſticis naufragatis,vt in futurum ſuper hoc amplius dubitari non poſsit,cuius decreti verba ſunt infraſcripta.

Die 18.Nouembris 1605.

In cauſa magnifici Io. Ortiz de Meſtanza Regij Caſtellani Caſtri Inſulæ Brunduſij cum Regio Fiſco ſuper petita declaratione, quod perſonæ, & bona Turcarũ applicata in littore maris propè Turrim de Penna dictæ Ciuitatis Brunduſij ſpectant ad ipſum Caſtellanum,tanquam capta per ipſum,& è contra prætendente Regio Fiſco, perſonas, & bona dictorum Turcarum tanquam naufragata fuiſſe, & eſſe acquiſita Regio Fiſco,rationibus, & cauſis, prout in actis &c.

Facta de omnibus relatione Illuſtriſs. & Eccellentiſs. huius Regni Viceregi in Regio Collaterali Conſ. per Reg.Cam. Summ.referẽte magnifico Milite V.I.D. Io. Montoya de Cardona Regio Conſiliario,ipſius Reg.Cam.Pręſidẽte,& cauſæ Commiſſario, auditis Magnif.V.I.D. Iacobo Salutio Aduocato regij patrimonij, & magnificis Aduocatis dicti Io. Ortiz Regij Caſtellani,& accedente voto Ill. Mag. & circumſpectorum Regiam Cancellariam Regentium prouiſũ, & declaratum eſt,perſonas, & bona dictorum Turcarum tanquam naufragata ſpectauiſſe,& ſpectare ad Regium Fiſcũ, nullumq́; ius in bonis naufragatis ſpectare ad capientes: verùm ex cauſis diſcuſsis dentur dicto Regio Caſtellano de pretio dd.bonorũ ducati mille. Hoc &c.

Montoya de Cardona.

SVMMARIVM.

1 *Receptans rebellem dicitur incurrere in crimen læſæ maieſtatis, cuius poena eſt deportatio de iure communi.*

2 *Per Regia Capitula receptans inquiſitum de crimine læſæ maieſtatis,punitur eadem poena, qua principalis.*

3 *Dolus malus ſemper præſumitur in receptante data ſciẽtia delicti receptati, etiam quod ſemel receptauerit ;ſemper incurrit in eadẽ poena, & nu.4.*

5 *Receptans offendentem Cardinalem tenetur,ſicut principalis pęna criminis læſæ maieſtatis.*

6 *Differentia inter receptantem ſcienter delinquentem, & inter amicitiam copulantes cum inimicis Domini, & ſic pariter inter occidentem Collateralem, ibiq. declarantur deciſiones Iſern.*

7 *Titulus inquiſitionis attenditur,*

etiam quòd non ſit verus, vbi limitatur, & ſublimitatur.

8 *Rebellis quis dicitur, etiam quod nõ ſit per ſententiam declaratus.*

9 *Quando ſecundariò læditur Regia maieſtas, quis non punitur crimine læſæ maieſtatis.*

10 *Receptans dicitur principaliter lædere Dominum, quando ſcienter receptauerit.*

11 *Dominus quando directè offenditur, ſemper incurritur in delictũ criminis læſæ maieſtatis.*

12 *Delictum carceris priuati importat crimen læſæ maieſtatis.*

13 *Læſæ maieſtatis crimen habet plura capita, & ſic ſecundum diuerſitatem capitum diuerſæ ſunt ſtatutæ pęnæ; ſed tamen omnes ſunt pęnæ deſcendentes ex crimine læſæ maieſtatis.*

14 *Quando nõ offenditur Princeps directò, erit delictum læſæ maieſtatis; ſed impropriè.*

15 *Receptatores rebellium poena capitis puniuntur, eſtq. ſpetiale in crimine iſto.*

ARGVMENTVM.

Receptans inquiſitum de crimine læſæ maieſtatis qua pœna puniendus, Indultu generali, quo excipiuntur ij, qui de læſæ maieſtatis crimine imputantur, gaudere an poſſit.

DECISIO XXII.

QVidam inquiſitus de receptatione cuiuſdam imputati de crimine rebellionis, allegauit generalem indultum per S. Maieſtatem conceſſum cum exceptuatione eorum, qui de læſæ maieſtatis crimine imputati erant: fuit propterea dubitatum, an is, qui inquiſitum de rebellione ſcienter receptauit, gaudeat indultu prædicto, quaſi quòd ex receptatione in idem crimen læſæ maieſtatis incurrerit, & conſequenter ſtante hac exceptione ſit ab indultus beneficio prorſus excluſus.

In receptãte rebellem, qui dicitur hoſtis publicus; de iure communi eſt pœna deportationis; ſed ad hanc pœnam condemnatur ex incurſu in crimen lęſę ma-
1 ieſtatis: ita text. in l.4. ff. ad l. iul. maieſt. vbi gl. allegat text. in l. Metrodorum ff. de pęn. quem text. dicit Andr. procedere in receptante rebellem in Conſtitu. Reg.
2 Pateranorum, & ſubdit, quod per Capit. Reg. nuper apud Tranũ editum per Regem Carolum Primum puniatur receptans eadem pœna, qua rebellis, & melius
3 in Conſtit. Reg. pœnam eorum, & licet tex. in d. l.4. requirat dolum malum, ibi, factumue dolo malo; tamen ſemper pręſumitur data ſcientia delicti receptati: quia dùm illum receptat cauſa refugij, & vt ad manus Iudicis non perueniat,
4 eſt in dolo, & propterea etiam quod ſemel receptauerit tenetur: ita latè diſtinguendo tradit Luc. de Pen. in l. 1. C. de deſert. lib. 12. Afflict. in d. Conſtit. Pate-
5 ranorum in 4. quæſt. Sicut dicimus in receptante offendentem Cardinalem, vt ſicut principalis tenetur crimine læſæ maieſtatis: ita pariter receptans, vt eſt text. expreſſus in cap. fœlicis de pœn. in
6 6. ibiq; gloſ. & Doctor. Licet enim receptare in ſe non ſit delictum, & ſic data ignorantia non puniatur; tamen quãdo datur ſciẽtia, quòd receptatus ſit delinquens, & receptatur, vt aufugiat manus Iudicis, ne capiatur, tunc receptans incurrit in delictum, & eſt in dolo, nec ſeparatur delictum ab offenſa Dñi: quia eo ipſo, quod ſciẽter receptat, vt euadat manus Domini, ille offenditur, & nõ poteſt ſeparari receptatio à delicto, nec ab offenſa Domini, quod non eſt in copulãte amicitiam cum inimicis Domini ad finem perdendi feudum: nam poſſum copulare amicitiam; ſed non in dãnum Dñi,

&

& ſic procedit doctr. Andr. in cap.1. §. porrò nu.19.verſ.quærit autem glo.quę ſit prim. cauſ. benef. amitt. ſic pariter, quod idem Andr.tradit in verb.& bona committ.crimen læſ.maieſt.nu.80. cum ſequ. in tit. quæ ſint reg.de occidente Collateralem: nam poteſt quis occidere ex cauſa odij,& inimicitiæ particularis, & non ad offenſam Domini; & propterea non tenetur crimine læſæ maieſtatis, & hoc non obſtante probare tenetur,dicit idem Andr.ibidem poſt nu. 84. verſ. verùm ſequuto euentu, & ſic ex his apparet Cacher.in ſuo conſ.65. nu.44. nihil dixiſſe.

Si igitur ex prædictis receptans ſcienter tenetur pœna criminis læſæ maieſtatis, quæ de iure communi erat deportatio,& de iure Regni eadem, qua principalis, ſequitur, quod,dùm allegatur indultus, per quem excipiuntur inquiſiti de crimine læſæ maieſtatis, minimè eo iſte inquiſitus iuuari poſſit: quia etſi receptator: tamen dicitur de læſæ maieſtatis crimine inquiſitus, & dum negat factum,ſcilicet ſcientiam, hoc non tollit titulum inquiſitionis; ſed delictum, & propterea de delicto eſt cognoſcendum; non autem de indultu, cum titulus in-
7 quiſitionis attendatur iuxta text. in l.cũ quædam puella, §.fin. ff.de iuriſd. omn. iud. vbi communiter Scrib. etiam quod non ſit verus,dixit ibi Paul. de Caſtr. & licet limitetur, quando qualitas iuriſdictionem tribuens negatur, ſublimitatur tamen quando adeſt ſummaria cognitio de veritate qualitatis,Abb.Butr. & cæteri,quos congerit Felyn.in cap.ſi clericus laicum de for. compet.

Cumq; prædictum capit. nuper apud Tranum loquatur in proditoribus, vel damnatis,vel occiſis, vel per fugam abſentibus, vel latitantibus in Regno, vel degentibus cum rebellibus, propterea non opus eſt verba facere, ſi requiratur ſententia ad hoc, vt dicatur quis rebellis, poſtquam capit. loquitur in abſente per fugam, & in latitante, pro quo eſt factus text. expreſſus in cap. quoniam nuper in extrauag. qui ſint rebelles, vbi Imperator ponit dubitationem illorum, qui dicebant, non dici rebellem quem ante ſententiam condemnatoriam,& tãdem Imperator decidit, & declarat intelligi omnes,& ſingulos,qui quomodocunque publicè, vel occultè contra noſtrum honorem, & fidelitatem rebellionis opera faciunt,& contra noſtri Imperij proſperitatem aliquid machinantur, etiam quod nulla adſit ſententia declaratoria,per quē text.ita conſuluit Corn. in conſ.96. 4.vol. per totum, & text.illum dixit vbiq; ſeruari Decian. in tract. crim.2.par.lib.2. in tit. de crim.læſ. maieſt.cap.3.in fin.

9 Et licet quando ſecundariò læditur Regia Maieſtas, quis non puniatur crimine læſę maieſtatis ſecundum Bald. in l.1.C.de priuat.carcer. Albert.Brun.in conſ.69. Foller.in ſua pract.crim.in ver. item, quod commiſit nu. 38. Gig. in tractat.læſ.maieſt.in q.17. non procedit
10 tamen hoc in receptante: quia dicitur principaliter lædere,quando ſcienter, & procedit text.in d.l.4. & text.notab. in §.receptatoribus de pac. iuram. firm. & ſemper, quòd directè Dominus offenditur,eſt crimen læſæ maieſtatis, dicit Bal.
11 in d.l.1.de priuat.carcer.Sicut dicimus in committente delictum carceris priua-
12 ti,qui tenetur crimine læſæ maieſtatis, tanquam directè Dominum offendens, & non ſolùm ipſe;ſed etiam Iudex diſſimulans iuxta text.in d.l.1.

Et rurſus dico,quod,cum ſint plura capita criminis læſæ maieſtatis, propte-
13 rea non quia adeſt diuerſitas pęnarum ſecundum diuerſitatem capitum, ob id non dicatur puniri quem pœna lęſę maieſtatis: ſunt enim ſpecies,quæ propriè includuntur ſub ſuo genere, vt eſt caſus in l.fin.ff.ad l.iul.maieſt.& per Ruin.in conſ.3. vol.5. & hoc modo intelligitur, quòd ſint plura capita, quæ non dant eandem pœnam,de quo per Cyn.Salyc. & alios in l.quiſquis C.eod.tit.& reſpectu pęnæ diuerſæ dicetur impropriè crimen; ſicut quando non offenditur dire-
14 ctò Princeps, erit crimen læſę Maieſtatis; ſed impropriè, de quo per Cyn. & Saly.

Saly. vbi ſupra, Dec. in conſ. 410. Grammar. in deciſ. 6. & Afflict. in d. verſ. & bona committ. crim. leſ. maieſt. nu. 15. dixit
15 receptatores inquiſitorum criminis læſæ maieſtatis puniri pœna capitis, eſſe(que) ſpetiale in hoc crimine, vbi allegat multa.

His ſic diſcuſſis in Collaterali Conſilio fuit deciſum, referente Marco Antonio de Ponte Regio Conſiliario Iudice delegato in prædicta cauſa, quod prędictus inquiſitus non gaudeat indultu, tãquam inquiſitus de crimine rebellionis, etiam quod fuerit receptator, quod crimen erat penitus ab indultu excluſum.

SVMMARIVM.

1 *Exequutio reſcriptorum, ſententiarum, aliarumq. prouiſionum Regiarum poteſt detineri cauſa conſulendi Regem: immò expectandi ſecundam, & tertiam iuſsionem.*

2 *Exequutio ſententiæ iniuſtæ, ſeu nullæ poteſt detineri non ad finem determinandi; ſed conſulendi, & in imploratione brachij quando iuriſdictiones ſunt diſtinctæ.*

3 *Paria ſunt eſſe nullum, vel euidenter iniuſtum ad finem non exequendi.*

4 *Appellatione bonorum ſimpliciter non veniunt feuda, & ſit differentia inter verba generalia, vel vniuerſalia.*

5 *In publicatione bonorum non veniunt feuda, immò nec fructus feudorum, & ibi ratio nu. 6.*

7 *Text. in l. Statius Florus §. Cornelio Felici non habet locum in feudo.*

8 *Poena criminis nefandi eſt vltimi ſupplicij tantum de iure cõi, non autem confiſcationis bonorum.*

9 *Pragmaticæ Regni addunt poenam combuſtionis.*

10 *Leges Caſtellæ addunt poenam cõfiſcationis principaliter, non in conſequentiam.*

11 *De iure communi ſublatæ ſunt omnes pęnæ confiſcationis bonorum, præterquam in delictis criminis læſæ maieſtatis, & hæreſis.*

12 *Differentia inter Scribent. fuit, ſi ſint ſublatæ confiſcationes, quando ſunt principaliter impoſitæ in poenam delicti, vel in conſequentiam, vbi ponuntur opiniones.*

13 *Fiſcus in bonis feudalibus foriudicati in Regno quid habet.*

14 *Rex repræſentat plures perſonas ſecundum diuerſitatem titulorum Regnorum, quæ poſsidet.*

15 *Differentia, quando ſtatutum loquitur in rem, vel in perſonam, ad finem, vt extendatur extra territorium.*

16 *Diſtinctio in eodem Domino quãdo iuriſdictiones ſunt ſeparatæ; ſed burſa fiſcalis vna, aut etiam ſeparatæ burſæ, & etiam ſi confiſcatio ſit de iure communi, aut ſecundum leges, & ſtatuta particularia.*

17 *Sententia vltimi ſupplicij lata in contumaciam non extẽditur extra territorium, maximè quando ſunt diuerſi Præſides, licet ſub vno dominio.*

18 *Confiſcatio, quæ ſit de iure communi, non autem ex ſtatuto particulari; ſi iuriſdictiones, & burſæ fiſcales ſint diſtinctæ, tunc bona applicantur fiſco loci, vbi ſita ſunt.*

AR-

ARGVMENTVM.

Sententiæ latæ in ſuprema Regis Curia brachium,ſiue exequutio ab inferiori eiuſdem Regis tribunali denegari,eum conſulēdo an poſſit:bonorum appellatione,& publicatione includantur ne feuda, eorumq; fructus.Confiſcationis pœna.bona extra territorium ſita quando includat.

DECISIO XXIII.

1 PRIMVS fuit articulus,ſi poſſimus replicare,denegando brachiū, & exequutionem, & conſulere Regem, imò expectare ſecundam,& tertiam iuſſionem , ad text. in §. & hoc verò, vbi gloſ.in auth.vt nulli iudicum, in §. deinde in auth. de mand.Princ.vbi gloſ.in cap. ſi quando de reſcript.

In ſententia locuti ſunt Doct.quando nulla,iniuſta, & contra legem apparet, non ad finem determinandi; ſed ſuſpendendi,& denegandi exequutionem, ma-
2 ximè in Iudicibus ordinariã iuriſdictionem habentibus,non in mero exequutore facti Bar. in l. à diuo Pio de re iud. Doct. in cap.de cætero de re iud.qui reſpondet ad text.in cap.paſtoralis,§.quia verò de off. deleg. in imploratione brachij, quādo iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, & ſententia apparet iniuſta Bald.in cap. 2.de off.ord. Oldr. in conſ.89. Anchar. conſ.382. Affl.deciſ.220. vbi Add.Iſer, & Affli. in proœm. Conſtit. in verb.poſt mundi machinam.

Paria ſunt nulliter , vel euidenter in-
3 iuſtè quem condemnatum ad finem non exequendi Innoc. in cap. ad aures de ætat. & qualit. Anchar. vbi ſupra Dec. conſ.8.

Secundus articulus, ſi appellatione bonorum ſimpliciter veniant feuda , & clarum eſt non venire ex reg. text. in
4 cap.1.§.in generali,ſi de feu.defun.mil. & licet ſit differentia inter verba generalia, vel vniuerſalia, vt primo caſu non veniant: ſecundo verò ſic: quia qui omne dicit,nihil excludit,vt per Affiict.in Conſtit.Reg. Comes,& Baro, Dec.conſ. 76. tamen hoc eſt ex præſumptione iuris, quæ ceſſat, quando coniecturæ ſunt in contrarium.

Tertius articulus, an in publicatione
5 bonorum veniant feuda, & cõmunis eſt, quòd non veniant, in l.ſi finita §.ſi de vectigalibus,de dam.infect. quia quæ nō tranſeunt in extraneum ſucceſſorem, nō tranſeunt in Fiſcum,latiſſimè Rol.à Vall. conſ. 29. 3.vol.

Imò voluerunt, & hic eſt quartus ar-
6 ticulus, quòd nec etiam fructus feudorū veniant,reſpondendo ad tex.in l.Statius Florus §. Cornelio Felici, ff. de iur.fiſc. quia ex delicto,& pœna vltimi ſupplicij ſit delinquens inhabilis ad poſſidēdum , transfertur propterea dominium in ſucceſſorem cum onere ſeruitij: non enim iuſtum erat,quod vnus ſeruiret, & alter haberet commoditatem, ſi ſeruitium eſt reſpectu fructuum,ità auth.Bart.& aliorum dicunt communiter Scrib. quodq; ſic ſeruetur in practica, vt per Boſſ. in tit. de publ.bon. nu.53. latiſſimè Farin. in tit.de delict.q.25.nu.68. Non enim
7 poteſt ſtare ſeruitium Domini in ſuſpenſo,& hanc opinionem,quod in feudo nō habeat locum prædictus text.tenuit Camer.in cap.1.an agnat. 17.q.Affl.deciſ. 282.Frecc.in 29.auth.

Quintus articulus,quando omnia ceſſarent, quid in bonis ſitis extra territo-
8 rium ſtatuentium , in hoc aduertendum eſt, quid diſponat ius cõmune, per quod minimè imponitur pœna confiſcationis bonorum; ſed benè vltimi ſupplitij,ln l. cum vir nubit in fœminam C. ad l. iul. de adult.

Quid leges Regni, & ponunt pœnam
9 combuſtionis per Pragm. Regis Catholici editam in anno 1504. in Medina del Campo.

Quid leges Caſtellæ,& imponitur eadem pœna cum confiſcatione bonorum
10 principaliter, non in conſequentiam , quæ leges ſunt editæ per eūdem Regem Catholicum in anno 1497. in Medina del Campo die 22.Auguſti.

De iure communi per text. in auth. bona

11 bona damnatorum C.de bon.proſcript. fuerunt ſublatæ pœnæ confiſcationis bonorum, præterquam in delictis criminis læſæ maieſtatis,& hæreſis.

Differentia inter Doctor. fuit, ſi ſint ſublatę confiſcationes, quę in conſequētiam delicti oriebantur, vel quando principaliter in pœnam illæ imponebantur,
12 & fuit differentia inter Azo. & Alder. nam Azo.tenuit eſſe ſublatas omnes cōfiſcationes, quomodocunque erant, & multi ſequuti ſunt hanc opinionem, & Alber.in tract.ſtatut.dixit, hanc opinionem Azon. ſeruari de conſuetudine totius Italiæ, idem Petr.de Bellapert.in d. auth.latiſſimè Iſer. quæ ſint regalia in verb.contrahentium inceſt.nupt. Alder. tenuit hoc eſſe verum, quādo datur alia pœna maior corporalis, maximè vltimi ſupplitij, & hanc tenuerunt Gloſſat. vt per gloſ.in d.auth.vbi Bald.& Salyc.gl. in §.fin. vt null.iud. Bart. in auth. nouo iure C.de pœn.iud.qui mal.iud. alij tenuerunt nullo modo ſublatas confiſcationes, quæ principaliter imponuntur, de quo latè Boet.deciſ.264.

De iure Regni foriudicato delinquēte Fiſcus in proprietate bonorum feuda-
13 lium nihil habet,& quò ad fructus virilem cum filijs, ſi feuda ſunt diuidua, & hoc durante vita naturali delinquentis, vt in Conſtit.Reg.ſi quando.

Igitur ſumus in caſu,in quo per leges particulares Caſtellæ datur confiſcatio, ſumus in diuerſo dominio, in diuerſa iuriſdictione,& in diuerſa burſa Fiſcali.

Sumus etiam in lege condita à Rege, qui tunc temporis non erat Rex Regni Neapolitani, quod Regnum habet in feudum ab Eccleſia ex inueſtitura particulari, Regnum verò Caſtellæ, vti Rex abſolutus ex alio titulo, & ſic repræſen-
14 tat duplicem perſonam Bart.in l.ſi conuenerit la 2. §.ſi nuda ff.de pignor. act. Ang.conſ.247.

Poſſet hæc quæſtio determinari ex illa communi concluſione, quòd aut ſtatutum eſt in perſonam, aut in rem, quan-
15 do expreſsè loquitur de bonis, vt primo caſu extendatur, ſecundo verò ſecus Guliel. de Cun. & communiter Scrib. in l. cunctos populos C.de ſumm.Trin.& fid. cath. Neap.in conſuet.pupillus,in verb. bona,vbi concord.

Sed habemus diſtinctionem Bart. ibi communiter receptam in proprijs terminis in col.pen.& fin. qui loquitur in eo-
16 dem Domino totius, quod aut iuriſdictiones ſunt ſeparatæ; ſed burſa Fiſcalis eſt vna in effectu in vtroque loco, aut ſunt ſeparatæ iuriſdictiones, & ſeparatæ burſæ. Primo caſu, aut illa confiſcatio fit de iure communi,& bona vtriuſque loci erant publicata, & fit exequutio per Officiales illius loci, vbi bona ſunt ſita, aut publicatio fit ſecundum leges, & ſtatuta particularia, & tunc aut illæ leges ſunt in vtroque loco,& tunc idem, aut non ſunt communes in vtroque loco, & tunc publicatio non extenditur. Secundo caſu quando iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, & diſtinctæ burſæ fiſcales, tunc ſi ſtatuta ſunt particularia,& confiſcatio non eſt de iure communi, minimè extenditur confiſcatio ad bona alterius territorij, aut verò eſt de iure communi,& tūc extenditur; ſed applicabitur Fiſco illius territorij, in quo bona ſunt ſita.

Ang.in tract.malef.in verb.& eius bona publicamus,vbi latiſſimè Aug.qui adducit conſ.Paul.de Caſtr.318. 1.volum. qui loquitur, quando ſententia vltimi
17 ſupplitij eſt lata in contumaciam: quia tunc cum poſſit acquirere, nullo modo confiſcatio extenditur extra territorium autho.Bald.in d.l.cunctos populos, Nellus in tract.ban. 17.quæſt. Boſſ.in tit.de publ.bon. nu.62. Iul.Clar.lib.5.ſent. §. fin. q. 78. maximè quando ſunt diuerſi Præſides, licet ſub vno dominio, & licet quò ad mobilia dicatur, confiſcationem extendi Bald.in l.mercatores C. de cōmerc.& merc.idem Bald. tenuit contrarium in cap.1.de pac. Conſt.& hęc opinio, dicit Clar. quod ſeruatur in practica, Abb.in cap.poſtulaſti, Anchar. Butr. & communiter Canoniſt.de for.compet.
18 & omnes dicunt, quando confiſcatio procederet, vt quia eſſet de iure communi, non ex ſtatuto particulari,& diſtinctę

eſſent

eſſent iuriſdictiones, & burſæ, quòd applicarentur bona Fiſco loci, vbi ſunt bona ſita, quod latiùs proſequitur Imol. poſt Bald. in l. ex facto ff. de hæred. inſt. Farin. latiſsimè in tit. de delict. & pœn. q. 25. n. 95. Andr. in d. tit. quæ ſint reg. in verb. contrah. inceſt. nupt. poſt nu. 45. verſ. ſed ſi Iudex.

Hic adeſt defectus iuriſdictionis: quia dum Rex Catholicus edidit hãc legem, fecit, vt Rex Caſtellæ, non vt Rex Regni Neapolitani, & ſicut illæ leges illius Regni hic non vigent, nec ad hæc Regna extenduntur, ſic pariter dicendum erit de iſtis.

Barones Regni ſunt regnicolæ, & gaudent in omnibus legibus, & priuilegijs Regni per Capitula ſpetialia hoc diſponentia, & ſecundum leges Regni, maximè reſpectu feudorum debent iudicari, ſecundum quæ per ſupremum Cõſilium fuit facta conſultatio ſuæ Maieſtati, & & aliter non facta exequutio.

SVMMARIVM.

1 *Maritus occidens vxorem, lucrum dotis amittit.*

2 *Deductum in pactum ſub conditione caſuali non debetur conditione defecta.*

3 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, quod latiùs explicatur nu. 23.*

4 *Lucrifactiones dotium, & donationum propter nuptias à iure inductæ ex cauſa repudij, & diuortij ſunt hodie ſublatæ: quia ſublata ſunt repudia, & diuortia, quod quomodo procedat latiùs nu. 21.*

5 *Promiſsio reſtitutionis dotis factæ patri per virum in cauſa diſſolutionis matrimonij per mortem filiæ, operatur, vt delictum filiæ patri non præiudicet.*

6 *Vxor, & vir non debent ad imparia iudicari.*

7 *Maritum, qui vxorem occidit, deciſum fuit, teneri ad ſolutionem antefati, ſeu donationis propter nuptias, eodem modo, ac ſi vxor lucrata illam fuiſſet, quando viro ſuperuixiſſet.*

8 *Maritus tenetur ad ſolutionem donationis propter nuptias, non ſolùm quando occidit; ſed etiam ſi machinatus fuerit, vel inſidiatus vitam vxoris.*

9 *Text. in l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir ff. ſolut. matrim. declaratur, procedere etiam in donatione propter nuptias.*

10 *Vir perdit lucrum dotis, & etiam donationẽ propter nuptias, quando tempore peſtis aufugerit relicta vxore infirma, & non illi prouiſo de alimentis, & medicinis neceſſarijs, vel ſi ſanam ſecum non aſportauerit.*

11 *Mulier occidens virum perdit dotem.*

12 *Sæuitia viri in flagellando vxorẽ, & alia enormia in eam committendo inducit ſeparationem thori reſtitutionem dotis, & lucrifactionem donationis propter nuptias.*

13 *Ex falſa impoſitione adulterij maritus perdit donationem propter nuptias.*

14 *Text in l. 1. C. de adult. declaratur.*

15 *Lucra tàm dotis, quàm donationis propter nuptias conditionaliter deferuntur, ſi culpa lucrari volentis matrimonium non ſit diſſolutum.*

16 *Gloſ.*

16 *Gloſ. in auth. donationem quoque, C. de iur. dot. amplificatur ad deciſionem puncti.*

17 *Conditio habetur pro adimpleta, quando ſtetit per maritum, vt nõ adimpleatur, quod latè exornatur.*

18 *Mors reputatur inter caſus fortuitos, quod intelligitur, quando eſt naturalis, & non quando euenit ex facto tertij.*

19 *Deciſio Bald. in l. 1. C de inſtit. & ſubſtitut. pro notabili ponderatur ad caſum.*

20 *Maritus in lucro dotis dicitur habere cauſam onerosam, & ſic mulier in donatione propter nuptias, & ibi ratio.*

21 *Poenæ repudij, & diuortij intelliguntur ſublatæ quò ad effectum diſſolutionis matrimonij, non autem reſpectu amiſsionis dotis, & lucrifactionis antefati ex cauſa adulterij, alijsq; per leges communes prouiſis.*

22 *Lucrum, quod mulier, vel vir conſequitur ex cauſis ſupra relatis non conſequitur ex pacto; ſed acquirit in poenam delicti, & pactum non operatur; ſed extra illud conſequitur ex cauſa de nouo ſuperueniente.*

23 *Legis prouiſione ex diuerſo fonte oriente propter nouum caſum cõtingentem ex noua radice, & nõ comprehenſum in pacto conuento: tunc pactum hominis non facit ceſſare legis diſpoſitionẽ, quod latè exornatur.*

24 *Deciſ. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir defenditur.*

25 *Conſuetudo Neap. incipiens quartam autẽ, quomodò intelligatur.*

26 *Regula illa, quòd omnia pacta circa lucrum dotis reſpectu viri intelligantur etiam reſpectu vxoris quò ad donationem propter nuptias, declaratur.*

27 *In crimine adulterij factum, & nõ ſententia notatur, & ſufficit cauſa vera.*

28 *Minoratio poenæ non tollit delictum, & quod ignoſcitur in poenæ minoratione non operatur reſpectu eorum, quæ ex delicto conſequutiuè inferuntur.*

ARGVMENTVM.

Anteſatum vxori conſtitutum à viro, ſi is prædeceſſerit, an debeatur hæredibus vxoris, quam vir ſub colore falſi adulterij interfecit.

DECISIO XXIV.

Maritus occidit vxorem ſub colore adulterij falsò eidem imputati; ſed ob propriam laſciuiam, & ob dotis mulieris lucrifactionem; fuit tandem ex cauſa prædicta carceratus, bis acriter tortus, & licet non confeſſus: tamen quia de delicto erat taliter inditiatus, quod quaſi habebatur pro conuicto, fuit cõdemnatus per ſententiam Collateralis Conſilij referẽte magnifico Auditore generali militum Didaco Lopes nunc digniſſimo Conſiliario ad regias triremes perpetuò, licet eſſet vnus de centum Continuis Illuſtriſſimi Proregis, ſtante immanitate criminis, ſuitq; etiam condemnatus ad reſtitutionem dotium receptarum ob innocẽtiam mulieris.

Hæredes mulieris præſuppoſito hoc facto indubitato petierunt, declarari, teneri virum etiam ad ſolutionem donationis propter nuptias, ſeu antefati in locum

cum eius conſtituti, præſupponendo ex motte iniuſta eidem data mulieri, & ob commiſſum immane crimen antefatum lucrifactum, & ipſo iure ad hæredes mulieris quæſitum ex iuris diſpoſitione in pœnam delicti.

Ex aduerſo præſupponitur, quòd antefatum ſit conſtitutum ab homine, ſub conditione lucrifactionis, ſi vir deceſſerit vxore ſuperſtite ſeruata forma conſuetudinis Neapolitanæ incip. quartam autē, cumq; prædeceſſerit mulier, prætendit maritus non teneri vigore pacti, licet aliàs de iure teneretur, quod pariter negat prætendens non adeſſe legem, quæ loquatur de donatione propter nuptias,
1 quando vir vxorem occiderit; ſed benè quòd amittat lucrum dotis, de quo tantùm loquitur text. in l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir ff. ſolut. matrim. & text. in l. conſenſu C. de repud. in §. mitiores in auth. de nupt. in §. cauſas in auth. vt lic. matr. & au cum cæteris, quæ ad hoc adduci poſſunt; ſed minimè ponunt caſum, quando maritus vxorem occidit, quæ iura tractant lucrifactionem donationis ante nuptias ex parte vxoris, & lucrifactionē dotis ex parte viri ex cauſis ibi enumeratis, cumq; in caſu text. in §. ſi vir ille tractat de lucro, & mulier de damno, & è contra in donatione propter nuptias mulier tractat de lucro, & vir de damno; propterea non poteſt argui de illo text. ad præſentem caſum; ſed quando hoc dubium haberet, videtur ex pacto
2 reddi indubitatum, poſtquam eſt expreſſum ſub prædicta conditione, ſi vir prædeceſſerit vxori: vnde cum defecerit cōditio, nihil debetur vigore pacti, maximè in conditione caſuali iuxta text. & tradita per Doctor. in l. in teſtamento la 2. ff. de condit. & demonſtr. in l. 1. C. de in-
3 ſtit. & ſubſtit. & prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis ad text. in l. ſi. vbi gloſ. & communiter Scriben. C. de pact. conu. tantò magis: quia pactum ſe refert ad conſuetudinem neapolitanam, in qua nullum verbum de lucrifactione in caſu, de quo agitur.

Dicit ſecundò, quod pœna ordinaria ſecundum iura, & Regni Conſtitutiones erat pœna mortis, cumq; non fuerit data, non fuit ex adulterio condemnatus, & conſequenter non habet locum pęna lucrifactionis antefati.

Dicit tertiò, quod hæ pœnæ lucrifactionis dotis, & donationis propter nuptias ſint à iure proditæ, & ſtatutæ ex
4 cauſa repudij, & diuortij, quæ illis temporibus permittebantur, cumq; repudia, & diuortia hodie non fiant: quia matrimonia non diſſoluuntur ſecundum Canones, propterea omnes hæ pœnæ ceſſabunt, ad quod ponderatur deciſio Ang. in §. mitiores in auth. de nupt. & etiam Bart. & Iac. de Beluiſ. qui dicunt, diſpoſitionem iurium diuortia, & repudia permittentium, ex quibus cauſabantur pœnæ amiſſionis dotium, & donationis propter nuptias, iam correctam: quia quos Deus coniunxit, homo non ſeparat.

Quartò in caſu præſenti fuit dotata filia à patre, eiq; fuit promiſſa dotis reſtitutio in caſu diſſolutionis matrimonij per mortem filiæ abſque liberis, quo ca-
5 ſu delictum filiæ, ex quo aliàs dotem perderet, non præiudicaſſet patri, qui do tem dedit, & pactus eſt reſtitutionem ſecundum Bald. & Salyc. in l. ſi dotem C. de iur. dot. cum alijs concord. vnde ſicut per delictum vxoris vir non eſſet in lucro dotis: ita pariter non debet vxor eſſe in lucro donationis propter nuptias,
6 ſeù antefati, ne ad imparia iudicentur ad text. in l. fin. C. de repud. cum concord.

His non obſtantibus per Collaterale Conſilium exiſtente relatore prædicto Auditore militum fuit deciſum, maritum perdidiſſe donationem propter nuptias,
7 & ſucceſſiuè condemnatum ad ſolutionē quantitatis illius, in qua fuit conſtituta in beneficium hæredum mulieris ex ſubſequentibus rationibus.

Text. enim in d. l. conſenſu C. de repu. in §. mitiores, & in §. cauſas loquuntur
8 in caſibus fortioribus, vt quando vir machinatus, vel inſidiatus fuerit vitam vxoris, & alias cauſas leuiores, igitur ſi occiderit, non ſolùm adeſt machinatio, & inſi-

inſidiatio; ſed effectus conſumatus deli-
cti, cuius aliàs attentatio tantum indu-
cebat amiſſionẽ donationis propter nu-
ptias, & ſic in homicidio comprehendi-
tur machinatio,& inſidiatio, quæ etiam
ex deductis in facto ſunt indubitata,
dum maritus cum pediſſequis eius do-
mus machinatus fuit,& præparauit deli-
9 ctum, quod demùm poſteà patrauit, &
text.in d.l.ſi ab hoſtibus §. ſi vir, ex ra-
tione prædicta,iuxta terminos text. in
d.l.conſenſu, intellexerunt Doctor.pro-
cedere etiam in donatione propter nup-
tias,vt maritus perdere debeat, quando
vxorem indebitè occiderit non obſtante
pacto,ita Cum.ibidem in fin.qui allegat
text.in d.l.conſenſu,& Rip.in tract.de
peſt.in tit. de priuil.contr.cauſ. peſt.nu.
203.dùm tractat quæſtionem illam com
10 muniter deciſam per Doctor.quod ſicut
quando occidit vir vxorem, perdit do-
tem,ita pariter perdat, quando tempore
peſtis aufugeret relicta infirma vxore,
non prouiſo ſibi de remedijs, & medici-
nis,vel ſi aufugiſſet propter peſtem non
traducta vxore ſana ſecum: vult enim
authoritate omnium Scribent. in d. §.ſi
vir, quod non ſolùm perdat lucrum do-
tis; ſed etiam donationem ante nuptias,
11 ſic intelligendo omnes Scribent. & ſi
Bart.& Doctor.in d. §. ſi vir voluerunt,
quòd mulier occidens virum perdat do-
tem,ex reg.text.in d.l.conſenſu,qui non
loquitur de occiſione viri; ſed de inſi-
dijs, machinationibus, & alijs: ergo in-
tellexerunt à maioritate rationis,hoc tã
quam implicitè comprehenſum eſſe per
illa iura deciſum, & cum text. loquatur
tàm in vxore, quàm in viro: ergo deci-
ſum eſt per iura, & Doctor. vxorem in-
debitè occiſam lucrari antefatum, & ſi
12 ex ſæuitia viri,ex flagellatione vxoris,
& alijs ſimilibus datur ſeparatio thori,
reſtitutio dotis,& lucrifactio donationis
propter nuptias,in quo facit deciſionem
doctiſſimus D.Præſ. de Franch. nu.244.
quem allegat,& ſequitur Theſaur.in de-
ciſ.130. Ergo quæ maior ſæuitia potuit
conſiderari, dùm maritus machinando,
inſidiando,& ſæuiendo in vxorem non
flagellat; ſed totaliter perimit, & occi-
dit,& ſi ex adulterio falsò impoſito ma-
13 ritus perdit donationẽ propter nuptias,
quantò magis in caſu, de quo tractatur,
in quo ſub colore figurati, & procurari
adulterij vxorem occidit,in quo ſunt iu-
ra prædicta, & communis omnium Do-
ctor. ſchola ſecundum gloſ. in cap.1. vt
lit. non conteſt. vbi Bald. & Imol.Abb.
in cap.plerunque de donat. inter vir. &
vxor.& in cap.fin.de adult.Salyc.in l.1.
C.de adult.Cuman.in conſ.175. Dec.in
conſ.530.latè cumulat Rolan. à Vall.in
conſ. 50. 1.vol. & text.in d.l.1. C.de
adult. qui denegat actionem mulieri ac-
cuſandi de adulterio intelligitur crimi-
14 naliter,non autem quò ad ſeparationem
thori,repetitionem dotis, & lucrum do-
nationis propter nuptias, vt ibi per gloſ.
Alber.Salyc.& omnes allegat gloſ.text.
in canon.chriſtiana 32.q.5.& iſta lucra
15 tàm dotis,quàm donationis propter nu-
ptias dixit notabiliter Ang.in d.§.ſi vir,
quem ſequitur Alex.& Cuman.ibidem,
& Campeg.in tract.dot.par.5.q.2. quod
conditionaliter deferantur, ſi culpa vo-
lentis lucrari matrimonium diſſolutum
non ſit,& ob id gloſ. aurea, & notabilis
16 in authen.donationem quoque in verb.
vendicare C.de iur.dot.in fi. dicit,quòd
ſemper mulier lucratur donationem pro-
pter nuptias, quando viri culpa matri-
monium ſoluitur, & pactum impoſitum
per mortem viri extenditur ad mortem
vxoris cauſatam ex viri culpa, & cenſe-
tur occidiſſe ad eluſionem pacti ad text.
in l.filiæ meæ ff.ſol.matrim. in l.dubium
non eſt C. de repud. cumq; pactum lu-
17 crifactionis fuerit conditionale præde-
cedente viro, & vxore ſuperſtite, cuius
conditionis adimplementum impediuit
maritus, cuius intererat conditionem
non adimpleri,occidendo vxorem.

Dicunt propterea iura aperta, quod
iudicetur per omnia, ac ſi conditio exti-
tiſſet,verba ſunt text.in l.in iure ciuili de
condit. & demonſtr. in l.in iure ciuili ff.
de reg. iur. in regula cum non ſtat de
reg.iur.in ſexto,& vbiq; Scribent. Dicit
enim regula,iure ciuili receptũ eſt,quo-

Digitized by Google

ties per eum, cuius intereſt conditionem
non impleri, fiat quominus impleatur,
perinde haberi, ac ſi impleta conditio
fuiſſet, & hoc procedit ſiue conditio ſit
merè caſualis, ſiue mixta, quotieſcunque
impeditur facto eius, cuius intereſt non
impleri, dicit text. in l. in teſtamento la
2. vbi Bart. Imol. Cuman. Soccin. & omnes de cond. & demonſtr. & ideò Cuma.
ibi facit duas regulas, vnam, omnem cõditionem deficere, quãdo ſtat per adimplere debentem, & alteram, omnẽ haberi
pro adimpleta, ſi ſtet per eum, qui per
adimplementum obligatur, vel cuius intereſt non adimpleri, & ibid. Socci. idem
ſequendo, declarat, vt conditio caſualis,
& quæ dependet ex inſidijs fortunæ ſẽper habeatur pro defecta, quando remanet ex parte adimplere debentis, & habeatur pro adimpleta, & expiret cõditio,
qñ deficit ex facto tertij, cuius intereſt
nõ impleri, & licet mors ſit caſus fortuitus ad text. in l. interdum, vbi DD. ff. de
18 lud. intelligitur, qñ eſt naturalis, & non
euenit facto tertij, vt quando quis occiditur, in quem caſum elegãter Socc. vbi
ſupra tradit, conditionem haberi pro impleta in fauorem adimplere debentis in
odiũ occiſoris, cum culpa præcedat caſum, q̃ elegantiſſimè explicauit Bald. ad
propoſitum in l. 1. C. de inſti. & ſubſti. ad
19 intellectum tex. in l. inde Neratius §. idẽ
Iulianus ff. ad l. aquiliã, dum tex. ille vult
deficere conditionẽ, ſi fuerit occiſus ſeruus, quem ſi manumiſiſſet, quis hęres inſtitutus fuerat; dicit. n. Bald. tex. illũ procedere in extraneo occiſore; ſed ſi fuiſſet
particeps eiuſdem conditionis tũc ſecùs,
& habetur pro adimpleta: quia nõ aſcribitur impedimentum caſui; ſed perſonæ,
in quam debet adimpleri conditio, & oẽs
Doct. incipiendo à Cyn. in d. l. 1. nemine
diſſentiente dixerunt, in qualibet diſpoſitione vel modali, vel conditionali, quomodocunque ſiue caſuali, ſiue poteſtatiua, vel mixta, conditionẽ haberi pro impleta, qñ culpa illius, in cuius perſonam
adimplementum cadit, & cuius intereſt
non adimpleri, fit, quominus conditio
adimpleatur: ex quibus patet iuſtiſſimè
iudicatum in fauorem mulieris ex apertis iuribus, & deciſionibus: nec eſt verũ,
q̃ in lucro dotis maritus tractet de lucro, & in donatione ante nuptias mulier
tractet pariter de lucro: nam dixit notabiliter Matheſ. in ſing. 72. q̃ maritus etiã
20 in lucro dotis habeat cauſam onerosam
pp onera matrimonij p̃terita, & hoc eſt,
q̃ etiam voluit dicere Alex. in d. §. ſi vir,
q̃ idem iudicetur de lucro ex cauſa oneroſa præcedente, q̃ de cauſa merè oneroſa, allegat gl. nota. iuncto text. in l. ſi donaturus §. fin. in verb. dumtaxat ff. de cõdict. cauſ. dat. vbi gl. dicit, q̃ in eo, quod
lucratur vir ex dote pp pactum, non habeat cãm lucratiuã: quia præceſſit cauſa
dotis, eſt deciſ. punctualis Ang. in addi.
ad Bart. in l. 1. in fi. C. de impon. lucr. deſcr. lib. 10. & ſic pariter mulier habet
cauſam oneroſam in donatione propter
nuptias, quę eſt facta in pręmium amiſſę
pudicitiæ, dicit text. in l. res vxoris C. de
donat. int. vir. & vx. quem Bald. ibi in fi.
dixit non eſſe alibi, tradit Bart. in d. l. 1.
de impon. lucr. deſcript. nu. 6.

Et licet ſtante adimplemento conditionis non ſit inſiſtendum, ſi pœnæ repudij ſint hodie ſublatæ: tñ aduertatur,
q̃ hoc intelligitur ad finem diſſolutionis
21 matrimonij; non autem reſpectu ſeparationis thori, & reliquarum pęnarum, amiſſionis dotis, & lucrifactionis antefati,
& in hoc caſu tantum loquuntur Bart. &
Beluiſ. in d. §. mitiores, ſi rectè perlegantur: nam pœnæ amiſſionis dotis reſpectu
mulieris, vel donationis pp nuptias reſpectu viri oriuntur ex adulterio, & ex
alijs cauſis in prædictis legibus prouiſis;
non aũt ex repudio; imò repudium oritur
ex eis, declarat peroptimè, & latè doctiſſimus Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 3.
& nihil eſt innouatum, niſi quò ad diſſolutionem matrimonij, qui allegat Franc.
Marc. latè hoc tractantẽ in deciſ. Delph.
413. & Ang. in d. §. mitiores, loquitur per
verbum credo, & fatetur, pęnas illas non
correctas reſpectu adulterij: ergo cur diuerſum in alijs caſibus maioribus, vt eſt
homicidiũ vxoris ex cauſa figurati adulterij, quod habet in ſe implicitam cau-

ſam,vel adulterij commiſſi à viro, vt eſt
in facto, de quo tractatur, vel falsò ab
eo imputati,& Doctor.oẽs,qui dederunt
lucrum tale propter ſæuitiam viri, red-
dunt falſam opinionem Ang.quando eã
firmaſſet, & notetur vnum notabile ver-
22 bum,ꝙ Doct.voluerunt,quando mulier,
vel vir cõmiſit adulterium, vel aliud fa-
cinus,ex quibus lucrum prædictum con-
ſequitur,licet adſit pactum de lucrando
in certis caſibus, tamen quando delictũ
cauſat lucrum,illud non cauſetur ex pa-
cto; ſed conſequatur in pęnam delicti,&
pactum non operetur,vt præ cęteris tra-
dit Bald.Nouel.in tract.dot.7.par.priui.
11. quem allegat, & ſequitur Roland.à
Valle vbi ſupra.

Ex quibus patet reſponſum ad põde-
rationem factam pacti appoſiti in inſtru-
mento dotali lucrifactionis antefati viro
decedente,vxore ſuperſtite:nã ſi in ipſius
pœnam lex dat acquiſitionẽ antefati,&
delictum eſt cauſa illius,non defertur vi-
gore pacti;ſed ex cauſa de nouo ſuperue
niente,deciſ.eſt Synod.Bald.in l.certi iu-
ris n.17.C.loc.quẽ alleg.& ſequitur Iaſ.
23 in l.2.C.de iur.emph.nu.143. quod qñ
oritur legis prouiſio ex diuerſo fonte pp
nouum caſum contingentem ex noua ra-
dice,excedentẽ terminos pacti conuenti;
tunc pactum hominis nõ facit ceſſare le-
gis diſpoſitionem,& ſi intelligeretur pa-
ctum ẽt in hunc caſum,eſſet cõtra diſpo-
ſitionem text. in d.l.conſenſu,ꝙ ipſa lex
in fin.expreſsè improbat,& annullat,qđ
indubitatum dixerunt Doct.eſſe,qñ iuris
prouiſio non eſt contraria prouiſioni ho-
minis:quia ꝙ homo non prouidit rema-
net per legem prouiſum, deciſ.eſt eiuſdẽ
Bald.in l.fin.C.de pact.conuen.idem per
prius dixit Bart.in l.1. §. vnde quæritur
ff.de publican.&maximè qñ eſt prouiſio
legis nata:nã prouiſio hominis facit ceſ-
ſare prouiſionem legis naſciturã in caſi-
bus ſuis, non autem natam gl.in d.l.fin.
de pact.cõu.item ſecundum Bal.in d.l.2.
de iur.emph. prouiſio hominis facit ceſ-
ſare prouiſionem legis extraordinariam,
non autem ordinariam, nec facit ceſſare
prouiſionem legis,quę non continet pri-
uilegia;ſed ius cõe ſecundum gl.in d.l.2.
cõiter receptũ per Bart.cæteroſq; Scrib.
vt latiùs ibi per Iaſ. qui oẽs cumulat, &
24 licet dictũ Paul.de Caſt.in d.§.ſi vir,ſit
controuerſum dicentis, ꝙ in odium viri,
qui indebitè vxorem occidit, præſuma-
tur,illam ipſi ſuperuixiſſe, quẽ ſequitur,
& ponderat Alex.de Neu.in conſ.18.eã-
demq; ponderationem tradit Afflict.in
Conſtit.Reg.mulier,quæ dotarium verſ.
ſeptima dubitatio:tñ dictum illud in cõ-
trouerſiã reuocatur à Doct.in quęſt.illa,
de qua tractatur;ſed quò ad effectus,de
quibus hodie tractamus,non poteſt dictũ
in ſe habere dubium: ſiquidem eſt caſus
in l.ꝙ ſi nolit §.ſi mancipium ff.de ædil.
edict. vbi ſi culpa emptoris mancipium
deceſſerit, pro viuo habendum eſt: ita
quod debent præſtari omnia, quæ præ-
ſtarentur, ſi viueret.

Sed hic ſuper lucro antefati non eſt
tantum concepta ſtipulatio in caſum ſu-
peruiuentię vxoris;ſed ẽt in omnem aliũ
caſum, ꝙ tollit omnem penitus dubieta-
tem,& licet dicatur in oẽm alium caſum
ſeruata forma Conſuet.incip.quartã au-
25 tem, iſtud reſpicit acquiſitionẽ reſpectu
proprietatis,vel vſusfructus, extantibus,
vel non extantibus filijs:quia in hoc tan-
tùm eſt conſuetudo in ſcriptis redacta:
vnde in eo,in quo non loquitur cõſuetu-
do;ſed tñ ius cõe,illud erit attendendũ,
& vt dixi,in pęnam delicti,nõ ex pacto;
ſed ex noua,& ſuperuenienti cauſa,ſicut
pariter non ex eo: quia in conſuetudine
non comprehenditur reſtitutio dotium,
& ſolutio antefati,quando vir vergit ad
inopiam, vel quando illius bona publi-
cantur,& in alijs multis caſibus,propte-
reà non fit reſtitutio, & non fit ſolutio
antefati tanquam caſus à iure prouiſi,
& à conſuetudine omiſſi.

Nec facit ad caſum, quod pp delictũ
vxoris vir nõ potuiſſet lucrari dotem:q̃a
pater,qui dotauit,cõuenit,vt ſibi fiat re-
ſtitutio: nã oritur hoc ex ſpetiali conuẽ-
tione, ꝙ non eſt in antefato: imò adſunt
pacta diſtincta tàm in dote, q̃ in antefa-
to, & ppeà tradidit notabiliter Inn.quẽ
Abb.& cęteri ſequuntur in c.fin.de don.

inter

inter vir.& vxor. quod licet abſque alia
conuentione omnia pacta facta circa
lucrum dotis per virum, intelligantur e-
26 tiam facta reſpectu mulieris circa lucrũ
donationis propter nuptias, tamen hoc
intelligitur, quando non adeſt pactum,
vel conſuetudo contraria, & rurſus quã-
do fiunt conſtante matrimonio, ne mu-
lieres dotibus defraudentur per excogi-
tatas, & prohibitas donationes; ſed ante
matrimonium contractum attenduntur
pacta, & diſpoſitum in vno non cenſetur
diſpoſitum in alio, & poteſt eſſe diſpari-
tas in quãtitate, in lucro, & in omnibus.

Nec quod obijcitur de ſententia, qđ
non condemnauit ad propriam pœnam
27 homicidij, aliquid obſtat, ſiquidem ex
cauſa proprij, & veri adulterij, ac homi-
cidij eſt condemnatio, & in his, quæ ipſo
iure acquiruntur (vt eſt in proprio caſu
mortis mulieris ſecundum Cum. in d. §.
ſi vir, ibiq; Iaſ. 2. col. verſ. tertiò pondera
Bald. Nouel. par. 8. priu. 31.) attenditur
factum, non ſententia, text. eſt elegans in
proprijs terminis, qui hoc ſpecificè dicit,
in l. palam §. quæ in adulterio ff. de rit.
nupt. in l. qui cum vno §. ignominia ff. de
re mil. quos ad propoſitum allegat An-
dr. in c. 1. §. prætereà ſi vaſſallus nu. 13.
circa fin. quæ ſit prima cauſ. beneſ. amit.
dixi latiùs in conſ. 90. vol. 1. quod deci-
ſum fuit punctualiter per Sac. Conſ. in
cauſa Aſcanij Caraffæ cum D. Cæſare
Caraffa, qui propter prætenſam rebellio-
nem non fuit condemnatus pęna mortis;
ſed ad perpetuòs carceres, qua in cauſa
attento facto vero, non fuit habita ratio
ſententiæ, & ob id (quod quæſo notetur)
28 dixit gloſ. Bald. & ſequuntur communi-
ter Scriben. in d. §. ſi vir in propria quę-
ſtione, quòd etſi minoretur pœna, non
facit, quod delictum non ſit delictum,
& ſi ignoſcatur ad minorationem pęnæ,
non tamen vt in totum releuetur, quo-
minùs ſequi debeat condemnatio ad pri-
uationem lucri dotis in terminis illius
text. ſuper quo non erit hęſitandum, nec
diſputandum: ſiquidem iam ſententia,
quæ fecit tranſitum in rem iudicatam,
cõdemnauit virum ad reſtitutionem do-
tium: ergo non commiſit mulier adulte-
rium, & iniuſtè occidit maritus.

SVMMARIVM.

1 *Officialis inquiſitus de delictis importantibus priuationem, ex quibus cauſis poſſit inquiſitione pendente ſuſpendi ab officio.*

2 *Suſpenſio dupliciter fieri poteſt, vna ab officio, et altera et à beneficio, prima fit ex cauſis leuioribus, altera ex cauſis grauioribus, & ibi refertur practica aliàs conſueta.*

3 *Ex ſola accuſatione non poteſt procedi ad ſuſpenſionem: ſecus verò ſi adeſt infamia, ſuſpitio, vel ſcandalum.*

4 *In criminibus grauibus propter infamiam ſemper proceditur lite pendente ad ſuſpenſionem.*

5 *Ad finem ſuſpendendi requiritur, quod ſint delicta in officio, ſecus verò extra officium.*

6 *Quando quis ſuſpenditur ab officio tantum importat interdictionem adminiſtrationis: quando verò à beneficio, importat depoſitionem; ita quod priuatur etiam emolumentis.*

7 *Practica obſeruata, vt Officialis in caſibus, vt ſupra, ſuſpendatur ab officio lite pendente, verùm fieri hoc debet ipſo audito.*

8 *An ſuſpenſus ab officio lite pendẽte, et demum liberatus per ſententiã à delicto, recuperet fructus medij temporis, latè diſſeritur.*

9 *Diſtinctio adhibetur, quando declaratum fuerit iuſtè, vel iniuſtè detentum, benè vel malè contra inquiſitum proceſſum: nam primo*

caſu non reſtituitur: ſecũdo verò omnia emolumenta debentur; ſed requiritur, quod in ſententia expreſsè declaretur, inquiſitũ fuiſſe innocentem, & ibi ratio nu. 10.

11 *Ad ſuſpendendum ſufficiunt coniecturæ, & alia quæ non ſufficiunt ad condẽnandum, maximè quando factis defenſionibus inquiſitus liberatur.*

12 *Contra Officialem inquiſitum duo fiunt iuditia, vnum ad finem ſuſpendendi, & hoc eſt ſummariũ, & alterum plenarium, & ordinarium ad finem condemnandi.*

13 *Quando ratione ſuſpẽſionis oportuit ſubrogare alium in officio, ne Regium ſeruitium detrimẽtum patiatur, tunc de reſtitutione emolumentorum non eſt tractãdum: quia non debet quis proprijs militare ſtipendijs, & nu. 20.*

14 *Diſtinctio reſtitutionis emolumẽtorum procedit reſpectu aliorũ fructuũ, quàm deputatorum pro labore, & ſeruitio perſonarum.*

15 *Diſtributiones quotidianæ non præſtantur alijs, quàm ſeruiẽtibus, et intereſſẽtibus verè, quod benè declaratur nu. 16. 17. 18. & 19.*

21 *Iudex ſubrogatus dicitur ordinarius, & non delegatus.*

22 *Qui laborem, & operam præſtat, debet gaudere emolumentis officij, in quo deſeruit, ac ſi emiſſet, & pretium ſoluiſſet.*

23 *Salaria, et emolumẽta in officijs, quę reſpiciũt laborem, & probitatem ſcientiæ, vel intellectus ſẽper debentur his, qui officia tenent.*

24 *Deciſiones factæ referuntur.*

ARGVMENTVM.

Officialis pendente Inquiſitione quando ab officio ſuſpendendus. Reſtitutus quando recuperet fructus, & emolumenta medij temporis.

DECISIO XXV.

PASSIM, & indiſtinctè dùm Officialis aliquis inquiritur, tractatur ſuſpenſio ab officio pendente inquiſitione: in delictis tñ importanti-
1 bus eius priuationem, ad quam procedi poteſt vel ex infamia, vel ex ſuſpitione, vel ex ſcandalo, & quælibet eſt ſufficiẽs, & multò magis ſi aliquid cępit conſtare, ita text. in cap. inter de purg. can. facit etiam tex. in c. 2. eo. tit. imò Inn. & Abb. tradiderũt in d. cap. inter ſufficere ſuſpitionem ſolius Iudicis, quod eſt notandũ, prædictiq; Doct. conſiderauerunt dupli-
2 citer ſuſpenſiones: vnam videlicet ab officio, alteram verò à beneficio: prima fit ex cauſis, ſeu criminibus leuioribus: altera verò ex delictis grauibus, quę propter eorum immanitatem requirunt vtrãque ſuſpenſionem gl. not. in can. ſuper cauſa, & in c. Presbyter ſi à plebe 2. q. 5. & ſic multoties videmus ſuſpendi ab adminiſtratione Officialem; ſed non tolli emolumenta, & ſic in officio deputatur certa perſona pro adminiſtratione cõſtituto illi certo ſalario, de reliquis emolumentis correſpondetur eidem Officiali ſuſpẽſo; quia ab officio, & non à beneficio, quãdo verò magna laborat infamia, vertitur ſcandalum, & ſumus in delictis grauibus, tunc ab omnibus fit ſuſpenſio. Primum practicatum fuit in cauſa Gabrielis Capani Iuſtitiarij Graſſiæ huius Ciuitatis. Secundum in cauſa Ducis Sanctæ Agathæ Scribæ Portionis, & ſic in quàmplurimis alijs cauſis: hinc Innoc. in cap. accuſatum de ſim. duo tradit: vnum, quod propter infamiã quis ſuſpendatur ab officio, & non ſolùm in crimine Simoniæ; ſed quolibet alio; alterum, quod propter ſuſpitionem quis remoueatur ab admi-

miſtra-

niſtratione,& text.in d.canon.Presbyter
in Indiuiduo dixit,ad ſuſpenſionem pro-
cedi, quando Epiſcopus legitimis teſti-
bus crimen probare non potuerit,& me-
lior text.in canon.quia ea 3.q.2. vbi in
ſpetie diſponitur, cum non benè conſta-
ret de prætenſis contra Prælatum, vt li-
bera eſſet poteſtas inquirendi,& remota
ab omni ſuſpitione ſubductionis, vel po-
tentiæ,quòd debeat procedi ad ſuſpitio-
nem adminiſtrationis, hinc ibi gloſ. di-
cit, quòd Iudex ſummatim cognoſcet, ſi
calumnioſè quis inquiratur ad finem
procedendi ad prędictam ſuſpenſionem,
& vnum eſt, ſi ex ſola accuſatione poſſit
3 procedi ad ſuſpenſionem,& vera eſt opi-
nio,quòd non poſſit, & hæc eſt differen-
tia inter tutorem,& officialem, aut verò
vltra accuſationem adeſt vel infâmia,
vel ſcandalum, vel ſuſpitio, & tunc pro-
cedunt allegata,& ſufficit leuis ſuſpitio,
& ſic diſtinguit, & intelligitur Innoc. in
cap. licet hely de ſimon. quem ſequitur
Luc. de Pen. in l. iudices C. de dignit.
4 lib. 12. & in criminibus grauibus prop-
ter infamiam ſemper proceditur lite pen
dente ad ſuſpenſionem, dicit Abb.in d.
cap. accuſatum,& ſic procedit doctrina
Bart.in l.libertus §.in quæſtionibus ff.ad
municip. diſtinguentis, aut Officialis in-
5 quiritur de delictis extra officium,& tũc
non ſuſpenditur, aut in officio, & tunc
retinet officium; ſed interdicitur lite
pendente adminiſtratio,quod dixit gloſ.
in final.verb.in prædicto canon.quia ea,
qui Bart.in l.quod ſi fortè ff.de ſolut.ni-
hil dixit firmiter, & loquitur principali-
ter in tutore tantum accuſato:concludi-
mus,quod fiat ſuſpenſio ab officio ſecũ-
dum caſus prædictos, & omni iure eſt
verum,quòd inter ſuſpenſiones adſit dif-
6 ferentia, aut ab officio, aut ab officio,
& beneficio, primo caſu erit propriè in-
terdictio adminiſtrationis: ſecundo ve-
rò caſu erit propriè depoſitio durante
inquiſitione, & proptereà fit ſuſpenſio
ab omnibus,& magna conſtituitur diffe-
rentia, quod quis deponatur, vel admi-
niſtratio ei auferatur,vt per gloſ.notab.
in l.etſi pluribus ff. de auth.tut. quam

ponderat Bald.in cap.1.de vaſſ.mil. qui
ar.bell. depoſ.

Stat ergo firma concluſio, quòd Offi-
cialis pendente accuſatione, & inquiſi-
7 tione ex delictis in officio, quando præ-
cedit informatio, ex qua Iudici incipit
conſtare, poſſit, & debeat ab officio ſu-
ſpendi ex iuribus, & deciſionibus alle-
gatis,cumulat deciſiones D. de Franch.
in deciſ.8. Capel.Tholoſ.deciſ.370. vbi
bona additio, & quando adeſt delicti
enormitas, nemo dubitauit, de quo per
Io.Andr. Gemin. & alios in cap.1. de
accuſat.in 6. Grammat. in conſ.10.licet
contrarium tenuerit Betteran. & malè in
conſ. 83. 1. vol. Ad quod tamen debet
procedi parte audita, aliàs nullo modo
procederet ſuſpenſio,notant Bald.Salyc.
& omnes in l.fin. C.vbi Sen.vel clariſs.
per illum text.

8 Fuit dubitatum, ſi ſuſpenſus ab offi-
cio, & demum reſtitutus ad illud, recu-
peret fructus medij temporis.

Text.in l.1.C.de re mil.lib.12. dicit,
quod poſtliminio reuerſus non recupe-
rabit ſtipendia, & bona medij temporis.

Text.in l.cum allegatis eo. tit. loqui-
tur in deſertore reſtituto, vt non habeat
ſtipendia medij temporis.

Text.in l.3.§.ſed ſi ex improuiſo ff.de
re mil.vbi gloſ.in verb. reſtituetur,vult,
quod,ſi non adſit culpa in eo,qui captus
fuit ab hoſtibus,redeundo reſtituatur ad
omnia,dixit tamen ibi gloſ. quod non
ad ſtipendia,& notetur ille text.ibi dum
dicit conſiderari præcedentis vitæ actũ,
& ſic text. in l. non omnes §.à barbaris
eo.tit.ad finem coniecturandi culpam
& delictum.

Io.de Plat. in d.l.1. de re mil. tenet,
quod, quando non adeſt culpa in eo,qui
capitur ab hoſtibus,recuperet ſtipendia,
& allegat gloſ.in d.§. ſed ſi ex improui-
ſo,quæ dicit contrarium, & eadem gloſ.
in d.l.1.dicit,vt per reſtitutionem poſſit
Princeps; ſed non debentur iure com-
muni,& ſic etiam procedit text. in l. qui
excubias ff. de re milit. videtur enim
notari ſeruitiam, & factum, & ſicut re-
ſtitutus poſtliminio non reſtituitur ad

ea, quæ ſunt facti; & hæc eſt ratio text.
in d. l. 1. ſecundum gloſ.ibi, ita pariter
videtur dicendum in caſu, de quo agi-
tur.

Text. in l.penult. ff.de re milit.dixit,
quod reſtitutus non habebit ſtipendia
9 medij temporis, niſi conſtiterit, non
fuiſſe deſertorem: nam tunc quia iniuſta
detegitur ſuſpenſio, omnia habebit, &
ob id gloſ.in cap. paſtoralis §. verum in
verb.ſubtrahuntur de appella. diſtinguit
in excommunicato ſuſpenſo,& abſoluto,
vt ſi iuſtè fuerit excommunicatus,non
recuperet, ſi verò iniuſtè fructus medij
temporis omninò debeantur,allegat hoc
ſecundo caſu text.in l.pen.de re milit.&
in primo caſu text.in d.l.cum allegatis,
quam gloſ.ſequitur Hoſtien.Innoc.Butr.
Abb. Anchar. Imol.Bellam.Dec.& om-
nes,ex quo videtur concludendum,quod
iura, quæ denegant reſtitutionem fru-
ctuum, procedant, quando ex gratia
fuit quis reſtitutus, ſecus verò quando
per viam iuſtitiæ; ſed hoc ſecundo caſu
10 requiritur, quod expreſsè in ſententia
reſtitutionis fuerit hoc dictum, ita gloſ.
notab.in d.canon.ſuper cauſa 2.q.5.in
verb.beneficia,& ratio eſt: quia non ex
eo,quòd quis fuerit abſolutus,& libera-
tus,infertur,quod non fuerit iuſtè ſuſpē-
ſus, cum ad finem ſuſpendendi ſufficiat
11 infamia præcedens cum grauitate cri-
minis, & coniecturis, quæ non ſufficiunt
ad condemnandum:maximè quādo quis
factis defenſionibus fuerit liberatus: ita
quod potuit eſſe iuſta ſuſpenſio, & iuſta
12 demum poſteà abſolutio:hinc duo fiunt
iuditia, vnum ſummarium ad finem ſu-
ſpendendi,in quo ſufficit infamia cum
alijs coniecturis, & aliud plenarium, &
ordinarium ad finem condemnādi,quod
ſingulariter tradidit Archid. in canon.
vobis 12.q.2. Abb.in cap.licet hely nu.
18.de ſimo. Iura enim poſuerunt caſus,
quod quis non poſſit conuinci de deli-
cto, ſi deficiant probationes; ſed non
per hoc non remanet infamia,non rema-
nent ſuſpitiones, & alia, ex quibus iuſta
fit ſuſpenſio, & lex canonica inducit
purgationem,& interim ſuſpenſionem,
de quo in cap.2.& in cap.inter de purg.
canon. & in cap.2. de calumn.in d.cap.
Presbyter ſi à plebe cum alijs concord.

Sed difficultas conſiſtit quid in fru-
ctibus,ſeu emolumentis, quæ percipiun-
tur ratione ſeruitij, & in eo, qui dum
fuit ſuſpenſus, oportuit ſtante qualitate
officij;alium ipſius loco ſubrogare ad fi-
nem, ne regium ſeruitium detrimentum
13 patiatur,quo caſu non habet locum di-
ſtinctio iuſtitiæ, vel iniuſtitiæ ſuſpenſio-
nis; ſed conſiderandus eſt labor, & ſer-
uitium ſubrogati, & regentis officium,
ob quod de reſtitutione non eſt tractan-
dum, gloſ. eſt notab. in canon. clericus
victū,in verb.ſtipendio 91.diſtin.quodq;
debeat interim alius ſubrogari, ne offi-
cium detrimentum patiatur, & debitum
fiat ſeruitium,ſicut dicimus in beneficio
text.eſt elegans in cap.fin.de ſtat.regul.
qui loquitur in ſuſpenſo ab adminiſtra-
tione,& eo caſu debet huic aſſignari,vn-
de poſſit congruè ſubſtentari de eiſdem
officijs,ſeu beneficijs text.in cap. perue-
nit lo 2. de appell. in cap.cum ex eo de
elect.in ſexto,vbi gloſ.reddit rationem:
quia non debet proprijs militare ſtipen-
dijs,allegat text. in canon.charitatem
12.q.2.ibi,iuſtum namq; eſt, vt illi con-
ſequantur ſtipendium, qui pro tempore
ſuum commodare reperiuntur obſequiū,
14 & hæc eſt vera opinio, vt diſtinctio iu-
ſtitiæ, vel iniuſtitiæ ſuſpenſionis proce-
dat reſpectu aliorum fructuum, quàm
deputatorum pro labore,& ſeruitio per-
ſonali,ita Gemin. eleganter in can.con-
tumaces 50. diſtin. quod ad literam ſe-
quitur ibidem Io. de Turrecrem. & hoc
voluit dicere Bald.ſi rectè aduertatur in
d.cap.paſtoralis, quod probat text. in
15 cap.1.de cler.non reſid.in ſexto,vbi di-
ſtributiones quotidianæ non præſtantur
alijs,quàm ſeruientibus, & intereſſenti-
bus, & ſic limitantur omnia iura, quæ
dant fructus abſentibus, & mandant, vt
habeantur pro præſentibus: nam non in-
telliguntur de illis fructibus, qui perci-
piūtur ratione ſeruitij quotidiani,& hoc
dicit in ſpetie Butr.in d.c.paſtoralis §.ve
rum col.fin.in fi.de mente Io.Andr.ibi.

Ea

Digitized by Google

16 Et licet hæc opinio Gemin. videatur impugnari à Præpoſ.ibi:quia non poteſt attribui culpa iniuſtè ſuſpenſo, maximè ſi aliàs ſolitus erat deſeruire,& regula eſt, quod ex quolibet iuſto impedimento debeantur etiam ſtipendia debita pro perſonali ſeruitio,de quo in d.cap.1.vbi Franch.in §.qui verò, ob quod Felyn.in
17 cap.Apoſtolicæ de excepr. nu.12.dicit, opinionem Gemin. procedere, quando ante ſuſpenſionem non erat ſolitus ſeruire perſonaliter, vt dicimus in iniuſtè
18 carcerato,vt omninò etiam quotidianæ diſtributiones debeantur,quod lariſſimè proſequitur Couar.var.reſol. lib.3.c.13.
19 quod tamen limitatur procedere, vbi adeſt conſuetudo,vt in caſu iuſtæ abſentiæ, & iuſti impedimenti debeantur, aliàs ſecùs,cum ſit exceprio text.in cap. 1.de cler.non reſid.in ſexto ad regulam, quæ improbabat conſuetudinem, ita Franc.ibi, & Ripa in tractat.de peſt.num. 145. & idem quod Franc. tenet ibi Archid.poſt gloſ. quicquid dixerit Couar. vbi ſupra.

Tamen hæc omnia debent intelligi non dato alio ſubrogato, qui loco offi-
20 cialis ſeruiret, tunc enim dato iuſto impedimento ſalarium, & emolumenta debentur; ſed quando alius fuerit ſubrogatus, & ſeruitium præſtitit; tunc,cum non debeat ſuis expenſis militare, nec ſuis laboribus defraudari, non erit proptereà locus reſtitutioni,& procedit deciſio Gemin. & aliorum, & opiniones concordantur, ad quod videtur propria deciſio Angel. in auth.vt clerici,qui receed. alijs pro eis ſubrogatis præbeant emolumenta, cuius verba ſunt infraſcripta.

Nota hic text.ad quæſtionem de illo, qui rempore mortaliratis ſubrogarur in locum Poteſtatis Peruſij, vt debeat habere illud ſalarium, & illud emolumentum,quod habebat Poteſtas,& ſic etiam intelligetur Alber. in d. l. qui excubias ibi,item eſt argumentum, quod excommunicatus,ſi poſtea abſoluarur, non debet habere quotidianas diſtributiones medij temporis,&c. & ſic aliud eſt,ſi ex iuſta cauſa, vt putà, peſtis, vel alio iuſto impedimento quis ſit abſens,& non obſtante abſentia debet fructus percipere, & aliud eſt, ſi ſui loco alter eſt ſubſtitutus,& explicauit ſeruitium, quo caſu repræſentando principalem, cum ſit à Rege,vel Papa conſtitutus, & ſubrogatus, debentur omnia tanquam principali iuxta text. in l. fin. C. de off.eius, qui vic. alt.ger.Bart. in l.filius ff.de legarion.idē Bart.in l.comperimus C. de proxim.ſac. ſcrin. lib. 12. intantum quod ſecundum Barr. ibi ſuccedit etiam in ordinem, vt idem adnotar, & ſequitur Rebuff. nu.6. & per eundem in l. eos C. de comit. rei
21 milit. lib.12. & ideo ſecundum eum Iudex ſubrogatus dicetur ordinarius, & non delegarus per iura,quæ ibi allegat, quæ larius diſcurrit Alex.in rubr.ff.de off.eius nu. 16. conſtituens differenriam inter Viceregentem conſtitutum à Principe,vel ab eodemmet officiali,& cum
22 laborem, & operam præſtat, debentur ei emolumenta,non ſecùs, ac ſi emiſſet, & pretium ſoluiſſet, cuius loco ſuccedit perſonale ſeruitium ad text. in l. cum duobus §.ſi in coeunda ff.pro ſoc.in l.1. §.1.ff.ſi menſ.falſ. mod.dix. & generali-
23 ter quando ſumus in officijs,quæ reſpiciunt laborem,& probiratem ſcientiæ,& intellectus,non dignitatem principaliter, tunc dicuntur debita ſalaria, & emolumenta ratione ſeruitij,& laboris,& propterea non vltra tempus ſeruitij ſecundum Bald. in ſua eleganti diſtinctione in l.1.§.Diuus ff.de var. & extraord.cognit.ſecundum quæ in proprijs terminis
24 refert deciſum eruditiſſimus Io.Vinc.de Ann.in repet.cap.1. de vaſſall.decrepit. ætat.nu.222.in verb. quidam vaſſallus, & ita aliàs me referente in ſupremo Italiæ Conſilio fuit concluſum, & deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Officiales iuſtitiam adminiſtrantes de iure communi debent ſtare ſindicatui poſt depoſitam adminiſtrationem, & in Officialibus*

Regum

DECISIO XXVI.

DE iure communi omnes
Officiales pcſt depoſitã
adminiſtrationem ſtare
debebant ſyndicatui per
quinquaginta dies, iuxta
texr.in l.1.C.vt omn.
1 iud.tàm ciuil.quàm milit.& idem ſtatuitur in §.neceſſitatem in auth.vt iud.ſine quoquo ſuffr.

Hæc iura receperunt limitationem in Officialibus Regum, & Principum, qui etiam non depoſita adminiſtratione poſſunt ſyndicari quandocunque Principi
2 placuerit,ita Bald.in l.obſeruare §. proficiſci ff.de off.Proconſ.in fi. qui allegat text. in §.ſi quis iuncta gloſ.in verb.habentis in authent. vt iud. ſine quoquo ſuffrag.
3 In Regno habemus conſtitutionem incip.volumus,quæ renouat diſpoſitionẽ iuris communis,& addit, quod ſyndicetur coram Succeſſore, quodq́; poſſit etiã procedi per inquiſitionem, licet Doctor.
4 communiter voluerint, hoc etiam eſſe de iure communi, cum inquiſitio vicem accuſationis obtineat authoritate Bald. in d.§.proficiſci, qui eſt ab omnibus receptus,qui text.conſtit.dùm renouat iuris communis diſpoſitionem, non eſt dubium loqui tàm quando ciuiliter ,quàm quando criminaliter proceditur iuxta text.in d.l.1.vt omn.iud.& text.conſtit. generaliter loquitur, & ſe declarat in fin.ibi,nec minus contra ipſos, vt ſic dicamus,longè errare aliquos,qui dicebãt conſtitutionem procedere, quando tantùm ciuiliter agebatur.

Superuenit Capit.Reg.incip.item ſtatuimus, quod tàm iuſtitiarij, per quod abbreuiatur terminus per 40. dies; ſed
5 ſtatuitur, quod prædictum tempus intelligatur pro quolibet anno, & tantò minus, quantò minus ſteterit, infra quod debet reſpondere coram Succeſſoribus eorum omnibus conquerentibus, & demum ſubnectit hæc verba.

Et nihilominus remanente licentia Regiæ Curiæ ſuper eorum exceſſibus,atque proceſſibus facere per ſpeciales perſonas inquiri,& ſecũdum merita,& probata inquiſitionis ipſius de malè actis per eos, vel corporaliter punianrur, ſecundum quod delicti qualitas exigit,vel ad pœnam pecuniariam Fiſci commodis applicandam.

Ex quo text. indubitanter probatur, poſſe per Principem procedi per genera-
6 lem inquiſitionem non obſtante ſententia Syndicatorum: maximè quando illi per inquiſitionem non proceſſerunt,ponderando text.ibi, nihilominus remanẽte licentia, & ibi ſuper eorum exceſſibus, atque proceſſibus, & ibi per ſpeciales perſonas, quod ſi benè ponderetur, voluit Andr.in d.conſtit.volumus.

Ratio eſt manifeſta, quam explicauit Bellug.in ſuo ſpec.in §.poſt militares ru-
7 br.35. nu.5. dicens, quod Officialis delinquens in officio duplicem offenſam committit, vnam Ciuitati, vel Prouinciæ,quam adminiſtrat,& alteram ſingularibus offenſis, & reſpectu publicæ offenſæ Princeps eſt Iudex, qui poteſt, & debet generaliter inquirere contra tales
8 Officiales:nam ſunt hæc de ſupremo dominio, quæ nunquam intelliguntur trãſlata quantuncunque ſit conceſſa generalis, & ampla iuriſdictio ex reg.text. in cap. quò ad tranſlationem de off.leg. &
9 quando eſt facta conceſſio iuriſdictionis, non ob hoc eſt excluſa iuriſdictio Superioris vniuerſalis, niſi ſpecificè hoc ſit diſpoſitum notabiliter Butr.in cap. cum contingat nu.10.verſ.noto de for.comp. hinc Bald.tradit in l.fin.C.de iuriſd.om. iud.quod licet Collegia artium,& Artifices habeant proprios Iudices, tamen poſſunt conueniri ſub Poteſtate, qui habet iuriſdictionem vniuerſalem:quia illa
10 ſuprema Poteſtas nunquàm intelligitur abdicata, quam nec etiam Principem poſſe concedere dixit Bald.in l.1.§.1.ff. de off.Præf.Vrb. nu.6. qui allegat Bart. in l. prohibere §. planè ff. quod vi, aut
11 clam: eſſent enim in diminutione Coronæ, & propterea inalienabilia iuxta terminos text.in cap. intellecto de iureiur.quæ optimè diſcurrit Bellug. vbi ſupra

Digitized by Google

pra in rubr. 22. §. & quia quotidiana
nu. 55. & ſeq. & hoc etiam voluit prædicta Conſtitutio Regni volumus, dùm renouata diſpoſitione iuris communis, vt ſtent Officiales ſyndicarui, ac reſpondere habeant infra quinquaginta dies omnibus de ipſis conquerentibus, ſubnectir, nec minus contra ipſos inquiſitiones iuxta ſolitum morem cum omni diligentia fieri mandamus. & ſic vult Conſtitutio, quod non obſtante ſyndicatu dando infra quinquaginta dies poſſit per inquiſitionem procedi iuxta ſolitum morem, quod demum apertiùs declarauit prędictum Capit.Reg.

Ex his apparet, quod non faciat ad caſum quæſtio poſita per Parid. de Put.
12 in tractat. ſyndicatus in verb. Officialis cap. 1. videlicet, an abſolutus in ſyndicatu poſſit iterum ad querelam alicuius conueniri in patria ſua, vbi tenuit non poſſe, ſequendo opinionem Bald. in d.§.proficiſci, & Alex. in addit. ad Barr. in l. 2. ff. ad l. iul. repet. contra Bart. & Salyc. nam loquitur Paris, quando per viã inquiſitionis, quæ fit ob Rempublicam offenſam, & ſecundò non procedit in terminis prædicti Capit.Reg. in quo ſpecificè dicitur, quod ſit reſeruata hæc actio Fiſco, qui per ſuas particulares perſonas, non autem per Syndicatores procedere faciat.

Ex quo etiam apparet, quod nihil cõmune habeant in hoc articulo iura, quæ mandant, vt ſemel accuſatus, ſeu inquiſi-
13 tus, condemnatus, vel abſolutus nõ poſſit iterum inquiri, vel accuſari, de quo in l. ſi cui §. iiſdem ff. de accuſ. in l. pen. §. fi. ff. naut. caup. ſtab. in cap. de his, de accuſ. Non enim merentur ad hoc allegari, ſi diuerſa eſt inquiſitio, & ſi habemus legẽ particularem Regni, & non eſt mirum
14 nam tractat hic Princeps de publica vtilitate, & hęc exceptio rei iudicatę inducta eſt per ius ciuile, quod Princeps idem ex cauſa poteſt tollere etiã ob priuatam vtilitatem, vt eſt diſpenſare cõtra rem iudicatam, quando cauſa iniuſtitiæ eſt euidens, & notoria: quia poteſt Princeps tollere ea, quæ ſunt iuris ciuilis; vt videmus tota die in Fiſco, qui non poteſt appellare, recurrit ad Principem, qui informatus de iuſtitia, admittit recurſum, & concedit appellationem: imò quando adeſt cauſa publicæ vtilitatis, poteſt tollere etiam ea, quæ ſunt acquiſita de iure gentium, cumulat deciſiones ad propoſitum Aym. in tract. de antiq. temp. in
15 princ. nu. 51. cum ſeq. licet Doct. in terminis prædictorum iurium plures dederint limitationes, & principaliter quãdo crimina fuerunt diſſimulata, Anziani, qui denuntiare debebant, tacuerunt, partes grauatæ, & offenſæ non comparuerunt: ita quod omnia fuerint colluſiuè tractata, & præuaricata, de quo latè per Clar. in q. 57. & latiſſimè per Farin. qui omnes cumulat in titu. de inquiſitione cap. 4. & communis eſt opinio, quod, quando ſententia abſolutoria fuit lata: quia crimina non ſunt probata, vt in dubio præſumitur, vel quia non fuerunt in iudiciũ deducta, & de his non diſceptatum: non autem quia innocens, tunc quomodocũque ſint verba ſententiæ, de generali cõſuetudine ſemper proceditur nouis ſuperuenientibus probationibus, vt latè per Farin. vbi ſupra, Docto. cumulantem, & de communi teſtantem, & ſic conclu-
16 ſio firmata per eundem Clar. in q. 55. vt elapſis quinquaginta diebus non poſſit Officialis ampliùs ſyndicari, quaſi ſit præſcripta actio ex iuris diſpoſitione, non obtinet, quando per viam inquiſitionis proceditur iuxta terminos Conſti. & Capit. Regni, per quæ iura reſeruatur vltra ſyndicatum, corã Succeſſore actio Regiæ Curiæ inquirendi per ſpeciales perſonas rationibus, de quibus ſupra.

Et licet Pragmatica incipiens, regiæ dignitati, loquens de ſyndicatu, & Syn-
17 dicatoribus, dicat, quod poſſint Syndicatores procedere etiam per inquiſitionem infra terminum per Conſtitutiones, & Capit. Reg. præfixum, non per hoc nõ poterit Princeps, quandocunque ſibi videbitur, præcedente infamia procedere ad inquiſitionem, cum Pragmatica prædicta loquatur tantũ in Syndicatoribus, non autem in terminis prædicti Capit.

item

item ſtatuimus, quando non Syndicatores; ſed Rex, cui in ſpetie reſeruatur per inquiſitionem procedere, & maximè ſi per Syndicatores non fuerit aliter per inquiſitionem proceſſum, licet potuiſſet: imò hæc Pragmatica declarat, & probat irrefragabiliter hanc opinionem: nam Pragmatica volens dare hanc iuriſdictionem ſyndicandi Syndicatoribus per Ciuitatem eligendis, quodq; etiam procedere poſſint per viam inquiſitionis, voluit inquàm expreſsè limitare hanc facultatem infra tempus aliàs à Conſtitutionibus, & Capitulis Regni præfixum ſucceſſoribus, qui ſyndicare tantum habebant per viam querelę, non autem inquiſitionis, quæ reſeruata erat Reg. Cur. quandocunque, & propterea oportuit, vt ſpecificè prouideretur, & tempus limitaretur ipſis Syndicatoribus, aliàs ſuperflua erat limitatio, & expreſſio: vnde cum Pragmatica loquatur reſpectu Syndicatorum eligendorum per Vniuerſitates, hoc non ſolùm nil commune habet cum inquiſitione, quæ fit ex ſuprema ſuperioris poteſtate; ſed ex particulari prouiſione in ipſis detegitur, contrariam eſſe iuris diſpoſitionem in alijs, & ſomniātur dicentes, per prædictam Pragmaticā eſſe correctam diſpoſitionē prædicti Capituli item ſtatuimus, poſtquam Pragmatica prædicta innouauit tantùm circa ſyndicatum dandum per Syndicatores eligendos ab Vniuerſitatibus, quod per Conſtitutionem, & Capit. Reg. ſtatutum erat fieri coràm Succeſſoribus in officio, & innouauit etiam, vt per Syndicatores poſſit etiam procedi per inquiſitionem; ſed quando illi non proceſſerunt per inquiſitionem, non eſt immutatum, quod per capitulum fuit ſtatutum; hinc ſæpè ſæpiùs Andr. dixit, quod non eſt immutatum expreſsè, ſtare non prohibetur, allegat iura particularia in l. præcipimus in fin. C. de appell. & in l. ſancimus C. de teſtam. cumq; Pragmatica infra tempus per Capit. Regn. ſtatutum taxatiuè præbeat facultatem Syndicatoribus ſyndicandi, & inquirendi, ita quod elapſo tēpore minimè nec ſyndicare, nec inquirere poſſunt, & prædictum capitulū reſpectu inquiſitionis faciendæ per Regiam Curiam reliquit indeterminatè ad arbitrium ipſius Curiæ, & non per tempus determinatum Syndicatoribus: ergo nihil commune habet pragmatica cum capitulo reſpectu inquiſitionis faciendæ ex Regis, ſeu Proregis mandato, eò magis: quia ſemper iuriſdictio intelligitur
18 conceſſa cumulatiuè, & non priuatiuè ad text. in l. fin. C. de iuriſd. omn. iud. in l. 1. vbi hoc not. Bart. C. de off. Præfect. Vrb. multa per Roman. ad propoſitum in conſ. 393. poſt Anchar. in conſ. 159. quæ in terminis prædictæ Pragmaticæ regiæ dignitati cumulauit Carauit. in
19 rit. 295. qui licet in caſu per eum propoſito, videlicet an ſucceſſor in officio debeat interuenire cum Syndicatoribus, prout poterat per Conſtit. Reg. & prædictum Capit. ante dictam pragmaticam, licet inquam teneat contrarium: tamen quò ad prædictam Pragmaticam Regiæ dignitati firmat opinionem, quod iuriſ-
20 dictio ſit cumulatiua; ſed demum per aliam Pragmaticam editam per inuictiſſimum Carolum V. in tit. de baron. quæ incipit, Volumus etiam, vt Barones, tenuit, quod reſpectu ſyndicatus Officialiū Baronum iuriſdictio ſit conceſſa priuatiuè, quæ vltima Pragmatica loquitur tātùm de ſyndicatu, non de inquiſitione, & rurſus de Syndicatu Officialium Ba-
21 ronum: benè fateor, & in hoc aduertatur, quod, ſi per Syndicatores proceſſum eſſet per viam inquiſitionis vigore poteſtatis à Rege conceſſæ, non poſſet poſteà iterum inquiri: quia eſſet iterum cognoſcere, quod iura vetant, vt in principio fuit dictum, niſi militarent pariter rationes ſupra adnotatæ, & propterea quan-
22 do nulla præceſſit inquiſitio, & contra Officiales adeſt mala fama; decidimus in Collaterali Conſilio in Auditoribus Prouinciæ ſecundum veram interpretationem iurium Capitulorum, & Pragmaticarum Regni, poſſe Illuſtriſsimum Proregem deputare Iudices ad inquirēdum, vt ſatisfiat iuſtitiæ, & reſarciantur damna, & offenſæ factæ Reipublicæ, ac particula-

cula-

cularibus non obſtante ſyndicatu dato per Officiales, & literis liberatorialibus obtentis. De quo cum in inquiſitione, & proceſſatione alterius Auditoris fuiſſet iterum dubitatum, determinauimus obſtare deciſionem, & declarationem, vt ſupra factam, & propterea pro lege ſeruandam in omnibus.

SVMMARIVM.

1 *Omiſsio ſollemnitatis requiſitæ infra certum tempus nō poteſt poſt tempus ſuppleri, quando res non eſt integra, & propterea actus reſoluitur.*

2 *Minor dicitur inhabilis, & incapax officij, maximè habentis adminiſtrationem.*

3 *Obreptio vitiat gratiam.*

4 *Poſſeſsionis incoloratæ, & intruſi in officio mentio fieri non debet in precibus Principis, ſeù Papæ porrigendis, quod declaratur nu 7.*

5 *Text. in cap. cum noſtris de conceſsione præben. limitatur in bonis corporalibus tantùm, ſecus verò in incorporalibus.*

6 *Feuda dantur in corporalia, vt ſunt conſiſtentia in iuriſdictionalibus, & ſimilibus.*

7 *Communis intellectus C. cauſæ noſtris de conceſſ. præb traditur, vt facienda ſit mentio in reſcripto, & in conceſsione poſſeſsionis, quę quomodocunque, & etiam de facto ab alio tenetur, etiā quod collatio ſit motu proprio.*

8 *Clauſula ex certa ſciētia non operatur in ijs, quæ ſūt facti, niſi Princeps diceret ſe informatum, dùm concedit, & demū ponatur clauſula ex certa ſcientia, & nu. 9.*

10 *Clauſula motu proprio operatur diſpenſationem defectus perſonæ, ſi cōcedens habuit plenam illius notitiam, & ſic etiam quando informatus concedit ex certa ſcientia, & nu. 11.*

12 *Princeps concedens officium minori ex certa ſcientia, intelligitur in dubio ſuſpendiſſe adminiſtrationem, ſeu exercitium officij vſque ad tempus maioris ætatis, & interim illud eſt adminiſtrandum per tutorem, vel curatorem.*

13 *Minor ſuccedit in dignitate cum adminiſtratione, quæ iure hæreditario defertur; ſed illa durante minori ætate exercetur per perſonas idoneas, & idem in collatione beneficij, quando eſt diſpenſatum cum minore.*

14 *Feudo conceſſo inhabili, cenſetur diſpenſatum, vt poſsit ſeruire per ſubſtitutum.*

15 *Licet iuramentum pro offiuio, aut feudo ſit præſtandum infra terminum præfixum: tamen in minore cenſetur diſpenſatum vſque ad maiorem ætatem.*

16 *In officijs tria conſiderantur, videlicet titulus acceptatio, & exercitium.*

17 *Titulus, & acceptatio operatur acquiſitionē officij irreuocabiliter.*

18 *Sollemnitas requiſita poſt actum in eſſe deductum dicitur ſollemnitas effectualis, non ſubſtantialis, nec formalis, quæ non habens tempus limitatum, & adimpleta ante oppoſitionem defectus illius, validat actum, quandocunque interponatur.*

19 De-

19 *Deciſio Alber. in l. adeò ff. pro ſoc. declaratur.*

20 *Quando cauſa vacationis non eſt vera, conceſſio eſt nulla.*

ARGVMENTVM.

Minores quomodò ſint capaces officiorum, quando cum eis cenſeatur diſpenſatum; in reſcripto, ſeu conceſſione an ſit facienda mentio poſſeſſionis alterius etiam de facto. Ad acquiſitionem officij an requiratur etiam exercitium. Officium an inter incorporalia annumeretur.

DECISIO XXVII.

IN facto non dubitatur, Don Didacum de Vargas Caſtellanum Sancti Cataldi obtinuiſſe facultatem à Sereniſs. Rege Philippo II. immor. memo. renũtiandi prædictam Caſtellaniam in D.Petrum de Vargas eius filium de anno 1586. cuius vigore fuit renuntiatio facta infra tempus anni in facultate præfixum: nec poteſt dubitari in facto, quin poſteà D.Didacus prædictus dederit poſſeſſionem prædicti officij D.Petro eius filio: verùm quia filius erat minor, & ſeruata forma facultatis à Rege conceſſæ ſtatutum erat, vt antequam regimini, & adminiſtrationi d. Caſtellaniæ ſe immiſceret, iuramentum præſtaret iuxta ſolitum de benè, & fideliter adminiſtrando, propterea ſtante minori ætate, & impoſſibilitate iurandi adminiſtrationi non ſe immiſcuit; ſed pater illam continuauit, qui deceſſit adhuc Don Petro eius filio in minori ætate exiſtente.

Fraus hic non poteſt conſiderari: quia renuntiatio facta fuit per actum publicũ Notario ſtipulante, & coram Regijs Auditoribus Prouinciæ Bari, vbi prædictus D.Didacus præſidebat tanquam Gubernator, & poſſeſſio pariter filio data non fuit in abſcondito; ſed publicè coram omnibus militibus, ac alijs perſonis in prædicta Caſtellania degentibus.

Mortuo D.Didaco patre D.Petrus filius illinc ad paucos menſes iam effectus maior. 14. annorum recurſum habuit ad Superiores, & offerendo præſtare debitum iuramentum ſeruata forma priuilegij Regiæ Maieſtatis, ac adimplere omnia adimplenda, petijt ſibi decerni adminiſtrationem prædicti officij, & per Regiam Cameram Summariæ fuit hoc cõmiſſum Perceptori Prouinciæ Hydrunti, corã quo prædicta omnia fuerunt adimpleta, fuit D.Petrus prædictus aſcriptus in officio Scribæ portionis inter Regios Caſtellanos cum ſalario ſolito, & poſitus fuit in adminiſtratione eiuſdem officij, & hęc ſunt in facto indubitara, quicquid dicatur ex aduerſo, quod poſſeſſio fuerit capta per Procuratorem, & pariter per eundem iuramentum datum, ſpetialiter tamen ad hoc conſtitutum. Sunt enim hæc ſomnia vigilantium, ſi vigore 1 prouiſionum Regiæ Cameræ hæc acta fuerunt, & demùm D.Petrus in reali adminiſtratione eſt poſitus, & vti Regius Caſtellanus aſcriptus cum ſolito ſalario in Regio officio Scribę portionis, cui pro tempore, quo adminiſtrauit, ſalarium debitum fuit ſolutum, vt ſic de reali, & titulata poſſeſſione, ſeu quaſi, non ſolùm colorata, & authore Prætore non ſit dubitandum.

Poſt hæc D.Petrus Villela de Aldana in anno 1593. impetrauit à S.Maieſtate idem officium Caſtellaniæ tanquam vacãs per mortem d.D.Didaci de Vargas, qui obijt in anno 1591. die 15. Decẽbr. & poſſeſſio adminiſtrationis capta à D. Petro de Vargas filio fuit ſub die 7. Apr. 2 1592. & ſic conceſſio prædicta D. Petri Villela de Aldana eſt facta poſt 10. mẽſes captæ poſſeſſionis à D.Petro de Vargas vigore renuntiationis eidem à patre factæ.

D.Petrus de Aldana vigore prædictæ conceſſionis eidem factæ petijt immitti in poſſeſſionem, & eijci D.Petrũ de Vargas, & tãdem in anno 1596. ſic obtinuit à Reg.Cam. à quo decreto fuit reclamatum, & cauſa eſt hodiè decidenda per Regiam Cameram coram Illuſtriſſimo

Protege in Collaterali Conſilio.

Prętēdit Aldana, quod renuntiatio, & tranſlatio officij debebat fieri infra annum, quæ cum realiter facta non fuerit: quia iuramentum non fuit præſtitum, & verè, & realiter D. Didacus pater ſemper remanſit in poſſeſsione vſq; ad mortem, & vti Caſtellanus ſemper ſalarium exegit ab anno 1586. à quo tempore impetrauit priuilegium renūtiationis vſque ad annum 1591. quo tempore obijt, propterea cum renuntiatio non habuerit effectum, nec forma illius fuerit adimpleta, meritò per mortem D. Didaci vacauit Caſtellania, & ſic legitimè potuit concedi per mortem ipſius prædicto D. Didaco de Aldana, nec opus erat facere mentionem de renuntiatione facta in filium, poſtquam illa remanſit imperfecta,
1 & non habuit effectum: habet enim renuntiatio tempus anni præfixum, erat ſolemnitas iuramenti ſubſtantialis intrantum, quod Rex vetat exercitium, & adminiſtrationem: ergo ex omiſſione illius, & ex non adimplemento in tempore actus renuntiationis remanet reſolutus, nec adimplementum poſt mortem patris eſt in tempore: quia res non integra, & officium deuolutum ad Regem ad tex. & notata per gl. & Scrib. in l. vniuerſa C. de prec. Imp. off. Rom. in conſ. 203. latè Fely. in cap. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt.

Dicit inſuper fuiſſe obreptum Regi, dùm fuit ſupplicatum pro renuntiatione, aſſerendo D. Petrum filium idoneum, & habilem ad exercitium officij prædicti,
2 qui dùm erat minor decennio, erat prorſus inhabilis, & incapax ex reg. text. in l. fœminæ §. item impubes de reg. iur. & maxime in officio cum adminiſtratione ſecundum communem Doct. opinionem, & diſtinctionem, vt latiùs per Dec. & Cagn. in d. §. item impubes, vt ſic ſtante
3 obreptione deficiat penitùs facultas renuntiandi ad text. in cap. ſuper literis de reſcript. cum vulg. & meritò iuſtè fuit dictum vacare officium per mortem Didaci patris D. Petri, & validè conceſſum D. Petro de Aldana, qui D. Petrus cum aperto iure titulo careat ex ſui incapa-
4 citate, ſequitur, quòd poſſeſsio ſit omninò incolorara, & dicetur intruſus in officio, quo caſu non debebat in conceſsione facta D. Petro de Aldana fieri mentio talis poſſeſſionis iuxta cõem ſententiam Canoniſtarum in cap. cum noſtris, de conceſſ. præb. ad limitationem illius text. quę latè proſequitur Fely. in cap. in
5 noſtra de reſcript. nu. 32. cum ſeq. Cuius capit. diſpoſitio limitatur etiam in bonis corporalibus tãtùm procedere; ſecus verò in incorporalibus, vt per Io. And. ibid. & per priùs Inno. verſ. iſta autem decretalis, Fely. vbi ſup. verſ. quartò noto, ſicut
6 dicimus, quòd dentur feuda incorporalia conſiſtentia in iuriſdictionalibus, & ſimilibus, vt per Aluar. in prælud. feud. in vlt. diuiſ. & per Iaſ. in diuiſ. 24. in iiſdem prælud. & huiuſmodi erit hæc Caſtellania conſiſtens in mera, & abſoluta iuriſdictione, & cuſtodia dicti Caſtri.

Ex aduerſo prætendit D. Petrus de Vargas omninò debere poni in priſtinam poſſeſſionem Caſtri prædicti, ac condemnari debere D. Pettum de Aldana ad illius reſtitutionem, & præſupponit primò minimè tractari de iure incorporali, cum habeat hoc officium annexam poſſeſſionem Caſtri, cuius cuſtodia commendatur, ſicut dicimus in Canonicatibus, & alijs beneficijs annexas poſſeſſiones habentibus, & conſequenter eſſe in puris terminis diſpoſitionis cap. cũ
7 noſtris, de conceſſ. præb. quod ſecundum communem intellectum diſponit eſſe faciendam mentionem in reſcripto, & conceſſione de poſſeſsione etiam de facto, quæ ab alio occupatur, aliàs reſcriptum tanquam ſubreptitium eſſe nullum, etiã quòd collatio ſit motu proprio: quia nõ præſumitur, concedentē voluiſſe priuare quem ex abrupto ſua poſſeſsione, vt per Butr. & Imo. in d. c. cũ noſtris, & idē Abb. ibid. nu. 18. & ſeq. latiùs Fely. vbi ſup. nu. 35. verſ. vndecimò nota; ceſſat. n. gratia ex defectu voluntatis, & intẽtionis, maximè quando eſt poſſeſsio capta authore pretore, & non per dies; ſed continuata quaſi per annum pacificè, & quietè, & tan-

tanquam iuſtus, & coloratus poſſeſſor ſic tentus, & reputatus, & vt talis deſcriptus in libris regijs, & vt tali ſalarium ſolutum, quo caſu omnes Doctor. concludunt reſcriptum ſubreptitium, quando de colorata poſſeſſione alterius etiam de facto mentio facta non fuerit,
8 nec clauſula ex certa ſcientia iuuat, cum nihil operetur in his, quæ ſunt facti, & hæc eſt communis: quia non præſumitur eorum Principē habere notitiam, elegan ter Bald. in l.fin. C. ſent.reſc. non poſſ. quem allegat, & ſequitur Alex.in conſ. 125.in fin. 2.volum. Affli.ct.in Conſtitut. Reg.dignum, cum alijs latiſſimè congeſtis per Ant.Gabriel in tract. com.opin. 2.vol.in rubr.de clauſ.concl. 1.

Nec facit ad caſum prætenſa inualiditas tituli ipſius Don Petri de Vargas, cum hoc non poſſit cauſare validitatem conceſſionis Don Petri de Aldana, ex qua vult fundare actionem cōtra D. Petrum de Vargas: quia ſi ex defectu taciturnitatis poſſeſſionis ipſius D. Petri de Vargas eſt ſubreptitia conceſſio D.Petri de Aldana, taliter quod per diſpoſitionē text.d.cap.cum noſtris penitus nulla, & inualida declaratur, hoc ſufficit D.Petro de Vargas poſſeſſori contra D.Petrum de Aldana actorem tractando cauſam hanc reclamationis ſecundū primos terminos ipſius inſtitutionis, ſcilicet cauſæ principalis: vincet. n. iſte de Vargas eo iure, quo poſſeſſores vincere ſolent, allegando carentiam, & incompetentiam actionis contra ſuum aduerſarium.

Sed fortiùs vrget, & præſupponit Vargas habere titulum vndique validum, & non ſolùm Caſtellaniam prędictam non vacaſſe de facto per mortem patris; ſed nec etiam de iure ſtante validitate renuntiationis, quod fundatur validè in facto, & in iure.

Eſt verùm, quod Dō Didacus Vargas pater impetrauit à Rege facultatem renuntiandi in D.Petrum filium aptū, idoneum, & habilem ad eam exercendam, & Rex dum facit gratiam, dicit, ꝙ attentis ſeruitijs prædicti D.Didaci, ac de fide, ſufficientia, ac idoneitate d. D.Petri de Vargas ſatis edoctus, de certa ſcientia motu proprio deliberato, & conſulto ex gratia ſpeciali, maturaq; Sac. noſtri ſupremi Conſ.accedente deliberatione facultatem renuntiandi concedimus infra annum: qua renunciatione facta ex nūc pro tunc ex ead. certa ſcientia prædictū D.Petrum de Vargas nominamus, cōſtituimus Caſtellanum &c. verùm antequā regimini, & adminiſtrationi d. Caſtellaniæ ſe immiſceat, debeat iurare, &c.

Ex verbis iſtius priuilegij non eſt dubium, eſſe diſpenſatū minori ætati, ſiquidem dixit Rex, ꝙ ſatis informatus de ſufficientia, & idoneitate d.D.Petri concedit ex certa ſcientia, & motu proprio, ex gratia ſpeciali, cōſultò, maturaq; Sac.ſupremi Conſ.deliberatione, quo caſu, qn̄
9 Princeps concedit, dicit ſe informatum, & demum ponit clauſulā, ex certa ſcientia, operatur etiam in his, quę ſunt de facto: quia ceſſat pręſumptio ignorantię, vt per Alex.cōſ.123. 4.vol.cum alijs latiùs congeſtis per Ant.Gabr.vbi ſup.& clauſulæ motu proprio, & ex certa ſcientia operantur, ꝙ Princeps dicatur prouidere tanquam plenè informatus, vt per Barb. conſ.13. vol.3.verſ.nec obſtat, ꝙ vltimo loco, qui allegat Butr. in d.cap.cum noſtris, & licet clauſula motu proprio non
10 comprehendat defectus perſonæ prouiſæ: tamen ſi concedens habuit plenam notitiam, tunc cenſetur diſpenſaſſe Bald. in l.fin.C.de crim.fact il.cum alijs cumulatis per Ant.Gabr.loco allegato, & ſē-
11 per ꝙ Princeps concedit informatus ex certa ſcientia, intelligitur diſpenſare incapacitati, congerit deciſiones Alex.in l.quidam conſulebant nu.6. cum ſeq. ff.
12 de re iud. Sicut dicūt Doct.in terminis text.in l.fin.C.de teſta.mil. vbi pupillus habuit officium tribuni militū, quod eſt officium cum adminiſtratione: valet.n. collatio facta minori; ſed adminiſtratio, ſeu exercitium ſuſpenditur, & confertur in tempus maioris ætatis, & interim per tutorem, ſeu curatorem, vel aliam perſonam à Rege eligendam officium adminiſtratur ſecundum Gemin. & Franc. in cap.ſi eo tempore de reſcript. in ſexto,

Cagnol.in d.l.fœminæ §. item impubes, ff.de reg.iur.alleg.communiter text.in cap.ex eo,vbi eſt caſus,de elect.in ſexto, & ibi Scrib.ſicut dicimus in dignitate cum adminiſtratione,quæ iure hęreditario pupillo competit:nam interim exerceatur per idoneas pſonas,& non per hoc dicetur,pupillum non habere officium. Ang.in l.cum prætor §.pen. ff. de iudic. Dec.poſt Alex.in d.l.fin.de teſta.mil. ad idem text.in c.2.extra de æt.& qual.dū diſpenſatiuè fit collatio beneficij in minorem,determinatur,ꝙ vſquequò perueneritad perfectam ætatem,committitur adminiſtratio perſonæ idoneæ, vbi gl.& Scrib.cōiter, ita quod tenet collatio, & nō eſt inconueniens,ꝙ adminiſtratio fiat per alium, vbi Inn.allegat text.in l.ſpurij §.minores ff.de decur.in quo dicitur, ꝙ poſſit minor fieri Decurio;ſed non dabit vocem,vnde non eſt inconueniens ſuſpendi exercitium, & dari validum titulum,& ibi Abb.poſt Butr.in 4.notab.dicit,quod vbi diſpēſatiuè inhabilibus Eccleſiæ conceduntur,debent dari Vicarij, & adminiſtratores vſque ad ætatem legitimam , & ſatis operatur diſpenſatio quò ad validitatem tituli ibi nu.10.verſ. nota iſtam gloſ.& Anch.notat,ꝙ ſemper adminiſtratio cenſeatur dilatata vſq; ad pubertatem,& interim per alium debeat adminiſtrare,& Andr.de Iſer.facit regu-

14 lam in minore,& in omnibus alijs inhabilibus ad ſeruiendum,vt conceſſo feudo intelligatur diſpenſatum,vt poſſit ſeruire per ſubſtitutū,in c.1.in fi. de benef.fęm. in cap. qui clericus in fin. & in c.ſi quis deceſſerit, ſi de feud.fuer.contr. allegatur communiter text. in l.quiſquis, & in l.ad ſimilitudinem C. de Epiſc.& cler.

Ex his patet, qđ minimè obſtat defectus minoris ętatis: qa Rex informatus, & ex certa ſcientia concedit,&intelligitur diſpenſaſſe,& non ex eo,ꝙ non habet exercitium,& adminiſtrationem,non dicitur habuiſſe officium ex prææallegatis: quia cenſetur ēr Regem diſpēſaſſe,& intellexiſſe,vt interim per aliam perſonam idoneam exerceat, & non ex eo, ꝙ iura-

15 mentum non præſtitit,ppeà officium nō acquiſiuit,& intelligitur minor habilitatus vſque ad tempus ætatis perfectæ , vt cōiter per Scrib.in l.fi. C.de teſt.mil.loquentes in minore tribuno militum,ſicut dicimus in feudo conceſſo minori : nam licet aliàs feudatarius, ſi non iuret infra annum,priuetur feudo ad text.in §.præterea ſi quis infeudarus,de prohib.feud. alie.per Frid. tamen in minore dilatatur iuramentum vſquequò fuerit pubes ad text.in cap.ſi minori, ſi de feu.def.mil.

Hæc oīa irrefraganter probantur per eandem facultatem conceſſam renuntiādi:nam dicit,ꝙ informatus, & ex certa ſcientia concedit prædictam facultatem renuntiandi infra annū,qua renuntiatione facta dicit,nominamus,conſtituimus, & deputamus Caſtellanum,& demū dicit: verùm antequā regimini,& adminiſtrationi ſe immiſceat,debet iurare;& ſic apparet, ꝙ per ſolam renuntiationem,& tranſlationem officij dicat Rex,ꝙ cēſeatur factus Caſtellanus ante regimen , & adminiſtrationē illius,& ad hanc renuntiationem,& tranſlationem faciendā apponit tps anni: Regimen verò, & adminiſtratio,vult,ꝙ non detur,niſi priùs pręſtet iuramentum,& hoc non habet tēpus præfixum:quia informatus Rex de minori ętate voluit ſuſpendere adminiſtratio-

16 nē tantùm.Quæ omnia ſunt iuri conformia , cum tria conſiderentur in officijs iuxt.text.in l.publius,vbi Bart.Soccin.& alij,de cond.& demon.videlicet titulus, acceptatio, & exercitium, & ex duobus

17 primis,videlicet ex titulo,&acceptatione videtur quis acquiſiuiſſe officiū inreuocabiliter,vt notat ibi Bar.& Socc.eleganter Boer.in deciſ.149.quā in proprio caſu allegat,&ſequitur Bolog.in conſ.3. & hic adeſt titulus,acceptatio,& ingreſſus; ſed exercitium tm̄ defuit ſtante minori ætate,ꝙ Rex non requiſiuit ad finē acquirēdi officium:imò dicit,ꝙ officium cenſeatur tranſlatum ſtatim facta renuntiatione:verùm poſteà exercitium ſuſpēdatur , donec iurauerit , conſiderando, quod poterat interim benè exerceri per eundem patrem renuntiantem.

Si ergo datur valida acquiſitio officij tàm

tàm ex iuris diſpoſitione, quàm ex expreſſis verbis priuilegij,'non obſtante, quod non detur officij exercitium, nec fuerit præſtitum iuramentum,& lex propter minorem ętatem differt illud vſque ad pubertatem; & inſuper lex intelligit, quod interim officium poſſit per alium exerceri, vt hic Pater exercuit. Igitur quomodo poteſt de validitate renuntiationis dubitari, & quomodo poteſt dici officium vacaſſe per mortem Don Didaci,ſi validè erat renuntiatum,& tranſlatum in Don Petrum filium,ob quod ceſſant termini defectus ſolemnitatis ſubſtantialis, ſeu formalis, vel ſaltem effectualis in tempore non adimpletæ, ſi tēpus non adeſt ad præſtationem iuramēti, ſi lex dilatat illud ad ætatem perfectam, ſi idem Rex dicit,& ſtatuit, quod intelligatur effectus Caſtellanus ſtatim facta renuntiatione ante iuramentum pręſtitum,& ſi interim lex admittit ſubſtitutum,& ita eſt conſuetudinis vniuer-
18 ſalis: cumq; hæc præſtatio iuramenti ſit ſolemnitas requiſita poſt actum in eſſe deductum, dicitur ſolemnitas, non ſubſtantialis, nec formalis; ſed effectualis, quæ cum non habeat tempus limitatum & ante oppoſitionem ſit adimpleta,propterea vanum eſt vndique tractare de nullitate renuntiationis ob defectum iuramenti Ang.in conſ.36. & gl. & Doctor.in d.l.vniuerſa, & Felyn.in d.c.quo-
19 niam frequenter, nec deciſ. Alber.in l. adeò ff.pro ſocio,& deciſ.Delph. Franc. Marc.626. faciunt ad cauſam: nam loquuntur in terminis illius text. qui ponit caſum ſpecialem, & permittentem contra regulam, vt in Societate publicorum vectigalium detur ſucceſſio in hæredes cum conditione,quod ſint idonei,& habiles,& propterea iuſtè nec pupilli,nec fœminæ ſuccedunt; ſed extra illum caſum communis eſt Doctor. opinio, quod officium, iuriſdictio,& dignitas quò ad adminiſtrationem, quando eſt hæreditaria,tranſeat ad fœminas, & minores, exercenda tamen per idoneas perſonas ad contentum Superioris, maximè quando viget conſuetudo, vt quotidiè practicamus in officijs hęreditarijs, & exemplum eſt recens in Caſtellano Caſtri noui,qui reliquit filium minorem, & fuit interim deputatus in adminiſtratione Don Garzia de Toledo,idem vidimus in Caſtellano Bari,& ſic indiſtinctè in cæteris officijs,vt per Dec.& Cagnol. in d.§.item impubes.

Ex quibus cum ſit demonſtratum carere renuntiationem omnis fraudis ſuſpitione, ipſamq; factam infra tempus à Rege præſtitum, & de hoc ſolum contētum remanſiſſe Regem ad finem faciendi filium Caſtellanum,& dilataſſe demū exercitium, & adminiſtrationem vſquequò iuramentum præſtitiſſet,& hoc cum myſterio:quia minor, & ex hoc tacite permiſit,'vt idem pater poſſet continuare adminiſtrationem,cum nullum ex hoc ſequi poterat inconueniens, & ſtatim mortuo patre filius authore Prętore in
20 adminiſtrationem introiuit:ergo cùm officium non vacauerit, nec de iure, nec de facto poſt mortem Didaci, ſequitur nullitas conceſſionis factæ in prædictum de Aldana ex reg.text.in cap.ſuſceptum de reſcript. in ſexto in cap. quamuis,de præben.in 6.in cap. moribus, ſi de feud. defun. milit.contr.fuerit, cum alijs concordantibus.

Ex his fuit iudicatum in Collaterali Conſilio benè reclamatum,& propterea Caſtellaniam prædictam reſtituendam prædicto Don Petro de Vargas.

SVMMARIVM.

1 *Officia ad inſtar beneficiorum non poſſunt renuntiari,ſeu reſignari, niſi in manu Superioris: quia de eorum natura non datur commercium ipſorum.*

2 *Locatio officij reſoluitur per renuntiationem factam in manus Regis.*

3 *In materia beneficiali, ſicut reſoluitur locatio per mortem Prælati, ita per renuntiationem, ſeu reſignatio-*

 gnatio-

gnationem in manus Superioris, & ibi ratio.

4 *Refutatio feudi in manus Domini operatur pignoris extinctionem: quia inerat hæc facultas à principio infeudationis.*

5 *Validum eſt argumentum de feudo ad officium, & de beneficio ad officium.*

6 *Feudum dicitur beneficium.*

7 *Strictius proceditur in officijs, quàm in feudis, & officij non datur dominium; ſed omne remanet penes Regem; ſed tantum transfertur quidam titulus ad finem vtendi, & exercendi.*

8 *Officia, ſeu feuda, quæ non transferuntur in Regem per viam refutationis, aut alio modo, importãte reſolutionem conceſsionis vigore primæ conceſsionis; ſed ex nouo contractu, putà donationis, venditionis, aut ſimilium, tunc contractus intermedij, & onera impoſita minimè reſoluuntur.*

9 *Officium intelligitur conceſſum cum ſua propria natura, quæ non alteratur, niſi in expreſsis.*

10 *Hæredes locatoris maioratus ad nibilum tenentur conductori, quando per mortem poſſeſſoris maioratus locatio irritatur.*

11 *Reſignatio pura, & libera in manus Domini, vt Domino acquiratur importat reſolutionem locationis antecedentis; ſed quando fit illa in beneficium alterius, tũc minimè, & ſic intelliguntur allegata ſupra.*

12 *Prælatio, quæ Domino datur in venditione feudi, quæ fit per Vaſſallum procedit, quando vult pro ſe, non autem ad alterius beneficium, vel vtilitatem.*

13 *Quando actus ordinatur ad tollendam alterius obligationem ex voluntate debitoris, non debet attendi.*

14 *Refutatio feudi, quæ non fit omninò, non alterat ipſius naturam.*

15 *Data poteſtate reſignandi officium non comprebenduntur reſignationes qualificatæ in fauorem certæ perſonæ.*

16 *Titulus verus attenditur contractus, non autem ipſius denominatio.*

17 *Conductor quando vti frui non poteſt re locata, habet actionem contra locatorem ad intereſſe.*

18 *Non dicitur quis aliquem fraudare, quando vtitur iure ſuo, licet ſecundariò alter lædatur.*

19 *Attendi debet id, quod principaliter fit, & non quod in conſequentiam venit.*

20 *Quæ fiunt palàm, & bona fide, dicuntur remota ab omni fraude.*

21 *Text. in cap. 1. de Vaſſall decrep. æt. & in cap. 1. de eo, qui fin. fec. agn. declarantur.*

22 *In feudis attenditur rigor, & intereſſe voluntatis.*

23 *In feudis non procedit regula, plus valere, quod agitur, ſeũ ſi non valet, vt ago.*

24 *Locatio ad longum tempus importat alienationem, per quam conſtituitur ius in re.*

25 *Locatio ad longum tempus includitur ſub probibitione alienationis rei.*

26 *Res*

26 *Res eccleſiaſtica non poteſt locari ad longum tempus ea ratione: quia huiuſmodi locatio importat alienationem.*

27 *Res feudalis non poteſt locari ad lõgum tempus ex eadem ratione: quia importat alienationem.*

28 *Officia tanquam de regalibus non poſſunt alienari ſine Regis aſſenſu.*

29 *Conſtit. Reg conſtit. diu. mem. habet locum in officijs.*

30 *Prohibitio eadem eſt alienationis officij, quæ eſt alienationis rei feudalis, quòd habet locum in omnibus regalibus etiam quod teneantur in allodium.*

31 *Conſtit. Regn. incip. ſcire volumus declaratur, & ponderatur, & nu. 44.*

32 *Negatiua, quæ præcedit verbum poteſt, importat denegationem potentiæ.*

33 *Actus ex defectu poteſtatis eſt ipſo iure nullus.*

34 *Verbum nullo modo importat idem quod ipſo iure.*

35 *Prohibitio actus ratione publici boni taliter annullat, vt ipſemet actum gerens poſſit reuocare, in quo procedunt termini text. in l. quemadmodum C. de agric. & cenſ lib. 11.*

36 *Actum probibitum in fauorẽ reuocare volentis poteſt ipſemet reuocare.*

37 *Actus peccans in defectu poteſtatis poteſt reuocari.*

38 *Omne factum contra legem poteſt quis reuocare; & contra factum ſuum poteſt quis venire.*

39 *Quando quid eſt ipſo iure nullum, regula eſt, vt idem faciens poſſit reuocare.*

40 *Ratio quare eſt expreſſum in Conſtit. conſtit. diu. mem. quod ijdem contrahentes poſſint reuocare alienationem nulliter factam rei feudalis ſine legitimo aſſenſu.*

41 *De iure communi feudorum ex alienatione ſine aſſenſu ſtatim feudum erat amiſſum, & non dabatur pœnitẽtia etiam re integra, nec deſeruiebat reuocatio.*

42 *Pactum in locatione factum ad lõgum tempus, quòd non transferatur dominium, nec ius aliquod in re conſtituatur, limitat regulam, quòd non poſſit illa fieri: quia ex ea transfertur dominium, & ſic importat alienationem.*

43 *Prohibita locatione vltra trienniũ, nec poteſt fieri, vt finito vno triẽnio, ex nunc intelligatur facta pro alio triennio.*

44 *Verbum tenet quid importet.*

45 *Induſtria perſonæ quãdo videatur electa, quod indubitatum eſt in officijs.*

46 *Quando eſt commiſſum nudum miniſterium, non datur poteſtas ſubſtituendi.*

47 *Ratio quare in officijs eſt electa induſtria perſonæ.*

48 *Poſtas nullus poteſt concedere, niſi is, cui ſpetialiter à Rege hoc eſt commiſſum.*

49 *Singularis ſucceſſor non tenetur ſtare colono.*

50 *Prohibita alienatione, erit etiã probibita hypotheca, quando per legem eſt facta probibitio, maximè*

quan-

quando ſumus in fauorabilibus.

51 *Probibito vno, cenſetur probibitum omne id, per quod peruenitur ad illud.*

52 *Probibita alienatione rei minoris, vel Eccleſiæ, cenſetur etiam probibita hypotheca.*

53 *Fiſcus à pari procedit cum Eccleſia.*

54 *Probibitio alienationis facta in fauorem alicuius comprebendit etiam bypotbecam.*

55 *Conſtit. Regn. ſcire volumus babet locum etiam in bypotbeca.*

56 *Officia non tranſitoria ad bæredes, & non conceſſa cum poteſtate vendendi, nullo pacto poſſunt obligari abſque aſſenſu de iure cõmuni.*

57 *Text. in §. optimum in autbent. de exbib. reis declaratur, & ſic pariter text. in l. fin. C de pign. ibiq. latè regula prædictorum iurium exaratur, diſtinguendo militias, & officia.*

58 *Text. in l. omnimodò, §. imputari, C. de inof. teſt. declaratur latè.*

59 *Text. in l. apud iulianum, §. conſtat de leg. 1. declaratur.*

60 *Doctrina Bart. in l. ſi is, qui §. fin. ff. de pig. declaratur.*

61 *Empbyteuſis conceſſa cum facultate alienandi intelligitur cum aſſenſu Domini, & ibi quid in feudo.*

62 *Doctrina Ardizonis in tit. vtrum etiam pignor. oblig. in feudo probibeatur, declaratur, & ſic pariter doctrina Camerarij in cap. imperialem fol. 12.*

63 *Practica ſolita denegationis aſſenſus ſuper obligatione officiorum, & deciſiones aliàs factæ contra creditores prætendentes babere officia obligata etiam quòd carerent aſſenſu.*

ARGVMENTVM.

Reſignatio officij in manus Regis, ſiue libera, ſiuè ad fauorem alterius reſoluat ne præcedentes locationes, & hypothecas à reſignante contractas. Locatio ad longum tempus quando dicatur alienatio. Officium abſque aſſenſu an poſſit hypothecæ ſupponi. De militijs, earumq; obligatione plura l. vlt. C. de pig. intellectus examinatur.

DECISIO XXVIII.

DON Ioannes de Thaſſis Curſor maior in omnibus Regnis Catholicæ, & Regiæ Maieſtatis locauit, ſeu arrendauit officium Curſoris maioris in Regno Neapolitano Io. Baptiſtæ Zapat ſtipulanti pro ſe, & hæredibus pro tempore annorum 15. promiſit non alienare interim, etiam cum ſpetiali obligatione eiuſdem officij.

Deceſſit Io. Baptiſta conductor relicta filia hærede, & tandem poſt multos annos pendente tempore locationis prædictæ præfatus Don Ioannes officium reſignauit in manus Regię Maieſtatis, à qua fuit conceſſum Marco Antonio Iudici Ianuenſi ex conuentione per prius habita cum D. Io. qui eidem Marco Antonio verè officium vendiderat pro pretio ducat. 135. mille.

Prædictus Marcus Antonius præſentato Regis priuilegio perijt relaxationẽ officij, & immitti in poſſeſſionem non obſtante locatione prædicta, quæ caruit aſſenſu, & quia ſtante reſignatione facta in manu Regis omnia ſunt reſoluta, addens inhabilitatem ſucceſſoris, quæ eſt fœmina, ob quod omni iure prætendit officij relaxationem.

Ex aduerſo inſtatur in locatione non obſtãtibus prætenſis: nam reſignatio fuit volun-

voluntaria mediante noua conuentione
in beneficium tertij, & in fraudem loca-
tionis prædictæ, quæ non potuit reſolue-
re antecedentem locationem, & locatio
licet ad longum tempus non importat
alienationem, nec conſtitutionem iuris
in re ſtante pacto de non alienando etiã
cum ſpeciali hypotheca, quæ non indi-
get aſſenſu ſaltem durante vita locato-
ris, etiam quia hypotheca non fuit ad fi-
nem alienandi, & diſtrahendi, & reſpectu
inhabilitatis perſonæ prætenditur, con-
trariam opinionem eſſe veriorem, & ita
practicatum, maximè dum non tractatur
de titulo officij, ſed de ſimplici locatio-
ne, ac perceptione fructuum, quæ finito
tempore locationis extinguitur.

Compilato proceſſu, & cauſa redacta
in limine expeditionis fuit ordinatum,
eam expediri debere per Reg. Cam. Sũ-
mariæ in Collaterali Conſilio coram il-
luſtriſſimo Prorege.

Non dubitatur, officia ad inſtar bene-
ficiorum non poſſe renuntiari, ſeu reſi-
1 gnari, niſi in manus Superioris cum de
eorum natura non detur illorum com-
mercium, allegatur cõmuniter text. iun-
cta gloſ. in l. legatus ff. de off. Præſ. Bald.
in l. falſus C. de furt. nu. 29. Bart. in l. 1.
C. de bon. per. ſubl. lib. 10. Rebuff. in
pract. benef. in tit. de reſignatione expreſ
ſa, pura, & conditionali in fine, ſicut in
beneficijs Eccleſiaſticis in cap. quid in
dubijs, vbi gloſ. & Doct. extra de renunt.
quod cum ita hic practicatum fuerit,
præſupponitur ex iuris diſpoſitione ſtan-
te renuntiatione, ſeu reſignatione officij
2 in manus Regis facta, quòd propterea
locatio per prius facta remaneat reſolu-
ta, & extincta iuxta tradita per gloſ. in
cap. fin. ne Præl. vic. ſuas, vbi communi-
3 ter Scrib. & quod dicimus de reſolutio-
ne, ſeu annullatione per mortem Præla-
ti, ita dicimus per reſignationem, ſeu re-
nuntiationem, allegatur communiter cõ-
ſilium Paul. de Caſtr. 4. 1. vol. num. 4. &
de communi teſtatur Couar. var. reſolu.
cap. 15. verſus finem lib. 2. multa bona
ponit idem ſequens, & cumulans deci-
ſiones Io. Vinc. de Ann. in conſ. 92. vol. 2.

& ratio eſt in promptu: quia ſicut de
natura beneficiorum eſt reſignatio, ita
etiam in officijs, quod cum importet re-
ſolutionem, & extinctionem iuris poſſeſ-
ſoris orti à principio conceſſionis, meri-
tò ex cauſa antecedente locationem, ac
etiam pignus, ſi medio tempore fuerit
validè contractum, veniunt omnia extin-
guenda, & vltra regulam ſumptam ex
text. in l. lex vectigali ff. de pign. in cap.
4 1. §. rurſus de contr. inueſt. Eſt caſus in
cap. 1. §. rurſus, quib. mod. feud. amitt. el
1. vbi facta renuntiatione feudi à vaſ-
ſallo Domino, dicit text. extingui pi-
gnus medio tempore contractum, & ra-
tionem reddit ibi Bald. quia inerat hæc
facultas refutandi Domino à principio
infeudationis ex natura rei, quæ præue-
nit cauſam pignoris, & ſcire debebat qui
cum feudatario contraxit ex reg. text. in
Cap. 1. de vaſſ. qui cont. Conſtit. Lothar.
eandemq; rationẽ poſuerunt Aluar. Præ-
poſ. & alij; & ſicut quando feudatarius
pignorauit, intelligitur cum ſua cauſa, &
qualitate reſolubili, ſi Domino feudum
non refutauerit, ita pariter in beneficijs,
& officijs, & validum eſt argumentum
de feudo ad officium, & de beneficio ad
5 officium Boer. deciſ. 350. num. 4. Frecc.
lib. 2. q. 51. & 56. latè Lup. in cap. per
veſtras in introductione rubr. nu. 6. de
donat. inter vir. & vxor. & feuda dicun-
6 tur beneficia dicit Andr. in cap. 1. §.
fin. de feud. Marchiæ, vbi iura cumulat,
& validum eſt argumentum de benefi-
cijs ad officia: imò ſtrictius proceditur
in officijs, quàm in feudis: quia magis
videntur hærere oſſibus Principum, cum
illorum non tranſeat dominium; ſed tan-
7 tum quidam titulus ad finem vtendi,
adminiſtrandi, & exercendi Capyc. in
deciſ. 121. nu. 5. & verb. & in officijs do-
minium omne remanet penes Regem,
notabiliter Iſer. in cap. 1. de feud. March.
Franc. de Amic. poſt alios per eum cu-
mulatos in reper. cap. 1. de his, qui feud.
dar. poſſ. in cap. incip. natura officij cart.
mihi 62. à terg. & ante car. 61. ſicut di-
cimus in beneficijs, vt per Capyc. in
d. deciſ. 121. & per prius in deciſ. 77. quę

latè

latè declarat Tiraq.de retract.lign. glo. 1.§.34.num.10. & idem in gloſ.14.§.1. nu.110. loquens propriè in renuntiatione,quam cum capiat Dominus, vti Dominus ; & ita in illum fiat ex natura innata ab origine creationis officij,beneficij,& feudi, non ex nouo contractu, aut
8 noua conuentione: propterea omnia intermedia reſoluuntur, ſecùs verò eſſet,ſi ex nouo contractu,puta donationis,venditionis,vel alio modo officium,ſeu feudum transferretur,tunc reputabitur Dominus loco priuati, & contractus intermedij facti non reſoluuntur in præiudicium contrahentium, & ſic loquuntur Io.Rayn.in ſuo comprehenſ.feud.in cap. imperialem §.habito nu.32. ver.quæro, an vaſſallus poſſit imponere, Iacob.de feud.in ver. ita etiam nu.10. Curt.in 4. par.nu.105. Boer.in deciſ.181.Cacher. in deciſ.156. poſt Guid.Pap. deciſ.575. & Bald.in conſ.371. 1.vol.incip.Maſiolus inueſtiuit,qui loquitur in emphyteuſi,diſputat articulum ad partes, & nihil firmat; ſed in fine dicit,iſtam opinionem eſſe multùm æquam,& ſi contrarium diceremus,dictus conductor haberet actionem ex conducto ad intereſſe, nec termini cauſæ neceſſariæ, vel voluntariæ, conditionis poteſtatiuæ,caſualis,vel mixtæ poſſunt hic adaptari, cum reſolutio ortum habeat à natura rei, quæ dùm in contractum, vel obligationem deducitur, non alteratur, nec mutatur, nec poteſt alterari,nec mutari in præiuditium Domini, & hoc eſt, quod in ſpetie decidit text.in d.§.rurſus, & ſicut officium ſem-
9 per intelligitur conceſſum cum ſua propria natura, nec vnquam intelligitur alterata, niſi in eo, in quo expreſsè fuerit hoc prouiſum ex reg.text.in cap.1.de feud. non hab. propr.nat.feud. declarat eleganter Frecc.in ſuis quęſt.50.51.53. ita pariter dum quis obligat illud,intelligitur obligare cum ſua qualitate,& natura reſignabili, vt in ſimili per Bald. in l.fin. §.ſed quia nu.7. C.commun. de leg.quem Molin. ad propoſitum allegat de hiſpa.primog.cap.21. in princ. lib.1. vbi multa notabilia, & inter cætera
10 quòd hæredes locatoris Maioratus ad nihilum teneantur conductori: quia ex natura rei locatio finitur,& cogitare potuit conductor,hoc fore venturum.

Conuentus ſe defendendo replicauit, hæc procedere, quando refutatio, ſeu
11 reſignatio eſt pura, & libera in manus Superioris, & non in beneficium alterius, prout fuit in caſu, de quo agitur, cum verè Don Io. vendiderit officium Marco Antonio pro certo pretio conuēto,in tantum quod promiſit Marcus Antonius emptor eximere illum indemnem à præſenti lite, & reſignatio officij in manus Domini fuit facta pro expeditione tituli,& oficij in eius perſona,qui titulus à Rege,non ab alio poteſt concedi. iuxta naturam officiorum, quorum non datur emptio,nec venditio, nec vt aliarum rerum datur commercium : vnde cum reſignatio fuerit facta in beneficiū alterius,&non Regis,qui ſic acceptauit, & demū Marco Antonio conceſſit,videtur tali caſu non dari reſolutio quarumlibet obligationum medio tempore contractarum, quatenus validæ contractæ fuiſſent,de quo inferiùs tractabimus, ſicut dicimus in prælatione, quam habet
12 Dominus vaſſallo,vel emphyteuta vendentibus feudum,vel emphyteuſim:nam intelligitur, quando verè vult pro ſe emere, non autem quādo ad vtilitatem, & beneficium alterius : videtur enim tunc facere in fraudem, pulchra deciſio Guid.Pap.411. quam allegat, & ſequitur Frecc. in 38.author.baron. Franc.in deciſ.226.latiſſimè Tiraq. de retract.li-
13 gnag.gloſ.1.§.26.nu.43. Quando enim ordinatur actus ad tollendam obligationem alterius ex voluntate debitoris, non debet attendi, nec creditori præiudicare,vt in ſimili, & pulchra quæſtione dicit Bart.in l.in diem,de aqu.plu.arcen. nu.3. non habet tunc originem à prima conceſſione,nec exercetur poteſtas legis prout conceſſa fuit ; ſed omnia de nouo fiunt ex noua conuentione, quod in ſpetie in materia renuntiationis decidit Tiraq.de retract.lignag.gloſ.14.§.1. num. 112. vbi cumulat deciſiones,eſt caſus in

cap. 1.

Digitized by Google

cap. 1. de vaſſall. decrep. æt. vbi refutatio feudi antiqui facta in manus Domini à patre in beneficium filiorum, & propriè, vt Dominus filios de feudo inueſtiret, non facit feudum nouum in perſonam illorum, nec deuoluitur feudum ad Dominum per mortem alteriùs illorum, ſicut in feudo nouo, quando ſine filijs deceſſerit: quia paternum, & antiquum iudicabitur feudum, cum non fuerit illa propriè refutatio, & propterea non ope-
14 rabitur effectum veræ refutationis: quia vt dicunt ibi Ifern. Iac. de Beluiſ. & communiter omnes, quando talis ſit refutatio non dicetur pater refutare omninò, & ſic non abdicatur ius, taliter quod potiùs filius dicitur habere ſucceſsione, quàm conceſsione, & ideò remanet feudum paternum, prout erat, & Bald. ibi nu. 1. dicit, nota ſimile de renuntiatione beneficiorum: quia aliud eſt renuntiare ſimpliciter, & aliud animo permutandi, quod ibi etiam notat Aluar. & licet ſecundum Bald. non poſſit negari, quin interueniat quædam alteratio: tamen magis attenditur veritas, & id, quod verè partes voluerunt facere, & propterea
15 dixerunt Doct. & ſic deciſum, quod in priuilegio reſignandi non comprehendatur reſignationes qualificatæ in fauorem certæ perſonæ Mandoſ. in regula Cãcellar. 19. de infir. reſig. q. 20. nu. 8. cumq; hoc factum ſit indubitatum videlicet, D. Ioannem vendidiſſe officium Marco Antonio certo pretio conuento, & ad eludendam locationem factam excogitauerunt modum contractationis, qui fuit renũtiare, ſeu reſignare in manus Regis, in beneficium tamen ipſius Marci Antonij, qui effectiuè à Don Io. emit, pretium ſoluit, & promiſit indemnem eximere à præſenti lite, ita quod Rex habuit tantùm nudum nomen, nec cogitauit fraudẽ intermediam, & præiuditium tertij: nam certè ſuam ad hoc authoritatem non interpoſuiſſet; propterea attendendo veritatem eius, quod verè eſt geſtum, non autem, quod ſimulatè eſt conceptum vulgatis iuribus; poſtquam nudum nomen Rex habuit, & verè contractus eſt emptionis, & venditionis, ille eſt attendendus, & ſecundum eum erit iudicandum, & iſte eſt caſus text. ſatis vulgati in l. multùm intereſt, vbi communiter
16 Scrib. C. ſi quis alteri, vel ſibi, & licet titulus ſit conceſsionis, non attenditur, ſi verè eſt venditionis cum aſſenſu Domini ad text. in l. ſi vno ff. loc. ibi, ſed etſi verbo donationis Dominus ob ſterilitatem anni remiſerit, idem erit dicendum, quaſi non ſit donatio; ſed tranſactio, cumulat deciſiones ad propoſitum Afflict. deciſ. 80. num. 8. cum alijs per me adductis in conſ. 30. 1. vol. pro quo ad propoſitum eſt elegans deciſio Baldi communiter recepta in l. qui ſe patris C. vnde lib. nu. 34. quod, etſi Princeps in priuilegio loquatur per verbum cõcedimus, indulgemus, vel ſimile; ſed recepit pretiũ, non ſit conceſsio, priuilegium, vel gratia; ſed venditio.

17 Sed his non obſtantibus contrarium dicendum erit: nam dùm conductor vti frui non poteſt re locata: quia vendita alteri, & ſingularis ſucceſſor non tenetur ſtare colono, tunc datur conductori actio ex conducto ad intereſſe contra locatorem ex regula text. in l. ſi merces §. qui fundum ff. loc. in l. nihil §. fin. in fin. de leg. 1. quæ iura ad propoſitum allegat Alber. in l. emptorem C. loc. ſi ergo ſeruatur conductor indemnis, & eò magis hic, vbi nouus ſucceſſor hoc promiſit, ſcilicet eximere indemnem ab omni intereſſe, ita quod non poteſt conductor aliquo pacto eſſe in damno: igitur nulla eſt habenda ratio prætenſæ fraudis, ſi locator vſus eſt iure ſuo à lege ſibi permiſſo reſignandi officium in manus Domini: nam ſi eſt permiſſa venditio cuiuſlibet rei à locatore in damnum conductoris, & non propterea venditio fraudulenta iudicatur, nec ad aliquid tenetur nouus emptor: ergo ſi pariter eſt facta reſignatio officij in manus Domini, cum ab eo, & non ab alio titulus illius concedi debeat, & hic eſt modus à lege proditus contractandi; ſequitur, quòd non poteſt tractari materia fraudis: quia iure
18 ſuo locator vſus eſt, & contraxit eo modo,

do,

do, quo lex mandat, ad ſui beneficium,
ex quo ſi ſecundariò læditur conductor,
lex hoc non attendit; ſed ſuccurrit reme-
dio actionis ad intereſſe in beneficium
conductoris contra locatorem, pro quo
eſt facta regula text. in l. nullus de reg.
iur. ibi nullus videtur dolo facere, qui
ſuo iure vtitur, & per eadem verba lo-
quitur text. in l. 3. §. is tamen ff. de liber.
hom. exhib. & rationem reddit text. in l.
iniuriarum la 1. §. 1. ff. de iniur. ibi, iuris
enim executio nõ habet iniuriam, & hęc
ſunt indubitata, quando quis iure ſuo
vtitur ad ſui vtilitatem, & vt ſibi profi-
ciat: cumulat deciſiones Dec. in d. l. nul-
lus; oportet enim conſtare de fraude,
aliàs nullo modo præſumitur, quando
quis diſponit ſecundum quod eſt ei à le-
ge permiſſum notabiliter Andr. in cap.
1. §. ſed & res per quos fiat inueſtit. &
quotidiè videmus hunc ſolitum morem
contrahendi non ſolùm in officijs; ſed in
omnibus alijs introitibus Regiæ Curiæ,
quòd vnuſquiſque ad ſui cautelam, & ne
remanet obligatus oneribus venditoris,
contrahit cum ceſsione iuris luẽdi à Re-
gia Curia ex pacto ſpetiali inito inter
emptorem, & vẽditorem, ex qua contra-
ctatione omnes hypothecæ intermediæ
contractæ reſoluuntur in præiuditium
creditorum: quia fit reſolutio ex neceſsi-
tate mediante ceſsione iuris luendi, &
procedit deciſio Bart. in d. l. in diem, &
hic eſt caſus fortior: nam directò contra-
hitur cum ceſsione iuris luendi ad finem
reſoluendi quęcunque onera, quę medio
tempore reperirentur impoſita; ſed quia
hoc non fit principaliter in fraudem al-
terius; ſed ad emptoris cautelam, prop-
19 tereà attendendo, quòd principaliter fit
ex reg. text. in l. ſi quis nec cauſam ff. ſi
cert. pet. & ibi Scrib. non curat lex de
intereſſe tertij ſecundario, maximè quan
do illi eſt ſuccurſum per actionẽ ex con-
ducto ad intereſſe, quod ſi conſequi de-
bet, habet obligatum non ſolùm D. Io.
venditorem. ſeu locatorem; ſed etiam
Marcum Antonium emptorem, ſeu ſin-
gularem ſucceſſorem: cumq; hæ reſigna-
tiones perpetuò in officijs ſint admiſſæ,
& non alio modo contractetur, & ſic ſie
conſuetudinis à lege, & à Rege appro-
batæ, non erit ampliùs inſiſtendum in
ſolutione obiectorum: quia non ex eo,
quòd Rex recipit reſignationes officiorũ,
vt illa conferat alijs, propterea non erũt
validæ, & veræ reſignationes cum omni-
bus ſuis effectibus. Hinc dicitur in eis,
quòd purè, & liberè fiunt in manus Do-
mini, ex quo oritur effectus reſolutionis
hypothecarum intermediarum, quatenus
validæ eſſent contractæ, & demùm à Do
mino fit noua, & principalis conceſſio
officij, & conceſſionarius à Domino, & nõ
à reſignante cauſam habet: quia ſic con-
uentum, vt purè, & liberè fiant, & vt Do
minus, vti Dominus officio penes eum
liberè exiſtente, demùm concedat illud,
vti ſuum alteri; quòd cum fiat, & ſolitũ
20 ſit fieri palàm, publicè, & bona fide, &
hoc iure vtimur, ſintq; contractationes
ſolitæ cum Rege, non erit in fraudem,
nec in alijs inſiſtendum ad text. in l. non
exiſtimo ff. de admin. tut. in l. fin. ff. de
rit. nupt. text. & ibi gloſ. in verb. ob ho-
norem in l. hoc iure ff. de donat. cum cõ-
cord. & poſtquam voluit refutare, ſeu re-
ſignare omninò in manus Domini purè,
& liberè; ita quod inueſtiretur Marcus
Antonius de nouo beneficio tanquam à
Rege abſolutè, & liberè conceſſo; hęc eſt
21 propria limitatio tàm ad text. in allega-
to cap. 1. de vaſſ. decrep. ætat. quàm in d.
cap. 1. de eo, qui finem fecit aghat. vbi
quãdo eſt feudum antiquum omninò re-
futatum vt Dominus quaſi de nouo be-
neficio inueſtiat, tunc ſequuta inueſtitu-
ra; non dicitur ampliùs feudum antiquũ;
ſed nouum; ita communiter declarant, &
diſtinguunt Doctor. tam in d. cap. 1. de
vaſſ. decrep. æta. quàm in d. cap. 1. de eo,
qui fin. fec. agn. nec ad caſum facit ſimi-
le de prælatione, quæ denegatur Domi-
no, quando non vult eam in ſui benefi-
cium, ibi enim lex denegat prælationẽ;
quia reſtrinxerunt Doctor. legis priuile-
gium, quando Dominus vult pro ſe præ-
lationem, quod non eſt in caſu, de quo
agimus; ſiquidem reſignationes ſunt de
natura officiorum, & non adeſt lex, quæ
illas

illas improbet, vel quod Regis poteſtatem reſtringat, quando recipit eas purè, & liberè, vt demum officia poſteà alteri conferat, & ſi ſupra eſt fundatum neceſſariò titulum officij à Rege eſſe concedendum, ob quod non adeſt alius modus contractationis, niſi per viam reſignationis: ergo non fuit color quæſitus, nec modus inſolitus, & excogitatus; ſed ſolitus, approbatus, & neceſſarius, nec merentur allegari termini text. in l. multum intereſt C. ſi quis alt. vel ſib. cum reliquis ſupra ponderatis: nam poſtquam in officijs requiritur aſſenſus, eſt electa induſtria perſonæ, proceditur, ſicut in feudis, imò ſtrictiùs, vt eſt ſupra fundatum; ſequitur propterea quòd, cum in
22 feudis attendatur rigor, & conſideretur intereſſe voluntatis, ex reg. text. in l. fin. ff. de vſu, & habit. non fiat extenſio de perſona ad perſonam, nec de re ad rem, nec de contractu ad contractum, nec de tempore ad tempus iuxtà latiùs tradita per Iſern. & Camerar. in repet. prædicti capit. imperialem, ſequitur inquam ex his, quod attendenda eſt ſcriptura, quantùm cantat, & non fit extenſio ad aliam ſpetiem contractus: quia illi Rex non
23 conſenſit; hinc in feudis non procedit regula plus valere, quòd agitur, ſeù ſi non valet, vt ago, vt authoritate Andr. tradit Camer. vbi ſupra cart. 90. de quo in meo conſ. 3. nu. 10. 1. volu. ex quibus remanet inconcuſſum motiuum reſignationis, ex qua, quatenus eſt validè contracta, proculdubio locatio eſſet reſoluta, & extincta, & conſequenter ex regula text. in d. l. emptorem non teneretur Marcus Antonius ſingularis ſucceſſor ſtare locationi per Don Ioannem factæ.

Transeundo ad ſecundum punctum huius cauſæ prætendit actor fuiſſe hanc locationem ad lõgum tempus, quę cum
24 importet alienationem ipſius rei iuxta notata in l. 1. §. quid autem ff. de ſuperfic. in l. 1. §. fin. ſi ager vectig. gloſ. in l. fin. C. de pact. pign. vbi Bald. cæteriq; Scribent. Bart. & omnes in l. codicillis, §. inſtituto contra gloſ. ibi de leg. 2. Imol. in l. ſi filiofamilias, & melius ibi Roman. in §. ſi vir in quinquennium ſolut. ma-
25 trimonio, hinc locatio ad longum tempus includitur ſub prohibitione text. in l. fin. C. de reb. alien. non alien. vt ibi per Paul. de Caſtr. lariſſimè Tiraq. de retract. lignag. gloſ. 14. §. 1. num. 81. quem ad propoſitum allegat D. de Franch. in deciſ. 123. num. 8. propterea ex defectu aſſenſus Superioris erit vndequaque
26 nulla, ſicut dicimus in rebus Eccleſiaſticis, gloſ. in clement. 1. de rebus eccleſ. non alien. latè per Butr. & Scribent. in
27 capit. fin. ne Prælat. vices ſuas, & in cap. multa de rebus eccleſ. non alien. vel non, & in feudo gloſ. Iſern. & omnes in Conſtitutione Regni conſtitut. diuæ memoriæ, & in cap. imperialem de prohib. feud. alienat. per Frider. & in alienatio-
28 ne officij non dubitatur, requiri regium aſſenſum, tanquam de regalibus, licet non teneatur in feudum iuxta Conſtitutionem Regni incip. ſcire volumus, per Capyc. in ſua inueſtitura in verbo Gabellis, verſ. & nota, Frec. in decima tertia authoritate Baron. lib. 2. per Bertach. latè in tract. de Gabell. prima parte q. 14. in 12. volum. tractat. & Afflict. in dicta Conſtitutione ſcire volumus, quæ vetat alienationem regalium ſine aſſenſu, dicit expreſsè procedere in officijs, quem ſequitur, & cumulat deciſiones Franc. de Amic. in repet. cap. 1. de his, qui feu. dar. poſſunt cart. mihi 63. cap. reſiſtit etiam, in tantùm, quòd Diomedes Mariconda
29 in Conſtitutione conſtit. diuæ memorię, quæ loquitur in alienatione rerum feudalium, & dat eiſdem cõtrahentibus authoritatem reuocãdi alienationes factas abſque aſſenſu: hic inquam doctor dixit conſtitutionem illam habere etiam locum in officijs.

Et licèt in cauſa Ioannis Baptiſtę Sadeulis cum Ioanne Antonio Grimaldo fuerit dubitatum de hac deciſione Diomedis Maricondæ, quæ cauſa fuit deciſa cum maxima altercatione, & diſparitate votorum, tamen deciſio illa Diomedis Maricondæ fundatur in iuris terminis indubitatis, ſi prædicta Conſtitutio Regni ſcire volumus expreſsè prohibet quam-

quamcunque alienationem, ſiuè diſpoſitionem regalium, quæ à Rege tenentur, vbi Afflict. expreſsè tradidit nu. 4.
30 quod ſicut eſt prohibita alienatio feudorum ſine Regis aſſenſu, vt in Conſtitutione conſtitutionem diuæ memoriæ, ſic prohibita alienatio regalium, ſiuè in feudum, ſiuè in allodium teneantur, & rurſus num. 6. dixit procedere dictam Conſtitutionem, ſiue regalia teneantur in titulum, ſiuè præcario, ſiuè vt Adminiſtrator, vel Officialis Regis per verba Conſtitutionis, quæ ſunt infraſcripta.

Quicunque de regalibus noſtris magnum, vel paruum quid tenet, nullo mo-
31 do, nullo ingenio poſſit ad noſtra regalia pertinens alienare, donare, vel vendere, aut in totum, vel in partem diminuere: vnde iura noſtra regalia minuantur, aut ſubtrahantur, aut damnum aliquod patiantur.

Et ſic denegatur potentia, cum ver-
32 bo poteſt præcedit negatiua, vt docet gloſ. in capit. 1. in verbo non poteſt de reg. iur. in ſexto, Bartol. in l. Gallus in principio, de libe. & poſthum. vt ſic quic-
33 quid in contrarium attentetur, ſit ipſo iure nullum ex defectu poteſtatis, Bald. in l. final. colum. final. num. 22. C. de fideicommiſ. in l. 1. ff. de iniuſto, rupto, & irrito teſtamento, conſiderata etiam potentia illorum verborum, videlicet
34 nullo modo, & nullo ingenio, de quo per Roman. in ſuo primo ſingul. volentem verba prædicta importare idem,
35 quod ipſo iure, & cum horum regalium alienatio prohibeatur fauore publico ratione directi Domini dominij, vt idem Afflictus declarat, ideo procedit regula textus in l. quemadmodum, C. de agric. & cenſit. lib. vndecimo, quòd ſemper factum contra legem in publicum beneficium conditam poſſet idemmet
36 faciens reuocare, prout pariter, ſi eſſet facta in fauorem reuocare volentis, ſecundum communem deciſionem Bart. in l. poſt mortem, ff. de adopt. Bald. in l. prima, C. de liberal. cauſ. Butr. in cap. noſti, vbi cæteri Scribent. de electione,
37 & ſic pariter quando adeſt defectus poteſtatis, Abb. in dicto capit. noſti, & omni facto, quod eſt à iure interdictum,
38 ſiuè prohibitum, poteſt quis contrauenire, & contra factum ſuum venire, gloſ. in dicta Conſtitutione conſtitutionem diuæ memoriæ in verbo iure proprio lo ſecondo, & regulare eſt, quòd, quando quid eſt ipſo iure nullum, idem,
39 qui facit, reuocet, Andr. in capit. primo, qui ſucceſſ. teneantur nu. 13. verſ. quando quid eſt ipſo iure nullum, & ſi ſecundum Afflict. eadem eſt prohibitio alienationis officiorum, aut regalium, ſicut feudorum, & vt ſupra diximus num. 5. non ſolùm validum eſt argumentum de feudo ad officia; ſed ſtrictiùs proceditur in eis, & infra nu. 45. & ſequentibus tractatur de conſideratione induſtriæ perſonæ officium exercentis, ergò de deciſione Diomedis Maricondæ non poteſt dubitari, & notetur vnum adhuc non ponderatum; ratio enim, quare in Conſtitutione Regni conſtitutionem
40 diuæ memoriæ expreſsè dicitur, quòd liceat eiſdem contrahentibus reuocare, illa eſt: quia de iure communi feudorum
41 ſtatim ex alienatione feudum perditum erat, etiam quòd alienans reuocauerit, & recuperauerit illud ex regula textus in capit. primo, quid iuris ſit, vbi Andr. & communiter Feudiſtæ, & Bartholomæus de Capu. poſt Andr. & alios in eadem Conſtitutione num. 30. ob quod fuit neceſſaria ſpetialis prouiſio, quòd non eſt in alijs actis nullis, & contra legem factis, in quibus lex præbet facultatem reuocandi, ex quibus ſequitur ſtãte defectu aſſenſus in huiuſmodi locatione ad quindecim annos facta, & ſic ad longum tempus, quod proptercà nulla ſit iudicanda locatio.

Sed ſiuè ſit vera, ſiuè erronea deciſio Diomedis Maricondæ, vt conſtitutio cõſtit. diuæ memoriæ habeat locum etiam in officijs, hoc nihil ad caſum, de quo tractamus, conſiſtentem in nullitate alienationis ex defectu aſſenſus, in quo eſt expreſſa deciſio Conſtitutionis Regnì ſcire volumus, vt ſupra demonſtrauimus,

illamq;

illamq; habere locum in officijs,tãquam de regalibus, maximè in officio, de quo tractamus.

Aduerſus hæc rea conuenta præſupponit ex peremptione facti deficere motiuum:nam limitatio ad regulam præfatam eſt, vt non inducatur alienatio ex conductione ad longum tempus, quando expreſsè eſt cautum,quod nec dominium, nec ex ea ius aliquod in re conſtituatur, Bald. & latiùs ibi Felyn.in cap. quæ in Eccleſiarum verſ. ſexta declaratio de conſtitut. nu. 87. Camer.ad propoſitum ſic tradit in feudo, limitando regulam in capit.imperialem cart. mihi 18. & ita videtur caſus hic, cum adſit promiſſio de non alienando durante locatione cum ſpetiali hypotheca: ergo manifeſtè partes conſenſerunt,& conuenerunt, quod ex locatione non inducatur ſpecies alienationis: quia ſemel alienatum non poterat amplius alienari, & ſi appoſuerunt pactum ſpetialis hypothecæ:ergo voluerunt dominium,& proprietatem remanere penes eundem locantem, cum aliter rei alienæ hypotheca non ſubſiſtebat.

Ex aduerſo validè reſpondetur: nam aliud eſt declarare, quòd ex locatione ad longum tempus dominium non trãſferatur, & ius in re non conſtituatur, & aliud,quod fiat locatio ad longum tempus, & qui locat promittat alteri non alienare: nam ex hoe non ſequitur,quin remaneat locatio ad longum tempus cum omnibus ſuis effectibus, nec ex eo, quod promittit locator alteri non alienare,per hoc non inducetur alienatio ex locatione ad longum tempus reſpectu conductoris; promiſit enim alteri non alienare; ſed reſpectu conductoris lex inducit alienationem, quando ad longum tempus, & quò ad hoc inter conductorem,& locatorem nihil eſt cautum: vnde quomodo iuris effectus poſſunt impediri,& addo,quòd & ſi multi Doctor, hanc tradiderint limitationem, alij multi,& grauiſſimi optimis rationibus non perfunctoriè, &. per tranſennam tenuerunt contrariam opinionem præſupponendo omnia fieri in fraudem legis, & in eluſionem prohibitionis illius, & authoritatis Domini, vt per Couar.var.reſolut.cap.16.lib.2. Molin.de hiſpan.primog. cap.21. vbi latè lib.1. Pinell. in l.1.par.3.nu.64.C.de bon.mater.ante omnes Bald. in cap. imperialem de prohib. feud. alien. per Frider. Capyc.in inueſtitur. in verb. feudorum alienationes in 14. ampliatione, nec eſt ſibi contrarius dictis per eum in verb. feudorum locationes: quia ibi non firmat, & ſe remittit ad dicta hic, cumulat more ſolito Tiraqu.de retract.lignag. §.1.gloſ.2.nu. 37. Schrader. de feud. par.8. cap.1.nume.17.

Nec dicatur, quod cum hæc ſit locatio ad quindecim annos,quòd tot erunt locationes quot erunt anni: nam hoc eſt contra omnia iura,& Doct.qui poluerũt quæſtionem locationis factæ pro annua pẽſione;ſed ad longum tempus,& ſi hoc procederet,non daretur caſus locationis ad lõgum tempus,& dicere, quòd intelligatur quando eſt conſtituta vnica pẽſio pro tempore toto, hoc eſſet in fraudem, & in idem reincideret: quia intelligitur iam conſtituta pro ratã pro ſingulis an-
43 nis,ſicut communiter Docto. reprobant cautelam, quando non poteſt ſtãte bulla locatio fieri vltra triẽnium rerum Eccleſiæ,& partes cõtrahunt ex nunc per plura triennia,d[illegible]endo,quòd elapſo vno intelligatur facta locatio per aliud trienium,de quo latè per Couar. var. reſol. cap. 16. lib. 2. Sunt enim ſubtilitates, quæ poſſunt proponi in ſcholis cauſa diſputationis; ſed à Iudicibus non admittuntur, dicit eleganter Iureconſ. in l.ſicut §. ſi debitori, ff. quib.mod. pig. vel hypoth. ſolu.

Secundo loco conuenta præſupponit, quòd,cum vt ſupra fundatum eſt, dominium officiorum non transferatur in cõceſſionarios; ſed tantùm titulus, & adminiſtratio, ſeu exercitium officij, quod propterea id quod dicitur de locatione ad longum tempus, vt ideò annulletur: quia transfertur ius in re, non procedat in officijs.

44 Ex parte actoris replicatur, quòd cõſtitutio ſcire volumus loquatur per verbum tenet, vt ſupra apparet ex proprijs verbis conſtitutionis, ita quod non requirit dominium; ſed tantùm, vt quis licito iure regalia teneat, ideſt poſſideat, text. eſt ad hoc factus in l. ſtipulatio iſta habere licere, §. hæc quoque, & §. habere ff. de verb. oblig. vbi Scrib. in l. 1. ibiq; Doct. ff. de acqu. poſſ. ergo ceſſat motiuũ, & ſufficit, locationem ad longum tempus importare rei alienationem, vt ſuprà eſt fundatum, quæ alienatio cum ſit prohibita per cõſtitutionem ſcire volumus: quia habet locum in officijs, ergo ſiuè transferatur dominium, ſiuè non, alienatio eſt iuris regalis, quod tenet, & hoc inquam ius conſiſtit in titulo à Rege cõceſſo cùm exercitio officij, in quo cum ſtrictiùs procedatur, quàm in feudis, ſitq; de regalibus offibus Principis adhęrens, propterea vndique argumentum tollitur, aliàs ſequeretur abſurdum, quòd officia eſſent alienabilia abſque alio aſſenſu ea ratione: quia non transfertur ex eo dominium; ſed conſequens eſt falſum, ergo &c. cumq; conſtitutio, vt pluries diximus, habeat locum in officijs: quia de regalibus, ſequitur, quod oporteat illam intelligi de ea alienatione, quæ poteſt cadere in officijs.

Sed fortiùs dico, quòd nec ad modicum tempus ſine aſſenſu valebit hæc locatio, loquendo de titulo principali, eiuſdemq; officij principali administra-
45 tione: quia in officijs, maximè qualitatis iſtius eſt electa induſtria, confidentia, & qualitas perſonæ, vt ſic conſiderata etiam magnitudine officij non poſſit illud per alium exerceri, niſi de expreſſa Regis licentia, ad text. vulgatum in l. inter artifices, ff. de ſolution. elegans deciſio Capyc. 151. in proprio caſu multa cumulantis, & ſemper quod eſt com-
46 miſſum nudum miniſterium, nunquam datur poteſtas alium ſubſtituendi, dicit text. notabil. in cap. fin. §. cæterum de offic. delegat. vbi Abb. & communiter Scribent. prout eſt officium, de quo tractamus, & in officio in ſpetie, eleganter Andr. in capit. 1. de feud. March. dixit cenſeri ſemper electam perſonæ induſtriam, maximè in officijs magnitudinis iſtius, vt per Abb. in ſuo repertorio in verbo induſtria perſonæ, quòd quotidiè practicamus, & videmus obſeruari in officijs magiſtri actorum, & in omnibus alijs, qui non habent ſpecificam ſubſtituendi poteſtatem, qui nec locare, nec ſubſtituere, nec quicquam facere poſſunt
47 ſine ſpetiali aſſenſu, intereſt enim Regis, vt officia perſonalia, & maximè tantæ qualitatis, & confidentiæ exerceantur per perſonas ei notas, & non ignotas, inconfidentes, alienigenas, & Principi forſan non gratas, natio enim prouocat, & deterret, dicit Andr. in d. cap. imperialem, intereſt Regis ſcire ad quem officia transferuntur, per quem poſſidentur, atque exerceantur, cum ex hoc totum pendeat negotium, ſicut dicimus in feudis, & ſicut ibi præſtatur iuramentum fidelitatis, ſic pariter in officijs, & maximè in hoc, in quo, ſeu per quod negotia ardua, & maximè circa conſeruationem Status, & Regnorum pertractantur, Conductor eſt ignotus Domino, iuramentum non præſtat, fidelitatem non promittit, ad nihilum Domino obligatur: ergo quomodo, & quo iure in illum officium per momentum poteſt transferri, & propterea ſi lex reſiſtit, ſi eſt hoc prohibitum, ſi adſunt ſpecificæ Regis ordinationes, vt nemo per ſubſtitutum officium exercere valeat ratione, de qua ſupra, ſi denique locare importat idem quod ſubſtituere; igitur omni iure locatio hæc iudicanda eſt nulla, & ex ea tanquam contra legem, nullum fuiſſe ius tranſlatum, & in ſpetie notetur
48 in hoc proprio officio Curſoris maioris, nulli licere licentiam poſtarum cõcedere, aliáq; ad officium pertinentia, niſi ei, cui ſpetialiter à Rege eſt hoc cõceſſum, ita text. in l. curſum in fi. C. de curſu publico lib. 12. vbi Io. de Plat. notat nulli hoc licere, niſi officiali, cui à Principe principaliter conceſſum ſit: ergo ſine aſſenſu nulla eſt adminiſtratio, & nullus titulus.

Sed

Sed deueniẽdo ad tertium punctum, dato, quòd procederet limitatio præcedens,quodq; nõ habeatur ratio reſigna-
49 tionis,vtrum aduerſus actorem,qui tanquam ſingularis ſucceſſor etiam voluntarius non tenetur ſtare colono ex reg. text.in l.emptorem C.locat.poſſit opponi de ſpetiali hypotheca ad limitationẽ reg.text.in l.ſi creditor §.fin. ff.de diſtr. pig.Bart. & Doct.communiter in l.ſi ita quis §. ea lege de verb.oblig. cum concord.& punctus eſt videre, ſi officium potuerit hypothecari abſque aſſenſu, ſi abſque eo fundatum fuit non poſſe alie-
50 nari, & prohibita alienatione venit ab intellectu iuris etiam prohibita hypothecatio iuxta text.in l.fin. C.de reb.alien. non alien. per quem text. ſic reaſſumit concluſionem Andr. in cap. imperialem num.2.de prohib.feud.alien. per Frider. quando per legem prohibetur alienatio, idem gl.in conſt.conſtitutionẽ diu.mem. in verb.locare propè med. ibi: nam vbi prohibetur alienatio, & in prohibitione legis ſic pariter tradidit glo.in l.in quorum ff. de pign. vbi Bart.notabiliter diſtinguit,quod non patitur controuerſiã, quando ſumus in fauorabilibus, vt hic, tendentibus ad conſeruationem ſupremę dignitatis,iuriſdictionis,&ſtatus Reipublicæ, vt ſupra diximus; & ſi propter
51 hæc omnia prohibita eſt alienatio, cenſentur propterea prohibita omnia ea, per quæ poſſit ad alienationem perueniri,vel ad æquipollentiam ad text.in l.ad rem mobilem ff.de procurat.in l.2. ff.de iuriſd.omn.iud.in l.oratio ff. de ſponſal. exercitium enim officij eſt,quod intereſt Regis fieri per perſonam ab eo electam, cognitam, & gratam, cum tractetur de conſeruatione ſtatus, & propterea ſunt hæc fauorabilia,& amplianda; vt benè, & latiùs diſtinguit Neguſ. in tract. de pig.in 3.membr. 2.par.nu.69.eandemq; diſtinctionem facit Io.Raynal. in d.cap. imperialem in §. habito nu. 28. verſ.op-
52 ponitur hic,& ſi omnes prædicti Docto. tradunt, quòd prohibita alienatione rei minoris,aut Eccleſiæ intelligatur etiam prohibita hypotheca; quia tractatur de conſeruatione rerum, ob quod fuit alienatio vetita,& iudicatur fauorabile, latiſſimè Couar.var.reſol. in d.cap.16.lib. 2. ergo idem erit in caſu,de quo agitur, militante eadem,ac etiam maiori ratio-
53 ne,etiam quia Fiſcus à pari procedit cũ Eccleſia ad text.in l.fin. C. de ſacroſan. eccl.in cap.1.de in integr.reſtit.eſt enim facta hæc prohibitio alienationis in fa-
54 uorem Regis, & ſemper quòd eſt facta prohibitio alienationis in fauorem alicuius principaliter comprehendit etiam hypothecam, eleganter declarat, & diſtinguit Camer.ad propoſitum in terminis d.l.fin.in d.cap.imperialem cart. mihi 15. lit. E.

Sed conſtitutio prædicta Reg.incipiẽs ſcire volumus videtur expreſſa in hypo-
55 theca, dùm vetans alienationem regalium abſque aſſenſu,dicit, quòd non poſſunt alienari, donari,vel vendi, aut in totum,vel in partem minui: vnde iura noſtra regalia minuantur, aut ſubtrahãtur, aut damnum aliquod patiantur, ſi ergo eſt expreſſum donare,& vendere, ad quid referetur verbũ alienare,& rurſus quid dubij erit, quòd per hypothecã regalia poſſint minui, ſubtrahi, & damnum pati; imò perueniri ad alienationem iam vetitam, igitur conſtitutio prædicta eſt expreſſa in obligatione, & ſi Diomedes Marlconda Doctor tantæ authoritatis dixit conſt.cõſtitutionẽ diu.mem.habere locum et in officijs,quã conſtitutio nẽ,non eſt dubium ſecundum glo.Iſer. & communiter Scrib. ibi, habere etiam locum in hypotheca: igitur caſus eſt deciſus per leges Regni,& nõ oportet diſputare,quid de iure communi.

Sed tractando articulum ſecundum iuris communis diſpoſitionem,dico conſtanter,nullo modo dari hypothecam, niſi ex ſpetiali Principis aſſenſu,& diſpẽ-
56 ſatione,loquendo de officijs non tranſitorijs ad hæredes, & non conceſſis cum poteſtate vendendi, & in iſtis officijs taliter conceſſis procedit text.in l.fin.C.de pig.in §.optimum in auth.de exhib.reis, in §.quia verò in authent.de æqual.dot. quod in ſpetie decidit per eadem iura

Bened. Bonius in tract. de cenſ. num. 82. par. 2. 6. tom. tract. cuius verba ſunt infraſcripta.

Nùm cenſus huiuſmodi militijs, quæ ex caſu dicũtur, imponi poſſit, quod maximè admittendum puto: nam ſub hypothecæ vinculis ducuntur, vt in §. optimũ in auth. de exhib. reis, & meritò vendi, cedi, & obligari poſſunt, quod intelligẽdum videtur habito regio aſſenſu, vt in d. §. nã publici, & non priuati iuris ſunt.

Hæc deciſio eſt in fortioribus terminis: nam loquitur de militijs, quæ poſſunt obligari; ſed tamen decidit, quòd hoc intelligendum ſit cum regio aſſenſu.

Franc. Baldui. in tract. de pig. cap. 12. in tit. quæ res pign. oblig. poſſ. loquitur per infraſcripta verba, eandem tenens opinionem.

Erant quædam militiæ priuati iuris, quæ & vendi, & legari, & ad hæredes tranſmitti poterant, has potuiſſe pignori dari dubium non eſt; aliæ erant militiæ planè publicæ, quæ in priuatorum hominum commercio non ita erant; ſed ab ipſo Principe conferebantur, & perſonis, quibus datæ erant, cohærebant, eorumq; morte finiebantur, & ad ius Principis reuertebantur, earum certè oppignoratio nõ videbatur eſſe permiſſa; addunt quaſdam tertij, & veluti medij generis militias fuiſſe, quas Iuſtinianus appellat ex caſu, quas iam caducas factas, & in poteſtatem Principis reuerſas non conſequebatur, ſi quod impoſitum fuiſſet ius pignoris priùs, niſi ſi Princeps ex cauſa hoc creditoribus tribueret.

Hanc eandẽ opinionem ſequutus fuit Franc. Connan. in commentario iuris ciuilis lib. 4. cap. 15.

Dixit Benedict. Boni. hæc probari ex text. in d. §. optimum iuncta gl. qui text.
57 dat hypothecam ijs, qui pecuniam dederunt ad militiam emendam, vel ex illorum pecunia militia præſumitur empta, cæteriſq; omnibus denegat hypothecam, cuius text. verba ſunt infraſcripta, ſecundum cuius diſpoſitionem regulanda eſt diſpoſitio text. in l. fin. C. de pignor.

Cùm vtique omnis militia publica exiſtat, nullum quæſtum omninò alium, quàm ex Imperiali munificentia habens &c. & ſic adſunt verba expreſſa, quòd non detur quæſtus, nec contractario ſuper officijs, ſubſequitur text. propterea igitur ſancimus ea, quæ appellantur ex caſu, vbi glo. declarat militias ſic dictas: quia cadunt mortuo militante, ſubſequitur text. non omnibus prõptè ſubiacere, niſi tamen creditor fuerit, qui ad hoc ipſum mutuauit, vt militia illi emeretur, alioquin alijs creditoribus non promptè damus hoc &c. & ſic habemus verba expreſſa text. excluſionis hypothecæ, niſi quando fuit mutuata pecunia ad militiam emendam, & tunc Rex conſentit, aliàs nec etiam daretur hypotheca valida, ſubſequitur text. ſed ſi quidem filij fuerint, aut vxor defuncti, iſtos omnibus præponimus modis, vt adeant nos, & ſecundum iuſſionem noſtram hoc habeãt, non tanquam paternam hæreditatem, ſi in alijs inops iit; ſed tanquam Imperialem munificentiam, &c. Si verò nullus eis neque filius, neque vxor fuerit, neque creditor, qui ad ipſam militiam mutuauit, tunc & alijs creditoribus præbemus hoc, dicit ibi gloſ. in verb. creditoribus, qui non adhoc mutuauerunt, empta tamen fuit ex ea pecunia, vel præſumitur, & eadem gloſ. in auth. quod obtinet C. de pign. in gloſ. fin. & ſic intelligit, & ſũmat text. Bart. in l. fin. C. de pig. qui text. hoc probat in indiuiduo, ibi, dummodo contrarium non probetur, & eſt communis intellectus omnium ibi Scrib. & ſecundum prædicta diſpoſitio text. procedit in §. quia verò in auth. de ęqual. dot. vnde habemus text. expreſſum, qui determinat non dari obligationem, nec licere facere de officijs quæſtum, quando pecunia non fuerit data ad emendum officium, vel quando non conſtat verè, vel pręſumptiuè ex pecunia creditorum officia empta.

Sed aduertatur quæſo: nam hęc eſt communis opinio omnium Doct. nemine diſſentiente in d. l. fin. C. de pig. qui text. dùm vult dare hypothecam in illo caſu,

dicit

dicit intelligi debere de illis militijs, quas vendi, vel ad hęredes trãſmitti permiſſum eſt: ergo requiritur permiſſio, & ſic ſpetialis aſſenſus, aliàs nullo modo datur, nec venditio, nec hypothecatio, & propterea Odoffr. ibi declarat text. quod ideò venit in obligationem militia illa: quia empta fuerat illo pacto, vt vendi poſſit, & ad hæredes tranſmitti, & præſumitur de creditoris pecunia militia empta, aliàs ſi contrarium probaretur, non datur hypotheca, idem ibi Bald. & Cyn. ibi dixit, dummodò talis ſit militia, quæ tranſmittatur ad hæredes, & idem ibi Alber. & Salyc. & per priùs Iac. Butrig. dicens, quòd ideò ibi cadebat obligatio, & vendi poterat: quia tranſibat ad ſucceſſores, idem Petr. de Bellapert. & Fulgoſ. ibi, quòd eatenus militiæ poſſunt obligari, quatenus poſſunt in venditione cadere, vel ad hętedes tranſire, idem ibi Angel.

Et ſic procedit, & loquitur expreſsè text. in l. omnimodò §. imputari C. de
58 inoff. teſtam. dùm tractat de imputatione pecuniæ erogatæ in emptionem militiæ, vt intelligatur, dicit text. de illa militia, quæ vẽdi poteſt, vel ad hęredes eſt tranſitoria, quod Bald. ibi expreſsè declarat, diſtinguendo quatuor ſpecies militiarum, & idem Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe ff. de collat. bon. & exempla poſita per Bart. in officio cuſtodię carcerum, barattariæ, ſtateræ, portarum Ciuitatis, & ſimiliũ, quæ dicit ipſe, ex eo quia ſecundum conſuetudinem Ciuitatum vẽduntur: licet non tranſmittantur, propterea imputantur, ſecùs in illis, quæ nec tranſmittuntur, nec venduntur, & Cyn. in eodem §. Imputari loquens de præbenda conceſſa per Principem dicit, quòd, ex eo quia non poteſt nec vendi, nec ad hęredem tranſmitti, non imputetur, & ſic pariter in his, in quibus eſt electa induſtria perſonæ, & ibi Paul. de Caſtr. ſummat text. in militia vendibili, vel tranſmiſſibili, & dicit ſecus; ſi nec vendi, nec tranſmitti poteſt, & ideò ipſe ponit caſum in officio Scriptorię, quod dixit imputari, ex eo quia vendi conſueuit, licet non ſit ad hęredes tranſmiſſibile, & Salyc. facit eandem diſtinctionem militiarum, quam facit Bart. & Bald. & idem ibi tradit Ang. vt ſi militia non ſit vendibilis, vel tranſmiſſibilis minimè conferatur, & deciſionem Paul. de Caſtr. intellexerunt Doctor. etiam in officio illo, quod ſolet vendi; ſed cum licentia, & aſſenſu Summ. Pontif. licet Nicol. de Vbald. ſatis dubitauerit; ſed prædicti Doct. communiter ſic intellexerunt: quia ex quo ſolet faciliter, & ordinariè aſſentire, propterea voluerunt imputari tanquam officium
59 vẽdibile, reſpondendo ad text. in l. apud Iulianum §. conſtat de leg. 1. vt non procedat in his, quæ facillimè ſolent impetrari, vt poſt alios Iaſ. ibi, & idem Iaſ. latiùs in l. illud C. de collat. ſequitur Rip. in l. in quartam ff. ad l. falci. nu. 163. Couar. var. reſol. cap. 19. nu. 5. lib. 3. ſed hęc nihil ad caſum obligationis: non enim ſequitur, quòd ex eo quia Rex ſolet aſſentire; ergo valet venditio, ſeu obligatio abſque aſſenſu: oportet enim adeſſe aſſenſum ſecundum omnium opinionem ad finem vendendi, vel obligandi, & aliud eſt tractare de imputatione, vel collatione, & aliud tractare de validitate obligationis, & denique aliud eſt tractare de validitate promiſſionis, vel diſpoſitionis ad finem, vt non reputetur impoſſibilis, & inualida, & vt ſaltim debeatur extimatio, & aliud eſt tractare de validitate, & perfectione ipſius diſpoſitionis, vt dicimus in materia feudi legati: nam non eſt nullum legatum feudi: quia non eſt res prohibita omninò; ſed non ex eo quia poteſt impetrari aſſenſus, propterea ipſum legatum feudi eſt validum, & iudicatum fuit non deberi feudum: quia caret legatum aſſenſu; ſed ex ſecundaria intentione deberi extimationem, quod etiam ſatis fuit, & eſt controuerſum, & tamen quotidiè de feudis diſponitur, & paſſim, & indiſtinctè aſſenſus pręſtantur, & ſecundum prędictos terminos, & diſtinctionem eſt declaranda, & intelligenda doctrina Bart. in l. ſi is qui §. fin. ff. de
60 pign. qui voluit eſſe vendibilia iura pedagij, & officiorum, ex quibus retrahun-

tur

tur directus pecuniarij:nam non propte-
reà dixit,non requiri aſſenſum ſecundum
deciſ.eiuſdem Bart.in l.in diem in fin. de
aqu.pluu. arc. & in l. cotem ferro §. qui
maximos ff.de public. voluit enim dice-
re Bart. quod poſſint vendi ad differen-
tiam ſuæ diſtinctionis,in qua dixit,quòd
quædam ſunt inalienabilia , & non poſ-
ſunt vendi, quaſi non ſint in commercio
ex natura rei , & alia quædam alienabi-
lia; ſed ſupplendum eſt cum aſſenſu Do-
mini iuxta tradita per eundem in d.l. in
diem,& in d.§.qui maximos,quod dixit
Bald.in cap.1.quæ ſint reg.nu.2.quem
ibi Aluar. refert, ſequendo opinionem
Specul. vbi Io.Andr. quòd conceſſa em-
61 phyteuſi cum facultate alienandi,intel-
ligarur cum aſſenſu Domini, in tit. de
loc.§.nunc aliqua verſ. 94. & ſic in feu-
do tradidit Io.Rayn.in d.§.habito nu.6.
diſtinguendo,& concordando contraria,
quem ſequitur Iacob. in verb. ita etiam
quod ipſi vaſſalli, & Capyc.in ſua inue-
ſtit.in verb. ad vendum ; & hæc opinio
ſeruatur in practica, latè Foller.in tract.
de cenſ.§.cum myſterio: poteſt enim de-
duci in contractum , non eſt nulla obli-
gatio: quia habet ſpem reconualidatio-
nis ex aſſenſu impetrando, ſicut dicimus
in feudo;ſed ad validitatem,& firmitatē
actus aſſenſus requiritur, & amiſſa ſpe
reconualidationis,actus remanet penitùs
nullus , ſunt enim hi termini notorij , &
regulæ,& proptereà non inſiſtimus,de
quibus latè per Camer.in repet. cap.im-
62 perialem,& dùm Ardiz. in ſumma in
tit. vtrum etiam pignoris obligatio in
feudo prohibeatur,dixit,quod miles po-
teſt pignorare militiam, aduertatur, qđ
allegat text.in §.oprimum,in §.quia ve-
rò,& in §.impurari,quæ iura,cum ſit de-
monſtratum,quomodo loquantur, & in-
telligantur,ſic pariter debet intelligi di-
ctum ſuum, & eodem modo Camer.vbi
ſupra fol.12.dùm argumentando euomit
vnum verbum,dicendo, quòd miles, qui
non poreſt vendere,poſſit pignorare mi-
litiam, & allegat text.in d.§.quia verò,
& ſic communiter omnes intelligunt, &
tradunt, quod, etiamſi ſit officium ven-
dibile,& ad hęredes tranſitorium,& cō-
ſequenter obligabile,non per hoc non
requireretur aſſenſus;ſed requiritur,ſicut
in feudis,quæ quotidiè venduntur,& aſ-
ſenſus præſtantur,& faceret Dominus in-
iuriam denegando , vt præ cæteris Gut-
tier.pract.quæſt.lib.2.q.64.qui alios cu-
mulat,& omnes dum tractarunt materiā
imputationis,vel collationis, ſemper in-
tellexerunt requiri aſſenſum ; ſed quia
facilis,& ſolitus, dixerunt imputari, nec
quia aſſenſus ordinariè conceduntur, &
de feudis paſſim,& diſtinctè diſponimus,
proptereà audebit quis dicere,quòd va-
lida erit,nec momento obligatio,vel vē-
ditio ante aſſenſus impetrationem : ita
quod vel mortuo feudatario,vel tranſla-
to feudo in alium hypotheca primo lo-
co appoſita penitùs euaneſcit,nec feudū
illa affectum aliquo modo tranſit.

Concludo , quòd hic non tractemus
cum creditore, nec cum aliquo, qui de-
derit pecuniam, ex qua fuerit emptum
officium ; ſed tantùm cum eo, qui præ-
tendit habere officium obligatum: quia
hypothecatum in contractu locationis ,
& non eſt officium tráſmiſsibile, nec ac-
quiſitum cum poreſtate vendendi , dico
proptereà, quod omnia iura, & Doctor.
nemine diſſentiente concludunt non da-
ri obligationem ſine ſpeciali Regis aſ-
ſenſu.

Cumq; officium,in quo verſamur, nō
ſit de officijs , in quibus Rex conſentire
ſolet; ſed raro,difficillimè, & quaſi nun-
quam: imò dico, non reperiri vnquam
præſtitum aſſenſum obligationi officio-
rum,& non ſolùm non ſolitum præſtari ;
ſed denegatum: ergo etiam ſecundum
terminos d.§. conſtat : (quia ſecundum
Cuman.Aret.Alex. & Docto.omnes ibi,
quæ cum difficultate , & rarò Rex ſolet
concedere impoſsibilia reputantur,) ſe-
quitur , quod nulla habenda erit conſi-
deratio prætenſæ hypothecæ.

Ex his apparet nullius eſſe conſidera-
tionis quod ex parte conuenta diceba-
tur , vt ſaltem in vita locatoris ſuſtinea-
tur conductio: nam ſi demonſtratum eſt
non ſubſiſtere hypothecam abſque aſſen
ſu,

ſu,non dari obligationem,nec fieri poſſe quæſtum officiorum, ſequitur, quod habeat intentionem fundatam actor ex regu,text.in d.l.emptorem:quia eſt ſingularis ſucceſſor,& ratione dominij,ſeu tituli legitimè acquiſiti, & tranſlati habet ius vendicandi,quòd cum non ſit affectum hypotheca aliqua, negotinm eſt in tuto.

Sed ſi ſuprà fundatum eſt horum officiorum ad hęredes non tranſmiſſibilium non dari dominium; ſed illud omne remanere penes Regem, & ſolùm adminiſtrationem cum titulo tranferri, in quo eleganter loquutus fuit Iſern. in cap. 1. poſt num. 2. de feud.March.in quo ergo poterit conſiſtere hypotheca,& ſi dominium remanſit penes Regem, & Rex nõ tranſtulit,nec conceſſit,tantò magis clara redduntur ſupra firmata,& è conuerſo ſi tranſtulit Rex in Marcum Antoniũ, quid iuris poteſt prætendere reus in officio ſiſtente penes Regem pleno iure; quando enim conceditur officium pro hæredibus, vel cum facultate vendendi, tunc videtur mutare naturam,& tranſlatum per Regem ius reale penes ipſum reſidens; ſed quando perſtetit in mera natura officij perſonaliſſimi,tunc nullum ius proprietatis eſt tranſlatum,& conſequenter nulla poteſt dari hypotheca.

Nec Capit.conceſſum Ciuitati in anno 1538. poteſt ad cauſam hanc trahi, & eſt propriè Capit. 4. vbi ſupplicatum fuit primo loco, quòd nullo modo permittatur venditio officiorum; ſed illa ex gratia concedantur,& Cęſarea Maieſtas reſpondit,& decreuit,quod deinceps nõ poſſint vendi officia,quibus ineſt iuriſdictio, & coerctio, aut pecuniarum ratio, cura,& adminiſtratio,quòd demum Capit.eadem Ciuitas petijt reuocari,& Cęſarea Maieſtas reſpondit per verbum placet,exceptis officijs,quibus incumbit cura,aut adminiſtratio iuſtitiæ, & alijs, de quorum vẽditione ſuis maieſtatibus, aut Regno poſſet ſequi dãnum, aut præiuditium, quæ vltima verba ſtãte qualitate officij,de quo agitur, magis, atque magis reddunt indubitabilem concluſionem ſuprà firmatam, cùm tractemus de officio vndique vendi, & diſtrahi prohibito.

Hic caſus eſt pluries deciſus tàm in ſupremo Italiæ Conſilio, quàm in iſtis noſtris tribunalibus per Collaterale Conſilium: nam omnibus petentibus aſ-
63 ſenſum ſuper obligatione officiorum cuiuſcunque generis fuit denegatus, & in venidtione, & diſpoſitione illorum fuit ſemper prouiſum, quòd adeant Catholicam Maieſtatem pro expeditione aſſenſus,& hoc iure hodie vtimur.

Fuit deciſum in ſupremo Cõſilio Italiæ cum creditoribus Io.Aloyſij de Sangro Dohanerij Dohanæ Menepecudum Apuleæ petentibus minimè admittendã eſſe reſignationem officij, quam facere intendebat in manus Regis in fauorem Fabritij de Sangro eius fratris ſtante intereſſe ipſorum creditorum prætendentium obligationem officij,quo ſollemniter diſcuſſo fuit deciſum, officium nullo modo obligari,ac reſignationem prædictam admittendam, vt iam fuit admiſſa.

Fuit vltimo loco deciſum in caſu fortiori cum creditoribus Gabrielis Capani poſſidentis officiũ Regij Iuſtitiarij Graſſiæ Neapol. quibus fuit prælatus Fiſcus pro pœna ducatorum decem mille, ad quos fuit ille condemnatus: licet dederint pecuniam vinculatam ad emptionem prædicti officij,& cum illius ſpeciali obligatione; ſed quia carebant aſſenſu, remanſerunt excluſi, & Fiſcus omnibus prælatus: quia non emit officium cum facultate vendendi,nec erat ad hęredes tranſitorium de ſui natura,& ſecũdum hæc fuit deciſum per Regiam Cameram Summariæ in Collaterali Conſilio accedente voto Regentium.

SVMMARIVM.

1 *Fraudans diri*ctus *Gabellæ ſub nomine Ciuis exempti amittit merces etiam ſi francus,aut immunis partem habebat in bonis.*

2 *Mercator tranſiens per locum cum mer-*

mercătijs partim francis,& partim ſubiectis,& ſciens pedagium non ſoluit,omnes ſunt interceptæ, & Fiſco acquiruntur.

3 *Dominium rerum,quæ intercipiuntur,ſtatim Fiſco acquiritur, & propterea contra hæredes datur iuditium.*

4 *Sententia in incorporalibus operatur acquiſitionem poſſeſsionis.*

5 *Text. in l. in omnibus, ff.de diuerſ. & temp.præſc.limitatur.*

6 *Conductor vectigalium in tempore non ſoluens, tenetur ad vſuras.*

7 *Eius ſummæ, quæ poenæ nomine eſt inflicta,vſuræ non ſoluuntur,& ſic procedit text.in l.1.C.de fiſc. vſur. lib.10.*

8 *Vſuræ vſurarum non ſoluuntur.*

9 *Rei interceptæ fructus debentur: quia dominium eſt Fiſco acquiſitum ſtatim,& ſic pecuniæ interceptæ debetur intereſſe Fiſco,etiã ex mora irregulari eo ipſo quòd Fiſco debetur.*

10 *Text.in l.1.C.de his,quibus,vt indig. declaratur.*

11 *Deciſio Regiæ Cameræ, quòd ex pecunia confiſcata debeatur intereſſe à die moræ.*

ARGVMENTVM.

Pecuniæ, vel rei interceptæ an debeantur fructus, vel intereſſe, & text. in l.1. C. de fiſcal.vſur.lib.10.& in l.1. C.de his,quib. vt indig.declarantur.

DECISIO XXIX.

De iure communi, qui emit ſub nomine Ciuis franci, amittit merces Bart. & Io.de Plat.in

1 l.1.C.de naui. non excuſ.lib.11. Afflict. in verb. vectigalia nu.170. quæ ſint regalia, quæ interceptio totalis ſit etiam ſi francus habeat partem in bonis: quia ſciens falſam fecit profeſſionem Bald. & Salyc.in l.cum proponas C.de naut.fen.

2 Guid.Pap. deciſ.572. qui etiam tradit, quòd ſi mercator tranſeat per locum, per quem debetur pedagium cum mercantijs partim francis, & partim ſubiectis, quòd, ſi fraudauit pedagium pro his,quę erant obnoxia,omnes confiſcentur, & hoc quando ſcienter ex reg.text. in l.cotem ferro §.Dominus ff.de vectig. & eſt communis,vt per Boer. deciſ.178. Strac. in tract.de merc. 4.par.nu.18. &

3 ſic pariter dicimus in extrahẽte, & quia dominium acquiritur Fiſco: propterea etiam contra hæredes datur iuditium, iuxt.text.in l.commiſſa ff.de publ.nam quod commiſſum eſt, dicit ibi text.ſtatim definit eius eſſe,qui crimen commiſit, dominiumq; rei vectigalis acquiri-

4 tur; lex enim abſque alia traditione hunc operatur effectum, ſicut in incorporalibus ſententia operatur poſſeſſionis acquiſitionem iuxtà tradita per Angel. in l. qui reſtituere ff. de rei vendic. In

5 tantùm quòd text.in l.in omnibus ff. de diuerſ.& tempor. præſcr. per quem præſcribitur actio contra Fiſcum,quando nõ fuerit facta incorporatio infra annos 20. limitatur non procedere,quando per ſẽtentiam quid incorporale declaratur ad Fiſcum ſpectare, & declaratur incorporatum, eſt ſynodalis deciſ.Bald. in margar.in verb.poſſeſſio acquiritur, vbi in ſpetie loquens in Imperatore,dixit,quòd ſi obtinuit ſententiam de iure incorporali,non indiget miſſione in poſſeſſionẽ: quia per ſolam ſententiam victus perdit poſſeſſionem, & victor nanciſcitur, allegat Innoc. hoc tradentem pro regula in cap.cum noſtris, de conceſſ.præbend. idem Bald.in l.traditionibus in fin.C.de pactis.

Ex his dũ eſſem Regiæ Cameræ Præſidens,& Commiſſarius cauſæ cuiuſdam Marci Antonij de Gaeta de Prouincia Calabriæ,fuit dubitatum,an ad fructus, ſeu

ſeu intereſſe pecuniæ declaratæ interce-
ptæ, poſſit Fiſcus agere, ſicut tenetur cõ-
6 ductor vectigalium, quando non ſoluit in
tempore, quo caſu etiam ad vſuras lex
illum condemnat l. vectigalia §. fin. ff. de
public. l. cum quidam §. fiſcus ff. de vſur.
non obſtante diſpoſ. text. in l. 1. C. de
7 fiſc. vſur. lib. 10. cum aliud ſit tractare
de vſura, ſeu intereſſe pœnæ, & quia in-
tereſſe eſt pœna, propterea non ſoluitur
pœna de pœna, vt benè declarat ibi
8 poſt alios Andr. de Barul. ſicut non ſol-
uuntur vſuræ vſurarum, ad text. in l. fin.
C. de vſur. Marc. Ant. Peregr. in tract. de
iure fiſc. lib. 6. tit. 7. num. 30. & aliud eſt
tractare de re intercepta, cuius dominiũ
ſtatim iuris miniſterio ad Fiſcum eſt trã-
9 ſlatum, & tractatur de ſpetie, & non de
actione, tunc enim non petuntur fructus,
vt pena, & ſic intereſſe pecuniæ; ſed fru-
ctus petuntur, vt ex re Fiſci indebitè ab
alio poſſeſſa, & ſic pariter vſura, ſeu in-
tereſſe ex ſorte Fiſci debita: contrahitur
enim mora irregularis eo ipſo, quod de-
betur, ita quod punctus eſt deberi: nam
ſtatim abſque alia interpellatione ex mo
ra currit vſura, ſeù intereſſe contra Fiſci
verum debitorem: nam interceptio pe-
cuniæ oritur ex delicto in faciendo, pro-
pter quod lex inducit confiſcationem:
vnde nimirum ſi debentur ex re fructus,
& ex pecunia intereſſe, cùm ab initio cõ-
mittendo delictum ſe conſtituit malæ fi-
dei poſſeſſorem, text. eſt ad hoc elegans,
qui decidit quæſtionem in l. 1. C. de his,
10 quibus, vt indig. vbi Bald. declarat, &
latiùs Iaſ. cuius text. verba ſunt infraſcri-
pta.

Hæredes, quos necem teſtatoris inultam omiſiſſe conſtiterit, fructus integros cogantur reddere: neque enim bonæ fidei poſſeſſores ante controuerſiam illatam videntur fuiſſe, qui debitum officium pietatis ſcienter omiſerunt, ex hæreditate autem rerum diſtractarum, vel à debitoribus acceptæ pecuniæ poſt motam litem bonorum, vſuras inferant, &c. vbi gloſ. & Doctor. tractant, quomodo intelligatur tex. in eo, quod dicit, deberi vſuras poſt litem motam, ſi re ipſa abſque interpellatione ex Fiſci priuilegio contrahitur, vt ibi per Bald. & latiùs Iaſ. gl. in d. §. fiſcus, Roman. in l. ſi ex legati cauſa de verb. obligat. Anan. in cap. excommunicationi col. fin. de rapt. Salyc. in d. §. fiſcus, Aret. in d. l. ſi ex legati cauſa, Marc. Ant. Bauer. in tract. de mora 2. par. verſ. quintò principaliter, poſt Azo. in ſumm. C. de vſur. nu. 10. latè Rub. Alex. in repet. §. morte leg. non ſolùm de oper. nou. nunc. Peregr. de iure fiſc. lib. 6. tit. 7. Sed vtcunque ſit apparet ex delicto confiſcari bona, dominiumq; taliter ſtatim transferri, quòd determinari debeat deberi fructus, vel vſuras ex pecunia ſaltim poſt litem motam.

11 Quibus omnibus diſcuſſis in Regia
Camera fuit me referente condemnatus
prædictus Marcus Antonius ad pecuniã
interceptam vnà cum intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex cauſa litis etiam ſub nomine dignitatis recuſari poteſt tanquàm ſuſpectus in alijs cauſis, et ibi refertur deciſio facta.*

2 *Iudex inimicus poteſt recuſari.*

3 *Iudicis inimicitia extenditur ad totam parentelam.*

4 *Iudex ex inimicitia præſumpta poteſt recuſari, vt quia non ſalutauit.*

5 *Iudex habens iuſtam cauſam inimicandi poteſt recuſari.*

6 *Totum tribunal an ſuſpectum allegari poſſit.*

7 *Quando offenſo vno de domo intelligantur cæteri de eadem domo offenſi.*

8 *Iudex cõſanguineus inimici, mecum litigantis poteſt recuſari, quòd extenditur, etiam ſi inimicus non litiget; ſed faueat vni ex partibus litigantibus.*

9 *Qua-*

9 *Quælibet inimicitia, etiam quòd nõ ſit capitalis, ſufficit ad recuſationem.*

10 *Quando cauſa ſuſpitionis eſt certa, & à iure determinata, ſi per ſententiam reijciatur, illa erit nulla.*

11 *Cauſæ recuſationis vltra expreſſas à iure remittuntur Iudicis arbitrio, qui ſi malè arbitrabitur, poteſt appellari.*

12 *Pragmaticæ Regni vetantes appellationem à decretis ſuſpitionum fuerunt interpetratæ, quòd non procedant, quãdo conſtat de nullitate, vel de notoria iniuſtitia.*

13 *Qualitas Iudicis multum præualet in admittenda, vel reijcienda ſuſpitione.*

14 *Gradus parentelæ conſideratur vſque ad gradum ſucceſsionis, quod tamen limitatur, dùm tractatur recuſatio Iudicis propter parentelam: nam attenta qualitate parentelæ, & Iudicis, poteſt etiam vltra prædictum gradum extendi, quòd totum Iudicis arbitrio remittitur.*

15 *Quando litigantes ſunt in pari gradu, ſuſpitio non admittitur.*

16 *In dubio Iudex debet declarari ſuſpectus, quòd non procedit in recuſatione teſtium.*

ARGVMENTVM.

De recuſatione Iudicis ex cauſa litis, non intuitu perſonæ; ſed dignitatis, ratione inimicitiæ nõ ſolùm manifeſtæ; ſed præſumptæ; Cõſanguinitatis quoque eum inimico alterius ex litigatoribus. Gradus parentelæ ad remouendum Iudicem vſquequò. Nouellæ Regni Pragmaticæ prohibentes appellationem in cauſis ſuſpitionum quomodò practicentur.

DECISIO XXX.

Decidimus in Collaterali Conſilio, quòd ex cauſa litis etiam ſub nomine dignitatis Iudex poſſit recuſari ſuſpectus in alijs cauſis eius, cum quo
1 litẽ habuit ſub nomine dignitatis Imol. in cap. cum ſuper de off. deleg. Bertach. in verb. Iudex ſuſpectus, & ita practicatum inter Ducem Veteris Scribam portionis, & D. Berardinum de Montaluo digniſſimum Præſidentem Regię Cameræ propter litem præcedentiæ, quam habuerunt circa ſeſſionem in tribunali tũc exiſtente in Regio Arzenali, & quando Iudex eſt inimicus, non eſt dubium, eum
2 poſſe recuſari ex regula text. in l. ſi pariter ff. de liber. cauſ. in l. 1. C. ſi quacunque præd. pot. ex quo text. ſecundum
3 Bart. probatur, quòd non ſolùm Iudex erit inimicus; ſed omnes de eadem domò, vel parentela, & non ſolùm inimicus
4 clarus; ſed prǽſumptus recuſatur, vt quia non ſalutauit, Felyn. latè poſt Abb. qui deciſiones cumulat in d. cap. cùm ſuper,
5 vel ſi habeat iuſtam cauſam inimicandi, cumulat omnia latè Iaſ. in l. apertiſſimi C. de iudic. & videatur pulchra additio
6 ad Bald. in d. l. 1. C. ſi quac. præd. pot. in lit. I, vbi dixit, poſſe allegari totam Synodum ſuſpectam, ſi ſit maior pars illius ſuſpecta, quod nota: quia ſic poſſet recuſari totum tribunal, & ibidem Bald. di-
7 cit, quòd, offenſo vno de domo, intelliguntur cæteri offenſi in his, in quibus conſideratur animi affectio, & iniuria.

Pariter Iudex conſanguineus inimici vnius ex partibus litigantibus poteſt re-
8 cuſari, text. eſt in cap. accedens lo ſecondo, vt lit. non conteſt. vbi Io. Andr. & Panorm. Philip. Franc. in cap. poſtremò de appell. nu. 12. quod procedit ſecundum Panorm. etiam quòd inimicus non liti-
9 get; ſed faueat alteri parti, & quælibet inimicitia etiam quòd non ſit capitalis, vel grauis ſufficit ad recuſationem per notata in d. cap. cum ſuper: ita Franc. vbi ſupra in 32. cauſ. recuſat. & notetur vnum,

10 vnum, quòd, quando cauſa ſuſpitionis
eſt certa, & à iure determinata, ſi Iudex
pronunciet cauſam non eſſe legitimam,
ſententia ſit nulla Innoc. in cáp. cum
ſpetiali de appellat. & quia recuſationis
11 ſunt ſpecies multæ vltra à iure expreſ-
ſas: tunc idem iudicatur de illis, quando
ſunt maiores expreſſis, quod iudicatur
de cauſis à iure particulariter expreſſis,
quod Iudicis relinquitur arbitrio, & ſi
malè arbitrabitur, appellabitur, vt la-
tiùs habetur per Philipp. Franc. vbi ſu-
12 pra colum.finali, quæ notentur pro no-
uis Pragmaticis Regni, per quas non
admittuntur appellationes in cauſis ſuſ-
pitionum, quæ non procedunt, quando
de nullitate dicitur, vel conſtat de noto-
ria iniuſtitia, & ita in Collaterali Conſi-
lio practicatum, & deciſum in quàm plu-
rimis cauſis, & ſignanter in cauſa vertē-
te in Reg.Cam.inter Io.Thomam Caraf
fam, & Portiam de Aprano.

Qualitas autē Iudicis in caſibus con-
13 tingentibus admittit, vel reijcit ſuſpi-
tionem Alex. in l.qui iuriſdictioni ff. de
iuriſd.omn.iud. latiùs Dec.in d.cap.po-
14 ſtremò; & licet gradus parentelæ ſit vſ-
que ad quem datur ſucceſſio ſecundùm
Bart.& cæteros in d.l. qui iuriſdictioni;
tamen ſecundum qualitatem parentelæ,
& qualitatem Iudicum eſt ſuſpitio arbi-
traria vltra prædictum gradum notabili-
15 ter Dec.in d.cap.poſtremò; ſed quando
litigantes ſunt in pari gradu, non datur
ſuſpitio ſecundum prædictos Doct.& Iu-
16 dices debent eſſe proni in hac materia,
& propterea Doct.dixerunt, ex omni le-
ui cauſa Iudicem recuſari, ꝙ non eſt ſic
in teſtibus, Dec.vbi ſupra, latiſſimè & ele
ganter Præpoſ.in eo.cap.poſtremò, & per
Aufrer.in tract.de recuſ.3.vol.

SVMMARIVM.

1 *Text. in l. in tribus ff. de Iud. limitatur, & declaratur.*

2 *Quando quis venit principaliter ad ius ſuum defendendum, dicitur reus, & non actor.*

3 *Tex. in d. l. in tribus, an procedat in ordinatorijs tantùm iuditiorum.*

4 *Agens in terminis text. in l. diffamari C. de ingen. manum. dicitur reus, & non actor.*

5 *Prouocans ad iuditium, timens de facto turbari, comparente aduerſario, & petente illum ad relaxationem condemnari, dicetur reus, & non actor, & prima petitio reſoluitur in vim exceptionis.*

6 *Regula l. primæ ff. de except quod in exceptione reus ſit actor, declaratur.*

7 *Text. in l. inter pares ff. de re iudicata declaratur, & limitatur, & num. 8.*

ARGVMENTVM.

Materia tractatur quis dicatur actor, vel reus in iuditio, & declarantur termini text. in l. in tribus ff. de Iudic. in l. inter pares, ff. de re iud. in l. diffamari C. de ingen. & manum. in l. 1. ff. de except.

DECISIO XXXI.

TExt. in l. in tribus ff. de
Iudic. non procedit, qñ
quis prouocaſſet: quia
1 timet moleſtari de fa-
cto in ſua poſſeſſione,
in qua petit cōſeruari;
tunc.n.dicitur venire ad ſe defendendū,
& quia nihil petit, dicitur reus, & non
actor Bald. eleganter in auth. ſed & ſi qs
ab aliquo C. de teſtib. Abb. in c. ſi quis
contra Clericum, de for.comp.notab. &
latè Dec. qui declarat materiam ipſius
text. in cap. ex literis, de probat. peropti-
mè Abb. in cap. ſi quis contra nu. 2. & 3.
de for.comp. Felyn. in cap. ſi autem in
fin. verſ. vltimò circa gl. de reſcript. Soc-
cin. conſ. 109. vol. 4. Ronchegall. in tract.
2 de duobus reis in rubr. nu. 28. & Bart. in
l. de pupillo §. fin. ff. de nou. oper. nunc.

idem tenendo,dicit,quòd, quando quis principaliter venit ad defendendum ius ſuum, licet in conſequentiam alleget nullitatem tituli aduerſarij, hoc non obſtante dicatur reus,attendendo originem petitionis,& cauſæ,quæ non eſt petere aliquid; ſed conſeruare,& defendere ius,quod habet, & rurſus ſecundum
3 Iacob. de Beluiſ. quem in d. l. in tribus refert Alber. in principio procedit tantùm in ordinatorijs iudiciorum per glo. in l.duo Iudices in fin.ff.de re iud.quam Angel.& Paul.de Caſtr.videntur ſequi, licet Imol.& Alex.in d.l.duo Iudices videantur hoc impugnare, quibus non eſt abſimile, quod dicimus in terminis
4 text.in l.diffamari C. de ingen.manum. vt quamuis diffamatus agat; tamen verè reus erit in iudicio ſecundum magis communem opinionem, & ob id cõuenire poterit diffamantem coram Iudice ſuo, & gaudebit omnibus alijs priuilegijs,quibus reus gaudere debet, Alex. Dec.& alij,quos congerit Couar. latiſſimè var.reſol.lib.1.cap.18.Menoch.de arbit.Iud.lib.2.cent.1.caſ.98.nu.6.Ronchegal.vbi ſupra nu.18. reprobata deciſ. Affl.268.vt ibi per Vrſill.& per Capyc. deciſ.18. & propterea Doct. notabiliter
5 tradunt,quòd,quando quis prouocat ad iudicium timens de facto turbari, & nihil aliud petit, niſi conſeruationem, & defenſionem ſui iuris, quando demùm comparet aduerſarius petens illum condemnari ad relaxationem rei, hæc petitio de ſui natura operetur, vt prima petitio reſoluatur in vim exceptionis propoſitæ per reum aduerſus actorem, de quo eleganter per Dec.in cap.in præſẽtia in princip. de probat. Pariſ.conſ.81. num.26.lib.4. Couar. vbi ſupra num.6. circa medium,dixerunt in terminis text. in d.l.diffamari,Cæphal.in conſ.381.nu. 16.volum.3. Soccin.in conſ.94. num.6.
6 vol.3. Hinc regula text.in l.1. ff.de except. quod in exceptione reus fit actor, intelligitur largè,& impropriè,& proptereà text.in l.in exceptionibus ff. de probat. dicit, quòd fungatur vice actoris, & intelligitur quò ad probationem exceptionis, non quò ad alia, in quibus ſemper reputabitur reus, Bald.eleganter in l.fruſtra C. de probat. Abb. & latiùs Dec.in cap. cum inter de except. Cæph. in conſ.455.nu.29.vol.4.Socc.conſ.34. vol.1.deciſ.Pedem. apud Oſaſch.151.

7 Hæc ſunt notabilia, & deſeruiunt ad intellectum text.in l.inter pares, ff. de re iud. vbi, quando Iudices ſunt in pari voto, profertur ſententia pro reo, cuius text.diſpoſitio ſeruatur tantum in tribunali Reg.Cam.non autem in alijs,& habet notabiles limitationes,de quibus ibi per Zaſ. & ſignanter in pupillis, & alijs perſonis priuilegiatis,licet inter eas non
8 comprehẽdatur Fiſcus ex particulari diſpoſitione text.in l.non puto ff.de iure fiſc.ſecundũ Doct.ibi, & ſignanter Alex. Hercul.& alios.

Fuerunt hæc valde diſcuſſa in cauſa Curſoris maioris cum D. Dianora Zapat, fuitq; Regia Camera in paritate votorum, & facta relatione in Collaterali Conſilio pariter fuimus in paritate votorum; ſed poſteà omnes fuimus concordes, quod daretur breuis dilatio eidem D.Dianoræ ad probandum prætenſa per eam, quæ per priùs fuerat excluſa,& publicatum decretum contra eam, videlicet in paritate votorum,præſupponendo eſſe actricem, cuius contrarium per prædicta fundabant tenentes contrariam opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non poteſt condemnare ad fructus percipiendos poſt ſententiam, nec ad vſuras futuras: quia futuri temporis tractus ad Iudicem non pertinet, & ibi ratio.*

2 *Poſſeſſor condemnatus ad rei reſtitutionem tenetur ex mora ad fructuum reſtitutionem poſt ſententiã perceptorum Iudicis officio.*

3 *Reſtitutio fructuum perceptorum poſt ſententiam an requirat no-*

nouam

nouam condemnationem, vel veniet in exequutionem ſententiæ, latè diſcutitur.

4 *Exequutio ſententiæ an habeat ſuã inſtantiam.*

5 *Sententia declarans rem ad aliquem ſpectare, parit actionem ad fructus etiam quòd ſententia fuerit erronea.*

6 *Text. in l. cum quæritur ff. de excepti. rei iudic. declaratur notabiliter.*

7 *Venditio non extenditur ad incogitata.*

8 *Venditio incipiens à numero, & nõ à corpore, non comprehendit niſi in numero contenta.*

9 *Venditio corporum cum declaratione ſummæ, ad quam aſcendunt, non comprehendit, quod plus eſt.*

10 *Venditio facta ad numerum, & menſuram non extenditur vltra expreſſa.*

11 *Aliud eſt rem vendere, & aliud annuam præſtationem ſuper ea.*

ARGVMENTVM.

Fructus percepti poſt ſententiam quo iure petantur poſt moram in reſtituendo commiſſam. Text. in l. cum quæritur ff. de except. rei iud. declaratur. Venditio in corpore quid differat à venditione facta numero, & menſura.

DECISIO XXXII.

DVM elaboraſſem vti Iudex in hac cauſa illuſtr. Ducis Sueſſæ cum Regio Fiſco, fuit ex parte Regij Fiſci propoſita ſuſpitio in mei perſonam ex eo, quod cum fuerim Aduocatus in cauſa Ducis Andriç conſimilem cauſam habentis circa augmentum functionum fiſcalium, non poteram in hac interuenire vti Iudex, & ita votatum; ſed quia iam in cauſa omnia digeſta per me fuerant, & eſt votata, deciſa, & publicata; propterea volui lucubrationes in publicum afferre, poſtquam ſecundum eas deciſio eſt iam facta.

In anno 1573. compilato proceſſu in Regia Camera fuit declaratum augmentum focularium, & iurium fiſcalium in certis Terris olim Ducis ad ipſum ſpectare, & proinde fuit Fiſcus condemnatus ad omnes quantitates perceptas in præteritum.

Petijt Dux liquidationem, & ſolutionem in præteritum quantitatum exactarum, & reſpectu augmenti exiſtentis declarati ad ipſum ſpectare, aſcendentis ad ſummam annuorum ducat. 321. quia reperiebatur alienatum, petijt, quòd Fiſcus luat ab emptoribus, & deſcribatur in eius faciem.

Fuit prouiſum, quod fiat liquidatio, ac remiſſum negotium Regiæ Cameræ, vt ſe informet, liquidet, & referat cum voto fol. 114. & 120. & fol. 121. fuit facta relatio, quod ſoluantur quantitates exactæ in præteritum; quo verò ad luitionem, & aſſignationem dictorum annuorum ducat. 321. reſeruat Regia Camera facere conſultationem, vt fol. 121.

Fiſcus ſtatim reclamauit ab hac ſententia in anno 1573. ſed non fuit proſequutus appellationẽ niſi in anno 1578. Dux oppoſuit deſertionẽ in anno 1585. fol. 140. fit monitio ad dicendum in anno 1595. fol. 142.

Dux ſub die 10. Aprilis anni 1600. fol. 143. præſentauit comparitionem, petendo committi calculum quantitatum exactarum à Regio Fiſco, ſeù Conceſſionarijs prædicti augmenti à die ſententiæ vſque ad præſens, necnon deſcribi functiones fiſcales in ſui faciem auctas in hac noua numeratione, & alias liquidãdas, vbi Fiſcus replicat, quod à ſententia lata in anno 1573. reclamauit, & eſt proceſſus inſtructus, qua reclamatione ſtante non poteſt tractari de prętenſis non contentis in decreto Regiæ Cameræ.

Fit inſtantia ex parte Ducis, quod liquidetur tantum augmentum Terrę Caſtellutij pro nunc factum in hac noua numeratione fol. 145. & de hoc tantùm fit calculus fol. 150.

Fiſcus præſuppoſuit, Ducem in anno 1570. vendidiſſe omnes functiones fiſcales, quas habebat, eidem Regiæ Curiæ pro pretio duc. 26. mille, & eſt vera venditio facta prædicto tempore annuorum duc. 3196. ſuper functionibus fiſcalibus diuerſarum Terrarum, quos tantùm habebat, & poſſidebat Dux prædicto tempore pro prædicto pretio duc. 26. mil. ad rationem duc. 12. pro quolibet centenario; & ſucceſſiuè dixit Fiſcus, quod nullo iure petere poterat Dux augmentum nouæ numerationis, ſi omnia mediante prædicta venditione in fiſcū erant tranſlata, ob quod per decretum Regiæ Cameræ in anno 1602. fuit Fiſcus abſolutus à petitione augmenti nouiſſimè facti, vt per decretum prædictum fol. 164. latum in anno 1602. à quo Dux reclamauit, vt fol. 178. verùm fuit reſeruata in decreto conſultatio facienda circa augmentum numerationis anni 1561. iuxta reſeruationem, & conſultationem aliàs factam per eandem Regiam Cameram in anno 1573.

Dux petijt hodiè explicari conſultationem aliàs reſeruatam reſpectu præteriti augmenti iam declarati ſpectare ad ipſum vigore prædictę ſententiæ in anno 1573. à quo die cum nō fuerit facta luitio augmenti ad ipſum Ducem ſpectātis, non videtur hæſitandum, quod debeat Fiſcus condemnari ad quantitates decurſas, cum articulus ſit iuris, & nihil conſiſtat in facto.

Aduerſus quod nouiſſimè Fiſcus oppoſuit exceptionē rei iudicatæ, tùm ex decreto anni 1573. tùm etiam ex prędicto vltimo decreto nouiſſimè lato fol. 176. & ſic mutauit Fiſcus defenſionem: nam primo loco præſuppoſuit hoc ſententiatum in fauorem Ducis per decretum anni 1573. ſed dixit à decreto reclamatum, & inſtructum proceſſum in cauſa reclamationis, & dixit ſecundò, ꝙ petita per Ducem non continebantur in decr. Reg. Cam. de cuius exequutione tractabatur.

Quò ad prædictā exceptionem rei iudicatæ non oportet verba facere, ſi quidē nullum habet iuris, vel facti fundamentum: nam aut talis exceptio opponitur reſpectu augmenti annuor. duc. 321. exiſtentis tpe decreti anni 1573. ortum habentis à numeratione anni 1561. & decretum declarauit ſpectare ad Ducem: ita ꝙ obſtat Fiſco exceptio rei iudicatę, imò vt per calculum, & liquidationem factam apparet, vſque ad diem decreti habuit Dux omnes quantitates decurſas ex eodem augmento; ſi verò vult tractare de decreto nouiſſimè lato, iſtud eſt expreſſum in augmento nouiſſimę numerationis anni 1595. & fuit facta particulariter reſeruatio, quò ad augmentum in præteritum, nec poterat aliud determinari, ſi decretum ſit ſuper inſtantia Ducis, qui inſtetit pro liquidatione, & deciſione augmēti tantùm numerationis anni 1595. de quo augmento hodiè non tractatur, obſtat Duci decretum, & pendet reclamatio.

Si verò opponitur exceptio rei iudicatæ reſpectu exactionis factæ per Fiſcū prędicti augmenti, quod fuit declaratum ſpectare ad Ducem per decretum anni 1573. ſi loquitur reſpectu exacti vſque ad prædictū annum, Dux non petit: quia fuit ſibi ſatisfactum, & ſi loquitur reſpectu quantitatum exactarum poſt decretum, præſupponendo, quòd tunc Fiſcus non fuit ad eas condemnatus, & cùm petijſſet Dux in præteritum, & in futurum condemnari Fiſcum, in præteritum tantùm fuit condemnatus, quod ex hoc ab intellectu iuris venit abſolutus, replicatur ex parte Ducis, ꝙ attenta qualitate facti hæc oppoſitio non ſubſiſtit in facto, & eſt contra notorios iuris terminos.

Non ſubſiſtit in facto: nam ſi declaratum eſt augmentum ſpectare in anno 1573. quod augmentum conſiſtebat in annuis ducat. 321. & Dux hodiè aliud non petijt, niſi hoc idem augmentum declaratum ad ipſum ſpectare tanquam ad Dominum: ita quòd non tractatur con-

condemnatio Fiſci ad præſtationem aliquam annuam; ſed ad reſtitutionem augmenti ad Ducem ſpectantis,quod augmentum ſingulis annis fuit, & eſt idem, eodemq́; modo ad Ducem ſpectans: ergo quid commune petitio Fiſci,nec in præteritum, nec in futurum ex radice primæ petitionis ante annum 1573. ſed benè petijt,& petit has quātitates augmenti Dux tanquam fructus ſuos decurſos poſt ſententiam, ſeu decretum prædictum per Fiſcum, ſeù alios eius nomine indebitè perceptos,& ſic factum tollit obiectum, cum decretum anni 1573. ſit indubitatum reſpectu augmenti tunc exiſtentis,hoc augmentum conſiſtit in perceptione annua ducat. 321. hoc eſt, quod petitur,& non aliud: igitur ex peremptione facti redditur vana exceptio.

Dixi,quòd eſt contra iuris terminos: quia ad fructus percipiendos poſt ſñiam
1 non poteſt Iudex condemnare, ſicut nec ad vſuras futuras, cum futuri temporis tractus ad Iudicem non pertineat, dicit text.in l.1.§.1.ff.de vſur.ita gloſ.per iſtū text. in l. Iulianus §. idem Iulianus, in verb.iudicatæ ff.de rei vend. vbi Angel. expreſsè notat, & idem Ang.in l.qui reſtituere eod. tit. & hoc ſumma cum ratione: nam ſi ſententia declarat quem Dominum,& condemnat poſſeſſorem ad reſtitutionem rei, maximè in ſententia Præfecti Prætorio, quæ paratam habet exequutionem, non datur locus cōdemnationis fructuum percipiendorum, cum vigore ſententiæ erunt percipiēdi à Do-
2 mino, & propterea dum poſſeſſor condemnatus non reſtituit,tenetur ex mora ad reſtitutionem fructuum perceptorum poſt ſententiam Iudicis officio, & iſte eſt caſus text. in d. l. qui reſtituere de rei vend.vbi omnes,idem text.in l.ſi longis C. de exequ. rei iud. vbi pariter omnes Scrib.

De hoc nemo dubitauit; ſed diſputatio fuit,ſi opus eſt noua condemnatione,
3 vel veniet hoc in exequutione ſentētiæ, & gloſ.in d.l. qui reſtituere, dicit primò venire in exequutione, & dùm tex.dixit officio Iudicis ab eo poſſeſſio trāsfertur, & fructuum condemnatio ſit dicit gloſ. in ver. condemnatio,ideſt exequutio cōdemnationis factæ, demùm gloſ. ponit aliam opinionem dicens, vel dic fructuū poſt ſententiam: ita quod Iudex,qui cōdemnauit ad rem reſtituendam, cōdemnabit etiam poſt moram in exequutione ad fructus poſt ſententiam perceptos,tāquam fructus perceptos indebitè ex re mea in contemptum ſententiæ, quæ cōdemnatio cum habeat ortum,& radicem ex nouo facto poſt ſententiam, & ob nō paritionem ſententiæ, & officio Iudicis ſententiam proferentis fit exequutio, & condemnatio: ergo vana eſt exceptio rei iudicatæ, & Bart.ibi, & Odoffr. recitant gloſ.illamq́; ſequuntur,vbi Fulgo.tenuit non requiri nouam condemnationem ſecundum prædictam opinionem gloſ. ſed venire in exequutionem ſententiæ Iudicis officio: quia Iudex hoc exequitur, dùm illi non fuit obtemperatum, & venit in exequutionem reſtitutionis rei cum omni cauſa ex mora poſt ſententiā contractam in pœnam non parentis,qui non debet eſſe in lucro ex ſua contumacia,& mora,quod eleganter tradidit Iureconſ. in l.in fideicommiſſi ff.de vſur.in caſu fortiori ibi, cum ea temporis intercapedo iudicato dilationem dare, non lucrum afferre debeat,& licet Ange.dubitauerit de hac opinione Fulgoſ. ſi venit in exequutionem ſentētiæ,vel requiratur noua condemnatio in ead.l.qui reſtituere, quam dubitationem ſequutus eſt Aret.in l.apud Iulianum §.fructus de leg.1.tamen dixit Ang. benè procedere hoc in iuditio vniuerſali,vel generali,vt in petitione hæreditatis,in peculio,& ſimilibus, vt eſt in facto, de quo tractamus: nam fuit petitum genericè, & ſic deciſum,augmentum ſpectare, & ſic videmus,quod nemo dubitauit deberi fructus poſt ſententiam; ſed difficultas fuit, ſi requiratur noua condemnatio,vel veniat in vim exequutionis, propter quod Bald.& Salyc.quaſi conciliando opiniones in d.l.ſi longis,tradiderūt,quòd hoc fiet interloquendo: quia non potuit hoc Iudex in prima ſententia prȩuidere,cum

ſumant originem fructus poſt rem iudicatam, & Bald.dicit, quòd procedit Iudex interloquendo,& declarando,& faciet tanquam conſequutiuum ipſius ſententiæ à lege virtualiter in ea comprehenſum,& idem Bald.in l.fin.C.de vſur. rei iud.declarat notabiliter, dùm tex.ibi dixit,vt poſt elapſum quadrimeſtre tempus datum condemnatis in actione perſonali debeatur vſura cẽteſima,dicit inquam, vt in ipſis vſuris fiat exequutio, non quaſi ex ſententia hominis; ſed ſententia legis, & dixit eſſe ſpeciale in conſequutiuis ipſius ſententiæ, ad quod allegat text.in d.l.ſi longis,qui text.ſic ab omnibus ſummatur, condemnatus poſt mortem tenetur de interitu, & ad fructus rei in condemnationem deductæ, ad idem text.eſt in d. l. in fideicommiſſi de vſur.

Si ergo de fructibus percipiẽdis Iudex non poteſt condemnare, qui habent ortum ex indebita perceptione facienda poſt ſententiam:quia tempore iuditij nõ perceperat, & in futurum percipere non debet: ergo ſi Iudex non potuit cõdemnare, & hodie quia, quod non perceperat,percepit, & vigore ſententiæ fructus poſteà percepti petuntur: ſequitur indubitatè,quod nihil commune primum iuditium cum hoc iuditio exequutionis,ob quod vana eſt exceptio rei iudicatæ, & hic eſt caſus l.ſi à te ff. de except.rei iudic. cuius verba ſunt infraſcripta: Si à te hæreditatem petam, cum nihil poſſideres, deinde vbi cæperis aliquid poſſidere,iterum hæreditatem à te petam, an noceat exceptio iſta,& putem, ſiue fuerit iudicatum, hæreditatem meam eſſ.,ſiue aduerſarius: quia nihil poſſidebat, abſolutus eſt, non nocere exceptionem.

Ad idem eſt text. in l.ſi rem meam eo. tit. vbi ſi rem meam à te petiero, tu autem ideò fueris abſolutus, quòd probaueris ſine dolo malo te deſijſſe poſſidere, deinde poſteà cæperis poſſidere, & ego à te petam, non nocebit mihi exceptio rei iudicatæ, & ſic ad propoſitum, cum Fiſcus non fuerit condemnatus in anno 1573. quia non poterat condemnati ex iuris reſiſtentia: quia tractus futuri temporis nõ eſt in iudicis poteſtate & rurſus, & fortius: quia ex reſtitutione facienda rei non erat poſſeſſor, nec poterat habere fructuum perceptionem,ſequitur,quòd ſi poſteà poſſedit, & non reſtituit,& fructus percepit,ceſſet cauſa, quare Fiſcus non fuit condemnatus, & oritur actio ad nouam condemnationem officio Iudicis faciendam in exequutionem ſentẽtiæ, quod officium impartitur ex facto orto poſt ſententiam, quod eleganter dixerunt Bald. & Salyc. quando non poterat Iudex præuidere ante ſententiam,& Dux non agit ad hos fructus prima actione: nam vt eleganter dixit gloſ.in d.l.ſi à te §.ſi quis fundum, ſtultus eſt,qui prima actione agit, & non in exequutionem ſententiæ petit mandari exequi, quod petit, dico inquam, quod Dux in exequutionem ſententiæ petit hos fructus perceptos ex re ſua, imò vt dixi,non petit fructus; ſed idem ſuum augmentum declaratum ad ipſum ſpectare, & quotannis ab ipſo exigendum; & ſi non exegit culpa Fiſci, qui alienauit; nonne dicunt text. & omnes Scrib. in d. l.qui reſtituere, quòd tenetur ad quanti intereſt, & cum ſemper idem ſit augmentum, nec petitur vt fructus decurſi, vel decurrendi, & cum debitum oriatur poſt ſententiam, propterea vndique vana eſt exceptio; ſed quare Fiſcus non exhibet notata in libro notamentorum: nam ſi fuiſſet decretum hoc impoſſibile,videlicet Fiſcum lucrari debere fructus futuros percipiendos ex augmento ad Ducem ſpectante, vtique in prædicto libro debebat annotari, quod ſi non apparet,ex hoc ſolo apparet,quæ nam ſit hæc noua Fiſci oppoſitio.

Si Fiſcus reuertitur ad primas oppoſitiones,dicendo eſſe compilatum proceſſũ in cauſa reclamationis,& quod propterea debeat procedi ad illius expeditionem,vel ſecundò dicat,vt dixit,quòd de his fructibus nihil continetur in decreto lato in anno 1573.dicitur quò ad primam,ſententiam eſſe exequutioni de-

man-

mandandam ex regula text.in auth.quæ ſupplicatio C.de precib.Imp.offer.& demum tractati de ipſius reuiſione, eò magis ſtante oppoſitione deſertionis, quæ ex ſerie facti ſupra annotata eſt apertè demonſtrata,ſuper quo eſt ante omnia interloquendum, & interim nullo iure poteſt impediri executio ſententiæ Præfecti Prętorio.

Quò ad ſecundam quod de iſtis fructibus ſentẽtia non loquatur, non negatur, & ſic idem Fiſcus fatetur, quod ſupra diſſeruimus:quia loqui non poterat, cum ſint fructus decurſi poſt ſententiam, qui debentur officio Iudicis ex nouo facto ſuperueniente poſt ſententiæ prolationem; ſed non ex eo:quia de his non loquitur decretum,propterea non debẽtur vigore eiuſdem decreti Iudicis officio, tanquam conſequutiui ipſius decreti,& in eius exequutionem ex ſupra fundatis per caſus iurium indubitatorum, veras,ac communes Doctor.deciſiones;
4 fuit tantùm dubitatum inter Doctor. ſi exequutio ſententiæ habeat ſuam inſtantiam,& in terminis text.in d.l.qui reſtituere,tenuerunt non habere; ſed eſſe iuditium merè execuṭiuum: quia petitur exequutio Iudicis officio mercenarij, & ſi ageretur actione iudicati,vel in factũ, etiam quòd daretur inſtantia,producta tamen ſententia per actorem ad nullam defenſionem admittitur reus, niſi ſi qua poſt ſententiam ſuperueniſſet,de quo per Bald.in l.2. C.de exeq.rei iud. & latiùs per Affl. in deciſ.346.

Imò poſtquam ex dominio declarato
5 fructus ſunt Ducis,& indebitè poſteà Fiſcus percepit, ex eademmet ſententia poſſum agere ad fructus, ita Bartol.poſt gloſ.Alb.Bald.& omnes in l.& ex diuerſo §.vbi autem ff.de rei vẽd.etiam quòd ſententia fuiſſet erronea, vt ibi in text. Pau.de Caſtr.in l.Iulianus verum debitorem ff.de cond.indeb.latè Iaſ. in l.qui Romæ §.duo fratres num.15.de verbor. obliga.nec poteſt obijci,quòd res ſit diuerſa:nam cum depẽdeat ex eodem fonte diſcuſſo,& deciſo,ideſt à declaratione facta,quòd augmentum ſpectabat,& tractatur de perceptione fructuum illius,intelligitur taliter hoc in ſententia comprehenſum virtualiter, vt dicatur deciſum, & licet ſit res diuerſa,obſtabit exceptio rei iudicatæ, ad text. in l. cum
6 quæritur cum ſeq.de except. rei iud. qui requirit, quòd ſit eadem res, idem modus agendi,& inter eaſdem perſonas,intelligitur verè, vel interpretatiuè, gloſ. notab. in l.& an eadem in verb.concurrunt, eod.tit. & propterea ſufficit,quod veniat diſcutiendum idem ius inter eaſdem perſonas, quando oritur ex eodem fonte per priùs iudicato, ita Paul. de Caſtr.notabiliter in l.ſi quis cum totum ff.de except.rei iudic. Socci.in l.fundum ff.de except.latiſſimè per me in conſ.49. 1.vol.vbi declaraui materiam nu.4.cum ſeq.& in conſ.90.nu.10.cum ſeq.& in conſ.62.cum ſequ. quæ legantur: nam omnia cumulantur,& declarãtur,& propterea in hoc non me ampliùs extendo, & ſi hæc iura, & Doctor. determinauerunt in fructibus debitis ante ſententiæ prolationem, quantò magis procedunt in fructibus perceptis poſt ſententiam in ipſius contemptum, & deludendo ipſius exequutionem,& propterea lex prodidit noua remedia,nouasq; actiones ortum habentes ex ſententia,videlicet iudicati in factum,aut Iudicis officium.

Concludo, loquendo ſecundum prætenſionem Fiſci,quod Dux petijt fructus augmenti,opponit Fiſcus, quòd non debentur,replicat Dux,quod vigore ſentẽtiæ eſt declaratus Dominus augmenti,& conſequẽter ex eadem ſententia fructus de iure debentur, dùm Fiſcus aduerſus hoc vult infringere quæſtionem augmẽti, in hoc obſtat ſententia, licèt hoc opponat aduerſus fructus petitos, & ſic quaſi ad rem diuerſam: nam cum depẽdeant ab augmento, & ſi illud debetur etiam fructus percipiendi debentur, nec poteſt vnum tractari,quod non diſcutiatur aliud, propterea obſtabit in hoc exceptio rei iudicatæ.

Sed non cadit in hac cauſa talis diſputatio: nam vt in principio dixi,non tractamus hic de fructibus; ſed tractamus

mus de augmento functionum fiſcalium cauſato ex numeratione anni 1561. declarato ſpectare ad Ducem per ſententiam anni 1573. & liquidato in annuis duc. 321. hoc inquam augmentum indubitanter dicit ſententia ad Ducem ſpectare:hoc idem augmentum,vt dixi, ſingulis annis exigetur, & hoc idem augmẽtum eſt,quod Dux petit:igitur quid immoramur in diſputando, ſi fructus futuri debentur, ſi fiſcus eſt ad illos condemnatus, ſi fuit abſolutus, & ſententia loquitur de fructibus futuris, ſi nil horum controuertitur; ſed tãtum dicimus, ſententia dixit augmentum ſpectare ad Ducem, propterea præſtetur in vim exequutionis ſentẽtię,& ſi alias diceremus, ludibrio fuiſſet ſententia, poſtquam ſi poſt eam augmentũ exigeret fiſcus,quomodo ſpectaret ad Ducem, & ſi ſpectat ad Ducem,quomodo fiſcus poteſt exigere, & ſi exigit augmentum ad Ducem ſpectans, quomodo vult illud eodem tẽpore aduerſus Ducem retinere:ergo ſententia eſſet de vento,inanis, & vacua, & lucraretur illud fiſcus per Dominum noſtrum,cum quo lata fuit ſentẽtia,& poſt eam interpellatus iuditialiter,vt lueret, & reſtitueret; ſed quæſo dicatur,quis nã eſt caſus fortior condemnaſſe fiſcum ad omnes fructus præteritos, vel condemnare hodiè ad fructus perceptos poſt ſẽtentiam, & quæ nam ratio diuerſitatis poteſt eſſe: imò à fructibus præteritis ſępè ſæpiùs fit abſolutio attenta bona fide poſſeſſoris,quod rarò euenit poſt litem conteſtatam; ſed à fructibus percipiendis,ſeù perceptis ex re mea poſt ſententiam, & condemnationem, per quam poſſeſſor eſt conſtitutus in mala fide, fuit interpellatus pro reſtitutione, adeſt mora,adeſt Iudicis contemptus,quomodo igitur fructus præteriti fuerunt declarati deberi, & fructus futuri contra ſententiam percepti non debebuntur?

Non videtur inſiſtendum in venditione facta per Ducem annuorum ducator. 3196. ſuper functionibus fiſcalibus eidẽ Regio Fiſco in anno 1570. pro pretio duc. 26. mil. ad rationem 12. pro quolibet centenario,quaſi velit prætendere Fiſcus omne ius tranſlatum in eum:nam hæc venditio fuit in anno 1570. & decretum poſteà ſubſequens in fauorem Ducis eſt in anno 1573. per quod declaratur augmentum ad ipſum ſpectare vſque ad illum diem, & ratio manifeſta fuit:quia Dux non vendidit genericè ius focularium, & ſalis, quod habebat, vel corpus functionum fiſcalium;ſed aſſeruit Dux tenere, & poſſidere annuos ducat. 3196. ſuper functionibus fiſcalibus diuerſarum terrarum,& hos annuos,& certos introitus vẽdidit Regio Fiſco ad rationem 12. pro centenario, ad quam rationem pretium fuit duc. 26. mil. & ſic nullo modo includuntur annui duc. 321. quia Dux nõ poſſidebat, nec adhuc erat declaratus Dominus: nam aliàs prædicta venditio non fuiſſet tantùm annuorum duc. 3196. ſed duc. 3517. & pretium non duc. 26. mil. ad rationem 12. pro cẽtenario; ſed circa triginta mille,non cogitauit Dux de augmento in venditione,
7 & ad incogitata non extenditur venditio ad text. in l. qui cum tutoribus ff. de tranſact. cumq; non incæperit venditio à
8 corpore; ſed à numero cum certo,& ſingulari pretio certorum, & diſtinctorum introituum,tunc ſi ſunt plura, non intelliguntur vendita,nec in venditione comprehenſa,vt eleganter docet Paul. de Caſtr. in l. ſi ſeruus §. 1. ff. de act. empti,
9 Imò ſi eſſet dictum,vendo functiones fiſcales aſcendentes ad tantam ſummam, quod plus eſt, non intelligitur vẽditum, dicit gloſ. in l. ſi venditor ff. de act. empt. & generaliter ſemper, quod non incipit à corpore, intelligitur venditio facta ad
10 numerum,& menſuram, quæ non extẽditur vltra expreſſa ſecundùm Bart. communiter receptum in l. Iulianus §. ſi Titius ff. de act. empt. elegans doctr. Bald. in rubr. C. de contrah. emptio. latè per Soccin. Sen. in conſ. 32. 4. vol. & Soccin. Iun. in conſ. 42. 2. vol. allegatur communiter ab omnibus Oldrad. conſ. 197. cumulant infinita Modern. add. ad deciſ. Afflict. 68. & eandem diſtinctionem facit Andr. in §. ſi quis demanſo de controu.

in-

inueſt.quem allegat,& ſequitur Capyc. in ſua inueſt.in verb.feudorum augmenta in 1.limit.

Aliud enim eſt, quòd vendatur ius, ſeù corpus functionum fiſcalium,aſſerendo aſcendere ad tot introitus, & tunc quia intentio fuit vendere corpus, & totum, quod habet, illa demùm expreſſio eſt potiùs gratia demonſtrationis, quàm taxationis, & totum venit in vẽditione.

Aliud eſt, quando eſt pariter venditum corpus; ſed eſt factum pretium per iugera, ſeù ad rationem tot pro centenario,tunc licet voluit totum vendi:quia tamen pretium eſt factum reſpectiuè ad redditus,debetur pretium pro illo pluri, quod fuit repertum contineri in venditione, & ſic procedit text.in l.qui fundũ §.qui agrum ff. de contrah.empt.

Et aliud tandem eſt, quando nullo modo eſt inceptum à corpore; ſed tantùm à numero, & cum diſtinctione certi pretij pro certis intoitibus,& tunc nullo pacto venit augmentum, nec in venditione continetur, pluſquam ſpecificè expreſſum ſecundum prçallegata,& tandem ſi expreſsè aſſeritur,dùm ſit venditio prędicta,poſſidere Ducem tot annuos introitus ſuper functionibus fiſcalibus,& iſtos vendidit ad rationem duodecim pro centenatio:ergo non eſt venditum corpus; ſed annui redditus ſuper corpore, cumq; corpus ſit, quòd patitur augmentum,& iſtud non eſt venditum: ergo vndique vana eſt oppoſitio venditionis
11 prædictæ: nam aliud eſt rem vendere, vel annuam præſtationem ſuper ea,de quo per Io.Fabt.in l.ſi quis argentum C.de donat. in §.item ſeruiana, inſtit.de act. Bart.in l.codicillis §. inſtituto de leg.2. & in l.fundus, quem de ann.leg. Erit enim actio realis ſuper re, & tranſlatum dominium limitatum annuæ præſtationis venditæ percipiendæ ſuper re; ſed non erit venditum dominium,& corpus integrum ipſius rei. Hinc Doctor. ibi faciunt queſtionem,quid ſi quantitas redditus non percipitur ex fundo, ſuper quo eſt facta venditio, an Dominus teneatur.

Ex his non videtur hæſitandum de iuſtitia Ducis, ex quibus deciſum fuit in ſui fauorem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio in dubio, ſecùs ſi ſit certum.*

2 *Dominus directus habet cognitionem cauſarum vertentium inter ſuos vaſſallos.*

3 *Si vaſſallus neget ſe eſſe Vaſſallum, tunc Dominus directus non eſt Iudex, & limitatur text.in l.ſi quis ex aliena de iudi. qui procedit in Iudicibus ordinarijs, vel delegatis ab habente generalem iuriſdictionem, & nu.5.*

4 *Iudex particularis reſpectu rerum, vel certarum perſonarum, & in ſpetie ratione feudi non poteſt cognoſcere,an ſua ſit iuriſdictio.*

6 *Vaſſallus non poteſt prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu Domini.*

7 *Iuriſdictio in feudis an intelligatur priuatiuè conceſſa.*

8 *Exceptio declinatoria licet debeat allegari in iuditio, fallit, quando Iudex eſt certus de ea.*

9 *Ex receptione in protectionem non tollitur iuriſdictio aliàs alteri cõpetenti.*

10 *Sententia debet ferri conformis libello, & ex cauſa, ex qua actio fuit intentata,etiam quòd ex alia via non deducta ius competat, quod limitatur in Conciſtorio Principis, & nu.17.*

11 *In Regno omnes Vaſſalli ſunt ligij.*

12 *Eſſe vaſſallum ligium quid importet.*

13 *Directum dominium Regnorum*

eſt

eſt Dominorum in vniuerſo, rerum verò particularium eſt Vaſſallorum.

14 *Feudum in dubio præſumitur ligium, maximè quando recognoſcitur à Principe non habente ſuperiorem.*

15 *In Regno Rex eſt Dominus perſonarum.*

16 *Agens remedio text. in l. ſi quis in tantam C. vnde vi ad recuperãdam poſſeſſionem feudi, Iudex nõ erit Dominus feudi; ſed Iudex aliàs ordinarius, quòd limitatur in feudo ligio.*

18 *Princeps non recognoſcens Superiorẽ poteſt iudicare in propria cauſa inter ſuos ſubditos.*

19 *Apud Principem omnis ordo iuditiorum ceſſat.*

20 *Poteſt eſſe quis ligius duorum; ſed ſemper excipitur prior, vel antiquior Dominus.*

21 *Partes quando cogi poſſint ad compromittendum.*

22 *Rex poteſt iudicare cauſas ſuorum vaſſallorum vbique.*

23 *Dominus poteſt eligere locum iudicandi inter ſuos vaſſallos, licet aliud ſit in iuditio parium.*

24 *Præſes Prouinciæ poteſt reddere ius in quocunque loco ſuæ Prouinciæ, etiam inconſueto, et ſic Epiſcopus in quocunque loco ſuæ Dioeceſis.*

ARGVMENTVM.

Iudex quando cognoſcat, an ſua ſit iuriſdictio. Vaſſallus ligius quis dicatur, & quid importet. In Cõciſtorio Principis poteſt ſententia ferri ex cauſa non deducta in libello. Qñ litigatores cogi poſſint ad compromittendũ. Locũ iuditij qñ Iudex eligere poſſit.

DECISIO XXXIII.

IN controuerſia agitata in ſupremo Italię Conſilio inter Ducem Parmæ, & Principem Vallis Thari hæc fuerunt diſcuſſa, deq́ue his conſultatio Regiæ Maieſtati tranſmiſſa.

Prima prouiſio fuit in anno 1579. quę cum inſerta forma memorialis Principis Vallis Thati, & capitulationis per eum præſentatæ initæ inter Regem, & Ducem Octauium mandat Rex Senatui, quòd attentis contentis in libello, & capitulatione de iuſtitia prouideat.

Princeps expoſuit, Ducem occupaſſe Burghum Vallis Thari, ac bona in Statu Placentiæ, & Parmæ, petijt propterea reſtitutionem vigore Capitulationis prædictæ, & ſi quid poſteà Dux prætendit, offert ſtare iuri hic coràm Regia Maieſtate.

Præſentauit etiam prouiſiones alias per Sac. Maieſt. in anno 1559. expeditas directas Duci Sueſſæ, per quas deputantur Iudices in Ciuitate Pauiæ; ſed dicitur, quòd Dux Octauius pro ſua parte dedit authoritatem iudicandi, ac exequendi in ſuis Terris contra ſuos ſubditos.

Dux Octauius notificatis ſibi prouiſionibus per Secretarium Senatus tranſmiſit Oratorem ad Senatum, qui extraordinariè, & non per viam iuditij de veritate facti ipſum informaret.

Et quò ad Burghum dixit non occupaſſe; ſed illum tenere ordine Summi Pontificis, licet Imperator prætendat eſſe ſuum, & eſt præſentatus ordo, & bona in Statu Placentiæ, & Parmæ dicit non occupata; ſed confiſcata vigore ſententiæ ratione delictorum nouiſſimè perpetratorum, & præſentatur ſententia.

Dicit, capitulationem quò ad futura delicta iuuare illos, qui vigore illius habuerunt facultatem recedendi, & ſe eximendi à iure vaſſallagij Ducis; ſed non illos, qui voluntariè remanſerunt, & voluerunt eſſe ſub dominio Ducis, vt fuit

iſte

iſte Princeps, qui ſemper permanſit in illius ſtatibus, fuit cognitus ab Officialibus Ducis, pluries præſtitit vti Vaſſallus iuramentum fidelitatis, & Sac. Maieſtas hoc particulariter declarauit per literas Duci directas in anno 1557. in quibus rogabat Ducem, vt etſi iuriſdictio erat ipſius Ducis cognoſcendi cauſas prædicti Principis vti ſubditi, & in Statu Placentiæ; tamen rogabat eum, vt contentus remaneret delegare cauſam Officialibus Regis Status Mediolani, qui nomine Ducis iuſtitiam facerent.

Dicit inſuper Dux, quod capitulatio ſit certa, & clara; loquens de caſu, de quo agitur, excipiens ab ea futura delicta.

Senatus fuit voti, quod cum ſpectet ad Iudicem ordinarium, ſiue delegatum, declarare ſe competentem, quando eſt dubium, an ſua ſit iuriſdictio, & ex Capitulatione prædicta non poſſit dici notoriè, Ducem non teneri iudicium hoc ſubire, propterea declarauit, Ducem compatere debere, & iura ſua deducere ſuper eo, an iudicium ſubire debeat coràm prædicto Senatu.

Super hoc negotio nõ fuit aliter proceſſum, & propterea ad inſtantiam partis in anno 1593. die 29. Ianuarij fuerũt expeditæ prouiſiones, quòd Senatus referret, quare in cauſa hac vſque proceſſum non erat, qui retulit, quod per literas Cardinalis Granuelæ anni 1580. fuerit mandatum ſuperſederi in negotio, & ob id ſub die 3. menſis Iulij 1593. fuerunt expeditæ vltimæ prouiſiones, per quas mandatur Senatui, quòd non obſtantibus literis prędicti Cardinalis procedat ad vlteriora ſeruata forma ſui decreti ſuper articulo, an cognitio cauſæ ſpectet, an non ſpectet ad ipſum Senatum.

De hac prouiſione conqueritur Dux hodie, & erit prouidendum, an ſit illa exequutioni demandanda.

Princeps Vallis Thari dicit habere regulam pro ſe iuxta text. in l. ex qua-
1 cunque ff. ſi quis in ius voc. in l. ſi quis ex aliena ff. de iudic. cum alijs ſimilibus concor. quod ſemper q; dubitatur de iuriſdictione Iudicis, ſiuè ordinarij, ſiuè delegati, poſſit ipſe cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio.

Et licet gloſ. & Doctor. ibidem, & in l. quidam conſulebant ff. de re iud. & in cap. ſuper literis de reſcript. dicant, hoc non procedere, niſi in dubio; ſed quando eſt certum, iuriſdictionem non competere, tunc non tenetur citatus comparere, nec Iudex debet aliter in cauſa ſe intromittere; tamen prætendit Princeps, hoc non ſolùm non eſſe certum; ſed admodum dubium, imò certum ex ſui parte comprehenſum eſſe in capitulatione, 3
& propterea virtute illius cognitionem eſſe Sac. Maieſtatis; poſtquam Rex recepit inter alios ipſum in protectionem, dicit velle habere curam perſonarum, & bonorum, & ſic conuenit, & Capitulatum fuit cum Duce: ergo notorium ex capitulatione eſt, Regis eſſe cognitionem, & ſucceſſiuè Senatus Iudicis delegari.

Ex aduerſo Dux prætendit notorietatem defectus iuriſdictionis ex eo: quia notorium eſt Statum Parmæ, & Placentiæ recognoſcere Ducem à Sede Apoſtolica, & communis, & indubitata eſt iuris concluſio, ad Dominum directum
2 ſpectare cognitionẽ cauſarum inter ſuos Vaſſallos vertentium, iuxta texr. in cap. cæterum, vbi omnes Doctor. extra de iudic. in cap. imperialem §. prætereà ſi inter duos, vbi Andr. nu. 88. & communiter Feudiſtæ de prohib. feud. alien. per Frider.

Imò plus voluerunt Doctor. quando eſt controuerſia inter duos Vaſſallos,
3 quorum vnus negat, ſe eſſe vaſſallum, vt tunc Iudex ordinarius cognoſcat, ſi eſt vaſſallus non obſtante text. in l. ſi quis ex aliena: quia eſſet Dominus Iudex in cauſa propria, qui text. cum cæteris concord. locum habent ſecundum Doctor. in Iudicibus ordinarijs, vel delegatis ab habente iuriſdictionem generalem; ſed
4 quãdo eſt Iudex reſpectu rerum, vel certarum perſonarum, vt ratione feudorum; tunc non poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſ-

iuriſdictio gloſ.notab.in cap.1. de inueſtit.in mar.fact. vbi Bald. notat pro ſingulari, Roman. & Iaſ.in d.l.ex quacunque,Ang.in l.1. C.ſi à non à comp.Iud.
5 & in propria materia quando vaſſallus negat,ſe eſſe vaſſallum, vt non poſſit idē Dominus eſſe Iudex, tradiderunt Hoſt. Innoc. Io.Andr.& communiter Canoniſtæ in d. cap. cæterum,Io.Rayn. Doctor antiquus in d.cap.preterea ſi inter duos, Iacob.in verſ.& dicti vaſſalli poſt nu.20. verſ.idem eſſet,latè Cuſt.in 7.par.princ. 7.quæſt.

Et ratio huius concluſionis eſt:quia
6 vaſſallus non poteſt prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu Domini, vt per Iſern.Bald.Card.& cæteros Scribent. in d.cap.præterea ſi inter duos nu.79. Hoſtienſ.qui ſolemniter diſtinguit in cap.1. & cæt.de offic.deleg.& in d.cap.cæterū, de iudic. Frecc.in 2.lib. ſubfeud. 10.authoritate, latè Capyc. in deciſ. 9. quod maximè procedit, quando ille, qui prætendit,eſſet directus Dominus, inhibuit, ne compareret,iuxta text.in cap.ex trāſmiſſa, & in cap. verùm de for. compet.
7 vbi Innoc.& iuriſdictio in feudis intelligitur ſemper priuatiuè,& non cumulatiuè cōceſſa,vt præ cæteris tradidit Alex. de Neu.in d.cap.cæterum.

Papa per breue inhibuit,ne Dux compareat prætendendo ſuam eſſe iuriſdictionem,Dux dicit, ſe non eſſe vaſſallum in hoc caſu, & ſic aut eſt notorium, & non poteſt Senatus ſe intromittere, aut dubitatur, & tunc Doctor.tradunt communiter,quod limitetur regula text.in l.ex quacunque,& in l.ſi quis ex aliena: igitur Senatus non poteſt vllo modo cognoſcere.

Et ex hoc infertur, quod capitulatio non mereatur allegari: quia non potuit Dux prorogare iuriſdictionem,& vbi nō datur prorogatio, non habet locum regula, quòd Iudex poſſit declarare ſe competentem iuxta cumulata per Dec. conſ.18.

Sed Dux progreditur vlterius, & dicit, quod poſtquam pars iuriſdictionem intendit fundare ex capitulatione, & ex ea fundat ſuam actionem in libello, & ſua Maieſtas ſeruata illius forma mandat iuſtitiam fieri, dicit propterea quòd ſi notoriè demonſtrabitur ex ea iuriſdictionem ipſi Duci attributam, quod caſus erit extra omnem dubitationem, & habebit locum limitatio, vt Iudex non poſſit ſe declarare competentem, quando certum, ſeu notorium eſt, iuriſdictio-
8 nem non competere, & licet exceptio declinatoria debeat in iuditio allegari; tamen quando eſt certus Iudex de ea, tunc pars nec allegare, nec comparere tenetur ſecundum Bart.in l. 3. ff.de iud. & in d. l. ex quacunque, vbi latiùs per Iaſ.

Quodq; capitulatio in caſu, de quo agitur,foueat iuriſdictionem Ducis, apparet ex ipſius lectura: nam tres caſus prouidet. Primus eſt reſpectu hæredum illorum,qui fuerunt rei homicidij Aloyſij Farneſij,& dicit Rex velle,quod Dux Octauius hæredes eorum, qui huiuſce homicidij rei ſunt, in gratiam recipiat, omnemq; culpam,& maculam remittat, bonaq; eorum,& ſalutem protegat,& in bonos ſubditos, & vaſſallos habeat, & tractet, niſi ipſi aliquod delictum coerctione dignum perpetrent in futurum, vel ſuper dicto homicidio perſonaliter interfuiſſent.

Secundus caſus eſt reſpectu illorum, qui interfuerunt homicidio, & mandat quò ad bona, vt nullo modo moleſtentur,& ſi ipſi rei voluerint mutare ſolum, & patriam derelinquere, ac pretium ex bonis ſuis redactum in alienas regiones conuertere, tunc facta diligenti extimatione pretij, & valoris bonorum, teneatur Dux Octauius emere, & pretium ſoluere.

Tertius caſus eſt quò ad perſonas prędictorum reorum: declarat Rex, quod mentis ſuæ eſt, vt aliquid noui non fiat in eorum damnum, donec pertractetur negotium oretenus cum Duce Octauio.

Dicit Dux, caſum hæredum eſſe clarum, quod remanſerunt ſubditi,& ita mandauit ſua Maieſtas, & etiam eſt notorium, quòd detur cognitio futurorum deli-

delictorum,& eſt etiam notorium, quòd moleſtia in bonis vetetur reſpectu delictorum præteritorum.

Si igitur caſus, de quo tractatur, habet ortum ex confiſcatione facta vigore ſententiæ ratione noui delicti perpetrati longè poſt capitulationem, & Comes Landi, ſeu Princeps Vallis Thari non fuit de illis, qui elegerunt derelinquere patriam,mutare ſolum, & velle pretium bonorum; ſed voluit remanere Vaſſallus,vti talis recognoſci à Duce,cui præſtitit etiam fidelitatis iuramentum, igitur caſus eſt notorius pro Duce etiam vigore capitulationis, quod ſua ſit omninò iuriſdictio.

Nec ex eo, quia Rex dicit recipere hos in protectionem,propterea tollit co-
9 gnitionem, quã aliàs de iure Rex defert Duci,gloſ.eſt ſingularis in cap.ex tenore de for.comp. & ſi ex eadem capitulatione datur expreſsè iuriſdictio Duci in hunc caſum,ceſſant ex hoc omnes conſiderationes,quę fiunt ex parte Principis.

Et ſi prætenderetur, iuriſdictionem ſpectare ad Regem ex alio iure,quàm ex capitulatione,replicat Dux,quòd,cum Princeps Vallis Thari deduxerit in libel-
10 lo ius vigore capitulationis, & Rex ſic commiſit,non poſſit iudicari,niſi ex cauſa,ex qua fuit petitum,vt per Hoſt.Ioan. Andr.& cæt.Scrib.in d.cap.cęterum,qui ponunt quæſtionem in propria materia, ad quod facit regula text. in l. Bebius Marcellus ff.de pact.dotal.vt ſententia ferri debeat ex capite deducto in libello: ita quod etſi ex alia via ius competat; non tamen ex deducta, debet ſequi abſolutio, & poterit ille iura ſua de nouo proponere, vt fuit deciſum in Sacro Conſ.Neapol.teſte Afflict.in deciſ.60.& Boer.deciſ.42.

Hæc ſunt, quæ hinc inde conſiderari poſſunt,quæ verè reddunt negotium dubitabile.

Dux ſepoſita conceſſione Status Parmæ,& Placentiæ eſt vaſſallus Regis noſtri ratione quamplurium Caſtrorum,& feudorum maximi momenti,quę poſſidet in Regno Neap. & eſt vaſſallus ligius:quia
11 in Regno oẽs Barones ſunt ligij,tradit̃ Capyc.in ſua inueſt.in ver.ligium feudũ 13.concl. & Mod.Add.ad Andr.in c.1. §.oẽm vtilitatem de nou.for.fidel. quod apparet ex iuramento præſtito per Barones tpe Regis Alphonſi I. Ferdinandi I. eius filij in anno 1463.vbi omnes Barones Regni,vti vaſſalli ligij iurauerunt fidelitatem homagiam,& ligiam contra omnes perſonas nemine excepto, & iuſtum hoc erat: quia Regnum pariter cõceſſum erat ſub hac forma, vt per inueſtituras apparet.

Vaſſallus ligius principaliter ſuã perſonam totaliter ſubmittit iuriſdictioni
12 Dñi,cuius eſt ligius,& in conſequẽtiam bona,cuius contrarium eſt in feudo non ligio: ita quod de omni actione contra eum mota etiã extra feudum poſſit Dñs cognoſcere;hinc dicitur ligius:quia ligat totaliter perſonam, & facit ſe hominem eius,cui iurauit,ita Spec.in tit.de feud.in §.quãdo de homagijs nu.43. Andr.in d. c.1.in §.oẽm vtilitatem de nou.for.fidel. vbi cõiter Scrib. Iacob. in verſ. in feud. 7.diuiſ.Iaſ.in prąl.feud.in 5.cap.nu.109. & oẽs Scrib.idem Curt.in 1.par. 8.diſt. n.28.& licet reſpectu iuriſdictionis rerũ intelligant Doct.hoc non procedere quò ad res,quæ ab alio tenentur in feudum; tamen hoc non facit ad caſum, de quo tractatur, cum tractemus de iuriſdictione in perſonam Ducis, & de eo conueniendo,non autem de rebus.

Et rurſus,qñ Status Placentię,& Parmę recognoſceretur à Summ.Pontif.erit directum dñium Pontificis quò ad vni-
13 uerſitatẽ Status; non autem rerum particularium, quarum habet directum dominium vaſſallus infeudatus, ſicut dicũt DD.de Regno Siciliæ, vt latiùs Andr.in proœm. Conſtit. latiſſimè in cap.incipit proœmium gloſſatoris,verſ.ſed qua fronte,vbi Afflict.22. quæſt.

Eſt igitur Dux vaſſallus ligius ex prę allegatis,& etiam quia poſſidet feudum
14 magnarum dignitatum,quæ feuda ligia ſemper præſumuntur ex deciſ.not. Bald. ĩ l.vnic.§.1.col.pen.C.de cad.toll.refert, & ſequitur Capy.vbi ſup. & Iaſ.in præl.

R num.

nu. 107. Caſſan. in conſu. Burg. in verb. le ſeigneur . . . . §. 3. vbi etiã tradidit, quod, qñ feuda recognoſcuntur à Principe non recognoſcente ſuperiorem, ſemper præſumantur ligia: quia ex natura prædominantis iuramentũ præſtatur cõtra omnem perſonam nemine excepto.

Hoc poſito pro conſtanti non eſt opus diſputare, ſi ſit caſus comprehenſus in capitulatione, nec pariter ſi Status Parmæ, & Placentiæ recognoſcatur à Sum. Pontif. poſtquam perſona Ducis eſt obligata tanquã ligia, & Rex eſt ſuus Iudex ordinarius, & taliter hẽt perſonas obliga-
15 tas in Regno, ꝗ dicit Conſtitu. quia frequenter, quod Rex ſit Dñs perſonarum.

Et licet hac via non fuerit propoſita actio, nec cauſa commiſſa, tñ deciſiones alleg. in materia feudorum Hoſt. Inn. Io. Andr. Io. Rayn. & aliorum locum habẽt in feudo non ligio, in quo vaſſallus rõne feudi tantùm poteſt conueniri, & quãdo aliud ius deducitur, deficit iuriſdictio, quę cũ ſit limitata, iuſta eſt deciſ. Doct. ꝗ non poſſit Iudex ſe declarare competentem, ẽt quia eſſet Iudex in cauſa pro-
16 pria. Hinc ijdem Doct. voluerunt, quòd, ſi agatur iuditio poſſeſſorio ad recuperationem feudi ex regula text. in l. ſi quis in tãtam, C. vnde vi, non cognoſcet Dñs feudi; ſed Iudex Ordinarius: quia non deducitur qualitas feudalis; ſed quando ſumus in feudo ligio, in quo omnis iuriſdictio datur in perſonã pro omni actione ſiue de feudo, ſiue extra feudum, tunc ceſſat limitatio DD. & non ſumus in iuriſdictione ſpeciali; ſed ordinaria genera-
17 li, & in Conſiſt. Principis, vt ſumus hodiè, in quo ſola veritate inſpecta, & ſm̃ conſcientiã debet iudicari, tunc quomodocunque ius competat ẽt ex alia cauſa non deducta iuditium procedit, vt per Mod. Add. ad Afflict. in deciſ. 372. latiùs per Aym. in cõſ. 198. nu. 7. & eſt regulare in Papa, Imperatore, Rege, & alijs magnis Principibus, qui ẽt poſſunt iudicare, & ferre ſñias in alio, quod ſit petitum, vt per Spec. in tit. de act. & petit. §. ſupereſt verſ. ſed quid ſi reus n. 8. Bart. in l. Aemilius ff. de minor. cumulat Iaſ. in l. vinum nu. 24. ſi cert. per. poſt Alex. ibid. nu. 19. & in hoc propoſito dixit Iaſ. vbi ſupra, ꝗ qñ Senatus procedit ex delegatione, vi-
18 cem Principis obtineat; hinc poteſt Princeps non recognoſcens Superiorẽ iudicare in propria cauſa ſecundum tradita per Scrib. cõiter, & in propoſito præ cæteris. Bald. in c. 1. de inueſt. in marit. fact. vltra adnotata per eund. Bald. poſt Bart. in l. vnica C. ne quis in ſua cauſ. Aret. Fely. Dec. Beto. in c. cum veniſſent, de iud. qđ inter ſubditos intellexerunt prædicti DD. & Abb. in c. nouit nu. 16. de iud. adducitur text. in l. & hoc Tyberius ff. de hær. inſt. in l. proximè, de his, quæ in teſt. del. ſic & apud Principem oĩs iuditiorum
19 ordo ceſſat Bald. in c. 1. nu. 11. ſi de inueſt. int. Dom. & vaſſ. lis oriat. in l. reſcripta C. de prec. Imp. off. in l. ſi. C. de legib.

Et licet dicatur ex capitulatione cognitionem eſſe Ducis, hoc non negatur; ſed dùm Princeps prætẽdit, ſe eſſe à Duce grauatum, & recurrit ad Regem, cui Dux eſt ſubditus, quis dicit, ꝗ in eum caſum cognitio non erit Regis, Papa poſſet prohibere Principem; ſed non poteſt prohibere Ducem, cuius perſona tanquam ligia eſt principaliter Regi obligata.

Eſt benè verùm, qđ poſſet ex aduerſo dici ex eiſdem regulis, ꝗ Dux ſit ligius Papæ, & magna fuit altercatio Doct. An
20 quis poſſit eſſe ligius duorum, & quicquid ſit de iure, videmus contrarium de facto, & propriè eſt in caſu, de quo agitur, & ideò dicit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. quod ſemper excipiatur prior, & antiquior Dominus, vt per Rom. cõſ. 47.

Ex his poſtquam oẽs partes confidũt in Regiam Maieſtatẽ, & Princeps Vallis Thari obtulit in principio libelli velle hic ſtare iuri, & videmus in hac cauſa breue Sum. Pontif. tàm arduum, eſt cauſa inter magnos Principes, & proceres, ſcãdala poſſent oriri, lis eſſet duratura diu,
21 dico, qđ de iure poſſent cogi partes ad faciẽdum compromiſſum ex regula text. in cap. 1. de tranſact. vbi Doct. & ijdem in cap. examinata de confirm. vtili, vel inutil. cumulat multa eleganter Molin. de hiſpan. primogen. 4. lib. cap. 9. nu. 20.

&

& hoc poteſt Rex ſua authoritate facere non per viam iuditiariæ prouiſionis: quia oporteret habere iuriſdictionem, & ſic in idem reincideretur; ſed per viam prouiſionis, vt aliàs in eiſdem cauſis cõſueuit procurando, vt partes voluntariè de bono, & æquo ad compromittendum inducerentur, vt abſque dubio ſuæ Maieſtatis erunt omnes obedientes.

Hæc non procedunt reſpectu Burgi Vallis Thari, poſtquam verè nõn eſt occupatum; ſed tenetur ordine ſummi Pontificis.

Nec de Burgo, nec de qualitate feudali fit mentio in Regijs prouiſionibus, nec de qualitate feudali aliquid eſt dictum in libello partis.

Hoc remedium, ſeu ſimile aliàs ſua Maieſtas cæpit in anno 1557. & in anno 1559. & tamen poterat tunc dici idem, quòd iuriſdictio erat ſua.

Non poteſt hoc nocere, immò omnes amaritudines tollũtur, & idem erit finis.

Qualitas Ducis, ſeruitia paterna, coniunctio ſanguinis, & multæ conſiderationes hoc requirunt.

Sedantur controuerſiæ, diſcordię, quę poſſent oriri inter Papam, & Regem, & breue iam eſt emanatum, quod ſiue ſit procuratum, ſiue ſit ex motu Pontificis iam eſt factum, & intimatum.

Iuſtitia Principis Vallis Thari non tollitur: immò magis erit expedita, & cognita.

Et ſi verum eſt, prout ego indubitanter teneo, quòd hic non ſit caſus cõprehenſus in capitulatione, & Regi non fuerit expreſſum, quod confiſcatio erat ex nouo delicto, & vigore ſententiæ, forſan non appoſuiſſet manus.

Nonne innumeræ cauſæ Status Mediolani trahuntur huc per viam recognoſcendi, & quod nam inconueniens eſſet, quòd hęc remaneret hic, & id, quod per viam formati iuditij, & recognitionis eſſet faciendum, fieret inquam per viam compromiſſi.

Sed dico plus, quòd per iuris tramites poſſit Rex mandare, quod negotium videatur in hoc ſupremo Conſilio: nam ſi Princeps Vallis Thari prętendit eam cognitionem eſſe Regis, quis dicit, quòd Rex non poſſit ius dicere in ea parte, in
22 qua meliùs ei viſum fuerit: text. enim
in l.pen.in fin.ff.de iuſt.& iur.dicit, vbicunque Prætor ſalua maieſtate Imperij ſui, ſaluoq; more maiorum ius dicere conſtituit, is locus rectè ius appellatur, & text.in l.ſi locus ff.de iud.dicit, ſi locus in iubendo iudicare non eſt comprehenſus, videtur eo loco iudicare iuſſiſſe, quo ſolet iudicari ſine incommodo litigantium, quem text.allegat, & ponderat Curt.adhoc in 7.par.2.q.& Aluar.in d. §.ſi inter duos, author.gl.ibi dicit, quòd
23 Dominus poſſit eligere locum, vbi vult
ſalua honeſtate ſua, & ſuorum maiorum, idẽ Iacob.in verb.& dicti vaſſalli nu.28. licet in iuditio parium alia adhibeatur diſtinctio, & illud, quod dicitur, q non ſit nimis oneroſus, nec delicatus, eſt, qñ Dominus eligit, vbi pares debeant iudicare non exiſtente loco certo Dñi; ita Iac.de Beluiſ.Aluar. Io.Rayn. & omnes in d. §. prætereà ſi inter duos, & ſicut
24 Præſes Prouinciæ poteſt reddere ius in
quocunque loco ſuæ Prouinciæ, etiã vbi non cõſueuit l.ſi vt proponis C.quom.& quan.iud.idemq; in Epiſcopo in quocũque loco ſuæ Dioeceſis c.cum Epiſcopus de off.ord.in 6. Affl.vbi ſup.nu.51. Ergo quare non poterit Rex mandare, vt cauſa hæc videatur coràm eo in ſua Curia, & in hoc ſupremo Conſiſtorio, vbi aliàs ſolent ſimiles cauſæ pertractari attenta qualitate perſonarum, & cauſarum grauitate; debetq; Rex, & Princeps ſupremus oculos habere non ſolum ad iuſtitiam; ſed etiam ad gubernationem, & alia, quę in materia Status ſunt cõſideranda, quæ ordinarijs Iudicibus non licent, nec ſunt committenda.

SVMMARIVM.

1 *Text.in l priuilegia ff.de priuil creditor.procedit tantùm in actioe perſonali, ſecus verò in reali.*

2 *Habens duo priuilegia quando præ-*

feratur habenti vnum tantum.

3 *Mutuans ad rei refectionem, ſeu ad emptionem faciendam cũ ſpetiali hypotheca præfertur omnibus creditoribus anterioribus.*

4 *Text. in §. his conſequenter in authent. de æqual. dot. declaratur, & num. 6.*

5 *Pecunia data in emptionem rei abſque ſpetiali hypotheca non pariet rei obligationem.*

7 *Prioritas temporis non dicitur priuilegium; ſed eſt regula iuris communis, vt prior in tempore, potior ſit in iure.*

8 *Ratio eleganter explicatur, quare dantes pecuniam cum ſpetiali hypotheca rei emendæ præferantur creditoribus anterioribus non ex ſpetiali priuilegio; ſed de iure cõmuni: quia res tranſit in debitorem affecta ex antecedenti obligatione.*

9 *Hypotheca eſt ius afficiens, & tanquam lepra ſequitur lepro-ſum.*

10 *Debitor poteſt præiudicare ſuis creditoribus in quærendis, & nume. 43.*

11 *Quando ex pecunia plurium res ſalua facta eſt, vel multi concurrerunt ad dandam pecuniam in refectionem rei, non datur inter ipſos prioritas; ſed omnes concurrunt.*

12 *Text. in l. idemq. §. fin. ff. qui pot. in pig. hab. declaratur.*

13 *Text. in l. 2. C. de priuil. fiſc. & in l licet, C. qui pot. in pig. hab. declarantur.*

14 *Tacitus aſſenſus in Regno non ſufficit; ſed requiritur expreſſus.*

15 *Emens cum ſcientia aliarum emptionum præcedentium, videtur emere quod ſupereſt, ita quod primi emptores erunt anteriores, & ſic in obligatione, vt nu 18.*

16 *Officia non poſſunt obligari ſine ſpetiali Regis aſſenſu, ſicut nec feuda.*

17 *Regalia non poſſunt alienari abſque Regis aſſenſu.*

18 *Conſtitutio Regni conſtitutionem diuæ memoriæ habet locum in officijs.*

19 *Gloſ. in d. l. idemq. §. fin. volens, quòd attendatur tempus acquiſitionis, non contractationis eſt cõmuniter reprobata.*

20 *Creditor anterior non poteſt auocare pecuniam liberatam creditori poſteriori, qui eam bona fide exegit, & conſumpſit, & ſpetiale eſt in Fiſco.*

21 *Res caſu deteriorata debet cedere ad commune damnum.*

22 *Ceſsio, quæ fit extraneo, procedit ex æquitate legis, & propterea cedens ad nihilum tenetur ex ſua ceſsione, nec contra ſe ipſum operatur.*

23 *Ceſsionarius quando concurrat cum cedente.*

24 *Ceſsio in incorporalibus eſt loco traditionis.*

25 *In pari conditione melior eſt conditio poſsidentis.*

26 *Regula textus in cap. qui prior, de regulis iuris in ſexto, examinatur.*

27 *Cedens intelligitur cedere ius, quod habet.*

29 Pra-

29 *Prælatio creditoris oritur non ex poteſtate dominij; ſed conuentionis, quæ inducit ordinem prælationis, & nu. 41.*

30 *Text. in l. interdum ff. qui pot. in pig. an ſicut habet locum pro ſorte principali, habeat ſimiliter pro intereſſe, & nu 50.*

31 *Authen. res, quę C. commun. de leg. an habeat locum etiam reſpectu intereſſe, & nu. 39.*

32 *Aſſenſus ſuper ſorte an extendatur ad intereſſe, & nu. 38.*

33 *Reſtitutio conceſſa ſuper principali, non trahitur ad intereſſe.*

34 *Differentia inter actus poteſtatiuos, & neceſſarios.*

35 *Acceſſorium non ſequitur principale, quando militat diuerſa ratio.*

36 *Quando duo ſunt prohibita, conceſſo vno non venit aliud, ēt quod conceſſum ſit maius, et aliud minus.*

37 *Verba trahuntur ad intellectum, et multa notabilia ibi.*

38 *Diſpoſitio in dote comprehendit intereſſe, & multa ad intellectum Capit. Neap. circa dotes mulierum, & contra Frecc. eſt iudicatum, vt aſſenſus extendatur ad intereſſe.*

40 *Text. in l. licet C. qui pot. in pig. nō continet priuilegium; ſed iuris communis diſpoſitionem, & nume. 42.*

41 *Hypotheca eſt ius afficiens, ſequens rem, tanquam lepra leproſum.*

44 *Dans pecuniam ad rei emptionem cū ſpetiali hypotheca dicitur creditor debitoris, pariterq. emptoris, anterior omnibus alijs creditoribus, licet antiquioribus.*

45 *Regula text. in l Lutius ff. qui pot. in pign. hab. & reg. qui prior in tempore, quomodo procedant, latè declaratur, ex quibus infertur, quod text. in d. l. licet habeat locū tàm in ſorte principali, quàm in intereſſe, & nu. 49.*

46 *Obligatio pro ſorte cenſetur facta pro vſuris.*

47 *Differentia inter actus poteſtatiuos, & caſuales non habet locum reſpectu intereſſe dependentis à debito ſortis principalis.*

48 *Anterior pro ſorte erit anterior pro vſuris.*

50 *Deciſio Rip. in l. ſi ventri, §. diuus ff. de priuil. cred. declaratur, & ibi differentia inter eum, qui dat pecuniam ad refectionem rei, & eum, qui dat in emptionem rei emendæ ex pecunia creditoris.*

51 *Authbor tenet, quòd eadem ratio, quæ militat in eo, qui dat pecuniam ad rei emptionem, militet in eo, qui dat ad refectionem, ita quod ſicut in primo caſu eſt anterior etiam pro vſuris, ſic pariter in ſecundo contra Ripam.*

52 *Doct. Bart in l. idemq. ff. qui pot. in pig. declaratur.*

53 *Priuilegium pupilli, vt dans pecuniam in rei emptionem abſque pacto ſpetialis hypothecæ præferatur alijs creditoribus anterioribus, quòd ſecùs eſt de iure cōi.*

54 *Deciſiones aliàs factæ, quòd anterior pro ſorte in terminis text. d. l. licet ſit anterior pro intereſſe, et quid deciſum nouiſſimè in vna Aula Sacri Conſilij.*

ARGVMENTVM.

Prælatio inter creditores plures, qui ad rem emendam pecuniam dederunt cum ſpetiali obligatione, an detur. Text. in l. priuilegia, ff. de priuileg. cred. & in l. licet C. qui por. in pign. hab. latè declarantur, & quando eſt locus concurſui inter creditores, vel inter cedentem, & ceſſionarium, quodq; dans pecuniam ad rem emendam 1
ſit anterior, non ſolùm pro ſorte; ſed etiam pro intereſſe.

DECISIO XXXIV.

IN præſenti cauſa vertẽte inter creditores q. Gabrielis Capani relata in Collaterali Conſilio non tamen decisa: quia remanſerunt Iudices in paritate votorum, non dubitatur, omnes creditores concurrentes dediſſe eorum pecuniam Gabrieli Capano vinculatam pro emptione officij Iuſtitiarij cùm ſpetiali obligatione eiuſdem officij cum clauſula particulari, quod in actu emptionis, tranſlationis dominij, & cele- 2
brationis cautelarum remaneat officium obligatum, & ſemper, & omni futuro tẽpore præferantur, & præferri intelligantur quibuſuis creditoribus prædicti Gabrielis etiam priuilegiatis, & anterioribus, & priuilegio iuris clauſo, ac etiam ex cauſa dotis.

Inter iſtos creditores aliqui contraxerunt cum prædicto Gabriele, qui vendidit illis tot annuos introitus ſuper eius bonis vinculato pretio in emptionem prædicti officij, & cum prædicta hypotheca ſpetiali contraxit Comes Murconi, à quo habet cauſam Marchioniſſa Montis Falconi hodiè actrix.

Aliqui contraxerunt, & emptionem fecerunt ſuper fructibus, & introitibus prouenientis ex officio prædicto emẽdo, pariter vinculando pretium cum eadem ſpetiali hypotheca; verùm quia præcedebant, & ſubſequebantur venditiones ſuper prædictis fructibus, & introitibus officij, aliqui dum contraxerunt, & præcedebant venditiones alijs factę, ſiebat aſſertio de venditionibus factis, & propterea ad euitandum crimen Stellionatus dictum fuit, quòd non obſtantibus prædictis venditionibus remanebant fructus & introitus; propterea ſiebat venditio ſuper teſtantibus fructibus, & introitibus, & hoc modo cantat contractus cum Protomedico Ioanne Bernardino Longo.

Eſt verùm, quod in omnibus iſtis contractibus, ſiue anterioribus, ſiue poſterioribus, in omnibus dicitur indigere Gabrielem ſumma duc. 55. mil. pro emptione officij præfati, & propterea capit à quolibet iſtorum ſummam, quam vnuſquiſque dedit, ita quòd ſciebant contrahentes pretium officij, quodq; acquiſitio illius non poterat fieri cum ſola pecunia vniuſcuiuſque ipſorum; ſed coacervata tota prædicta ſumma pro ſolutione integri pretij.

Regia Curia vendidit demum officiũ Gabrieli, & in prædicta venditione confitetur recepiſſe pretium vinculatum in Banco pro emptione officij, & peruẽtum à prædictis creditoribus; ſed nulla ſit mẽtio ſpetialis hypothecæ, reſeruat ſibi Regia Curia facultatem reemendi pro eodem pretio, & conuenit, quod illud debeat deponi tempore reemptionis, & ſolui eiſdem creditoribus, qui pecuniam prædictam dederunt pro emptione præfata, ita quod nec Gabriel, nec Regia Curia poterat ſoluere alio modo.

Accidit caſus, quòd Gabriel Capanus emptor fuit inquiſitus, & condemnatus, vt præſupponitur, ad duc. decem mille pro pœna exceſſuum per eum commiſſorum, fuit relegatus in Inſulam, necnon condemnatus ad venditionem officij.

Ferdinandus Monſorius acceſſit ad emptionem; ſed pro ſua cautela voluit habere ius luendi à Regia Curia, ne creditores Gabrielis quid commune haberent ſuper officio; & ſic fuit obſeruatum: nam Regia Curia ceſſit ius luendi Monſorio, cumq; pecunia pretij erat vinculata

ta modo, quo ſupra, propterea ſit per Monſorium depoſitum vinculatum liberandum creditoribus, qui omnes intimantur.

Regia Curia de hoc pretio cæpit duc. 10.mille licet pro pœna, non obſtante quòd erant vinculati, & debiti præfatis creditoribus, quod ſi hoc non fuiſſet, omnibus eſſet ſatisfactum.

Ex hoc caſu: nam verè caſus fortuitus dici poteſt, ſuccedit controuerſia inter hos creditores, quis nam inter ipſos debeat præcedere, vel omnes debeant concurrere, poſtquam dederunt in eandem cauſam emptionis, & ex omnium pecunia officium eſt emptum, & vnius pecunia ſola non ſufficiebat.

Eſt etiam verum in facto, non adeſſe aſſeſum ſuper ſpetiali, nec generali obligatione officij; ſed tantùm ſuper obligatione feudalium.

Ex prædicto facto apparet, quod tres ſint controuerſiæ.

Vna creditorum anteriorum, qui pecuniam primo loco dederunt in hanc cauſam cum ſpetiali obligatione, & ſi iſti præualent, multi remanent excluſi: quia idem ius, quod militabit cum Comite Murconi anteriore, militabit cum ſubſequentibus alijs cæteris anterioribus, & ſic Longus, & alij cum eo remanerent in totum excluſi.

Alia controuerſia eſt cum Longo tantummodò, & alijs, qui eodem modo contraxerunt ſuper reſtantibus fructibus, & introitibus officij certiorati de venditionibus alijs factis, an ex eo remaneant iſti poſteriores.

Tertia, & vltima controuerſia, quæ ex prædictis inſurgit, eſt, ſi prędictis non obſtantibus datur concurſus inter omnes, nulla data inter eos anterioritate: ita quod damnum ſucceſſum ex pecunia capta per Regiam Curiam ſit periculo omnium omnibus commune.

Primus punctus præſuppoſita validitate ſpetialis hypothecæ fundatur in illa ſolida concluſione, & communi, quòd
1 text. in l. priuilegia ff. de priuil. cred. qui diſponit, vt priuilegia ex cauſa, & non ex tempore extimentur, & propterea quando eiuſdem tituli fuerint creditores, etſi diuerſorum temporum, vt tamen concurrant, quod hoc inquam taliter diſpoſitum limitetur, ſecundum gloſ. ibi, & communiter Scribent. in actione perſonali tantum; ſecùs verò in reali, ita quod dum concurrunt creditores priuilegiati in vtraque actione attendatur tunc prioritas temporis ex regula text. in cap. qui prior de reg. iur. in ſexto. ita communiter Doct. concludunt per text. in l. 2. C. de priuil. fiſ. vbi eſt caſus, & ibi communiter omnes Scriben. gloſ. in §. his conſequens eſt, in verb. poſterior in authent. de æqual. dot. vbi Iac. de Beluiſ. Bart. Angel. & cæteri, gloſ. in l. aſſiduis, in gloſ. magna circa medium C. qui pot. in pig. hab.

Cumq; Marchioniſſa Montis Falconi mutuauerit in eandem cauſam cum ſpetiali hypotheca: igitur cum ſit anterior, debet alijs præferri: quia attenditur prioritas temporis, & non cauſa in actione hypothecaria.

Addit, quod duo habet priuilegia, videlicet temporis, & ſpetialis hypothecę,
2 ergo præfertur alijs vnicum tantùm priuilegium habentibus, gloſ. eſt in l. fin. ff. qui pot. in pig. hab. eadem gloſ. in l. ſi is, qui ff. de iur. fiſ. vbi Bart. eodem modo loquitur.

Ex aduerſo dici poteſt, quòd eadem gloſ. quæ in l. priuilegia dicit, quod ille text. procedit tantum in actione perſonali priuilegiata, eadem inquam dum limitat in actione hypothecaria, ſublimitat in caſibus per eam notatis, in l. diuerſis, & in l. eos C. qui pot. in pign. hab. vt attendatur cauſa, & non tempus, & habeat locum concurſus, & caſus notati ſunt diſpoſiti in l. interdum ff. qui pot. in
3 pig. hab. & in l. licet C. eod. inter cæteros ergo gloſſa met declarat regulam, & limitationem, & decidit contra Marchioniſſam ex cauſa, & ratione ſpetiali: quia pecunia iſtorum totam pignoris cauſam ſaluam fecit, iuxta text. in l. huius ff. eod. tit. & propterea Cyn. eleganter in ead. l. licet, dicit, quòd ſpetialis hypotheca præfe-

præfetatur actioni reali priuilegiatæ anteriori, quæ videtur deciſio Synodalis, & punctualis in caſu, de quo tractatur, & declarat limitationem, & regulam, qui prior in tempore.

Nec text. alleg. in §. his conſequens eſt, de æqual. dot. aduerſatur, licet videa-
4 tur loqui in refectione nauis, & in pecunia data pro emptione rei: nam vel loquitur in actione perſonali priuilegiata, prout videtur declarare in ſpetie text. in auth. quo iure C. qui pot. in pig. ſumpta à text. in prædicto §. his conſequens eſt, nec text. ille dicit aliud, niſi quod fuit data pecunia in emptionem rei, nihil enim dicit de ſpetiali hypotheca, & iuris
5 eſt explorati, quod pecunia data in emptionem non patiat hypothecam, iuxta text. in l. quamuis C. de pig. ſed benè habet priuilegium inter perſonales actiones ſecundum Beluiſ. in eodem §. conſequens eſt, Bart. & Salyc. in d. l. interdum.

Sed quando vellemus tenere loqui e-
6 tiam in actione reali, dicitur eſſe ſpetiale priuilegium dotis inter tot, & tanta, quę lex doti dedit, prout idem text. ſpecificè probat, ibi, infirmitatem nanq; mulie-bris naturæ ſatis nouimus, & quia facilè circumuentiones fiunt aduerſus eas: minui autem dotes nullo modo ſinimus, & ſic in ſpetie tradidit Fulgoſ. in d. l. interdum, Rip. in d. l. priuilegia nu. 35. 12. limit. refert, Raphael. Cumenſ. tenere eſſe caſum ſpetialem fauore dotis in d. §. his conſequens eſt, & idem tradidit Specul. in tit. de oblig. & ſolut. §. 1. n. 45. idemq; tradidit Bart. in d. l. interdum, dum poſuit regulam prælationis ementis, vel contrahentis cum ſpetiali hypotheca, & demùm limitat in muliere reſpectu dotis in caſu text. in d. §. his conſequens eſt: vnde caſus ille ſpetialis non eſt trahendus ad conſequentiam aliorum, licet Neguſ. in 2. memb. 5. par. Bald. Nouell. Cæpol. & alij relati per Couar. var. reſolut. cap. 7. lib. 1. tenuerint, mulierem non præferri.

Et ſic ſicut eſt caſus ſpetialis in muliere, ſic erit caſus ſpetialis contra alios in emente, ſeu mutuante cum ſpetiali hypotheca propter rationes particulares.

Et illud, quod dicitur de duobus priuilegijs, non videtur procedere in caſu,
7 de quo agimus; ſiquidem priuilegium temporis non eſt priuilegium; ſed eſt ius, quod reſultat ex regula fundata in iure communi, vt prior in tempore potior ſit in iure, & gloſ. & Doct. in hoc ſine miniſterio, & perfunctoriè ſunt loquuri, & apparet ex eadem gloſ. in d. l. interdum, vbi tractando intellectum text. in d. §. his cõſequens eſt, dicit ibi, quòd propter duo præfertur mulier, videlicet propter priuilegium inter perſonales actiones, & propter tempus, quod eſt de iure communi, & ſic gloſ. declarar, quòd non eſt priuilegium illud temporis; ſed ius commune, & hoc in ſpetie ad propoſitum peroptimè tractat, & declarat Afflict. in deciſ. 190. imò dicitur in caſu, de quo agimus, quod priuilegium ſpetialis hypothecæ non eſt priuilegium, vt infra declarabimus.

Sed altiùs exordiendo materiam, di-
8 cunt, quòd hoc priuilegium prælationis ortum habentis à ſpetiali hypotheca non ſit priuilegium; ſed ius ſpetialis obligationis, quæ oritur in ipſo actu acquiſitionis, ita quod dùm res acquiritur, tranſit affecta cum ſua cauſa inſita, & non poteſt plus iuris transferri in creditores anteriores debitoris, quàm illud, quod idemmet debitor acquirit, & qui dat talem pecuniam, contrahit, & paciſcitur, & acquirit ſuam expreſſam obligationem, & hyporhecam, antequam res tranſeat in dominium huius debitoris, & ſic ſi taliter contrahentes præferuntur creditoribus quibuſcunque ipſius, non eſt: quia ſunt poſteriores; ſed quia ſunt anteriores, & in his applicantur verba text. in d. l. ſi is, qui ff. de iur. fiſ. ibi, præuenit enim cauſam pignoris fiſcus, ſic hic præuenerunt cauſam pignoris iſti taliter contrahentes, antequam dominium rei debitori acquireretur: vnde nimirum ſi regula text. in d. cap. qui prior non applicatur, nec habet locum reg. text. in L. 2. C. de priuil. fiſ. nec dicta ibi per Doctor.

Doct. imò dico, quod hi ſunt priores tẽpore ex allegatis: hinc cautela eſt communis, vt poſſit venditor in traditione illius apponere pactum ſpetialis hypothecæ, vel pro conſequutione pretij, vel in beneficium alterius, quod habebit vim prælationis, ita vt præferatur omnibus alijs creditoribus, vel etiam deponere ſuum pretium, vt cõuertatur in emptionem cum ſpetiali hypotheca, & prælatione, de quo per Specul. in loco alleg. §.1.nu.33. Io.Fab.in d.l.licet, Alex.in l.ſi fideiuſſor §.ſi neceſſaria ff.qui ſatiſd. cogant. Neguſ.in 4.par.princ. nu.33.& in 2.memb.5.par.nu.18. & ratio ſecundum Neguſ.& omnes eſt: quia res tranſit in emptorem affecta ex dicta obligatione, & hoc dixit Cuman. in d.l.priuilegia nu.8. dùm reddit rationem, quare
9 in hypothecaria attendatur anterioritas temporis, non autem in perſonali: quia hypotheca eſt ius afficiens, ideò tãquam lepra ſequitur leproſum; & ſic procedit elegans doctr. Bald. in l.1.§.fin.ff.de reb.
10 eo. & debitor poteſt præiudicare in quærendis ſuis creditoribus, quando nõ dependent à ſola ſua voluntate, de quo per Neguſ. vbi ſupra.

Dùm igitur non ſumus in caſu text.in d.l.2.C.de priuil.fiſc. nec in limitatione gl. & Doct.in d.l.priuilegia, quæ locum habent inter perſonas priuilegiatas reſpectu bonorum, quæ liberè perueniunt in dominium debitorum, in quibus dum concurrunt perſonæ priuilegiatæ, vel actiones priuilegiatæ, procedunt dicta per eos; ſed ſumus in bonis acquiſitis cum ſpetiali hypotheca, in quibus tanquam acquiſitis, & affectis tali onere ſic credentes præferuntur omnibus alijs non ex priuilegio; ſed ex conuentione anteriori cauſam pignoris præcedente, vt ſic iure meritò dixerit Cyn.in d.l.licet, qđ huiuſmodi ſpetialis hypotheca præfertur cuilibet actioni hypothecariæ etiam priuilegiatæ, & anteriori, proptereà ceſſant illæ regulæ, & attendenda eſt cauſa ſecundum glo.in d.l.priuilegia, & in hoc caſu etiam procedit dictum gl.in l.idẽq; §.fin.ff.qui pot.in pig.vt inſpiciatur tempus acquiſitionis, non quia tempus ſimpliciter ſit attendendum, vt infra dice-
11 tur; ſed quia cum omnium pecunia res eſt acquiſita, & aliter acquiri non poterat, & ſicut quando vnius pecunia res ſalua ſit, datur prioritas, ſic quando plurium, & quando omnium, & cum omnes ſciuerint eſſe neceſſariam omnium pecuniam ad acquiſitionem officij, & ſic omnes fuerunt cauſa acquiſitionis, omni iure omnes debent eſſe in pari caſu, & non poteſt dari inter eos anterioritas, quod dixit Rip. ſi rectè aduertatur in d. l.priuilegia 1.colum. dum arguit, quod vltimus dans pecuniam in refectionem, debeat præferri: quia is eſt immediata, & proxima cauſa acquiſitionis, & totius pignoris cauſam ſaluauit; ſed reſpondẽt, quod omnes mutuauerunt in eandem refectionem: ergo ſecundum hoc non datur prioritas.

Dicunt, quòd text.in d.l.idemq; probet hoc perneceſſe: nam in ll.anteceden-
12 tibus erant diſpoſiti caſus pręlationum, & tacitarum hypothecarum, ſubdit tex. quid in re empta ex pecunia pupillari, dicit denique quod idem erit, ſubdit poſtea, quid ſi duorum pupillorum, & determinat, quod ambo in pignus concurrant, niſi iſte text. poneret caſum, quando pupilli diuerſis temporibus emiſſent, vel pecuniam ad emptionem dediſſent, de indubitabili eſſet, ac ſuperfluus, & aperit hunc intellectum caſus ſubſequẽs, dum apponitur dubitatio creditoris antiquioris non priuilegiati, & pecuniç expenſæ per pupillos in partem emptionis rei, & ſic text.facit differentiam, loquendo in creditoribus anterioribus, & poſterioribus, quando totum de pecunia pupilli eſt quid emptum, vel quando pro parte, vt ſecundo caſu attendatur anterioritas; primo verò ſecus.

Et ſic ſecundum iſtos ſtat firma concluſio, quòd in bonis debitorum, quæ
13 abſque alio onere, & libera in illorum dominium ſunt tranſlata, procedat regula text. in l.2. C. de priuil.fiſc. vt inter creditores habeatur ratio tẽporis, quando ſunt in actione hypothecaria; ſed in bonis

Digitized by Google

bonis acquiſitis, & tranſlatis onere affectis ſpetialis hypothecæ, tunc ſit ſecus, & text. in d.l. licet loquitur de bonis præſentibus emendis, non adhuc in dominio debitoris exiſtentibus: nam ſi eſſent trāſlata in dominium debitoris, eſſet ius acquiſitum ſuis creditoribus, & nil deſeruiret pactum ſpetialis hypothecæ, quæ propterea præfertur alijs: quia in actu traditionis, & acquiſitionis poteſt fieri pactum in præiuditium creditorum anteriorum, & acquiri res cum ſua cauſa, & propterea legantur Doctor. ibidem, & primo Cyn. qui in ſpetie dicit, quòd ibi erat quæſtio de re poſteà quæſita, quo caſu ſtante ſpetiali hypotheca procedet ille text. aliàs haberet locum regula, qui prior in tempore, & in principio dicit auth. Petr. de Bellapert. quod præferatur inter reales anteriores priuilegiatos ille, cuius pecunia res eſt empta, qñ præcedit pactum ſpetialis hypothecæ, & Cyn. hoc dicit in q. gloſ. in d. l. idemq; §. fin. & tenet contra eam, & ſic illa quæſtio non procedit, vt ipſe dicit, in terminis text. d.l. licet.

Iac. de Aren. ibidem in eadem quæſt. idem tradit, quòd Cyn. in ſpetie, videlicet, quòd lex licet, procedat in bonis poſteà quæſitis, & quia de pecunia creditoris cum ſpetiali hypotheca; propterea non procedit quæſtio poſita per Doct. in d.l. idemq; §. fin. ſecus verò ſi eſſet de pecunia debitoris, quo caſu reprobatur gloſ.

Bart. idem tradit, ſequendo in omnibus Iac. de Aren.

Salyc. qui tenet opinionem gloſ. contra Iac. de Aren. dicit in ſpetie non procedere in terminis text. in l. licet, quem text. dicit procedere tantum, quando pecunia eſt ſpetialiter data ad emptionem faciendam bonorum cum ſpetiali hypotheca; ſecus ſi taliter non eſſet data ſecundum eum, quo caſu in quærendis tenet habere locum concurſum.

Alber. ibidem in ſpetie ſequēdo Cyn. & Iac. de Arena, dicit, quod in illo text. erat quæſtio de re poſteà quæſita, vtrum ſecundus potior cenſeatur, vel non, & determinatur, quod ſi ex pecunia ſecundi res eſt empta, ille eſt potior, aliàs habet locum regula qui prior.

Fulgoſ. in d.l. interdum tradit ſpetialiter, quòd, qui dat pecuniam ad rem emendam cum ſpetiali hypotheca illius rei emendæ, præferatur omnibus anterioribus per text. in d.l. licet, ergo loquitur in futuris emptionibus.

Odoffr. in d.l. licet idem tenet, videlicet text. illum procedere in pecunia data pro futura emptione cum ſpetiali hypotheca, qui Odoffr. tenet opinionem gloſ. in d. l. idemq; in §. fin. vt concurrant; ſed non procedit in caſu text. in l. licet, & Neguſ. in 2. memb. 5. par. dùm tractat latiſſimè regulam, qui prior, vbi ponit ampliationes, & fallentias, inter cæteras fallentias ponit caſum in eo, qui mutuat ad rem emendam cum ſpetiali hypotheca, in quo caſu dicit, quod loquitur text. in d.l. licet, ibi nu. 17. & reſpondet nu. 39. ad argumentum quomodo res, quæ nondum eſt in dominio debitoris, poteſt obligari, & quomodo extrema à quo, & ad quod poſſunt eſſe habilia.

Dicere, quod adeſt aſſenſus tacitus ex receptione pecuniæ vinculatæ pro emptione officij, in quo depoſito dicitur de ſpetiali hypotheca.

Illud non eſt verùm in facto: nam non reperitur depoſitum taliter factum, vt non liberaretur, niſi aſſentiretur ſpetiali hypothecæ: imò nec verbum quidem de ſpetiali hypotheca.

Et ſi fuiſſet aſſertum, emptionem factam cum ſpetiali hypotheca, quid hoc ad aſſenſum: nam non ſequitur, partes conuenerunt de feudo, vel obligauerunt feudum, ergo ex hoc præſtitus eſt aſſenſus, poſſunt enim partes obligare; ſed pūctus eſt, ſi validè.

Sed fortiùs ſi ex hac ſcientia vult argui tacitus conſenſus, iam in hoc Regno
14 non procedit ſecundum opinionem omnium Regnicolarum, cum requiratur expreſſus, & tacitus non ſufficit ex conſtit. conſtitutionem diu. mem. ibi, de expreſſa noſtra licentia, & ibi Scrib. communiter.

Secun-

Secunda controuerſia inſurgit contra Longum,&alios,qui emerunt ex reſtantibus fructibus,& introitibus:nam quan-
15 do ſit venditio talis', certificantur venditiones per priùs alijs factæ, & ſit venditio ſuper eo,qđ ſupereſt, videtur obligaſſe ſecundo reſiduum , quod reſtat ex re vendita vltra ſatisfactionem primi,caſus eſt in l. & quæ nondum §. qui res ff. de pigno.quod neceſſariò fieri debet ad euitandam pœnam Stellionatus , dicit ibi text. per quem ſic tradidit Neguſ.2. memb.5.par.num.31. verſ.ſecunda concluſio.

Hoc motiuum non procedit reſpectu Marchioniſſæ Montis Falconi: quia Comes Murconi eius author non emit ſuper officio ; ſed benè procedit reſpectu aliorum contrahentium.

Sed dicit pars,quod hoc motiuum,& ſi habito reſpectu ad reſolutionem contractus,videtur pariter illud reſoluendũ: quia omnes ſunt demum concurrentes cum ſpetiali hypotheca reſoluuntur vti creditores in pecunia,& omnes ſunt cauſa acquiſitionis,vt ſupra eſt dictum ; tamen vnus eſt punctus ex iuris diſpoſitione,quo caſu procedunt allegata,& alius eſt punctus ex partium conuentione , & intentione, quæ ſi reſultat ex tali modo contrahendi , vt quis certificatus de venditionibus anterioribus voluerit poſt eos acquirere,non videtur poſſe diſputari de anterioritate.

Et ſi dicatur,quod ſit aſſertio de venditionibus; ſed non de ſpetiali hypotheca,de qua tractatur,reſpondetur,quòd ſi lex operatur, vt hæ venditiones ſint poſteriores ſuper eo , quod remanet, & ſupereſt hypotheca, quæ eſt conſequutiua principalis obligationis ſuper eadem re vendita,erit pariter poſterior.

Sed deueniendo ad tertium punctum dicit Longus, quòd vanum eſt diſputare de ſpetiali obligatione officij, nec de vllo iure ſuper ea acquiſito, & ſic tractare
16 de venditione facta ſuper fructibus illius,poſtquam,vt dictum eſt, nec vinculatio,nec obligatio habet Regis aſſenſũ, tùm quia officia ſint de regalibus,immo de illis regalibus oſſibus Regis infixis,& ſtrictiora,quàm feuda:quia ad vitam , quia non datur dominium , & per alia plura,de quibus per Capyc.in deciſ.77. & 121. propterea ſine ſpetiali aſſenſu non potuit obligari ex regula text. in Conſtitutione Regni ſcire volumus , vbi Affli.in 4.notab.declarat,& dicit, quod ſicut feuda non poſſunt alienari abſque aſſenſu , ita pariter regalia, licet fuerint
17 in burgenſaticum conceſſa, idemq; tradit Capyc.in ſua inueſtit.in verb.gabellis verſ. & nota , fuit originale dictum Bart.in l.in diem in fin.de aqu.pluu.arc. habentur hæc in meo conſ. 3. num. 11. 1. par. hinc Diomedes Mariconda ſum-
18 mus Iuriſta in Conſtitutione Regni cõſtitutionẽ diuæ memoriæ tradidit, quod ſicut in feudis habet locũ reuocatio per eoſdem contrahentes ex deficientia aſſenſus, ſic pariter in officijs:igitur ſi deficit obligatio ex defectu aſſenſus, vana eſt diſputatio ſpetialis hypothecæ,& ſuccedit motiuum, quod videntur remanere omnes creditores in actione perſonali; ſed priuilegiata,quæ cum habeat paria priuilegia, & ex eadem cauſa, poteſt dici, quod militabit concurſus reducendo negotium ad terminos text. in d. l. priuilegia.

Subtile eſt motiuum, & latè de inualiditate obligationis officij fuit diſcuſsũ in cauſa Curſoris maioris,& ibi deciſum; ſed confunditur ex facto : nam etſi deficiat ſpetialis hypotheca, non deficit generalis omnium bonorum præſentium , & futurorũ,& conſequenter in hac obligatione cadit pecunia depoſita,niſi vel-
19 lemus tenere opinionem gloſ.in dicta l. idemq; §. fin. quòd attendatur tempus acquiſitionis , non autem contractationis , quæ eſt communiter reprobata per text.in l.fin.eodem tit.authore Iac.de Aren.in d.l.licet,vt per Spec. in loco allegato §.1.nu.33.Bart.Alb.& Bald.in eodem §. fin. Cyn. in d.l.licet vbi Bart. & Ang. & eſt communis ſecundum Rip. in d.l.priuilegia 9.ampl. idem Bart.in d.l.ſi is,qui de iur.fiſ. licet Odoffr.Fulg. & Salyc. aliud tenuerint in d.§. fin. ſed

Neguſ.

Neguſ.in 2.memb. 5.par.nu.39. idem latiùs tradit,& reſpondet ad argumenta Salyc.

Veniet igitur hæc pecunia, vel ſub obligatione bonorum præſentium, vel ſaltem futurorum,& propterea omni iure ſublata hypotheca ſpetiali, haberet locum regula,qui prior in tempore.

Replicat Lõgus,quòd factum, ex quo ius oritur, clareſcit has prætenſiones, propterea aduertatur ad duo.

Primò, quia facto depoſito fuit pecunia liberata his creditoribus bona fide ſuum petentibus, & ad hoc inuigilantibus,& non per gratificationem; ſed mediante decreto, & fuit liberatio facta non vni; ſed omnibus comparentibus abſque alia cautione, nec obligatione de reſtituendo,& pecunia non extat; ſed eſt conſumpta:propterea non poteſt dari repetitio, qua quantùm ad hypothecariam re non exiſtente illa euanuit, & quantùm ad perſonalem per actionem reuocatoriam contra creditorem verum ſuum conſequentem bona fide,& ſollici-
20 tum ex cauſa onerosa lex denegat actionem,pro quo eſt caſus in l.qui autem §. apud labeonem, & §.ſciendum ff.quæ in fraud.cred.in l.ſi non expedierit §. 1. ff. de bon.auth.iud.poſſid. pulcher text. in l.fin. C.depoſ. Salyc.optimè in l.fin. C. de reuoc.his,quæ in fraud.cred.& magis prædicta procedunt, quando eſt pecunia redacta ex ſpetie anteriori creditori nõ obligata, de quo latiſſimè per Affli. in deciſ. 190. dicentem eſſe caſum ſpetialem in Fiſco,& ita iudicatum fuit debere intelligi text. in l. pecunia C.de priuil.fiſc. Hinc inoleuit practica, quod ad hoc,vt pecunia dicatur extare, ſolet Sacr.Conſ. illam ſub cautione liberare, quod cum hic factum non fuit, tãtò magis ex conſumptione pecuniæ remanet omnis actio extincta.

Alterum, & vltimum in facto aduertendum eſt, pactum initum cum Regia Curia,quę confeſſa fuit recipere pretium officij prouentum ab iſtis creditoribus, & propterea in caſu reemptionis promiſit eiſdem reſtituere: igitur ſi omnibus promiſſa eſt reſtitutio, pro rata erit intelligendum:nam aliàs eſſet inſolidum contra iuris regulas ad text.in l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis cum vulg.& non fieret reſtitutio omnibus.

Sed & rurſus omnis pecunia fuit depoſita,quæ ſi eſſet liberata creditoribus, omnes eſſent ſatisfacti; ſed quia fiſcus cæpit ex depoſito duc. 10.mil.propterea pecunia defecit,& ſic caſu deterioratum,
21 & diminutum eſt depoſitum: hoc damnum igitur debet eſſe omnibus commune, & non vnius ſolum, hic eſt text.in l. quod autem §.eleganter ff. de donat.inter vir.& vxor. Fiſcus omni iure pro pęna erat poſterior tot.tit.pœnis fiſcalibus credit.præferri,& ſi per errorem,aut Iudicis imprudentiam fuit pecunia fiſco liberata, quare hoc debet damno cedere vnius perſonæ particularis, & non omnium in eadem naui exiſtentium ad tex. in l.ſi per imprudentiam ff.de euict.

His omnibus diſcuſſis in Collaterali Cõſilio interuenientibus magnificis Conſiliarijs duarum Aularum Sac.Conſ. remanſit cauſa in paritate votorum, propter quòd fuerunt dati Iudices adiuncti, & adhuc cauſa pendet indeciſa,& ob id non aperio, quæ nam ſit mea ſententia; ſed hæc annotare volui: quia ſubtilia,& vtilia in dies; ſed quid dicendum inter ceſſionarios eiuſdem creditoris diuerſis tamen temporibus,an dum agunt contra debitorem iure ceſſo, concurrent inter ipſos tanquam dependentes ex eodem fonte,& omnes repreſentantes eundem creditorem cedentem,an verò quia vnus poſt alium ceſſionem obtinuit, erit vnus altero anterior, pro quo conſideraui infraſcripta in caſu occurrenti non tamen adhuc deciſo, quando ſit iurium ceſſio
22 tertio extraneo, qui alterius nomine creditori ſoluit, hæc itaque fit ex benignitate legis fundata in regula,quod tibi non nocet,& alteri prodeſt iuxta tex. in l.mulier,ff.qui pot.in pign.hab. in l.in creditore ff. de euict. cum latiùs congeſtis per Nicoſant. in ſuo tractat.pign.3. memb.5.par. nu.30.

Hinc cedens ad aliquid non tenetur

ex

ſua ceſſione ; ſed cedit iura talia, qualia habet, & ceſſio nunquam operatur in caſu prædicto contra ſeipſum, quæ omnia hodie apponuntur in ceſſionibus, quæ in dies fiunt expreſsè ad euitandas diſputationes, de quibus per Socc. in ſuo conſ. 206. & per Dec. in conſ. 104. & idem Nicoſ. reaſſumit articulum in loco, vbi ſupra nu. 32.

Et licet ſecundum Ang. in conſ. 208.
23 quem allegat, & ſequitur D. Præſes de Franchis in ſua deciſ. 260. ceſſionarius concurrat cum cedente, quando cedens ab illo recepit partem ſui crediti, & demùm tàm ipſe, quàm ceſſionarius contra debitorem agunt ; oritur enim hoc ex eo : quia ex ceſſione effectus eſt ceſſionarius creditor, ſicut cedens, & parem cauſam habet, ac ſi iunctim cum debitore contraxiſſent, & proinde nimirum ſi inſimul concurrunt : quia omnes pendent ex eodem fonte, & vnica obligatione, & vnico initio, & die, & ſumus in terminis text. in l. idemq; ff. qui pot. in pign. hab. nec ex ceſſione, & concurſu damno afficitur cedens, ſi habuit à ceſſionario partem crediti, pro qua ceſſionem fecit, & ſi non ceſſiſſet, plus non conſequeretur, & è contra ceſſionarius cum repreſentet cedētem, & habeat eandem obligationem ex eodem iure, & fonte, non poteſt prætendere ius anterius ; ſed concurret inſimul cum cedente contra debitorem ad ſuum creditum conſequendum, vnuſquiſque pro ſua rata, & ſi bona non ſufficerent, diuidetur per æs, & libram pro quantitate crediti vniuſcuiuſque ad text. in l. quod autem §. eleganter ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi text. elegans ad hoc, aliàs ſi ceſſionarius præferretur, damno cedens ex ceſſione afficeretur, & operaretur contra ipſum, quod, vt dixi, nullo iure procedit, quando nulla præcedit obligatio cedendi, & ſumus in extraneo, & fit ceſſio ex æquitate iuris fundata in dicta regula, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, voluntariè enim quis ſoluit pro debitore ad obtinendam ceſſionem, vnde ſibi imputet, ſi erit in damno, & dùm aliud non acquirit, quàm ius creditoris pro parte, quomodo vult excludere creditorem in reſiduo, ſi parem cauſam cum eo habet, & hoc videtur de indubitabili : quia ex ceſsione non plus iuris conſequi poteſt, quàm quod eſt penes cedentem, mediante qua ſuccedit in locum illius ad text. in l. 1. C. ſi antiq. cred. tot. tit. C. de his, qui in prior. cred. loc. ſucced.

Punctus eſt, quando plures ſoluerunt creditori, & obtinuerunt iurium ceſsionem contra debitorem principalem ; ſed diuerſis temporibus, an inter eos ſit ius prælationis, licet pendeant omnes ab eodem fonte, ex eo quia qui primo ceſsionem obtinuit, prius ius hypothecæ acquiſiuit contra debitorem, & locum
24 præoccupauit, & ceſsio in incorporalibus eſt loco traditionis ad text. in l. fin. vbi gloſ. C. ne fiſc. vel priu. quem allegat Ang. ad propoſitum in d. conſ. 208. & ſi habetur loco poſſeſſoris, ſeu quaſi iſtius
25 iuris melior eſt conditio poſsidentis, qui alteri poſteriori præferri debet ad text. in l. ſi debitor, ff. de pign. vbi glo. in verſ. vrentur, ibiq; Batt. & idem Bart. in l. ſi fundus §. ſi duo eo. tit. vbi gloſ. in verſ. dicendum per illum text. dicit, quod in pignore duobus ſeperatim conſtituto iunctim omnes inſolidum agent ; ſed primus præfertur, ſic hic omnes ſunt ceſsionarij ; ſed vnus poſt alium, ergo ſi primus fuit in acquirendo, primus etiam dicitur in exigendo : nam & ſi omnes pendeant ab eodem cedente ; tamen primus antecellit alium in iure acquiſitionis illius hypothecæ cōtra debitorem, vna enim eſt anterioritas reſpectu principalis debitoris, & hæc eſt vniformis omnium ceſsionariorum, & altera eſt acquiſitionis, ordinis, & exercitij reſpectu cedentis, in cuius perſonam reſidet omnis actio contra principalem debitorē, vnde ſi hęc actio ceditur per priùs, & per poſteriùs diuerſis, quare qui priùs illam obtinuit, & acquiſiuit, non debet cæteris præferri ex reg. qui prior in tpe, de reg. iur. in 6. quę
26 regula eſt generalis, licet. n. non ſit prior in iure quò ad natiuitatem actionis con-

tra debitorem,erit prior in iure reſpectu
acquiſitionis,exercitij,& cōſequutionis,
& propterea militabit regula prædicta,
qui prior, quæ ſecundum gloſ. & Scrib.
ibidem procedit in his, qui par ius ha-
bent, & eſt generalis in omnibus, vt
in beneficijs, ceſsionibus, ſubſcriptioni-
bus, electionibus, & iuribus quibuſcun-
que, vt ibi latius per Dyn. vt ſic dica-
mus,quod omnes ceſsionarij par ius ha-
beant ab eodem cedente;ſed vnus ſit al-
tero anterior in impetratione ceſsionis,
ergo præcedere dēt ex regula,qui prior
in tēpore:quia ex ceſsione ius ſtipulatio-
nis transfertur,& acquiritur,& text.in l.
potior in princ.qui pot.in pig.hab.dicit,
quod potior eſt in pignore,qui prius cre-
didit pecuniam,& accepit hypothecam,
ergo ſi vnus ex ceſsionarijs prius ſuam
pecuniam cedenti ſoluit, & obtinuit
ceſsionem,ob quod prius accepit, & ac-
quiſiuit hypothecam ſuper bonis debi-
toris,ergo præferendus: nam & ſi reſpe-
ctu principalis debitoris,aduerſus quem
ceditur, omnes habent cauſam parem
pendentem à iure cedentis; tamen di-
ſparem cauſam tenent,& anteriorem,vel
poſteriorem reſpectu cedentis, à quo ius
omne deriuatur, & acquiritur ceſsiona-
rijs, & ſic cum tractetur de acquiſitione
iuris, quare hic ſicut cum principali de-
bitore non habebit locum reg.qui prior
in tempore potior in iure,nec cōſiderari
poteſt ratio diuerſa prioritatis in caſu
iſto ab eo,qui conſideratur in principa-
li debitore obligante bona ſua, in quo
regula prędicta locum habet,ſicut enim
ille obligando diuerſis temporibus ac-
quirit prius vni, quam alteri ſecundum
temporis prioritatem,ſic hic cedēs prius
transfert ius primo ceſsionario, & ille
primus acquirit ius ſuper bonis debi-
toris.

Confirmatur hæc opinio: nam cum
cedens intelligatur cedere iura talia,
qualia habet, quatenus habet, ob quod
in caſu,de quo ſupra,voluerunt Doct.vt
non habeat locum exceptio cedendarū,
loquendo in extraneo,vel ſimplici poſſeſ
ſore ceſsionem impetrante,de quo latius
Nicoſ.in d. 3.memb. 5.par. nu.29. ergo
dum quis primo ceſsit,trāſtulit in ceſsio-
27 narium ius,quod habebat;quando verò
cedit ſecundo,intelligitur cedere id,qđ
habet ad text. in l. qui tabernas ff. de
contrah.empt.& rurſus cedit id,quod ſi-
bi remanſit, prout remanſit efficax, vel
28 inutile,ſicut dicimus in principali obli-
gante rem pluribus diuerſis temporibus,
vt intelligatur obligatum ſecundo id,ꝙ
remanet deducta prima obligatione, ita
notab.Nicoſ.qui atteſtatur de communi
in 2.memb.5.par.nu.31.verſ.primo caſu
per text.in l.& quæ nondum §. fin. ff.de
pign.cui concordat text. in l.ſi quis in
pignore, §.ſed & ſi quis,& in l. planè ff.
de pign.act. & quod dicitur de verifica-
tione ſecundum Nicoſ.eſt ad euitandam
pœnam ſtellionatus.

Si igitur principalis obligans cenſetur
obligare ſecundo contrahenti reſiduum
eius,ꝙ remanet in re obligata,dicendum
pariter idem erit in cedente, vt dum ſe-
cundo loco cedit,intelligatur cedere id,
quod ſupereſt, vel conſequi poteſt à de-
bitore principali deducto eo, quod pri-
mo loco eſt ceſſum,ſi non tenetur cede-
re,niſi ius,quod habet,tale,quale habet,
& non id,quod non habet,quo caſu om-
ninò ex ordine intellectus, ſcripturæ, &
temporis venit primus ceſsionarius præ-
29 ferendus,ad quod eſt notab.deciſ.Bald.
in l.hac edictali,§.his illud nu.16. C.de
ſecun.nupt.quod prælatio oriatur nō ex
poteſtate dominij; ſed poteſtate conuen-
tionis, quæ inducit ordinem prælatio-
nis, pro qua parte conſuluit Intrigl.in
conſ.26. num.25.cum ſequen. 1.volum.
ſed turbat ſpiritum: quia & ſi cedens in
caſu propoſito non cedat, niſi iura, quæ
habet,& talia,qualia habet;tñ inter cæ-
tera iura habebat cōcurſum cum ceſsio-
nario:ergo hoc idem ceſsit ſecundo ceſ-
ſionario, & cuicunque alij, cui iura ſua
poſtea ceſſerit, quare caſus deciſus inter
cedentem,& ceſsionarium,vt habeat lo-
cum concurſus videtur militare etiam
inter ipſos ceſsionarios, ſuper quibus eſt
cogitandum:ſecundus enim ceſsionarius
non vtitur iure ſuo;ſed iuribus cedentis,

&

& contractus ceſſionis deſeruit tantum ad ius illud acquirendum, quod ius eſt, quod concurrit ex perſona cedentis, ſicut ipſe ceſſionarius, cum quo apparet reſponſum ſubſtantialiter omnibus ſupra ponderatis, & caſus fortior videtur in his, qui mutuant in refectionem, qui & ſi haberent tacitam hypothecam, & mutuant diuerſis temporibus; tamen non datur prælatio; ſed omnes concurrunt, de quo per Rip. in l. priuilegia 1. colum. de priuil. cred. quicquid dixerit Intrigl. in d. conſ. 26. nam Doctor. quos allegat, non fundant dictum ſuum, nec penitus ad quæſtionem faciunt, & ex argumentis, quæ adducit, quæſtio nullum accipit vigorem, licet etiam caſus ſatis ſit diuerſus, loquitur in principali obligante cum principali hypotheca ad rem emendam, qui caſus eſt ſatis diuerſus à propoſito per nos in creditore cedente ius iam acquiſitum, ſuper quibus, vt dixi, relinquo cogitandum.

Ex his ſupra iam latè diſcuſſis in declaratione terminorum text. in d. l. licet; C. qui pot. in pign. hab. apparet vanitas dubitationis aliquorum, ſi diſpoſitio illius text. habeat locum, non ſolùm reſpectu ſortis principalis; ſed etiam in-
29 tereſſe, quaſi ſit illud priuilegium in præiuditium creditorum anteriorum, quod ſtrictè eſt intelligendum, & dùm regulatur à ratione: quia pecunia illius creditoris fuit cauſa acquiſitionis rei: ergo non poteſt comprehendere intereſſe poſteà decurrendum, quod nil commune habet cum acquiſitione iam conſummata ex pecunia ſortis principalis, hinc Do-
30 ctor. voluerunt in terminis text. in d. l. interdum ff. qui pot. in pign. hab. pro pecunia tantùm expenſa, & conſumpta in neceſſariam cauſam refectionis, ſeu conſeruationis rei dari priuilegium tacitæ, & anterioris hypothecæ, ob quod Ripa in l. ſi ventri §. Diuus, ff. de priuil. credit. dicit non extendi ad vſuras, ſicut dicimus in terminis authe. res, quæ C. com-
31 mun. de legat. vt priuilegium illud dotis venditionis rerum fideicommiſſo, & reſtitutioni ſubiectarum pro dotis ſolutione non procedat quò ad intereſſe dotis ſecundum latiùs cumulata per D. de Franch. in deciſ. 613. ſic pariter aſſen-
32 ſus ſuper ſorte non extenditur ad intereſſe ſecundum cumulata per D. Frecc. in 2. lib. 20. quæſtione, reſtitutio conceſ-
33 ſa ſuper principali non trahitur ad intereſſe ad text. in l. final. §. Lurius Titius, ff. de condit. indebit. oritur enim intereſſe ex perfidia debitoris ſoluere nolentis, & dùm hoc eſt in ſua poteſtate, non poteſt retrotrahi in tempus præteritum, & in præiuditium creditorum, quibus medio tempore ius eſt acquiſi-
34 tum ſecundum communem diſtinctionem iurium in l. 1. in l. qui balneum cum concord. eodem titulo qui pot. in pign. hab. diſtinguentium inter actus poteſtatiuos, ſeù voluntarios, & actus caſuales non dependentes à perſona debitoris, eſt hæc prælatio contra regulam, qui prior in tempore, potior eſt in iure, cum poſterior præferatur; quia dedit pecuniam ſuam ad rem emendam cum ſpetiali hypotheca, ergo ſtrictè eſt facienda interpretatio in eo tantùm, in quo loquitur, & licèt intereſſe ſit acceſ-
35 ſorium; tamen cùm aliud ſit intereſſe, & aliud ſors principalis, & ſors principalis eſt, quæ cauſat acquiſitionem, non autem intereſſe, ſequitur, quòd non militet eadem ratio, immò ſunt penitus diuerſa, & in eum caſum aliud iudicatur de principali, quàm de acceſſorio ſecundùm latiùs tradita per Dominum de Franchis in ſua deciſ. 606. num. 22. & ſi creditor anterior præfertur poſteriori, tam pro ſorte, quàm pro intereſſe; & text. in dicta l. licet ex ratione ſpetiali dat ſecundo creditori prælationem pro pecunia expenſa in emptionem cum ſpetiali hypotheca, & nihil dicit de intereſſe, ergo præferetur in eo, quod eſt expreſſum, ſcilicet pro ſorte principali, & creditor anterior remanebit cum ſuo credito anteriori aduerſus intereſſe ſecundi creditoris, ſicut dicit Andr. in
36 ſimili in cap. imperialem, de prohibit. feud. alienat. per Frider. dùm duo ſunt prohibita, vt conceſſo vno etiam maiori

non veniat aliud: quia vtrunque eſt prohibitum, & ſic quia prohibitum eſt vendere, atque prohibitum obligare feudum, conceſſa venditione, quòd eſt plus, non intelligitur permiſſa obligatio ratione, de qua ſupra, ſic hic poſteriori creditori præfertur anterior pro capitali, & pro intereſſe, tam pro ſuo capitali, quàm pro intereſſe, venit priuilegium legis, de quo in d. l. licet, vt poſterior præferatur anteriori pro pecunia, ſeu forte impenſa in emptionem rei cum ſpetiali hypotheca, nihil dicens de intereſſe, ergo remanebit illud in ſua poſterioritate, & hæc, & ſimilia poſſunt colorare dubitationem, de qua ſupra, quæ benè perpenſa vndique apparebunt vaniſſima, & contra iuris regulas, & caſus perpetuò deciſos, & practicatos indifferenter ſecundum veram intentionem contrahentium, qui indemnes voluerunt conſeruari ex hoc modo contractationis, vt ſicut ponendo ipſorum pecuniam in emptionem tot reddituum cum perſonis diuiribus ſecuti remanerent pro capitali, & tertijs, ſic dando eam pro emptione rei emendæ cum ſpetiali hypotheca, ſine qua creditores huius debitoris, & inſimul emptores hypothecam aliquam non acquiſiuiſſent: quia res non eſſet empta, & conſequenter nullum ex hac contractatione illis præiuditium infertur, nec damnum patiuntur; ſed benè eſſe poſſunt in lucro, ſi res pluris valuerit ex temporis augmento, quod eleganter conſiderauit Barto. in l. idemq; ff. qui pot. in pign. hab. ibi, nec per hoc aliqua iniuria fit creditori, primò nam debitor non haberet rem, niſi ex pecunia pupilli empta eſſet, meritò pupillus præfertur: is, qui dat pecuniam, habet cauſam oneroſam, cùm tractet de amiſſione communis redditus, qui ex ſua pecunia licitè percipi ſolet, aliàs pecunia ſua ſtetiſſet otioſa, & in damno eſſet, creditor debitoris tractat de lucro inſpecta acquiſitione bonorum futurorum cum aliena pecunia, quæ bona nunquam fuerunt in bonis debitoris, & dùm lex conſiderat effectum indemnitatis, contrahentium voluntatem, & illorum intentionem, tunc comprehendit omnes caſus etiam non expreſſos, qui quomodocunque tendunt ad ſatisfactionem intentionis eorundem contra-
37 hentium, dixit enim Bald. notabiliter in l. etiam C. de iure dot. per illum textum verba trahi ad intellectum, & diſpoſitum in principali, in augmento intelligi tacitè repetitum etiam in obligatione verbali, & ibi num. 6. dicit, quòd licet in ſtipulatione requirantur verba; tamen in eo, quod venit per quandam conſequentiam, ſufficit id, quod diſpoſitum eſt in principali, & ibidem nume. tertio, tradit magis ſenſum eſſe ſpectandum, quàm verba, quo habito conſtat de finali intentione, & ſic non curamus de modo, ſiue de qualitate verborum,
38 ſicut dicimus in dote, vt diſpoſitio comprehendat intereſſe in terminis Capitul. Neapol. circa conſeruationem dotium mulieris, vt comprehendat caſum aſſecurationis, comprehendat contractum mutui, aſſenſus ſuper ſorte extendatur ad intereſſe ex mente comprehenſiua, obligatio fideiuſſoris comprehendat intereſſe, & alia, quæ eleganter cumulat Camerar. in dicto capit. imperialem cart. 52. & contra Frecc. eſt iudicatum, & ſic practicatur, vt aſſenſus ſuper ſorte comprehendat etiam intereſſe, vt latiùs in meo conſ. 64. Intereſſe enim ſecundùm Camerarıū non ſolùm eſt quid annexum ſorti principali, ad quod extenduntur obligationes etiam in materia ſtricta, vt in aſſenſu; ſed ſtat vt vnum, & idem, & qui cogitauit ſortem, cogitauit intereſſe à iure permiſſum, & propterea dixit, aliud eſſe intereſſe ſecundum iuris diſpoſitionem debitum, aliud pœnam pacto hominis promiſſam, & aliud quodam acceſſorium ad ipſum principale, & licet fuerit ſatis diſputata quæſtio, ſi diſpo-
39 ſitio text. in d. authent. res, quæ procedat etiam quò ad dotis intereſſe, & D. de Franch. in allegata deciſ. 613. poſuerit eam pro dubia, quam dicit non determinaſſe Sacrū Conſiliū; tamen ex his,

quæ

quæ ipſe in fin. cumulat author. Cum. Blaſ.Lan.ac Pet.Greg.tenet opinionem, quòd locum habeat etiam in intereſſe, & ita prædicti Doctor. referunt pluries deciſum, licèt ille ſit caſus à fortiori: quia tractatur de alienis rebus,& dominio radicato in alienam perſonam,quòd non eſt in caſu,de quo agimus, cum bona, quæ emuntur cum hac ſpetiali obligatione de aliena pecunia, nunquam fuerint in dominio,aut in bonis, nec debitotis,nec ipſius creditoris,& tamen, vt dixi,communis eſt opinio, vt priuilegium prædictæ auth.res,quæ extendatur etiam ad intereſſe,& ad omnia alia,quę ſunt de appendititijs, & annexis matrimonio, de quo latiſſimè in deciſ. bononienſ.apud Barz.108.poſt Pereg.in tractã.de fideicom.art.42.

40 Omnis deceptio contrarium ſentientium oritur ex ſuppoſito,quod text.in d. l. licet inducat priuilegium in fauorem ſecundi creditoris conrra anteriorem, & proptereà priuilegium tale tollens ius tertio teſtringi debeat.

Hoc aſſumptum, vt diximus ſupra in principio huius deciſionis nu.8.eſt penitus falſum,ſiquidem text.in d.l.licet cõtinet tantum conuentionem inter debitorem, & crediiorem in re acquirenda cum pecunia creditoris; non autem priuilegium aliquod cõtra ius in perſonam prioris creditoris radicatum:ſiquidem creditor anterior non poteſt habere maius ius,quàm habet debitor in bonis acquirendis, qui cum illa acquirat affecta hypotheca ſpetiali creditoris, qui ſuam pecuniam cum hoc ſpetiali pacto credidit,& vt diximus author.Cuman.in d.l. priuilegia de priuil. cred. hypotheca eſt

41 ius afficiens,& rem ſequitur tanquam lepra leproſum, & Bald. in d.l.hac edictali,§.his illud nu.16.C.de ſecun.nupt. dixit, quod prælatio oriatur non ex poteſtate dominij; ſed poteſtate conuen-

42 tionis, quæ inducit ordinem prælationis,hinc text. in eadem l. licet ponderat conuentionem dantis pecuniam cum pacto ſpetialis hypothecæ, vt ibi per gloſ. in verb.conuenit, idemq; adnotauit Nicoſ.de pig.2.memb.5.par.nu.19.verſ.ſecundò fallir,& idem text.dùm dicit pręferri creditorem,qui pecuniam dedit cũ obligatione ſpetiali,nõ dicit hoc ex ſpetiali priuilegio; ſed hæc verba,videlicet anteferri iuris authoritate declaratur, ſequitur proptereà,cum ius huius creditoris oriatur ex ſua conuentione ſuper re ſiſtente in alterius dominio non adhuc acquiſito huic debitori, qui in quæ-

43 rendis poreſt creditoribus præiudicare, ad text. in l. qui autem ff. quæ in fraud. cred. quòd procedat etiam in hypotheca, quando actus non dependet ſimpliciter à voluntate debitoris; ſed etiam à voluntate alterius, vt propriè in terminis text.in d.l.licet, ſic limitando conſ. Anchar.101.latiùs per Nicoſ. in 4.parr. nu. 33. & 41. licet in caſu,de quo agimus,nullum inferat præiuditium: quia acquirit cum pecunia aliena ſub hac cõditione ipſi data,igitur hallucinãtur qui dicunt tractari de præiuditio anteriorum creditorum ex priuilegio à lege dato in beneficium ſecundorum creditorum.

Imò fortiùs dico, quòd in his bonis quærendis cum aliena pecunia,ſicut creditores venditoris talium bonorum,

44 etiam quod contraxiſſent paulò ante tempus venditionis, dicerentur anteriores, & eſſent prælati creditoribus antiquioribus emptoris, ita pariter iſte, qui efficitur creditor ex ſua pecunia,qui dat ad emptionem bonorum cum ſpetiali hypotheca:nam acquiſiuit ius in eis ante tranſlationem illorum in debitorem, & conſequenter dicetur anterior, ergo potior ex regula qui prior in tempore,

45 potior in iure,& ſumus in terminis tex. in l.Lutius, ff.qui pot.in pig.hab. vt anterior, & potior pro ſorte ſit etiam pro vſuris, quæ eſt regula communiter ſumpta ex illo text.vt ibi per gloſ.Bart. cæteroſq; omnes, Nicoſ.in 2.memb.5.par. nu.10.vbi quid in fideiuſſore, & idem concludit cum declaratione, de qua per eum author. Bart. in l.ſolutum, §.ſi in ſortem ff.de pig.act. & latè idem Nicoſ. in 4.memb.2.par.nu.46.& ratio eſt:quia

S 3 com-

46 communis eſt concluſio,quòd obligario
facta pro ſorte cenſeatur in dubio facta
etiam pro vſuris, tradidit Bart. in l. pi-
gnoribus C.de vſur.& ſic procedunt ter-
mini rext. in l. quæro in princ. ff. locat.
Salyc.in l.per retentionem eod.tit.C.de
vſur.hinc, & notetur, intantum intereſſe
47 venit intrinſecè cum ſorte ex natura
obligationis,quòd diſtinctio conditionis
poteſtatiuæ, vel caſualis,quæ habet lo-
cum in principali obligatione, non ha-
beat locum in intereſſe ab ea deſcenden-
te: nam & ſi in manu debitoris ſit ſolu-
tio intereſſe,tamen attendendo originem
obligationis, & etiam dependentiam,
non habet locum diſtinctio prædicta, &
debetur intereſſe cum anterioritate ſor-
tis principalis gloſ. notab. in l. 1. ff.qui
pot. in verb.compellitur in fin. eademq;
gloſ.in d.l.Lutius, aliàs ſi contrarium
diceremus, ſemper creditor anterior eſ-
ſet pro intereſſe poſterior contra regulã
text.in d.l. Lutius, vbi eſt caſus,per quẽ
text.communis eſt concluſio, quòd data
obligatione ſortis principalis veniãt vſu-
ræ, ſeu intereſſe cum anterioritate eiuſ-
48 dem ſortis:quia,vt inquit Angel.in d.l.
Lutius, ius prælationis in vſuris induci-
tur ex prælatione in principali,quod an-
te eum dixit ibi Bart. idemq; tradidit
Soccin.per illum text.in conſ.41, vol.4.
Franc.Bald.in tract.de pig.c.10. Oſaſch.
Pedem.deciſ.129.nu.11. cum alijs latiſ-
ſimè cumulatis per Cæſarem Barz. in
deciſ.bononienſ.108. qui ſic refert deci-
ſum.

Si igitur indubitati iuris eſt, credito-
rem anteriorem eſſe poſterioribus potio-
rem,tàm pro ſorte, quàm pro intereſſe,
49 ergo ſi is, qui dat pecuniam cum ſpe-
tiali obligatione ad rem emendam, di-
citur anterior:quia acquirit ius ſuper ea
ante tranſlationem dominij in debitorẽ,
& ſic præcedit cauſam obligationis cre-
ditorum huius emptoris ſpetialis obliga-
tio antecedẽs dantis ad hoc pecuniam,
dicit text.elegans in l.ſi is, qui ff.de iur.
fiſc. ſequitur, quod ſicut quilibet credi-
tor anterior erit potior pro ſorte, & in-
tereſſe, ſic pariter iſte, qui in his bonis
dicetur anterior creditor, & ſomnium
eſt dicere, quod & ſi ſit anterior, non
propterea erit potior: nam hoc eſt con-
tra regulam, qui prior,cum ex priorita-
te oriatur pernecceſſe potioritas,& non
poteſt dari ſeparatio, tanquam effectus
naturalis, & proprius à prioritate deſcẽ-
dens,ſine quo vana eſſet prioritas,nec in
alio conſiſtit, vel ad aliud deſeruit, pro
quo ſunt tit.ff.& C.cum ſuis legibus,qui
pot.in pig. hab. & quod dixit Ripa in
50 d.l.ſi ventri, §.diuus auth. Paul.de Ca-
ſtr.in l.ideo, ff.de compenſ.procedit in
pœna; & in ea eſt expreſſè deciſio Ca-
ſtrenſ.& loquitur etiam in pecunia data
ad refectionem in terminis text. in l. in-
terdum eod.tit. qui pot.in pig.hab.& ibi
verum eſt tractari de priuilegio; vt per
Salyc.in d.l.licet in principio: quia præ-
fertur dans pecuniam ad refectionem
anterioribus creditoribus iam contractis
ſuper re exiſtente in dominio debitoris,
qualis non eſt caſus dantis pecuniam
ad rem emendam adhuc in dominio de-
bitoris non exiſtentem, & conſequenter
tempore, quo nulla eſt ſuper ea acquiſi-
ta hypotheca creditoribus debitoris e-
mentis.

Nec teneo pro vero dictum Ripa, ſi-
quidem verum eſt, pecuniam datam ad
51 refectionem totam pignoris cauſam ſal-
uam feciſſe, ex quo iura dant anteriori-
tatem,ſine qua creditores anteriores pi-
gnus amiſiſſent,& propterea cum eadem
ſit ratio in hoc caſu, quæ eſt in eo, qui
pecuniam dat ad rem emendam, eadem
debet eſſe diſpoſitio,& Rip.non diſputa-
uit articulum;ſed ſic per tranſennam au-
th.Paul.de Caſtr.hoc tradidit,qui Paul.
vt dixi, loquitur in pœna, non autem in
intereſſe pecuniæ impenſæ.

Nec eſt alicuius conſiderationis pon-
deratio,quam audiui fieri in deciſione
52 Bart. in d. l. idemq; qui pot.dum ſum-
mat text.his verbis, in re empta per de-
bitorem ex pecunia pupilli præfertur pu-
pillus anteriorib⁹ creditoribus,quatenus
ex eius pecunia eſt ſolutum,quaſi exclu-
datur intereſſe decurrendum, cum illud
non ſit aliter ſolutum in rem emendam.

Vana eſt ponderatio, ſiquidem ibi nō tractatur, niſi articulus principalis de
53 re, quæ emitur cum pecunia pupillari, an per hoc ex priuilegio pupilli abſque pacto ſpetialis obligationis ſit ſuper illa creditor anterior, ſiquidem in alio, quàm pupillo non datur hypotheca ſine ſpetiali pacto ad text. in l. quamuis ea, C. de pig. gloſ. in d.l. idemq; nihil enim de intereſſe poſteà decurrendo, & iura, & deciſiones ſunt notoriæ, vt quatenus eſt ſolutum, pro ea tantum quantitate creditum anterius ſit contractum, ſicut creditum cuiuſuis alterius creditoris, quod demum creditum ſi pariat intereſſe, & hoc debeatur cum eadem potioritate, diſtinguunt alia iura, & tunc intrat regula tex. in d.l. Lutius, ita quòd vis conſiſtit, ſi creditum contrahatur, qualiter, quomodo, quare, & quando, quo demum contracto cum potioritate ex conuentione, & non ex priuilegio, & ex conuentione, quæ præcedit dominij acquiſitionem, ſumus in terminis text. in d.l. Lucius, quòd anterior pro ſorte erit etiam pro vſuris, ſeu intereſſe, qui text. non poteſt tergiuerſari, ex quibus patet reſponſum omnibus contrarijs, & remanet quæſtio abſoluta per veros iuris terminos, ſecundum quæ paſſim eſt practicatum, & ſi reuoluantur graduationes factæ creditorum in Sac. Conſ. reperietur pecunia liberata talibus creditoribus vnà cum intereſſe, nulla ſuper hoc vnquam adhibita difficultate, & ob id non reperiuntur deciſiones particulares: quia articulus indubitabilis, & nunquam controuerſus, & aliàs dum in Senatu Vallisoletano hoc fuit in dubium refricatum pro
54 hac parte, refert deciſum Gaſpar Rodericus in tractat. de ann. & menſtr. reddit. lib. 2. q. 20. & ibi vide differentiam inter eum, qui dat pecuniam in emptionē rei cum ſpetiali hypotheca, & eum, qui mutuat in refectionem, vel neceſſariam rei conſeruationem, licèt, vt ſupra dixi, nulla verè poſſit conſtitui differentia, & in apoſtilla ad text. in d.l. licet in lib. meo notatam habeo deciſionem Authoris damnatæ memoriæ in tract. de vſur. nu. 350. circa finem verſ. plus dico, qui ampliat illum text. vt ſpetialis hypotheca anterior ſit non ſolùm pro ſorte; ſed etiam pro vſuris, ſeu intereſſe.

Audiui nouiſſimè in vna Aula Sac. Conſ. deciſum contrarium referente Conſiliario Scipione de Curtis cum interuentu aliorum quatuor Conſiliariorum, videlicet Conſiliarij Valdeueſij, Conſiliarij Marci Antonij Morræ, Conſiliarij Pirri Pagani, & Conſiliarij nouiſſimè creati Alonſi de Vargas, viſa mihi fuit magna determinatio adminus digna vnionis omnium Tribunalium, vel ſaltem totius Sac. Conſ. cum ſit noua determinatio, quæ facit nouam legem, & veterem, ſi non reuocauit, ſaltem interpretata eſt, atque declarauit contra declarationem, & interpretationem ex communi vſu hucuſque habitam, poteſt eſſe nimis damnoſa, ac præiuditialis, dixi, quæ mihi viſa ſunt eſſe iuri conformia, pro qua parte clauſis oculis iudicaſſem; ſed tamen me ſubmitto iuditio rectiùs ſentientis, ſententiæ ſunt caſus fortuiti, faciunt de albo nigrum, & inſimul deſtruunt fundirus ſæpè ſæpiùs domos, & familias, ò quàm iuri conſonum eſſet, & rectè Regni gubernationi conueniret, vt omnium, quæ in mero iuris articulo conſiſterent, de illis fierent nouæ pragmaticæ, ſiuè leges, vt amplius de illis diſputari non poſſet, ſicut fuit facta lex in ſucceſſione Amitæ, quæ dicitur la Filingeria, ſic vt in adiudicatione feudi nouus requiratur aſſenſus, in quo noua fuit ædita pragmatica, ſic vt non poſſit procedi ad venditionem feudi ad inſtantiam creditoris ſine aſſenſu, his, & ſimil. vidimus enim vno tempore per eminentiſſimos Iurecōſultos iuris articulum diſcuſſum, & deciſum vno modo; poſteà verò alio tempore per ſucceſſores Iudices totum oppoſitum fortè eminentiores: nam quot capita, tot ſententiæ, quid enim in hac temporum inconſtantia, atque tempeſtate poterit prudens Aduocatus conſulere, pendente omni, & toto à voluntate volubili, ab opinione, & impreſſione, prout Deus ſcit, & ſic Regnum

litibus

litibus inuoluitur,domus, & familiæ exuiſcerantur, eſpoliantur, & in collapſum prorumpunt, & quæ leges cum tot prouiſionibus excogitauerunt,ne dominia eſſent in incerto, de quo in l. 1. ff. de vſucap. & quæ prudentiſſimi Regni Reges ſtatuerunt cum tot, & tantis pragmaticis ad iurgia cultanda, ad controuerſias ſedandas,pacem,& quietem ſubditorum manutenendam, vt in edicto pentime,in pragmatica thori, in pragm. & inſtruct. anni 518. per quas vetantur fieri lites,& inquietari rerum poſſeſſores, ſiue iure, ſiue iniuria poſſiderent; hæc enim omnia confunduntur, non adeſt meum,aut tuum firmum,lites vndique immortales,rancores,querimoniæ,& expenſæ,quę omnia deuorant,& multoties accidit,& ego ſum teſtis de viſu, quòd, qui poſt longam litem ſententiam in ſui fauorem reportauit,remanſerit decoctus: quia expenſæ illum exuiſcerauerunt, & ſententia nihil profuit,quid eſt, quod nō patiantur pauperes litigantes, quæ indignitates, quæ ſubiectiones, quot expenſæ,nunc cum Aduocatis,nunc cum ipſorum coniunctis,taceo Iudices,ipſorumq; appendices, quid cum Magiſtris actorum,illorumq; ſcribis,quid in conuiuijs, quid in muneribus, & ſi Iudices cauſa ſolatij volunt extra Ciuitatem commorari Pauſilipum verſus, & alibi, quid faciet pauper litigator, quæ expenſæ in conducendo Aduocatum, Magiſtrum actorum, aut Scribam, & multoties licentiantur,& negotijs non datur locus, omnes morimur per momenta,& tractamus tanquam ſtabiles, & æterni, non credimus æternitatem ſolam in alio ſæculo reperiri, & ibi verum erit, quod æternus erit cruciatus,aut æterna gloria, non lites incertæ, & immortales, non controuerſiæ,non deciſionum diuerſitas; ſed leges ſtabiles, perpetuæ, & infallibiles,& qui bona egerit,ibit in vitam ęternam,qui verò mala in ignem æternum, & hoc momento in ictu oculi, & in inſtanti erit abſque alia protelatione, aut ſimulatione expeditum, Rectorem te poſuerunt dicit ſapientia, noli extolli, eſto in illis,quaſi vnus ex ipſis, curam illorum habe, & ſic conſidera, & omni cura tua explicita recumbe, corona Sapientiæ timor Domini,diſcite Iudices finium terræ, præbete aures vos, qui continetis multitudines,& placetis vobis in turbis nationum,quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab altiſſimo,qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur,quoniam cum eſſetis Miniſtri Regni illius, non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis,horrendè,& citò apparebit vobis; quoniam iuditium duriſſimum in ijs,qui præſunt, fiet: exiguo enim conceditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta ſuſtinebunt, non enim ſubtrahit perſonam cuiuſque Deus,qui eſt omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiuſque, quoniam puſillum,& magnum fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus; fortioribus autem fortior inſtat cruciatio.

Verba ſunt hæc ſapientiæ, quæ non mentitur:nam Spiritus ſanctus loquitur, qui aures habet audiendi audiat, multi obtumeſcent,alij me deridebunt, & non ſolum murmurabunt; ſed maledicent,& calumniabuntur, nihil mihi cōſcius ſum, alterius ſæculi reminiſcamini, & non contemnatur æternitas.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas conceſſa Eccleſiæ, vel Hoſpitali non comprehendit ipſius apothecam.*

2 *Eccleſia habens portas in diuerſis Parochijs iudicatur de ea Parochia, in qua reſidet porta principalis.*

3 *Domus exiſtens in duabus Parochijs dicetur de ea Parochia, per quam datur aditus ad domum, niſi haberet duas portas, & vna illarum magis principalis, & frequen-*

quen-

quentata, ſecundum quæ fuit deciſum in facto contingenti.

ARGVMENTVM.

Apotheca Eccleſiæ an gaudeat eadem immunitate, qua Eccleſia, & quando Eccleſia, ſeu domus exiſtens in duabus Parochijs iudicetur magis de vna, quàm de alia.

DECISIO XXXV.

FVIT dubitatum, ſi delinquens captus in apotheca Hoſpitalis, quę locatur, habens portam ad viam publicam, & etiam aditum ad atrium Hoſpitalis, debeat gaudere immunitate Eccleſiaſtica, quaſi captus in Hoſpitali, ſeu ipſius parte, quo caſu non eſt dubiũ, quòd gauderet, ſecundum magis communem opinionem, de qua latiſſimè poſt alios per Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. cap. 18.

1 Decidimus in Collaterali Conſilio, apothecam non deſeruientem ſoli hoſpitali; ſed communem omnibus, in qua publicè emunt, & vendunt omnes de populo, non comprehendi ſub priuilegio, & immunitate hoſpitali conceſſa; ſed eſſe locum merè profanum, deciſio eſt particularis Paul. de Caſtr. & Alex. quam ſequitur, & exornat Iaſ. in l. plerique num. 17. ff. de in ius voc. qui volunt immunitatem conceſſam domui, Eccleſiæ, vel hoſpitali, non comprehẽdere ipſius apothecam, etiam quòd ab ea haberetur aditus ad domum, Eccleſiam, ſeu hoſpitale, cumq; porta ſpecialis apothecę erat in via publica, per quam publicum commercium exercebatur, iudicanda propterea erat apotheca vti publica, & profana, publico ſeruitio deſeruiens, & locata reperiebatur ab hoſpitali pro annua pẽſione ad publicum mercimonium exercendum; ſicut dicimus de Eccleſia, quę

2 habet duas portas in diuerſis Parochijs, vt ea iudicetur de Parochia, in qua reſidet porta principalis, & aditus magis frequentatus; deciſio eſt Bart. communiter recepta in l. prædijs, §. qui domum de leg. 3. qui allegat bona iura hoc probantia, & ſic limitatur doctrina eiuſdem Bart. in l. quod conclaue ff. de damn. in-

3 fect. tradentis, domum exiſtentem in duabus Parochijs eſſe illius parochiæ, per quam habetur ad domum aditus, vt demum non procedat, quãdo adeſt alius principalis, & magis frequẽtatus, de quo etiam per Felyn. latiùs in cap. omnes, de maior. & obed. per quæ ſic fuit deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Præſes Tribunalis Sac. Conſ. poteſt cognoſcere de delictis commiſsis in officio per eius Miniſtros.*

2 *Magiſter ſcholarium de iure communi habet iuriſdictionem tàm ciuilem, quàm criminalem ſuper eius ſcholares, & etiam in Bidello ſtudij, & ratio eſt: quia ſunt hæc appendices iuriſdictionis, ſine quibus illa exerceri non poteſt.*

3 *Porterij Sac. Conſ. dicuntur Curiales, & obligati Curiæ illius Tribunalis.*

4 *Curiales omnes dicuntur, qui à Curia non poſſunt recedere, & de Gagijs Curiæ viuunt.*

5 *Iudex Curiæ cognoſcere debet de quacunque lite, & delicto ſuorum Curialium.*

6 *Silentiarij qui ſint, & quod ſit eorum officium.*

7 *Apparitores magiſtri militum, & Præfecti Prætorio gaudent fori priuilegio.*

8 *Officiales conueniuntur ſub quo militant, loquendo de maioribus Iudicibus, ſecus autem de minoribus, qui iuriſdictione carent.*

9 *Cornicularij Præfecti prætorio gau-*

dent

dent fori priuilegio, qui dicuntur Apparitores, & iſti ſunt Nuntij, ſeu Exequutores ordinum Præfecti prætorio, & propriè ſunt Porterij Sac. Conſ.

10 *Porterij Sac. Conſ. ſubdunt Præſidenti.*

11 *Capitulum Regis Catholici refertur, per quod Officiales actu ſeruientes non trahuntur extra ſua tribunalia, & ita iudicatum.*

12 *Princeps poteſt in delictis enormibus, & grauibus mandare cognitionem cauſæ cui melius ipſi videbitur.*

13 *Iuriſdictio Magnæ Curiæ vniuerſalis non derogat ſpetiali alteri competenti.*

14 *Tribunal Sac. Conſ. cognoſcit nomine Regiæ Maieſtatis, & ſupra Magnam Curiam, & ab eo tanquam à Rege iuriſdictio in Mag.Cur.eſt diſtributa.*

15 *Par in parem non habet Imperium.*

16 *Vnicus actus ſufficit ad manutenendum in materia iurium incorporalium cauſam diſcontinuam habentium.*

17 *Text.in cap. cum perſonæ de priuil. in 6. non procedit alio poſſidēte.*

ARGVMENTVM.

Præſidens Sac.Conſ.an habeat iuriſdictionem ciuilem,& criminalem ſuper Officialibus ipſius dictis Porterijs.

DECISIO XXXVI.

CVM eſſet per Magnam Curiam inquiſitus quidam Saluator Ioſſa Porterius Sac.Regij Conſ. petijt remiſſionem cauſæ ad Præſidem eiuſdem Sac. Conſ. præſupponendo cognitionem, & iuriſdictionem omnē in Porterios prædicti tribunalis ad Præſidem ſpectare, & in hac poſſeſſione ſtetiſſe,& ſtare, & ex aduerſo Fiſco contrarium contēdente,ex eo quia omnis iuriſdictio criminalis in toto Regno, & in omnes perſonas cuiuſcunque generis, & qualitatis ſpectabat ad Magnam Curiam,quod eſt indubitatum, & inſuper dicebat,Magnam Curiam ipſam ſtetiſſe,& ſtare in poſſeſſione cognitionis Porteriorum prædictorum in ſpetie, dùm aliàs in Mag.Cur.de delictis inquiſiti fuerunt,ita quod prætendebat habere intentionem de iure fundatam vigore Pragmaticarum,& rituum ipſius Magn.Cur.& non ſolùm allegando; ſed demonſtrando poſſeſſionem, prætendebat, quòd omninò manuteneri debebat Fiſcus in cognitione dictæ cauſæ ex regula text.in cap.cum perſonæ,vbi Scribentes de priuil.in ſexto, & reſpondebat poſſeſſioni,ſeu quaſi ēx aduerſo prætenſę,præſupponendo,quod fuit in delictis in officio commiſſis per eoſdem Porterios,quo
1 caſu non negabat,iuriſdictionem ſpectare ad Præſidem Sac.Conſ. iuxta text. & ibi notata per Doctor.in l.fin. C. de iuriſd.omn.iud. & in l.magiſteriæ eod. tit. Cumq; ex parte Præſidis, ſeù Porteriorum nullum afferebatur priuilegium hominis particulare, dicebat propterea, quòd deficiente priuilegio legis, cognitio ad Mag.Cur.ſpectabat,& in ea conſeruari debebat; hinc,vt iuriſdictioni tāti tribunalis cognitio aliquarum perſonarum ſubtraheretur,neceſſaria iudicata fuerunt priuilegia particularia,& ſpecifica, vt in cognitione Magni Admirati in perſonas maritimas, & viuentes de arte maris, in cognitione matriculatorum in arte ſerici,in arte lanæ, & ſimilibus,ex quibus videtur fundari regula in contrarium ad text. in l. cum Prætor ff. de iud.cum concord.

Præſes Sac. Conſ. vnà cum Porterijs dicebat,non opus habere Præſidem priuilegio hominis : quia tanquam Præſes illius tribunalis habet de iure iuriſdictionem in homines illius, prout quilibet,

bet,qui alicui Collegio præeſt,vel cuili-
bet tribunali formato ex eadem regula
text.in d.l.fin. C.de iuriſd.omn.iud. & ſi
2 priuilegium habent ſcholares de iure
communi, vt non poſſint conueniri, niſi
coram Magiſtro ipſorum tàm in ciuili-
bus, quàm in criminalibus iuxta termi-
nos text.in auth.habita C.ne fil.pro pa-
tr. quod dixit Bald. ibidem procedere
etiam in Bidellis,qui propriè ſunt porte-
rij ſtudij,& hanc opinionem eſſe de iure
veriorem dixit Alex. in l. ſcriniarios C.
de teſtam.milit.& ratio formalis, & ele-
gans ſm̃ Bald.vbi ſupra nu.35. eſt:quia
ſunt appendices iuriſdictionis, ſine qui-
bus illa commodè exerceri non poſſet,vt
ſic cenſeantur conceſſa omnia ea, quæ
concernunt neceſſariam adminiſtratio-
nem illius ad text.in l.2. ff. de iuriſdict.
omn.iud.in l.oratio ff. de ſponſal.in l.ad
rem mobilem,& in l.ad legatum ff.de
procurat. igitur multò fortiùs videntur
procedere hæc in Præſide S.C. tribuna-
lis tam eminentis, & ſupremi, repræſen-
tantis propriam Regis perſonam, ſuppli-
catur,& non appellatur, dicitur Sacra
Regia Maieſtas, tenet locum Præfecti
Prætorio, & ſententiæ tanti tribunalis
paratam habent executionem,ſunt Por-
3 terij aſſiſtentes in aulis Sac.Conſ. & per
Præſidem ordinantur, ſine quibus im-
poſſibile redderetur exercitium officij,&
verè ſunt Curiales: quia ſunt ſeruitijs
iſtius tribunalis,ſeu Curiæ obligati glo.
notab.in cap.1. 91. diſt.& declaratur in
Conſtitutione Regni ſtatuimus, vt ma-
4 gnæ,vbi Andr. & Afflict. quod ſint Cu-
riales omnes, qui à Curia non poſſunt
recedere,& declarat ritus Magnæ Curię
nu.232.quòd ſint omnes, qui viuunt de
gagijs Curiæ,vbi latè Moderni, & poſt-
quam iſti verè dicuntur Curiales ſecun-
dum Conſtitutiones, & ritus Regni, ca-
ſus eſt deciſus per text.in l.1. C.de Cu-
rial.Vrb.Rom.lib.11. vbi Iudex Curiæ,
5 & qui illi præeſt,cognoſcere debet de
quacunque lite, & de quocunque deli-
cto,vt ibi per gloſ.in verb. pulſandum,
& in verb.Iudicem,& in Silentiarijs ha-
6 bemus text. in l. ne ad diuerſa C. de
ſilent.lib.12.qui Silentiarij dicuntur Ex-
cubitores in Cõciſtorio,ſeu palatio Prin-
cipis,ſtantes ferè ad limina, & dicentur
agere excubias, vt in l.3.in fin.eod.titu.
eorumq́; officia eſſe circa excubias præ-
dictas ex Zonara graui Authore decla-
rat Iac.Cuiac.in l.1. eiuſdem tit.quales
ſunt hoſtiarij Principis vulgò Porterij
appellati, dixit, & declarat Io.Garz.de
nobil.gloſ.48. §. 4. & ratio viua, & na-
turales eſt ſecundum eum: quia ſemper
adeſſe debent apud perſonam Præſidis,
ne ad diuerſa tracti à debito ſeruitio ab-
ſtrahantur, vt ad literam dicit text. in
d. l.ne ad diuerſa, de ſilent. Hinc excu-
ſantur à ferendo teſtimonio ſecundum
Garz.vbi ſupra, & eadem ratione iura
priuilegiauerunt fabricenſes,de quo in
l.eos C.de fabric. lib.11. vt non poſſint
conueniri, niſi coram ipſorum Supe-
riore.

Sed vlteriùs conſiderabatur ex parte
Præſidis, hunc eſſe caſum deciſum per
iura particularia, & deciſiones indubi-
tatas in Porterijs propriè loquentia, ſeu
7 loquentes:nam apparitores Magiſtri mi-
litum,Pręfecti Prętorio,vt eſt Sac.Conſ.
& alia ſuprema tribunalia gaudent fori
priuilegio,dicit text.in l.fin.C.de appar.
mag. mil. lib.12. vbi gloſ. tradit, quòd
ſub Magiſtro militum ſubſint, & coram
ipſo conueniantur in ciuilibus,& crimi-
nalibus cauſis,vbi expreſsè notat Io. de
Plat. quod Officiales conueniantur ſub
8 quo militant tam in ciuili, quàm in cri-
minali, quando ſumus in maioribus Iu-
dicibus; ſecùs autem in minoribus, qui
non habent iuriſdictionem, in quo caſu
loquitur Luc. de Pen. in rubr. C.de ap-
par.Præf.Vrb.lib.12.licet ſibi ipſi etiam
contrarietur,dùm firmat concluſionem,
quòd omnes Miniſtri,& Officiales ſub eo
Magiſtratu,& Præſide conueniantur, ad
cuius prouidentiam, & iuditium illius
miniſterium, & officium noſcitur perti-
nere,ea ratione, ne abſtrahantur à mini-
ſterio, cuius obſequio deputati ſunt, &
demum dixit,quòd Officiales Magiſtro-
rum Rationalium mero imperio caren-
tium poſsint cognoſci à Curia Vicariæ:
quia

quia non abſtrahuntur ex ipſa vocatione ab obſequijs eorundem, quod vtique falſiſsimum, & erroneum apparet, & ſibimet contradicit, & omnia ceſſant in Sac.Conſ. quod habet merum, & mixtū imperium, & generalem iuriſdictionem non ſolùm in toto Regno; ſed ſupra ipſam Mag.Cur. Vicariæ, & idem in Cor-
9 nicularijs Præfecti Prætorio, vt gaudeāt fori priuilegio tradit Rebuff.in l.3.C.de appar.Præf.Præt.& priuil. eorum lib.12. & Cornicularios Præfecti Prætorio eſſe ipſius Apparitores dicit gloſ.in l.2. in ver. Corniculario C.de prox.ſacr. ſcrin. lib.12. & idem Io.de Plat.in l. 1.eod.tit. qui apparitores nil aliud ſunt, quàm Nuntij Officialis,ſeu Executores ordinū illorum, qui exequutiones faciunt iuſſu Præſidis ſecundum Alciar.in rubr. extra de offic. ordin.nu.38. & Rebuff. in d.rubr.de appar.Præfect.Præt.& Pet.Rebuff. tradit, quod verè ſint Porterij Præſidis Sac.Conſ. vt per eum eleganter in l.vrbana ff.de verb.ſignif.cart.mihi 790. & in Conſtit.Franc. in tract.de cit.gloſ. 1. nu.1. tom.3.

Si ergo Apparitores ſunt Porterij, Nuntij, & Exequutores Sac.Conſ.caſus eſt deciſus per iura peculiaria; ſed ne deſit punctualis deciſio de Porterijs,nū-
10 cupatim id tradit Auend. de exequ. mand.Reg.1.par.cap.3.nu.3.verſ.vndecimò, in quo ſcribit Curiæ ſeruitores, putà Alguaziles,y Porteros poſſe puniri à Correctore,qui eos propoſuit authoritate Fabr.in l.vltima C.de offic.Præfect. Vrb.

Dicebat vlteriùs Præſes, quod hæc omnia concludebantur per Capit. ſpe-
11 tiale Regis Catthollici editum in anno 1507. per quod prouidetur, quod Officiales actu ſeruientes non trahantur extra tribunalia, quibus inſeruiunt, ita tamen, quod nec ipſi poſsint trahere alios à Iudicibus proprijs, & ita refert Piſanel. fuiſſe iudicatum in anno 1518. 21. Auguſti in cauſa Anibalis Famatij, vt per eum in additione ad Afflict.in deciſ. 56. eſt benè verum, quod in delictis enormibus, & grauibus attenta qualitate
12 perſonæ,& cauſæ poteſt Princeps mandare cognitionem, cui melius viſum fuerit, prout tradit gloſ. eadem in d.l.1. C.de Cur.Vrb.Rom. eadem gloſ. in l.1. per illum text. C.de exhib.reis, vbi eleganter Salyc. Greg. Lop. in 7.partita lib.3.tit.29.

Nec generalitas, ſeu vniuerſalitas iuriſdictionis Mag. Cur. quicquam obeſt;
13 procedit enim in perſonas indifferentes, & intelligitur, prout ius intelligit ad tex. in l. ſi cui ff. de ſeruit. Si ergo lex dat cognitionem cuilibet Præſidenti in ſuo Tribunali, vel Curia, quid commune in hoc Magna Curia? quæ iuriſdictionem vniuerſalem exercebit contra eos, qui alterius iuriſdictioni ſubditi non reperiuntur: generi enim per ſpeciem derogatur ad text. in l.quæſitum §. denique ff.de fund. inſtr. & abſonum videretur, vt Tribunal Vicariæ inferius, à quo appellatur ad Sac.Conſ.cognoſceret,& iuriſdictionem haberet in ſeruientes, & alligatos illi Tribunali ſupremo,& ipſi Magnę Curię ſuperiori; imò augebatur motiuum ex parte Præſidentis, dicendo, qđ,
14 ſi cognoſcit ſub nomine Regiæ Maieſtatis, per quam demum fuit facta diſtributio cognitionis cauſarum criminalium in Magnam Curiam in homines, & perſonas Regnicolas, non intelligatur perſona loquentis ad textū l.inquiſitio C. de ſolut. & ſucceſsiuè aſsiſtentes penes illius perſonam pro cuſtodia, & ſeruitio illius, aliàs eſſet dare imperium, & iuriſdictionem inferiori contra Superiorem;
15 & ſi par in parem non habet imperium ad text. in l.ille à quo §.tempeſtiuum ff. ad trebell.quantò magis illius inferior; ex quibus omnibus dicebat Præſidens habere diſpoſitionem iuris communis pro ſe, & reſponſum eſſe oppoſitis per Fiſcum.

Circa verò poſſeſsionem validè reſpondebat adductis per Fiſcum per interemptionem facti, & è contrario demonſtrabat eius poſſeſsionem validiſsimè; & quò ad duos actus Fiſcus non re-
16 plicabat, & in materia iurium incorporalium cauſam diſcontinuam habentiū,

&

& quæ raró eueniunt, ſufficit vnicus actus ſecundum approbatam, & communem doctrinam Bart.in l. 1. §. hoc interdicto nu. 5. ff.de itiner.act.priu.Bald.in l. 1. C.de ſeruit.& aq.gloſ.Inn.& Hoſt.ac omnes in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ.poſſ.& propr. Oldr.conſ.312.Iſern. in cap.1. col.fin. de controu. apud par. term.in cap. 1. §.ſimiliter in hoſtenditijs in addit.de cap.Corr.& quod dicitur de oſtendente priuilegium,& allegante poſ-
17 ſeſſionem,vt manuteneri debeat, non procedit alio poſſidente: maximè quando habet ius commune pro ſe ſecundum Gemin.& Franc.in eodem cap.cum perſonæ.

His omnibus plenè diſcuſſis in Collaterali Cõſilio coràm Illuſtriſſimo Prorege,Fiſco,& partibus auditis,fuit decisũ, cognitionem Porteriorum ſpectare ad Præſidentem; & propterea prædictum Saluatorem Porterium inquiſitum ad ipſum Præſidentem eſſe remittendum, qui tàm circunſpectè,tàm prudenter, & tanta cum vigilantia, & chriſtianitate ſuo vacat officio,vt meritò & hæc, & omnis alia iuriſdictio in ſuam perſonam optimè collocetur,& proptereà à ſereniſſimo noſtro Rege fuit nouiſſimè aſcriptus inter Conſiliarios Collaterales,& ſtatus huius Regni tanquam meritiſſimus,& omnium virtutum genere ornatus.

SVMMARIVM.

1 *Solitum, etiam quod ſonat in delictum excuſat à poena.*

2 *Officia intelliguntur conceſſa ſecundum quod conſueta fuerunt exerceri.*

3 *Conſuetudo in materia officij quomodo intelligitur, & an requiritur, vt ſit præſcripta nu. 4. & 6.*

5 *Conceſſo officio cum ſalario conſueto intelligitur de eo, quod habuit Prædeceſſor immediatus, & nu 7.*

8 *Priuilegium relatiuum ad poſſeſsionem intelligitur, prout quis erat in poſſeſsione facti.*

9 *Beneficium Principis latiſsimè interpretatur.*

10 *Natura dictionis, &*

11 *Caſtro nihil naturaliter eſt deputatum, & ſic in officijs.*

12 *Quæ vetus conſuetudo comprobat ſunt tolerabilia.*

13 *Officia, quæ habẽt iuriſdictionẽ annexam non ſunt vendibilia: ſecus verò, quæ conſiſtunt in nudo miniſterio, & exercitio certæ negotiationis.*

14 *Text. in l. 2. C. de murileg lib. 11. & in cap 1 extra de mag. declarantur, & ſic etiam text. in l. 1. C. de Piſtor. lib. 11.*

15 *Princeps, & Papa poſſunt omnia vendere nulla habita diſtinctione, ſi officia habeant, vel non habeant annexam iuriſdictionem, licet de honeſtate facere non deberent.*

16 *Quicquid non eſt probibitũ eſt permiſſum.*

17 *Feuda emuntur, & venduntur, ſic militiæ, officia ſcriptoriæ, Regiſtri bullarum, portarum, barattariæ, cuſtodiæ carcerum, & ſimilia.*

18 *Fructus, quos quis percipere ſolet, ſiue emolumenta, poteſt alteri vendere.*

19 *Officia, quæ quis per ſe exercere non poteſt, vel non decet, cenſentur conceſſa, vt poſsint adminiſtrari per ſubſtitutum.*

20 *Feudum foeminæ, Clerico, vel minori conceſſum intelligitur, vt*

T poſ-

poſsit per ſubſtitutum ſeruitium præſtari.

21 *Opinio communis Theologorum refertur, quòd officia conſiſtentia in nudo miniſterio poſsint vendi, maximè ſtante conſuetudine.*

22 *Officia, quæ non habent emolumenta, & neceſſariò concedi debent, hæc gratis dari debent; ſecùs verò ſi emolumenta habent, & concedens non tenetur alteri conferre.*

ARGVMENTVM.

Materia venditionis officiorum explanatur, quando illa vendere liceat, & an obligare abſque Regis aſſenſu.

DECISIO XXXVII.

INquiritur Don Ioannes de Thaſſis, qui tenet officium Curſoris maioris de venditione affictus, ſeu arrendamenti officiorũ Præfecti Curſorum in diuerſis partibus, ac officiorum Magiſtri poſtarum, & in facto duo ſunt indubitata: vnum, quod ſit hoc conſuetũ per omnes Prædeceſſores, alterum quod conceſſionem officij habeat Don Io. prout meliùs tenuerunt, & poſſederunt eius Prædeceſſores: nam ſupplicauit Raymundus de Thaſſis, vt concedatur officium D. Io. filio, prout ipſe Raymũdus tenuit, & tenebat cum eiſdem facultatibus, prærogatiuis, & præeminentijs.

Rex concedit ſegun que mas largamente ſe contiene en los dichos titulos, confirmaçiones, y declaraçiones, y coſtũbre, y poſſeſſion, en que eſtuuo el dicho vueſtro Auuolo, y eſta el dicho vueſtro Padre.

Et ibi, ꝙ percipiat emolumenta directus, ac gaudeat omnibus gratijs, honoribus, prærogatiuis, mercedibus, facultatibus, &c. Segun, y de la manera, y forma, que el dicho vueſtrc Padre Abuelo, y los de mas, que ante de ellos han ſido lo tuuieron, exercieron, y gozaron.

Ibi, y tam cumplidamente en guiſa, che vos non mengue de coſa alguna.

Nec in dubium refricari poteſt hoc officium Præfecti maioris Curſorum eſſe antiquitus, & non nouiter conſtitutum, & à Regibus retrò actis conceſſum, vt ex verbis priuilegij anni 1539. clarè appareret, dum Rex ad inſtantiam Baptiſtæ de Thaſſis cõceſsit officium Raymundo, ibi, exercieron, y gozaron los otros Maiores que antes del fueron: ſtante prædicto facto, de tribus, ni fallor, erit tractandum.

Primò, an ſtante conſuetudine Raymundi vendendi, & arrendandi prædicta officia, ac ſtantibus priuilegijs Don Io. poſsit ille hodie inquiri de venditione, & arrendamento prædictorum officiorũ: nam ſi non adeſſet delictum ex ſolito, & poſſeſsione Prædeceſſoris, ceſſaret inquiſitio, & conſequenter viſitatio, & ſi vellet prætendi reformatio, & fieri prohibitio Don Io. quod in futurum non venderet, nec arrendaret: quia de iure non poteſt, & quod poſſeſsio non debeat attendi, hæc non eſt materia viſitationis; ſed Fiſcus debet proponere ſuam actionem ciuiliter citato Don Io. & legitimè compilato proceſſu, procedi demùm per Iudices, ad quos ſpectat, ad illius deciſionem. Aliud enim eſt, ꝙ quis non habeat legitimum titulum, vel legitimam poſſeſſionem alicuius rei, quam tenet, & poſsideat bona fide, & in hoc nûllum conſideratur delictum, nulla procedit inquiſitio: quia non pręcedit culpa, & conſequenter ceſſat viſitatio, quæ ad delicta, extorſiones, & exceſſus Officialium eſt inducta; aliud verò eſt, quod prætendatur, poſſeſſorem titulo carere, vel deſtitui debere à poſſeſsione, in qua reperitur, eſt enim hæc actio ciuilis ad rem, & non contra perſonam, quæ viſitatur.

Et quod reſpectu huius capitis non poſsit conſiderari ſpeties delicti, nec ad aliquod condemnari Don Ioannis ſtante poſſeſsione Raymundi Patris ſoliti vendere, & arrendare prædicta officia: nam quælibet iuſta cauſa excuſat,

non

non habuit Don Ioan. inſtructiones hoc
vetantes,non legem expreſſam hoc pro-
hibentem,habuit officium relatiuum ad
poſſeſſionem patris, fuit hoc factum pa-
làm, publicè, & bona fide etiam per pu-
blica documenta, & propterea non po-
teſt ex hoc prætendi incidiſſe in ſpeciem
1 delicti,& Doct.loquuti fuerunt in longè
fortioribus terminis,videlicet quãdo ſo-
litum eſt delictum in ſe,ſeù eſt conſuetu-
do Prædeceſſoris reprobata, vt qui ſe-
cundum ſolitum exercet aliquid,nullam
patiatur pœnam ex deciſione Petri de
Anch. in cap. cum venerabilis, de con-
ſuetud.

Secundus punctus eſt,ſi iudicetur non
deliquiſſe,an liceat in futurum D.Ioanni
vẽdere,vel arrendare huiuſmodi officia,
& in hoc primo dico non eſſe de hoc tra-
ctandum ex rationibus adductis ſupra:
quia hoc non venit in viſitatione, nec
eſt de natura ipſius,cum non dependeat
ex delicto, nec ex innouatione, vel facto
aliquo occulto detecto per viſitationem;
ſed eſt factum notorium, non negatum;
quod prætẽditur fundari in iuſto titulo,
& poſſeſſione Prædeceſſoris, ita ꝙ præ-
ſens viſitatus nihil ipſe innouauit; ſed
continuauit Prædeceſſoris ſui factum
etiam vigore ſui priuilegij.

Sed quãdo de hoc dubitaretur, dico,
quòd ex prææallegatis D.Io.poſſit, & de-
beat continuare ſolitum, & manuteneri
in ſua quaſi poſſeſſione vendendi, & ar-
rendandi officia prædicta: nam officia
omnia, quæ non habent certas leges, &
inſtructiones intelliguntur conceſſa, ſe-
2 cundùm quòd conſueta fuerunt exerceri
ſecundum Bart.in l.Magiſtratus per illũ
text.ff.ad municip.Bald.Alber.Salyc. &
alij in l.excepto C.loc.& in hac materia,
3 in qua non tractatur de conſuetudine,
prout reſpicit ius, & quod faciat legem
reſpectu populi; ſed de conſuetudine,
prout eſt in facto,reſpectu exercitij offi-
cij particularis,quod propriè appellatur
aſſuetudo,quæ dicitur obſeruantia quæ-
dam, ac vſus in facto; & erit vel obſer-
uantia plurium, vel publicæ perſonæ in-
ter plures,vel vnius ſolius,prout notabi-
liter diſtinguit Butr. in cap. fin. de con-
ſuet. ponens conſuetudinem, aſſuetudi-
nem, & ſtylum, quæ omnia comprehen-
duntur ſub verbo conſuetudinis;ſed pro-
priè,& impropriè,largè, & ſtrictè.

Ex hoc fit, quod idem Butr. commu-
niter receptus dixerit, quod in hac ſpe-
4 tie conſuetudinis, ſoliti, & obſeruantiæ
non requiratur conſuetudo præſcripta;
ſed ſufficiat conſtare de pluribus actibus
in facto, & ſic pluries obſeruatum, vt
ibidem per eum num. 47. Hinc ſufficit
tempus minus decem annorum, vt per
Alexan. in conſ. 107. ſecundo volumi-
ne, Aym. conſ. 101. cum pluribus ſe-
quacibus.

Ex hac communi doctrina traxit ori-
ginem dictum Bald.in l.binos C.de Ad-
5 uoc. diuerſ. Iudic. quod conceſſo officio
cum ſalario conſueto,ſeu ſolito,attenda-
tur vltimum ſolitum Prædeceſſoris: li-
cet diuerſum fuiſſet per prius,& ſufficit,
quod duobus, vel tribus annis antece-
dentibus ita fuerit ſolitum, & loquun-
tur Doctor.in caſu fortiori,quando con-
ſtat de antecedenti conſuetudine con-
traria, vt tamen ſufficiat vltimus actus,
maximè quando eſt in poteſtate conce-
dentis ſtatuere, & concedere prò ſui ar-
6 bitrio, & propterea Claudius de Seiſel-
lo,ac Purpur. in l. diem functo ff. de off.
aſſeſſ. authoritate Aret. in conſ. 11. co-
lum.penult. tradiderunt, quòd,conceſſo
officio,ſecundum quod conſueuerunt te-
7 nere Prædeceſſores,non requiratur aliter
conſuetudo præſcripta, & generaliter
ſemper quod tractamus de ſolito,& non
habemus quid certum ante vltimos an-
nos conceſsionis, etiam quod ſolitum
fuerit varium,attendimus id, quod vlti-
mo anno conſuetum fuit ex regula text.
in l.Mela §.ſed ſi alimenta ff. de alim.&
cib. leg. vbi Barto. quæ nullam habent
difficultatem, quando non datur ſoli-
tum, aut conſuetudo contraria, de quo
per Iaſ. in d.l.diem functo,per Dec. in
rubr.de conſuet.

Hic non ſolùm habemus legis diſpo-
ſitionem ex prææallegatis; ſed verba ex-
8 preſſa priuilegij ſupra relata, quæ refe-

runrut non ſolùm ad conſuetudinem ;
ſed ad poſſeſſionem, & particulariter ad
poſſeſſionem Raymundi, quæ intelligi-
tur, prout erat in poſſeſſione facti iuxta
text.elegantem, qui ad hoc ſolet ponde-
rati in l.Seie §.Tyrannæ, vbi bona gl.ff.
de fund. inſtr. Loquitur enim Rex ſem-
per augmentatuè in beneficium Don
Ioannis, concedendo beneficium pro-
9 pter ſeruitia; quo caſu latgiſsima ſit in-
terpretatio ad text.in l.beneficium ff.de
Conſtitut.Princip.refert ſe primò ad pri-
uilegium, ſecundò ad confirmationem,
tertiò ad declarationem, quartò ad con-
ſuetudinem, quintò ad poſſeſsionem aui,
ſextò, & vltimò, prout tenebat, & poſsi-
debat Raymundus, & hoc ſemper per di-
10 ctionem, &, quæ ponitur inter diuerſa,
augmentando, addendo, & implicando
ſecundum ſuam propriam naturam, ſeu
copulando ad text. in l. ea tamen adie-
ctio de legat.3. in l.1. C. per quas perſ.
nob. acq. Alber. in ſuo dictionario in
verb.&, cumq; differat conſuetudo à poſ-
ſeſsione, & poſſeſsio à conſuetudine, ſe-
quitur, quòd, dum priuilegium ſe refert
ad conſuetudinem, & poſtea ad poſſeſ-
ſionem, intelligatur, etiam quod non ad-
ſit conſuetudo; ſed poſſeſsio, quod illa
ſufficiat, & ſic pariter cum differat titu-
lus à conſuetudine, & poſſeſsione, & pri-
uilegium ſe referat ad vtrunque, dicen-
dum erit, non requiri titulum, vel con-
ſuetudinem præſcriptam; ſed tantum
poſſeſsionem, prout illa eſt facti, & prout
importat ſolitum.

Rurſus dicitur, quod ita, & taliter cō-
cedit, habeat, & poſsideat, vt in aliquo
non patiatur diminutionem ab eo, quo
pater poſsidebat: ergo ſi officia tunc
vendebantur, & arrendabantur, & ex eis
emolumenta percipiebantur, nullo mo-
do hæc tolli poterunt Don Io.

Officia enim ſunt, & habent ſe in
plùs, & minùs, prout illa erecta, & in
11 eſſe deducta fuerunt, ſicut dicimus, qđ
Caſtro nihil naturaliter reperiatur de-
putatum, niſi quod conſuetudo tribue-
rit iuxta doctrinā Innoc. in cap.cum ad
ſedem de reſtit.ſpol. Iſern.in cap.1. quid
12 ſit inueſt. ſic in officijs, ſuntq; tolerabi-
lia ea, quæ vetus conſuetudo compro-
bar, dicit text.in l.Imperatores ff.de pol-
lic.in l.fin.C.noua vectigalia, in l.munus
la 2.ff.de verb.ſignif.

Tertius punctus eſt, an ſepoſita prędi-
cta conſuetudine, & poſſeſsione poſsint
de iure huiuſmodi officia vendi.

Et non vagando in ſuperfluis, com-
munis, & indubitata omnium Scribent.
13 diſtinctio eſt, quod officia habentia iu-
riſdictionem annexam conſiſtentia in
honoribus, & dignitatibus regulariter
non poſsint vendi, loquendo in inferiori-
bus à Principe, quæ verò non habent iu-
riſdictionem; ſed conſiſtunt in nudo mi-
niſterio, & exercitio certę negotiationis,
ſeu adminiſtrationis: tunc nulli dubium,
quod hæc ſint vēdibilia; primo caſu pro-
cedit text. & tot.tit. in auth. vt Iudices
ſine quoq.ſuffr. procedūt ll. nouæ recop.
ſecundo caſu procedit text.in l.1.§.1.in
l.pactum, in l.toties §.1. ff.de pollic.in l.
hoc iure ff.de donat.vbi Bart.& Paul.de
Caſtr.ſic diſtinguens, idem Bart.& Doct.
in l. Barbarius ff. de off. Prær, Io. Andr,
Abb.Butr. & communiter Scrib. in cap.
tuam de æt.& qual.ſic diſtinguit, & de-
clarat eſſe de conſuetudine totius orbis
Guliel.de Bened.in rep.cap.Raynut.in
verb.duas habens filias nu.52.adducens
autho.S.Thomæ ſcribentis ad Duciſſam
14 Brabātię, & ibi opponit de tex.in l.2.de
Murileg.lib.11.qui eſt ſpetialis in pannis
Regijs, qui mali conficiebantur, debiles,
& cum mala tinctura ratione pecuniæ,
q̃ ſoluebant pro illo artificio exercendo,
volebantq; retrahere illam per iſtas cor-
ruptelas, vt ibi Bart.& Odoffr.declarāt,
& ideò eſt ibi ſpetiale ſecundum Io.de
Plat.imò retorquetur argumētum ex il-
lo tex.nam ex eo: quia huiuſmodi officia
emere, & vendere non erat prohibitum,
ppeà neceſſarium fuit edere legem par-
ticularem hoc in illo caſu ſtatuentem, ſic
in c.1.de magiſtr.quia regula erat in cō-
trarium, ſtatui neceſſe fuit de nouo, ne
aliquid accipiant; ſed gratis doceant, &
ex eadem rōne fuit idem ſtatutum in Pi-
ſtoribus, ne ipſi retraherentur ab exerci-

tio,

tio,& arte ipſorũ,vt per Io.de Plat.in l.i. C.de piſtor.lib.11. ſed ſepoſitis caſibus ſpetialibus propter rationes ſpetiales, in quibus fuit neceſſarium facere ſpetiales prouiſiones,omnia regulantur ſub diſtinctione præfata,& dixi, hæc procedere in inferioribus à principe: nam cum in
15 Principe non conſideretur ambitus, ſicut non datur in Papa ſimonia, & hæc prohibitio eſt inducta de iure ciuili,propterea in eo non conſideratur diſtinctio, ſi officia habent iuriſdictionem annexã, vel non, de honeſtate non deberet vendere; ſed gratis concedere ſecundum B.Thomam; ſed benè poteſt vendere, ſi vult,& ſic procedit text.in l.1.ff.ad l. iul. de amb. Azo. in ſumma C. ad l.iul. de amb. Cyn. Odoffr. in d.l.Barbarius, vbi Bald. Alber. Salyc. & communiter Scribent.quod in ſperie declarando materiam declarauit Salyc. in d. l. 1. ad l. iul. de amb. tradens, quòd quando officium,ſeu dignitas non habet iuriſdictionem annexam, minimè liceat inferiori à Principe; ſed benè ipſi Principi, cum in eo ceſſet lex iulia de ambitu,& hanc eãdem diſtinctionem facit Fulgoſ. in dicta l.Barbarius,& ſecundum præfata intelligendus eſt Afflict. in cap.1. quæ ſint regalia num.66.dùm tradidit, quòd ſolus Princeps poſſit vendere officia, allegans Bart. in d.l.Barbarius, & notata in l. 1. ad l.iul.de amb. Azo.in ſumma eod.tit. & adducit rationem: quia in Principe non habet locum lex iulia de amb. ergo loquitur de officijs cum iuriſdictione annexa, aliàs eſſet ſibi contrarius dictis per eum in d. cap.1. de feud. guard. & loqueretur contra iura, & communem Doctor. concluſionem.

Rurſus habet Don Io.regulam pro ſe:
16 quia quicquid non eſt prohibitum, cenſetur permiſſum ad text. in l. necnon §. quod eis ff. ex quib.cauſ.maior.

Feuda emuntur,& venduntur in cap.
17 1.de nat.feud.in cap.1.§.fin.in fin. de his,qui feudum dar.poſſ. in cap.1. de feud.guard.& vtrobique Iſern.

Militiæ emuntur, & venduntur in l. omnimodo §.fin. C.de inoff.teſtam. in tantum quod Doctor. faciunt quæſtionem,ſi imputentur in quartam, eſt text. notab.in l.ijs quidem C.qui milit.non poſſ.lib.12.

Officia Scriptoriæ, regiſtri bullarum, portarum, barattariæ, cuſtodiæ carcerũ, & ſimilia vendunrur,& emuntur,de quo latè Rip. in l. in quartam ff. ad l.falcid. Paul. de Caſtr. in d.l.omnimodo §. imputari.

Hæc officia,de quibus tractatur, nullam habent iuriſdictionem, nullam adminiſtrationem: non enim aliud continent,quàm nudam locationem equorum in Magiſtris poſtarum, & in Præfectis Curſorum,vltra hæc habent emolumenta literarum,ac decimas Curſorum,quæ emolumenta ſunt certa,ſunt determinata,non poſſunt alterari per quemcunque Officialem tenentur, poſſunt eſſe in quãtitate plus, & minus ſecundum negotia, & numerum Curſorum; ſed ſolutio eſt determinata, & in hoc poteſt conſiſtere
18 lucrum, & damnum, quæ emolumenta omninò Don Io. eſſet percepturus: vnde ſi quæ ipſe licitè percepturus eſſet, alteri locat,vel vendit,quis dicet,hoc eſſe prohibitum? pro quo eſt punctualis deciſ.Pet.de Arag.in tractat.de iuſt. & iur. in tit.de except.perſonarum artic.2.in fine.

Eſt enim Don Ioannes Præfectus maior Curſorum, ac Magiſter omnium poſtarum in omnibus Regnis ſuæ Maieſtatis, ac extra illa in omnibus alijs partibus, & locis, vbi per ſuam Maieſtatem poſtæ ſolitæ ſunt teneri, quorum omniũ officiorum habet Don Ioannes, & ſunt ſibi conceſſa emolumenta, & gagia percipi ſolita, & dum Rex conceſſit, quòd
19 in omnibus Regnis, & extra haberet, Don Ioanni hoc officium, iam conſiderauit, & venit in conceſſione, quòd deputare haberet ſubſtitutos,cum non poſſet in omnibus partibus aſſiſtere; imò eſſe illum Magiſtrum poſtarum non decebat,quo caſu abſque dubio permiſſum cenſetur per ſubſtitutum ſeruire,ad text. in l.nullus la 3.C.de decur. lib.10. gloſ. in canon. ſi quis in clero 7.q.1. vt dici-

20 mus in feudo conceſſo fœminæ, clerico, vel minori, Iſern. in cap. 1. de benef. fœ-
21 min. & hoc caſu ſtante qualitate officij videtur etiã conceſſum, quòd poſſit vendere, ita Frater Aloyſ. Lop. in inſtructorio conſcientiæ cap. 130. maximè ſtante conſuetudine, quod omnes Thologi tradiderunt eſſe permiſſum, vt fuerunt prædictus Lopez. Nauar. Cordu. Arag. & alij per ipſum relati.

Sed & rurſus ſi Don Ioannes poteſt percipere omnia hæc emolumenta, ſunt ſua, ſunt licita, ad ipſum ſpectant, & pro illis percipiendis, & officio adminiſtrando poſſet deputare, & deſtinare perſonas conſtituto illis certo ſalario, quid enim refert, & quid importat, quòd hæc locet, vel vendat perſonis ſpontè ad emptionẽ accedentibus, non gratia Don Ioannis;
22 ſed proprij lucri, ſi enim officia neceſſariò concedi deberent, & nullum adeſſet emolumentum, & nullum adeſſe poſſet lucrum: tunc benè ſi gratis concedi deberent, non poſſet pro conceſſione recipi pecunia, & ita procedit text. vbi gloſ. in l. idem, §. ſi tibi ff. de cond. ob turpem cauſ. & in hoc caſu poſſunt applicari tradita in l. vnum ex familia §. ſi de falcidia de leg. 2. ſed huiuſmodi officia non ſunt neceſſariò concedenda: quia poſſet exercere Don Ioannes ad eius vtilitatẽ, vel damnum, & ſi pro neceſſaria adminiſtratione officij deputare haberet perſonas, non propterea tenetur dare illis emolumenta, ſicut nec illi tenerentur facere expenſas pro manutentione equorum; ſed conſtituto certo ſalario omnia eſſent Don Ioannis: ergo dum D. Io. de ſuis emolumentis ſe conuenit, & officia concedit, quæ concedere neceſſariò non tenetur: propterea nulli dubium, quòd hoc licet, & iuridicè facit vendendo ius, quod habet, ad text. in l. qui tabernas ff. de contrah. emptio. ita diſtinguit Peralt. cum alijs, quos refert, & ſequitur Molin. de hiſpan. primog. lib. 2. cap. 4. nu. 32. ſicut dicimus in vſufructuario, qui poteſt vendere in ſua vita ius, quod habet ad text. in l. arboribus §. vſufructuarius ff. de vſufr. facere differentiam inter venditionem officij Præfecti Curſorum, vel Magiſtri poſtarum, non videtur iuri conſonum: nam ſi attendimus ſolitum, conſuetum, ſiue poſſeſſionem, iam eſt demõſtratum idem in vtroque caſu.

Si attendimus quid iuris, non reperio diſtinctionem aliquam, nec rationis diuerſitatem, aut legem prohibentem, & minor adminiſtratio conſideratur in Magiſtris poſtarum, quàm in Præfectis Curſorum, & quantò minor eſt adminiſtratio, tantò magis eſt permiſſa contractatio; ſi reſpicimus lucrum, in omnibus eſt eadem perceptio emolumentorum, ſeù diriGtuum; ſed differentia conſiſtit in plus, vel minus, extorſio, concuſsio, violentia, aut aliquid aliud conſiderari non poteſt in his, qui ſpontè veniunt, & ad commodum proprium accedentes, ipſis officia locantur, vel venduntur, qui ſciũt, quod faciunt, & quid damni, vel vtilitatis poſſunt inde retrahere. Hinc in itineribus frequentibus officia Magiſtri poſtarum emuntur, & venduntur: in itineribus verò non tàm cõtinuatis officia non emuntur, nec venduntur: quia nemo ad emptionem, aut locationem accedit: quia tunc expenſæ equorum excedunt lucrum percipi ſolitum, & ſic non poteſt fieri probabilis differentia inter caſum, & caſum, cum omnia ſint voluntaria, conſiſtant in emolumentis, omnium par ſit ratio, & conſequenter eadem debet eſſe iuris diſpoſitio.

Vltimò officium hoc non conſiſtit in alio, quàm in iſtis emolumentis, lucris, & gagijs, quibus ſublatis officium euaneſceret, Reipu. non intereſt, quod Don Io. per ſe exerceat, aut per ſubſtitutum ad ſui beneficium, vel in beneficium ipſius ſubſtantiæ, cum eadem ſit ſemper ſolutio, quam facere omninò tenentur Curſores, & alij; hoc officium poſt mortem D. Io. eſt recaſurum ad Regem, & ſi tunc Rex ad proprium commodum permiſſurus eſſet has venditiones, quæ nam iuſtitia pateretur, quòd iudicaretur hodie prohibitum, quod tunc deberet eſſe permiſſum tanquam licitum, & ſi licitum tunc iudicaretur, quare non idem eſt hodie,

Digitized by Google

die,cum mutatio perſonæ non conſtituat in hoc differentiam, imò intereſt Regis nihil innouari, & ſi tuta conſcientia, & corde recto volumus negotium hoc iudicare; verè dico,quod nulla exiſtente querela,nullo populorum grauamine, omne,& totum,quod diſputatur,ſit contra Regem, cuius eſt officium, ad quem diminutio, & augmentum effectiuè ſpectabit perpetuò, & non temporaliter.

Hæc cauſa fuit tractata,& latè diſcuſſa in Regia Curia cum Iudicibus deputatis à Regia Maieſtate viſitationi prædicti Don Ioannis, inter quos ego fui vnus ipſorum: verùm non fuit deciſa; ſed ſuperſeſſum, & dictum, quod cogitaretur melius.

SVMMARIVM.

1 *Habens priuilegium, & poſſeſſionẽ debet manuteneri, quando exceptiones, quæ opponuntur, requirunt altiorem indaginem, & poſſeſſor aduerſus eas vult ſe defendere, quod limitatur, quando paſſus eſt litem conteſtari.*

2 *Priuilegia habentia verba aſſertiua, quæ non conditionaliter; ſed cauſaliter ſunt expreſſa, & diſpoſitio eſt certa, non indigent tunc alia probatione; ſed ſtatur aſſertis, donec de contrario non conſtet.*

3 *Inueſtitura rei alienæ fieri poteſt, ſicut venditio; verùm non operatur in præiuditium vtilis dominij alterius, & ſecundùm hanc diſtinctionem iura omnia concordantur.*

4 *Inueſtiens, ſi eſt poſſeſſor, tenetur omninò adimplere.*

5 *Valet inueſtitura de caducitate feudi.*

6 *Imperator poteſt concedere res alienas, niſi reſeruaſſet iura alterius, quo caſu ad nihilum tenetur.*

7 *Princeps nunquam intelligitur velle alteri præiudicare*

8 *Feudatarius conuentus à Domino, an poſſit contra illum opponere exceptionem vtilis dominij alterius, maximè ſi habens vtile dominium eſt in iuditio.*

9 *Dominus, & vaſſallus non debent ad imparia iudicari; ſed æqualiter.*

10 *Regula, quod ex præſenti poſſeſſione non præſumatur in præteritum, quomodò procedat.*

11 *Inueſtitura non probat poſſeſſionẽ.*

12 *Poſſeſſio immemorabilis quomodò differat à centenaria.*

13 *Multi anni in quo numero annorum verificentur.*

14 *Statutum loquens de multis verificatur in duobus.*

15 *Anni decem dicuntur longum tempus.*

16 *Priuilegium perditur per non vſum decem annorum.*

17 *Iuramentum fidelitatis non præſtatur niſi Domino.*

18 *Iuramentum fidelitatis probat poſſeſſionem.*

19 *Denominatio probat poſſeſſionem.*

20 *Quando feudũ præſumatur in guardiam, vel in vtile dominium, & nu. 21. & latè nu. 24.*

22 *Feudum poteſt dari in guardiam, ſeu cuſtodiam, & demùm poſteà in vtile dominium.*

23 *Cauſa poſſeſſionis mutari poteſt ex cauſa de nouo ſuperueniente.*

25 *Vaſſallus poſsidens per annum Domino præſente, & ſciente, ac illo iurante fuiſſe per Dominum inueſti-*

ueſtitum, manutenetur in poſſeſſione, ſeccùs ſi non poſſideret.

26 *Vaſſallus poſsidens onerat Dominũ ad probationem, quod conceſſerit in guardiam, ſeu cuſtodiam, & non in feudum.*

27 *Aſſertis in ſententia conſiſtentibus in actis non creditur, quando non probatur illorum amiſsio, maximè ſi negotium non eſt de antiquo.*

28 *Scriptura carens ſigillo non probat, quando non habet aliam ſubſcriptionem, & de veritate illius nõ ſolet conſtare, niſi ex ſolita ſigilli appoſitione.*

29 *Inſtrumentum, quod non reperitur in Protbocollo, minimè probat.*

30 *Fraus ex quibus præſumatur.*

31 *Comparatio literarum quando probet, & quam fidem faciat.*

32 *Opinio Bart. in l. admonendi de iureiur. communiter reprobatur, volentis, quod poſsit ex vi comparationis illi ſoli fides adhiberi.*

33 *Iudex, qui vult facere comparationem, debet ſecum adhibere in arte peritos.*

34 *Scriptura publica non dicitur ex eo, quòd ſit confecta per publicum Notarium, niſi habeat alia requiſita neceſſaria ad publicã ſcripturam faciendam.*

35 *Comparatio quando eſt deneganda.*

36 *Suſpitio ſola ſufficit in ciuilibus, vt ſcripturæ non credatur.*

37 *Quãdo qui confirmat, dicatur dare.*

38 *Natura confirmationis eſt adhibere robur actui cõfirmato, non autem illum extendere, niſi aliter de volũtate confirmantis appareat, quæ demonſtratur, quãdo ex certa ſcientia.*

39 *Factum ex certa ſcientia quando dicatur.*

40 *Aduerſus confirmationem factam ex certa ſcientia poteſt obijci de ſubreptione reſpectũ eorum, quæ in facto conſiſtunt.*

41 *Poſſeſsio immemorabilis vicem priuilegijs obtinet.*

42 *Præſumpta inueſtitura requirit ſpatium triginta annorum.*

43 *Expreſsio certi modi vacationis cũ clauſula poſteà quandocunque operatur incluſionem omnium caſuum.*

44 *Clauſula, & quatenus opus eſt, de nouo concedimus, quid operetur in confirmatione, & quid ſi ſimpliciter dicatur, confirmamus, & de nouo concedimus.*

45 *Princeps quando non innititur confirmationi; ſed conceſsioni; vt quia dicit, concedimus, & confirmamus; vel aliter conſtat de intentione, tunc ſemper priuilegium importabit nouam conceſsionem, & non tenetur ad exhibitionem priuilegiorum antiquorum, & qui dicit, quòd aliter non conceſſiſſet, debet probare.*

46 *Conceſsio ob ſeruitia intelligitur habere clauſulam motus proprij.*

47 *Text. in cap. ſi motu proprio de præben. in ſexto, quomodo procedat, et clauſula motus proprij ex quibus præſumatur, & nu. 49.*

48 *Papa poteſt ſe mouere motu proprio etiam quòd fuerit ad partis petitionem.*

A R-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Inueſtitura rei alienæ quomodo fieri poteſt, & quid operatur. Dominus an poſſit contra vaſſallum opponere de vtili dominio alterius, & quid è contra in vaſſallo poſſeſſore. Iuramentum fidelitatis cui præſtetur, & quid operetur. Feudum quando præſumatur datum in cuſtodiam, & quando in vtile dominium, & ad quem ſpectet onus probationis, Comparatio literarum quando ſit admittenda, & quam fidem faciat. Confirmatio quando importat nouam conceſsionem. Text.in cap.ſi motu proprio de præben.in ſexto declaratur.

DECISIO XXXVIII.

In cauſa Cardinalis Sfortiæ vertente in ſupremo Italiæ Conſilio.

POTERAT iuditium vnico verbo terminari: nam ſtante priuilegio,
1 & poſſeſsione regiſtratio,ſeu interinatio non poterat denegari, ſiquidem iuditium eſt ſummarium, & ſi quid Fiſcus prætendebat,poterat,& debebat reſeruari in iuditio plenario,& ordinario, quando exceptiones aduerſus priuilegium altiorem requirebant indaginem, nec in promptu de iuribus Fiſci conſtabat:imò ſi Fiſcus dixiſſet, hodie conſtat,hodie agatur, & inueſtitus volebat ſe defendere, adhuc interinatio erat facienda, & demùm omnia diſcuti,& de iuribus petitorij, & priuilegiorum tractari in iuditio ordinario, hic eſt text. propter hoc factus in capit. 1. verſ. ſed laudatum,de controu.inter Epiſc.& Vaſſal. gloſ. & latè Andr. vbi communiter Scrib.in cap.imperialem §. inſuper de prohib.feud.alien. per Frider.Iacob.in verb.dictiq; vaſſalli lo 1.nu.57.

Paſſus eſt Cardinalis ſuper his litem conteſtari, ſibi præiudicauit, & hic eſt vnus de caſibus,& limitationibus ad regulam prædictam, vt per Bald.Aluar.& communiter Scrib.vbi ſupra.

Nec dicatur, priuilegia eſſe relatiua ad poſſeſsionem, vel ad aſſertionem illius, & conſequenter oportuiſſe de illa prius conſtare: quia cum non ſint con-
2 ditionaliter; ſed cauſaliter,& diſpoſitio eſt certa,regula eſt, quòd ſtetur aſſertis, priuilegia iuuant, mittuntur executioni, nec obligatur ceſsionarius docere de contentis in priuilegio,nec illorum executio ſuſpenditur, interim donec de contrario non conſtet,& hæc eſt vera,& communis omnium concluſio, de qua per Innoc. & Scrib. omnes in cap. inter dilectos de fid.inſtr. Bart.in tract.ad reprim.in verb. prout, Dec.poſt alios in auth. ſi quis in aliquo documento C.de eden.

Tractando igitur cauſam per ſuos tramites de primo ad vltimum,quæ obijcit Fiſcus, non conſiſtunt in iure ſui directi dominij,nec in iuribus proprijs; ſed opponit aduerſus Cardinalem de iuribus tertij,& de vtili dominio alterius:nam quò ad Vaſtium, & Menconicum dicit Malaſpinas poſſediſſe infra tempus annorum centum, & ſic non eſſe veram aſſertam immemorabilem poſſeſsionem, quò ad Cellam dicit à principio datam in Commendam: quia Malaſpinæ non rectè gubernabant,nec benè ſe gerebāt, & demum apparere ex tranſactione inita cum fiſco in anno 1536.& ex ſententia lata in anno 1539. inter Fiſcum, & Malaſpinas declaratum eſſe, illam ſpectare ad Malaſpinas,qui hodiè ſunt in iuditio, & comparuerunt aduerſus interinationem, dicit igitur Fiſcus ex hoc priuilegium ſubreptitium, & conſtare de notorio defectu iuris Cardinalis.

Apud me nouum eſt hoc,quòd Fiſcus aduerſus poſsidentem feudum opponat de vtili dominio alterius, nec vllus Doctor,quem viderim,talem propoſuit quæſtionem, benè eſt ventilata quæſtio, ſi Fiſcus agat ratione ſui directi dominij aduerſus poſsidentem, ſi contra eum poſſit obijci de vtili dominio alterius; ſed quod ipſe opponat, non adhuc vidi, eo maximè quando ipſe inueſtiuit: nam inueſtitura rei alienæ fieri poteſt etiam purè,& non eſt nulla, prout venditio rei
3 alienæ; & hæc fuit differentia inter Placenti-

centinos ex vna, & Mediolanenſes, &
Cremonenſes ex altera:nam primi dice-
bant inueſtituram nullam, ſecundi verò
validam;ſed non operari in præiuditium
vtilis Domini maximè poſſeſſoris,& hęc
opinio præualuit, vt eſt caſus in cap. 2.
de feud.dat.in vic.leg.Commiſſ.vbi An-
dr.& Scrib. communiter, & ſecundum
hanc diſtinctionem intelligẽda ſunt alia
iura dicentia non valere inueſtituram
purè rei alienæ,ſcilicet in præiuditium
Domini, & poſſeſſoris feudi, & ſic pro-
cedit, & intelligitur text.in cap. 1. qui
4 ſucceſſ. ten. 2. tit. in cap.1.de cler. qui
inueſt.fec.cum concord. & quando poſ-
ſeſſio eſt apud inueſtientẽ omninò adim-
plere tenetur,dicit text. in d.cap. 1.de
cler.qui inueſt.fec.melior text. in cap.ſi
facta,ſi de feud.def.milit. in cap.1.§.fin.
de nou. for. fidel. imò proprium,& ſpe-
tiale feudorum eſt, non ſolùm admittere
5 inueſtituram rei alienæ;ſed etiam de ca-
ducitate feudi ſecundum terminos text.
in cap.mortuus.ſi de feud.def.milit.in
cap.1.qui ſucceſſ.ten.in cap.1.& tot.tit.
de inueſtit. de re al. fact. & propter hoc
fuit factus text.in l.benè à Zenone C.de
6 quadr.præſcr. ex quo Hoſt.Zabar.& alij
dixerunt, poſſe Imperatorem concedere
res alienas in d.cap. inter dilectos, aliàs
ſi reſeruat ius alterius, tunc demonſtra-
tur non voluiſſe concedere niſi ius,quod
habebat ex regula text. in l. qui taber-
nas ff.de contrah.empt.in l.ſi domus §.
fin. de leg.1. de quo per Iſer. in tit.quæ
ſint reg.poſt nu.28.in verb.& bona com
mittentium crimen,ibi, hodie videmus,
vbi Moderni Add.latè,& ideo tali caſu,
nec de euictione, nec ad aliud tenetur,
dicit Andr.in cap. 1. in princip. de leg.
Corrad.conformando ſe cum iuris diſpo
ſitione, quod nunquam velit tertio præ-
7 iudicare ex ſua conceſſione ad text. in
l.nec auus C.de emancip.lib. in l.ex fa-
cto ff.de vulg.& pup. & huiuſmodi con-
ceſſio fuit,de qua tractamus:nam in fine
ſunt reſeruata iura tertij, & ſic conſide-
rauit Imperator poſſe tertium prętende-
re ius,& hoc noluit concedere; ſed tan-
tum ius ſuum.

Si ius tertij eſt conſideratum, & re-
ſeruatum, ius proprium eſt conceſſum,&
quod opponitur,ius tertij eſt reſeruatũ,
& cum hac clauſula petitur interinatio, tunc
quomodo igitur Fiſcus ex iure tertij
vult eam impedire, & erit ne aliud hoc
niſi ſub clypeo, & ſub nomine Fiſci fa-
uere Malaſpinis contra Cardinalem; eo
magis cum illi ſint in iuditio,& illis non
præiudicetur; ſed vult Cardinalis cum
eis ſtare iuri.

Sed vlterius quæſo aduertatur ad ar-
ticulum, quando Fiſcus agit iure ſui di-
8 recti dominij, vaſſallus ſe defendendo,ſi
replicet de vtili dominio alterius, tunc
fuit opinio Iſerniæ, vt non poſſit aduer-
ſus Dominum directum opponi de vtili
dominio alterius; quia Dominus habet
ſuam directam actionem, quæ non im-
peditur ex vtili,donec illa exerceatur,&
interim quò ad vaſſallum opponentem
liberas ædes habet, hæc fuit opinio, &
doctrina Iſer.in cap.1. §.rei autem,de
inueſt.de re alien.fact.in cap.1.de capit.
Corrad.in cap.1.de feud.guard.in Con-
ſtit.Reg.ſi dubitatio, quæ opinio eſt cõ-
muniter reprobata authoritate gloſ.in
l.indebiti §.ſed ſi nummi ff. de cond. in-
deb. vbi Bart. Alber. Angel. Paul.de
Caſtr. & alij, & Bart. ibi poſuit caſum
in feudatario, & idem ibi Iaſ.ibiq; Paul.
dicit,quòd in iudicando non eſt recedẽ-
dum ab opinione gloſ. latiſſimè Moder.
Add. ad Andr. in cap. 1. de feu. guard.
Capyc.in ſua inueſt.in verb.promiſcuè,
idem Bart.in l. 2. de except.rei iud.in fi.
per gl.in d.§.ſed ſi nummi.

Hæc opinio non habet contradictio-
nem, quando Dominus vtilis comparet,
& ſuam exercet actionem; quia vtile
præfertur directo,& tũc Dominus actio-
ne caret Iſer. vbi ſupra, & in cap.1. in
princ.de controu. inter vaſſall. & alium,
de benef.in cap.1. num.7.de vaſſall.qui
cont.Conſtit.Lothar.in tit.quæ ſint reg.
num. 93.

Dùm igitur Cardinalis interinatio-
nem petit,& Fiſcus opponit de vtili do-
minio alterius,replicat,quod non poteſt;
imò ſi ipſe ageret, poſſet vaſſallus poſ-
ſeſſor

ſeſſor contra ipſum illud opponere, & non agit Cardinalis rei vendicatione, ſed tantùm petit interinationem ſui priuilegij, quod habet.

Sed ſi vtile præfertur directo, & qui prætendit vtile, comparuit, & eſt in iuditio, quomodo de eo Fiſcus vult ſe iuuare, caret actione, & propterea nil habet contra interinationem.

Sed vlterius, aut eſt vera opinio Andr. aut contraria eſt verior, ſi hæc vltima eſt admittenda, Cardinalis habet intentum; ſi opinio Andreæ præualet, dicimus, quod non ſumus in caſu Andr. qđ Fiſcus exerceat directam actionem, & opponatur de vtili dominio alterius; ſed ipſe de vtili dominio obijcit, & tunc ſicut vaſſallus non poſſet aduerſus Dominum opponere, ita pariter non poteſt Dominus aduerſus vaſſallum: quia non
9 debent ad imparia iudicari; ſed in omnibus æqualiter ſeruari in his, quæ ipſum vaſſallum tangunt, cum ſint correlatiua, notab. Andr. in cap. Domino committente felon. ſi de feud. defun. milit. in cap. 1. qual. Dom. propr. feu. priu. in cap. 1. de for. fid. in fin. vbi latiſsimè Moderni in cap. 1. nu. 11. in tit. de mil. vaſſ.

Igitur, quocunque ſe vertat Fiſcus, actione caret, dum reſeruata ſunt iura tertij, & Malaſpinæ ius prætendentes comparuerunt, cum quibus Cardinalis vult ſtare iuri, nec de ſubreptione, & obreptione eſt tractandum, ſi omnia fundantur in iuribus Malaſpinarum, qui ſi non obtinebunt, ſublata eſt omnis ſubreptio, & obreptio; ſi verò obtinebunt, interinatio non iuuabit, & priuilegium annullabitur.

Tractando nunc cauſam ſecundum terminos Fiſci, aduerto tractari de tribus feudis, videlicet Vaſtij, Menconici, & Cellæ: duo prima aſſertum fuit poſsideri à tempore immemorabili; Cellam verò à multis annis, & omnium priuilegia, & legitimas inueſtituras habuiſſe; ſed deperditas.

Quò ad Vaſtium, & Menconicum probata eſt poſſeſsio per annos 78. ſecũdum relationem Senatus, & ſcripturas productas, cumq; ſint inueſtituræ antecedentes cum actis iuriſdictionalibus, perceptione introituum, ſententiæ, & alia, licet non conſtet de tempore antiquiori, præſumitur ex præſenti poſſeſsio-
10 ne in præteritum; quia regula, quod ex præterita poſſeſsione præſumatur in præſenti, non è contra, de qua in l. ſiue poſſidetis, C. de probat. fallit, quando præcedit aliqua legitima cauſa, vt authoritate Salyc. in l. ex perſona C. de probat. tradidit Soccin. conſ. 89. 1. vol. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 65. eò magis cum inueſtitura anni 1466. Menconij, & Terræ Vaſtij ſit confirmatoria aliarum antecedentium.

Nec de inueſtituris prętenſis per Malaſpinas medio tempore, quæ ſunt confirmatoriæ ſimpliciter, nullumq; ius tribuẽtes, iuxta text. in cap. 1. per quos fiat inueſtit. factæ ad aſſertionem partis, ratio aliqua eſt habenda quò ad infringẽdam poſſeſsionem Sfortiarum, cum indubitata ſit concluſio, quod inueſtitura
11 non probet poſſeſsionem, Iſer. in cap. 1. in princ. de contr. inueſt. Bald. in cap. 1. §. fin. de nou. for. fidel. cumulat deciſiones Alex. in l. 3. ff. de acq. poſſ. nu. 15.

Quodq; hæc ſint indubitata, adducitur inueſtitura Malaſpinarum facta ab Imperatore in anno 1534. & hoc tempore non dubitatur, Sfortias eſſe veros poſſeſſores, cumq; ſecundum relationem Senatus ab annis 78. poſſeſsio ſit indubitata, quod tempus includit alias inueſtituras, & contractus productos per Malaſpinas, ſequitur quod ſatis, ſuperq; ſit verificata aſſertio poſſeſsionis immemo-
12 rabilis, quæ etiam, vt ſcimus, non requirit tempus centum annorum, & differt immemorabilis à centenaria, cum in ea ſufficiat, memoriam in contrarium non extare, latè Aym. de antiq. temp. 4. par.

Quò verò ad Cellam aſſertum fuit poſsideri à multis annis; ſed titulos, ſeu inueſtituras deperditas, videamus primò, ſi de poſſeſsione multorum annorum conſtet, & equidem multi anni verificãtur in tribus, quatuor, ſeu decem, & eſt
13 verbum æquiuocum, gloſ. in cap. latores

in

in verb. multitudinem de Cler. excom.
vel depoſ. Bart.in l.1. §. hoc reſcriptum
14 ff.ad ſyll. vbi Alex. latè in addit. Hinc
Abb.in d.cap.latores, dicit, quod ſtatu-
tum loquens de multis, verificetur in
duobus,& decem anni dicuntur longum
15 tempus in tit. C.de præſcr. long. temp.
decem,vel vig.ann.per quod tempus lex
dedit præſcriptionem rerum, & etiam
16 amiſſionem priuilegiorum conceſſorum
in damnum non vtentium ad text. in l.
1.ff.de nund. de quo latiùs per Dec.in
cap.cum acceſſiſſent, de Conſtit.

Hic habemus factum; & poſſeſſionem
non ſolùm decem; ſed quindecim anno-
rum, iuramentum enim fidelitatis præ-
ſtitum Boſio Sfortiæ à vaſſallis probat
17 indubitatam poſſeſsionem,vti Domino;
ſiquidem Domino tãtum præſtatur pro-
priè fidelitatis iuramentum, iuxta text.
in cap.1.qual.vaſſ.iur.deb.fidel.vbi Iſer.
quando verò non eſt Dominus,non præ-
ſtatur ei iuramentum,de quo latiùs Pur-
18 pur.conſ. 40. 1.vol. & per tale iuramen-
tum probatur poſſeſsio, Butr. in cap. ſi
diligenti,de præſcript. 3.notab. poſt Io.
Andr. Soccin.in conſ.187. nu.12. 2.vol.
qui allegat Abb.in cap. cum nobis eod.
tit.de præſcript.poſt nu.5.verb.item per
inſtrumenta, gloſ.in Conſtit.Reg. ſi du-
bitario,vbi Affl. aduertit Barones,quòd
conſeruent talia inſtrumenta, vt pupil-
lam oculorum ad probandam poſſeſsio-
nem vaſſallorum.

Habemus denominationem: nam ap-
pellantur Marchiones Cellæ, & ita ap-
19 paret ex antiquis inſtrumentis, quod
pariter poſſeſsionem probat, vti in feu-
dum,& vti Dominum,Menoch. cumulat
deciſiones de retin.poſſ. remed.3. num.
587. & hæc duo non poſſunt conuenire
cuſtodiæ: nam intitulare ſe Boſium, &
ſucceſſores Marchiones Cellæ, & ſic pu-
blicè appellari,non eſt cuſtodia, tot.tit.
de feud.Marchiæ,præſtari iuramentum
fidelitatis,non eſt cuſtodia: nam ſi præ-
ſupponitur, Ducem Mediolani manus
appoſuiſſe tanquam in alieno feudo, &
propriè dictorum de Malaſpina non ad
aliud, niſi ad regendum, & gubernan-
dum propter extirpandos malefactores,
ad quid iuramentum fidelitatis, quod
ſoli Domino præſtatur.

Et hoc eſt,quod Doct.ponderant in
propria materia, quando prætenditur
quid conceſſum in guardiam, vel cuſto-
20 diam,vt ſi à principio demonſtretur poſ
ſeſsio iure feudi, minimè cuſtodia ſit
præſumenda;ita quod cum poſſeſsione
ſolius anni in præſentia Domini ſacra-
mento feudatarij Dominus erit exclu-
ſus, etiam quòd à principio dederit in
guardiam: quia præſumitur receſſum,
pro quo videatur notabil. deciſ. Aluar.
in cap.1. §. ſimiliter, ſi de inueſtit.feud.
controuerſ. fuer. vbi Præpoſ. idem
tradit.

Accedat cõiunctio inter Ducem Me-
diolani,& Boſium, tunc minimè eſt præ-
ſumenda cuſtodia,Bald.& Aluar.in cap.
1. §.ſi verò Caſtaldi in fin. de feu.guar.
21 vnde ſuccedentibus tot actis ſucceſsi-
uis indubitatæ poſſeſsionis, ſcilicet per-
ceptionis introituum, adminiſtrationis
iuſtitiæ, deputationis Officialium, pro-
culdubio de poſſeſsione non erit ambi-
gendum, quæ latiùs diſcurrit Soccin. in
d.conſ.187.& Menoch.vbi ſupra.

Quodq; fuerit iure feudi, & à multis
annis non poteſt negari, ſaltem à die
tranſactionis initæ in anno 1536. inter
Cameram Ducalem Mediolani,& Mala-
ſpinas, & ſententiæ ſubſecutæ in anno
1539. in fauorem Malaſpinarum contra
Fiſcum,executionem quarum nullo mo-
do poterat Sfortia impedire, ſi in cuſto-
diam nomine Fiſci,ipſumq; repræſentans
detinebat, nec poterat ille audiri in iu-
ditio,cum ergo nec tranſactio,nec ſentẽ-
tia habuerunt exequutionem tanquam
inita,& lata non citato,nec audito legi-
timo poſſeſſore, hoc manifeſtè, & indu-
bitatè probat poſſeſsionem iure proprij
feudi.

Si igitur datur poſſeſsio multorum
annorum,& ſic verum eſt aſſertum,dici-
tur,inueſtituram deperditam, & hoc per
verbum credit,ita quod noluit ſupplicãs
ſe aſtringere probationi, dum Fiſcus re-
plicat de conceſsione in cuſtodiam,

quid

22 quid hoc ad ſubreptionem,& obreptionem: nam potuit dari in cuſtodiam, & demum poſtea in feudum,vt ad hoc ſunt iura clara in eadem propria materia, & in cap.1.§.item ſi vaſſallus, & in §.ſimiliter de controuerſ.inueſtit. in cap.1. de conſuet. rect. feud. & ſic interuerſa, &
23 mutata cauſa poſſeſsionis ex cauſa intrinſeca ſuperueniente, potuit qui priùs poſſedit in guardia, vel in pignus iure feudi poſsidere ex noua inueſtitura vera,vel præſumpta ad text.in l.non ſolùm §.quod vulgò ff.de vſucap. in l.cum nemo C.de acquir.poſſeſſ.text.eſt elegans, vbi Andr. peroptimè declarat in cap. 3. de feud.dat.in vic.leg.commiſſ. aliàs eſt titulus de vſu Mediolani, Aluar.& Præ-
24 poſ.in d. §.ſimiliter; & ſi poſſeſsio eſſet annorum 30. negotium eſſet abſolutum: quia eſſet probata præſumpta inueſtitura ſecundum Doctor.prædictos, loquentes in proprio caſu,ad quod addatur deciſ.Andr.notab.dum tractans articulum: an conceſsio ſit in guardiam, vel in feudum,& ſi debet ſtari ſacramento feudatarij, ſeu poſſeſſoris, etiam quod Dominus aliquid probauerit de guardia; ſed non plenè,dicit Andr.quòd,ſi perſona, quæ poſsidet, ſit grauis, & in dignitate conſtituta, & res, ſeu feudum eſt parui valoris,quod tunc abſque dubio ſtabitur ſacramento poſsidentis, quod habuit in feudum,& non in guardiam, ita Iſern.in cap.1. §. ſacramentum de conſuet. rect. feud. & in cap.1. §.ſi autem non fuerit, ibi,ſed ſi aliquid Iudicem moueat,de cō-
25 trou.inueſt.& hæc dicit Andr.in d.§.ſacramentum eſſe indubitata in poſſeſſore, pro quo ſemper lex præſumit, intantum quòd, ſi Vaſſallus Domino præſente, & ſciente per annum poſſederit, cùm ſolo ſacramento expellet Dominum agentem ad venditionem feudi,dicendo,& iurando ſe fuiſſe legitimè inueſtitū,cuius contrariū eſt,quando non poſsidet:imò tunc Domino iuramentum datur ſe non inueſtiuiſſe ad tex.in cap.ſi autē,ſi de inueſt. inter Dom.& vaſſ.lis oriatur,in cap.1.de cont.inter Dom.& vaſſ.de inueſt.feud.in cap.1.§.ſi verò, de controu.inueſt.

Quibus addita coniunctione ſanguinis, quomodo non erit præſumenda inueſtitura in re tàm exigua,quæ tempore illo non poterat eſſe redditus annuorum ducatorum 200.

Ex his dico nihil ſubreptum, nec obreptum, ſi poſſedit per multos annos, ſi potuit adeſſe inueſtitura, ſi lex ipſam præſumit ex præallegatis, & exponitur Regi ipſam deperditam, & Rex credendo expoſitis, dicit, quòd concedit, & ſi Inueſtituræ aliter non reperiantur.

26 Sed vlterius ſtat regula ex iuribus allegatis, quod Domini eſt probatio conceſſiſſe in cuſtodiam, & ſi non probauerit, Vaſſallus poſſeſſor abſoluetur, dicimus,ꝙ non ſit probatum, & omnia falsò compoſita,vel ſi attendimus probationē factam per comparationem literarum, hanc vel non opitulari, vel non inducere pluſquam ſemiplenam probationem, & hoc eſt,quod dicit Andr.vbi ſupra,vt & ſi actor probauerit;ſed nō plenè,quòd poſſeſſori dabitur iuramentum attenta qualitate illius,& exiguitate rei cōceſſę.

Quod minimè probetur conceſſio in cuſtodiam, vis tota conſiſtit in prætenſa relatione anni 1548. ſine ſubſcriptione Senatus, ſine ſigillo, non originali, quæ non reperitur in regiſtro, nec reperitur votum Senatus, ſuper quo relatio fundatur,& quod plus eſt,non reperitur aliqua ex ſcripturis in ea mentionatis;nam præſupponunt factam fuiſſe cōceſſionem in cuſtodiam ſub certo die,menſe,& anno,quæ non reperitur nec originalis,nec copia,nec regiſtrum adeò,quod ex regiſtro oportebat conſtare de ea, quod aliter non apparet.

Inſuper dicitur in anno 1532. deſtinatum fuiſſe Senatorem quendam pro capienda poſſeſſione ratione deuolutionis Caſtri prædicti ad Ducalem Cameram,de cuius commiſſione,& deſtinatione nihil apparet.

Dicitur fuiſſe præſtitum eidem nomine Cameræ Ducalis iuramentum fidelitatis, quod abſque dubio requirit ſcripturam, & hoc minimè reperitur in rerū natura, dicitur fuiſſe factum inuētarium

V bono-

bonorum ibi repertorum,ac conſignato-
rum cuidam ibi,quem idem Senator de-
putauit Caſtellanum,quod inuentarium
non reperitur , nec talis commiſsio Ca-
ſtellani, nec actus aliquis ab illo factus ,
vti Caſtellano,non probatur incendium,
27 non ſaccomannum,non amiſsio ſcriptu-
ratum,negotium non eſt de antiquo; ſed
in præſenti cauſa currenti, quæ conſide-
rant gloſ.& Doctor.in cap.quoniam cō-
tra, de prob. quod his deficientibus mi-
nimè credatur nō ſolùm Magiſtro Acto-
rum ; ſed Iudici talia aſſerenti in ſenten-
tia , & conſequenter quæ nam fides , &
quę probatio poteſt ſumi ex aſſerta rela-
tione nō facta parte citata, vt ex eadem
apparet', quod eſt vnum de ſubſtantiali-
bus, non publicata tunc parti , quæ po-
tuiſſet reclamare,itaque nulla ex limita-
tionibus Doctor. hic poteſt applicari, &
ſi fuiſſet ſententia, quæ nunc notificare-
tur,& ab ea appellaretur,omnes conclu-
dunt,quod pro ea non pręſumeretur,nec
aſſertis in ea crederetur: ergo quomodo
vult fieri fundamentum in prætenſa re-
latione,quæ hodie præſentatur.

Dicitur vlterius , quòd ſcriptura eſt
imperfecta: quia non habet ſigillum ,
28 quod eſt ſubſtantiale , cuius omiſsio vi-
tiat ſcripturam,gratiam,& priuilegium,
quando ſcriptura non habet aliam ſub-
ſcriptionem, & de veritate illius non ſo-
let conſtare,niſi ex ſigillo ſolito apponi,
notabiliter Andr.in cap. 1. §.quoniam in-
ter Dominum, de prohib.feud.alien.per
Loth.ſicut quando non reperitur in Pro-
29 thocollo inſtrumentum, tunc nullam fi-
dem facit, Authore Bald. cōmuniter re-
cepto in rubr. C.de fid.inſtr.quod latius
explicat Couar.pract.quæſt.c.19.vt hic,
vbi non reperitur hæc relatio in regiſtro:
quomodo enim cognoſcetur,quod Sena-
tus fecit relationē, & quis eſt ſolitus ſty-
lus,& conſuetudo,& certè non alio mo-
do,quàm ex ſigillo,& ex regiſtro;ſi ergo
vtrunque deficit,quomodo dicemus,Se-
natum feciſſe,aliàs eſſet in poſſe Secreta-
rij Senatus facere quicquid vellet abſq;
Senatus ſcientia: vnde ſcriptura nō pro-
bat,aut dicemus falsò compoſitam,poſt-
quā votum Senatus omninò reperiri de-
beret in libro votorum, ſiquidem relatio
nō poterat fieri,niſi votum præcedebat,
cum ſit relatio cum voto , regiſtrum re-
periri deberet,& quod plus eſt,ſi hæc eſt
relatio cum voto ſecreto , quomodo eſt
reperta in poſſe partis non clauſa ; ſed
aperta, & quod claudit os,eſt, ꝙ tandiù
lite agitata ab anno 1545. & duplicato
ordine Imperatoris in anno 1553. quod
relatio trāſmitteretur, & interpoſito de-
creto in anno 1573. qđ parte infra 15.
dies producerent omnia incumbentia ,
aliàs procedetur ad interinationem,non
producitur,nec præſentatur hæc relatio,
quæ erat in poſſe eiuſdem partis , vſque
ad annum 1585.ſi hæc erat facta in an-
no 1548.quomodo in anno 1553.non
erat tranſmiſſa , ſi erat in poſſe partis ,
quomodo nō fuit producta in ann.1573.
& quomodo per tantum temporis ſpa-
tium fuit occultata , ex quo præſumitur
30 fraus,& falſitas Bald.in l. fraus ff. de
leg.Menoch.lib.2.præſump.in præſump.
91.nu.5.

Nec de comparatione ratio eſt aliqua
habenda: nam ob id Doct.dixerunt ſoli
31 comparationi non eſſe credendum:quia
de facili erratur, de quo per Bart.in au-
th.at ſi contractus C.de fid.inſtru. & ſic
in depoſitione teſtium , qui habent ma-
num notam : quia facilè poſſunt decipi
per ſimilitudinem literarum, & Cyn.lo-
quendo de ſcriptura publica,dicit,quod
ex comparatione aliqualis adhibetur fi-
des in l.cōparationes eo.tit. debet enim
ad minus probari per vnum teſtem, qui
viderit ſcribere,ita Ang.in §.ſi quis igi-
tur in auth.de inſtr.caut.& fid. qui alle-
gat text. in §.ſed & ſi quis, eod. tit. vbi
text.ad literam, ibi,ſola non ſufficiente ,
augmento tamen teſtium confirmāda, &
vera eſt opinio,vt ſola comparatio ſemi-
plenam tantum faciat probationem , vt
per eund. Ang. in d.l.comparationes nu.
10.poſt Bart.in §. 1. in princ. in auth.de
inſtr. caut. & fid. Bald. Salyc.& omnes
32 in d. l. comparationes , & licet Bartol.
in l. admonendi , ff. de iureiurand. di-
xerit , quod tanta poſsit eſſe vis com-

para-

paratlonis, vt ei ſoli credatur: tamen Imol.in cap.2. de fid.inſtr. contrarium tenuit,idem Salyc.in d.l.admonendi,vbi latè Iaſ.& latiſſimè Affliɛ.deciſ.181.qui refert ſic iudicatum.

Quæ opinio hic non poteſt habere difficultatem, vbi habemus in arte peritos,qui titubarũt,& non auſi ſunt affirmare faciendo comparationem,quod il-
33 la ſit manus prædiɛti Secretarij,& licet Iudex debeat ipſe facere comparationẽ; tamen debet etiam ſecum adhibere in arte peritos gloſ.in d.l.comparationes in verb.ab his,& melior gloſ.in §.in his verò in verb. abſcondere de inſtru.caut. & fid.vbi Ang.Bart.eo.tit.in §.ſed & ſi nu. 14.Bald.Paul.de Caſtr.& omnes in d.l. comparationes.

Habemus tot aduerſus ſcripturam, quod illa ſit falsò compoſita,videmus in dies has componi falſitates, & conſequenter nulla ratio eſt habenda de prætenſa comparatione.

Quæ nec etiam fieri debebat,poſtquã ſcriptura etiam comparata non ex hoc remanet authẽtica, cum non habeat ſua eſſentialia ex præallegatis,& non dicitur
34 ſcriptura publica ex eo: quia ſit cõfecta per Notarium publicum,ſi nõ habet alia requiſita neceſſaria ad faciendam publicam ſcripturam,vt latè per Aym.de antiq.temp.in 1.pat. in cap.viſo de verbis
35 enuntiatiuis n.13.& quando ẽt eſſet veriſicata ſcriptura,non poſſet ex ea deueniri ad cõdemnationem: quia non habet alia ſubſtantialia, non debet admitti cõparatio,ita præ cæteris Paul.de Caſtr.in d.l.comparationes.

Et ſic eſt falsò compoſita ex deficientia voti, regiſtri, ſigilli, & omnium ſcripturarum in eo mentionatarum,abſcondita per partem, in eius poſſe detenta per eam poſt tot, & tot annos exhibita expectando mortem Secretarij,& Senatorum, vt non poſſet redargui de falſo, quod notetur,& quod impoſſibile eſt, vt ea aperta eidem parti conſignaretur, ſi votum erat ſecretum,& quod plus eſt,nõ facta ad ſui inſtantiam;ſed Fiſci,vt in ea dicitur, & vltimò ponendo gladium ad

radicem,Imperator mãdat,vt fiat relatio reſpectu Cellæ, & reperitur relatio, & votum reſpectu Vaſtij,& Menconici, qđ non erat petitum; ſed benè Malaſpinæ prætendebant ius,mandatur relatio prętẽſionis Fiſci,& tamen dicitur ibi, quod contra Fiſcum obtinuerunt ſentẽtiam in anno 1539.Malaſpinæ,quod erat excludere ius Fiſci,& fundare ius Malaſpinarum:nam ſufficiebat quò ad Fiſcum fundare cuſtodiam.

Affirmatur de prædicta ſententia, & non dicitur, ꝙ non habuit exequutionẽ: quia illam impediuerunt Sfortiæ poſſeſſores,demonſtrando,quod ex falſitate per Malaſpinas compoſita circa deſcendentiam, obtinuerunt tranſactionem, & ſententiam,vt ex notamẽto Fiſcimet apparet, & tandem veriſſimum eſt, ſententiam non executam:igitur manifeſtè apparet,omnia compoſita per Malaſpinas.

Et ſumus in ciuilibus,non autem in criminalibus, quo caſu ſuſpitio ſola ſuf-
36 ficit ad hoc,vt ſcripturæ non credatur, maximè quando tractatur vigore illius agi contra poſſeſſorem iuxta doɛtr. Gemin.poſt Archid. in cap.in memoriam 19.diſt. Alex.conſ.77. 1.vol. Dec.conſ. 189.Curt.Iun.conſ.60.

Et quando mitiùs vellemus agere,dicendum omninò erit, hanc non eſſe ſcripturam perfeɛtam, & propterea non authẽticam,compoſuit eam Secretarius,videnda erat per Senatum;ſed non fuit viſa,abſoluta,nec firmata,& ppeà non habet regiſtrum, nec ſigillum, & non fuit aliter clauſa,nec tranſmiſſa: nam hic reperiretur, & quod dicatur ſcriptura duplicata,nil eſt hoc: nam vel dicamus ex hoc tantò magis argui falſitatem:quia originale primum videbatur impoſſibile poſſe remanere in ſtatu Mediolani,& penes partes,& propterea appoſuerunt ver bum illud duplicata, vel dicendum erit fieri duplicatam minutã ob maiorem diligentiam,non enim hoc inconuenit,nec eſt impoſſibile.

Quodq́;hoc ſit perneceſſe,aduertatur: nam principiata relatione, dùm deueniatur ad priuilegium,dicit,inſeratur: ergo

fuit minuta neceſſariò non authenticum originale,perfectum,& per Senatum cóclusum,terminatum, & authenticatum, quod, ni fallor, omnem tollit difficultatem;& ſic aut ſcriptura eſt falsò compoſita,aut eſt minuta,aut quando eſſet Senatus,nullo modo creditur,deficientibus omnibus ſcripturis mentionatis, ſuper quibus relatio fundatur.

Et ſi ſuprà apertis iuribus demonſtratum eſt non credi proprio Domino dicti in cuſtodiam dediſſe;ſed opus haber probare, quomodo dicemus credendum eſſe aſſertioni Senatus,non de facto proprio,nec de geſtis ante ipſum,qui eſt caſus fortior, dubium eſt de actis, ſi credatur, quæ acta fecit Iudex; ſed de ſcripturis, quæ debent habere ſua eſſentialia,& nō apparet memoria,videtur proptereà caſus de indubitabili.

Sed ſi tenemus, quòd hic fuit facta noua,& principalis inueſtitura,& infeudatio,etiam quod ius Sfortiæ non haberent, ita quòd voluit Imperator dare de nouo,quod ipſe habebat; citra tamen præiuditium iurium tertij non reſpiciens poſſeſſionem,aut titulos Sfortiarum; ſed merita illorum,coniunctionem cum ſummo Pontifice,qualis erat Paulus III. proculdubio etiam ſtāte veritate relationis, & contentorum in ea,& quod de poſſeſſione non conſtaret, res eſt pro Sfortijs in tuto.

Vnus eſt articulus, an qui confirmat,
37 det,de quo per Bart.& Doct. in l.more maiorum ff.de iuriſd.omn.iud.in cap.inter dilectos de fid.inſtr.& regula eſt, q̃d quando confirmat actum nullum,cenſetur dare ad text.in l.adoptio non iure facta la 2. ff. de adopt. ſed hoc quandò ex certa ſcientia,vt per eundem Bart.in l.ſi conſtat 2.notab. ff.de appell. Felyn. poſt Innoc.Io.Andr.& alios in d.cap.inter dilectos nu.16.vbi Innoc. nu.24. dicit,quod eſt dare reſpectu iuris,quod nō erat collatum, & licet natura confirma-
28 tionis ſit adhibere robur,& validitatem actui confirmato,non autem illum extēdere,vt per Bald.in l.aduerſus in fin.C.ſi aduerſus rem iudicatam ex regula text. in l.Aurelius §.teſtamento,vbi gl.ff.de lib. leg. tamen fallit hoc, quando aliter conſtat de intentione confirmantis, ita Baldusmet in cap.1.per quos fiat inueſt. & de intentione conſtat,quando ex certa ſcientia facit Innoc.in cap.dudum de decim.poſt gloſ.ibi,in verb.cōceſſionem, latiùs Iaſ.in d.l.more maiorum nu.41.&
39 42. & factum ex certa ſcientia dicitur multipliciter, vel quando adeſt in conceſsione talis clauſula, gloſ. fin. in clem. & ſi principalis de reſcript. gloſ.in cap. ſtatutum in verb. literarum de reſcript. in ſexto, Abb.in cap. examinata in fine, de confirm.vtil.vel inutil.& latiùs Dec. in cap.porrecta 3.col.nu.4.eo.tit.vel dicitur ex certa ſcientia, quando confirmat alio modo,quo petitum eſt, de quo per Bald. in d. cap. 1. per quos fiat inueſtit.

Eſt verùm, quod aduerſus confirmationem taliter factam poteſt obijci de
40 ſubreptione reſpectu eorum, quæ in facto conſiſtunt,ſecundum Bald.in l.fin.C. ſent. reſc. non poſſ. cumulat deciſiones Dec.in cap. 1.de confir.vtil.vel inut. nec enim talis clauſula purgat falſitatē narratorum, vt per eundem Dec. qui alios cumulat in cap.2.eo.tit.

Si aliud non haberemus,poſſet defendi ſtante clauſula ex certa ſcientia,quod ſit noua conceſsio, & ſtante quod aliter confirmauit,quàm fuit petitum & exuberantius,vt infra dicam,nec vlla de limitationibus applicatur: quia verùm fuit aſſertum, & nihil ſubreptum, ſi ex ſupra fundatis de poſſeſſione omnium demonſtratum eſt conſtitiſſe, & hoc aſſertum, & quò ad Cellam reſpectu cuſtodiæ nihil ſubreptum; ſed dictum fuiſſe inueſtituras deperditas, virtute quarum poſſeſſum, & poſſidebatur iure feudi, & fundatum fuit, vtrunque potuiſſe ſubſiſtere, videlicet à principio datum in cuſtodiam: ſed poſteà inueſtitum iure feudi: imò quò ad Cellam expreſſum fuit ius non habere,& ſpectare ad Imperatorem, ſiquidem quò ad Vaſtium, & Menconicum aſſerta fuit poſſeſſio immemorabilis, quam quando veri-

41 verificare voluiſſent Sfortiæ, opus non habebant priuilegio Imperatoris; ſi tuti erant iuris priuilegio ad text. in l. 3. §. ductus aquæ ff. de aqu. quotid. & æſt. in cap. ſuper quibuſdam, §. præterea de verb. ſignif. Andr. in Conſt. Reg. quadrigenalem cum concord.

Quò ad Cellam dixerunt tantùm poſſediſſe à multis annis, & multi anni non dabunt titulum, nec præſumptam inue-
42 ſtituram, quę ſaltim requirebat ſpatium 30. annorum, vt ſupra relatum eſt per Andr. in cap. ſi quis per 30. ſi de feud. def. mil. in Conſt. Reg. ſi dubitario, & in d. Conſtitut. quadragenalem, & dicendo non habere titulum, proculdubio expreſſerunt ius non habere: ergo confirmando Rex ex certa ſcientia, ſumus in terminis text. in d. l. adoptio non iure facta.

Augetur motiuum: nam quò ad Vaſtium, & Menconicum fuit aſſertum à tempore immemorabili poſſidere, quò ad Cellam à multis annis, Imperator dùm confirmat, fundat ſe in præſenti poſſeſſione, non requirens, nec reſpiciens poſſeſſionem præteritam; dicit enim animo deliberato, ex certa ſcientia, ſano, & maturo accedente conſilio, & imperiali authoritate noſtra prædicta Caſtra, &c. nō ſolùm prout in eorum poſſeſſione, ſeu quaſi eſt, pro ſe, & hæredibus, &c. confirmamus, &c. & ſic præſentem poſſeſſionem reſpexit Imperator, non quęſiuit de iure poſſeſſoris; ſed vt de facto detinebar, iuxta text. vulgatum, vbi gloſ. notab. in l. Seia §. Tyrannæ aliàs eſt §. fin. ff. de fund. inſtr. ſi ergo poſſeſſio tunc erat indubitata, & Imperator in poſſeſſione præterita aſſerta noluit ſe fundare; ſed in præſenti tantum, ergo ſtante expreſſione defectus titulorum, & pariter confirmat prædicto defectu non obſtante; ſequitur, quòd voluit manifeſtè dare.

Augetur motiuum, cum Sfortiæ ſolùm ſe fundauerunt in amiſſione titulorum, & Rex credit aſſertis: quia dicit non obſtante, quod tituli ſint deperditi, quo caſu Fiſcum oporteret verificare negatiuam; ſed fortiùs ad demonſtrandam enixam voluntatem ſubnectit, aut quod præfata loca, &c. ob recognitionē neglectam, vel tempore debito non factam, aut aliter quomodocunque nobis, & ſacro Imperio, aut ad Cameram Ducalem commiſſa, aut deuoluta eſſent, aut dici poſſent.

Et ſic etiam quod priuilegia non eſſent deperdita, non fuiſſent vnquam in rerum natura, ita quod quomodocunque feuda ſpectarent ad Imperatorem, ipſe
43 ex certa ſcientia confirmat; quando enim ſunt expreſſi certi modi vacarionis, & ſubnectit poſteà dictionem quomodocunque, tunc omnes caſus ſunt incluſi, ſecundum gloſ. notab. communiter receptam in cap. ſuſceptum in verb. expreſsè de reſcript. in ſexto, vbi Doct. communiter, & præcipuè Franc. qui alios cumulat nu. 8. & ſeq.

Et hic eſt vnus de caſibus, quod non eſt opus inſiſtere in ſubreptione, nec in falſitate expreſſorum, vt infra latius fundabitur.

Addatur alia clauſula immediatè ſubſequens, videlicet, & etiam non obſtantibus quibuſcunque legibus, ſtatutis, decretis, ordinibus, conſtitutionibus, conſuetudinibus, & alijs in contrarium facientibus quibuſcunque, etiam ſi talia forent, de quibus hic neceſſe eſſet, ſpetialem, indiuiduam, ac de verbo ad verbum facere mentionem, quibus omnibus, & ſingulis ex certa ſciētia, & imperiali authoritate, quatenus obſtarent prædictæ conceſſioni, &c. derogamus, &c. & ex hoc primo articulo poſſet cauſa recipere determinationem.

Sed transeamus, ſi fundatur ex defectu titulorum, nouam eſſe petitam conceſſionem, & infeudarionem, & Regem voluiſſe nouam infeudationem facere, etiam quòd nullum ius Sfortiæ habuiſſent, remanet cauſa ſine ſcrupulo, ad qđ aduertatur: nam indubitatum hoc demonſtrabitur.

44 Concluſio communis Doct. fuit, quod quando petitur confirmatio, & noua cōceſſio pro potiori cautela, & quatenus opus eſt, tunc ſi non habet ius ex confirmato, habebit ex nouiter conceſſo: nam

hoc ſignificāt illa verba pro potiori cautela,& quod quatenus opus eſt,de nouo concedatur,ita Afflict.in cap. 1. de vaſſ. decrep.æt. qui ſic declarat procedere dictum Andr.ibi Capy.in repet.cap.imperialē cart.mihi 39. verſ.ſextò amplia, à quo non diſcrepat Camer.ibidem car. mihi 90. nam ſumus concordes, quod quod quando incipit à confirmatione, & nihil aliud dicitur,niſi confirmamus, & de nouo concedimus,quod ſtet in vim ſimplicis confirmationis;ſed quando adſunt verba,quatenus opus eſt: quia tunc conſtat de intentione,important nouam conceſsionem, & tranſlationem noui iuris, quod non habebat, quod Anna ſequitur in repet.d.cap.1. de vaſſ.decrep. æt.nu.192.& quando petitur pro potiori cautela conſuluerunt Ruin. conſ. 35. nu.31. 1.vol. Dec.conſ.341.

Sed maiora ſunt verba ſupplicationis: nam petitur confirmari,approbari, validari,inueſtiri,& quatenus opus eſt, de nouo infeudari.

Imperator altius exordiendo, & non ponens pro cauſa poſſeſsionem præteritam,nec ius aliquod Sfortiarum;ſed merita,& ſeruitia,& ab illis nō aſſertis motu proprio incipiens dicit,quod ex certa ſcientia, imperiali authoritate, maturo accedente conſilio, non ſolùm concedit, quod petitum erat,prout in conceſsione erat,videlicet confirmare, approbare, validare, ac Imperialis authoritatis robore,& firmitate munire,ac de nouo cōcedere,quatenus opus eſt; ſed etiam de prædictis locis infeudamus, &c.

Quodq; voluerit concedere,quicquid habebat Imperator,ſubnectit,dantes, & concedentes ipſi Comiti quantum ad nos,& Cameram noſtram ſpectat pro ſe, & hæredibus,&c. omnia, & quæcunque iura, & actiones, &c. ac in noſtrum, ac Cameræ noſtræ locum ponimus, ſubrogamus,&c. prædictaq; omnia,& ſingula transferentes, &c. ſupplentes omnes defectus, &c.

Subnectit, decernentes,infeudationē, elargitionem,ſubrogationem, & tranſlationem præſentes validas perpetuò, & ſic non tractat amplius de confirmatione,niſi de infeudatione, de elargitione, de ſubrogatione,& tranſlatione; ſubnectit non obſtante, quod conceſsiones eſſent deperditę,quod quomodocunque prædicta feuda ſpectarent, aut deuoluta eſſent ad Curiam.

Subnectit,non obſtantibus quibuſcunque in contrarium, etiam quod indiuidua fuiſſet facienda mentio. Mandantes has noſtras feudalis inueſtituræ, elargitionis, ſubrogationis, tranſlationis, ſupplctionis,decreti, ac mandati literas inuiolabiliter obſeruent,&c.

Et vt tollatur omne penitus dubium, declaratur hoc poſteà in literis Impetatoris anni 1546.dùm exponitur impedimentum reſpectu Cellæ,& Imperator dicit: Ya ſabeis la razon, que ay para faborezer las coſas, que toccaren al Conde de Sancta Flora,y la voluntad,que tenemos de azerle en todo lo que ſe pudiere,y porque de ſu parte,y tambien dela de sù Santitad,ſe nos hà hecha relaçion, &c.

Si Imperator ergo declarat eius intētionem gratificandi Comitem in quantum,& in omni,quod poteſt,& dicit adhoc eſſe obligatum: igitur non erit inſiſtendum in voluntate; ſed in potentia,& de hac non hæſitatur,ſi non tractatur de alio, quàm de iure ad Imperatorem ſpectante.

Quodq; dederit omne ius, quod habebat,dicit, quod imponebatur impedimentum donationi,& conceſsioni iam factæ prædicti loci Cellæ,nec tractat amplius de confirmatione, nec de alio; ſed de donatione, & gratia, & propterea mandat omninò, quod donatio, & gratia exequutioni demandentur: verùm ſi aliquid importantiæ erit in contrarium, fiat relatio, & interim contra Comitem nihil innouetur.

Innoc. Io.Andr. Butr. Zabar.& communiter Doctor. in d.cap.inter dilectos,
45 dicunt, quod quando Princeps non innititur confirmationi; ſed conceſsioni,vt quia dicit,concedimus, & confirmamus, & ſic incipit à conceſsione,vel aliter cō-

ſtet

ſtet de intentione, quod voluerit de nouo concedere: tunc non quæritur, quæ ſint conceſſa, atque confirmata: quia in quibus non valet, vt confirmatio, valet, vt conceſsio: quia videtur talis Principis intentio ex his verbis, vt in omnem caſum, & euentum valeat, ſiue vt confirmatum, ſiue vt de nouo datum, & conceſſum, & ſic in dubio fiet interpretatio, vt benè explicat ibi Felyn. num. 16. poſt Butr. num. 13. qui eleganter loquitur, & Abb. ibi nu. 8. ex mente Innoc. Io. Andr. & aliorum dicit hoc procedere, etiam quod prima priuilegia non reperirentur, vel falſa apparerent, quando Princeps non innititur confirmationi, pro quo eſt ſolemne conſ. Oldr. 121. quod ad literam tranſcribit Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de feud. in princ. col. 3. in verb. inſtrumentum, qui hunc ponit caſum.

Quod quidam dedit feudum tali forma, ſicut venerandæ memoriæ genitor noſter conceſſit tibi, vel genitori tuo tale feudum, & nos concedimus, determinat, quod non teneatur vaſſallus exhibere conceſsionem mentionatam, & ſi conceſsio, ad quam ſe refert, non eſt vera, adhuc ſecunda conceſsio tenet, & ſi dicatur, quod aliàs non conceſsiſſet, debet probare is, qui hoc allegat: quia ex his verbis colligitur intẽtio diſponentis voluiſſe omninò concedere, & maximè dicit Oldrad. & Io. Andr. hæc procedere attenta qualitate concedentis, & cõceſſionarij, quod latiùs proſequitur Dec. conſ. 169. & Auth. damn. mem. in §. 1. nu. 78.

Alex. in conſ. 16. pen. col. 5. vol. ponit caſum, quod Imperator conceſſerit priuilegium cum his verbis, Bianellum cum Caſtellis ſuis, & Villis, quæ, & quas aſſeris ad te de iure pertinere, & à ſacro Imperio in feudum nobile te, & tuos progenitores tenere, & tenuiſſe, &c. tenore præſentium, & de Imperiali noſtræ plenitudinis poteſtate, ſicut dignè poſſumus, & ad Romanum ſpectat Imperium, damus, donamus, concedimus, ratificamus, innouamus, & etiam confirmamus.

Dicit Alex. quod illa verba innouamus probãt intentionem Principis, quod voluerit de nouo concedere, etiam ſi ius non habuiſſet per prius, & quod ſtante clauſula ex certa ſcientia, illa verba, ſicut dignè poſſumus, & ad Romanum ſpectat Imperium, non ſtent conditionaliter; ſed cauſaliter, quodq; aſſertio, quod ſpectabant ad conceſſionarium, & tenuerat, & poſſederat, nihil nocet; ſi Princeps ex verbis prædictis voluit omninò donare.

In caſu, de quo agimus, verba ſunt ampliora, quæ poſt factam confirmationem, approbationem, validationem, inueſtituram, & quatenus opus eſt, nouam conceſſionem, dicit non ſolùm volo concedere prædicta, quæ tantùm erant petita; ſed etiam infeudat de nouo, dicit expreſſè, dantes, & concedentes omnia iura ad Cameram Ducalem ſpectantia: dicit, quod ponit, & ſubrogat in locum Cameræ, dicit, quod per talem ſubrogationem intelligantur tranſlata omnia iura Cameræ competentia, ibi, decernentes infeudationem, elargitionem, ſubrogationem, & tranſlationem huiuſmodi, &c. Dicit, non obſtante defectu titulorum: dicit, non obſtante, quod quomodocunque prædicta loca ſpectarent ad Cameram Ducalem, quæ cum literis anni 1546. remanent concluſa irrefragabiliter.

Si Imperator non attendens ſupplicationem partis, dicit concedere ob ſeruitia, & benemerita, ſi pars petierat confirmationem, & quatenus opus eſt, nouã conceſſionem, & Imperator dicit, non ſolùm concedere prædicta; ſed etiam nouam infeudationem, & conceſſionem omnium iurium ipſi competentium: ergo hæc eſt conceſſio facta motu proprio ob ſeruitia, & ſi concedit non petita ob
46 ſeruitia, ergo motu proprio ſecundum Alex. Dec. Iacob. & alios in l. 3. ff. quod quiſque iuris.

Et licet motus proprius, qui tollit omnem ſubreptionem, debeat eſſe expreſſus
47 in conceſsione ad text. in cap. ſi motu proprio de præb. in ſexto, vbi Gemin. & Franc. dicentes, quod licet ſit verum, Papam

pam poſſe ſe mouere ad concedendum
48 proprio motu,etiam quod fuerit ad partis petitionem,quod eleganter per prius tradidit Bald.in cap.niſi de off. leg. Tamen quò ad effectus,qui reſultant ex appoſitione clauſulæ motus proprij procedit dictum prædicti Capit. quod ad hoc videtur expreſſum contra opinionem Collectarij authoritate Ioan.de Lig. qui voluit poſſe probari per coniecturas, & circunſtantias: tamen communis eſt opi-
49 nio procedere dictum cap. in reſcriptis ad beneficia tantùm,quæ ſunt odioſa, ſecus autem in alijs, ob quod dixerunt Doctor. quòd, quando conceſsio eſt geminata,præſumatur motu proprio,quando eſt quid notorium, præſumitur motu proprio, quando ob ſeruitia etiam motu proprio,& alia multa,quæ cumulat Ant. Gabr.in lib.2.com.conc.in tit. de clauſ. 2.concl.num.102. & ſic tradidit ad declarationem prædicti text. Felyn.in cap. cauſam,quæ il 2. 10.notab.de teſt. in cap.ſi quando de reſcript. Dec.in d.l.3. quod quiſque iuris.

Vt ſic omninò dicamus ceſſare allegatam ſubreptionem, & obreptionem, concedit Imperator munificentiſsimus Comiti Sanctæ Floræ perſonæ tàm benemeritæ: interponebatur authoritas Summi Pontificis perſonæ coniunctæ prædicti Comitis, quod concedebatur, erat quid exiguum attenta qualitate perſonarum, & meritorum, quid igitur erit de voluntate hæſitandum?

Præcedente maxima diſcuſsione, & diſparitate votorum fuit per maiorem partem conſultum Regi interinationem petitam non eſſe faciendam.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum quando extendatur ad omnes perſonas de familia,vel ad certas tantum particulares, ita quod illas non egrediatur, & nu.3.& 4.*

2 *Diſpoſitio teſtatoris ex præſumpta mente trahitur de caſu ad caſum; ſed non de perſona ad perſonam.*

5 *Verbum deceſſerit importat tempus mortis, verbum verò defecerit importat tempus, & defectum perpetuum, & ſic regulatur perpetuitas, vel extinctio fideicommiſſi.*

6 *Gloſ. in l.Lutius la 2. ff. de hæred. inſtit. declaratur, quando poſiti in conditione cenſeantur poſiti in diſpoſitione, & nu. 9. vbi quid importat qualitas maſculinitatis, vel eſſe digreſſum ad plures gradus ſubſtitutionis, & aliæ coniecturæ, vt ibi.*

7 *Vulgaris ſubſtitutio expirat per aditionem hæreditatis.*

8 *In cõtractibus omiſſum habetur pro omiſſo.*

10 *Statutum Aragonum recenſetur.*

11 *Confeſsio iuditialis quid differat ab extraiuditiali, & quam probationem faciat maximè ſi ſuper ea eſt lata ſententia, etiam quod falſum quis ſit confeſſus.*

12 *Confeſsiones hæredum præiudicant ipſis,eorumq ſucceſſoribus,etiam ſingularibus.*

13 *Donatio facta à patre filio, quæ effectum habet poſt mortem,bonorum, in quibus aliàs filius erat ſucceſſurus, non importat aliud, niſi præuentionem ſucceſsionis.*

14 *Vltimus de familia poteſt bona fideicommiſſo ſubiecta alienare.*

15 *Fideicommiſſarius non poteſt alterare conditiones, & vincula in fideicommiſſo appoſita.*

16 *Quis non præſumitur mandare, quod non debet, & quod non poteſt.*

17 *Pro-*

17 *Procurator per mandatum generale etiam cum libera non cenſetur habere mandatum ad illicita, & ad ea, quæ principalis facere non poterat.*

18 *Præſumitur quis facere actum validum eo modo, quo poteſt.*

19 *Verba intelliguntur prout ius intelligit, & arbitrio boni viri.*

20 *Verba generalia intelliguntur circa actū, qui principaliter celebratur.*

21 *Quot ſunt perſonæ, tot ſunt donationes.*

22 *In mandato generali non venit poteſtas donandi; ſed requiritur ſpetiale.*

23 *Hæres nō poteſt impugnare factum defuncti.*

24 *Scientia actus facti in abſentiam, maximè in alterius præiuditium, non præiudicat, niſi cum ſpetiali approbatione.*

25 *In arduis, & magni præiuditij preſentia non inducit conſenſum.*

26 *Oppoſitio de iure tertij non releuat, niſi ſit excluſiuum iuris agentis, ſiue tertius velit, ſiue nolit.*

27 *Regula text. in l. tale pactum § fin. ff. de pact. exornatur.*

28 *Termini text. in l. ſi vnquam C. de reuoc. dona. declarantur, quomodo procedant in donatione facta contemplatione matrimonij.*

29 *Differentia inter donationem factā contemplatione matrimonij, & donationem propter nuptias.*

30 *Donatio facta contemplatione matrimonij dicitur pura, & cauſa matrimonij impulſiua.*

31 *Differentia inter donationem factā ex cauſa dotis, vel propter dotē, & donationem factam contemplatione matrimonij, & pariter inter patrem donantem, & extraneum.*

32 *Text in l. cum falſa C. de iuris, & facti ignor. declaratur, et latè regula illius tex exornatur, & nu. 43 & 44.*

33 *Dominium quomodo intelligitur translatum ex confeſſione irreuocabili, & ex certa ſcientia facta in iuditio, quando id, quod quis confeſſus fuit, non erat verum.*

34 *Confeſſio facta dominij rei exiſtentis penes eundem, pro quo confeſſio facta eſt, non requirit traditionem ad finem acquirendi dominium.*

35 *Poſsideri poteſt res ex pluribus cauſis.*

36 *Dominus ſemel effectus non poteſt ex alia cauſa dominium acquirere.*

37 *Dubitans de validitate tituli acquiſitionis poteſt acquirere dominiū ex alia cauſa primam renuntiando.*

38 *Ex cauſa putatiua ſequuta traditione poteſt dominium acquiri.*

39 *Ex inutili contractu traditione ſequuta ex cauſa putatiua dominium acquiritur.*

40 *Verba in contractu appoſita ad habendum, &c. important liberam diſpoſitionem.*

41 *Text. in auth. res, quæ C. commun. de legat. non habet locum in contractu, nec in deſcendentibus natis poſt mortem fideicommittentis, & nu. 42.*

45 *Sententia nulla ex defectu iuriſdictionis*

ctionis, ſi ratificetur, valebit in vim pacti.

46 *Confirmatio actus nulli operatur validitatem illius, & actio oritur ex confirmante, & non ex confirmato, quando tamen confirmans habet liberam diſpoſitionem.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum perpetuum, quomodo, & quando dicatur factum. Confeſſio iudicialis falſa facta ex certa ſcientia quid operetur, & quid lata ſententia ſuper ea. Regula text. in l. cum falſa C. de iur. & fact. ignor. latè exornatur, ſic regula text. in l. tale pactum §. fin. ff. de pact. & gloſ. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. inſtit.

DECISIO XXXIX.

VINCVLVM Ioannis factum in Capitulis matrimonialib⁹ Nicolai filij primogeniti, cui contemplatione matrimonij donauerat Comitatum Almenaræ, & locum de la Loſa, & ſi Nicolaus decederet ſine filijs, & alijs deſcendentibus maſculis, quod in prædictis bonis ſuccedat Io. ſecundogenitus ſi ſuperuixerit, & poſt eius mortem filij, eiuſq; deſcendentes maſculi, & ſi Io. prædictus non ſuperuixerit, ſuccedat Olſus tertiogenitus, & poſt illius mortem filij, eiuſq; deſcendentes maſculi, qui ſi pariter ſuperſtes non erit; ſed prędefunctus, ſuccedat Thomas quartogenitus, prout ſupra, qui omnes ſuccedere habeant ordine ſucceſſiuo: ita quòd adueniẽte caſu maior præcedat, & ſic gradatim: verùm ſi omnes ſine filijs decederent maſculis relictis fœminis, quæ maſculos procreaſſent, bona deueniant ad maſculos filiarum ordine, quo ſupra, cum hoc, quòd aſſumant nomen, & arma: verùm ſi contigerit, prædictum Nicolaum filium primogenitum præmori, ſuperſtite Io. patre, & donante, omnia prædicta bona in eum caſum deuoluantur ad eum, verùm ſi demum contigerit, ipſum Io. decedere abſque noua diſpoſitione, quod ſeruetur prædictus ordo in ſucceſſione inter ipſius filios, & filias.

Nicolaus filius patri ſuperuixit, & deceſſit cum filijs, & reliquit bona Io. Frãciſco filio, prout per Ioannem patrem ipſi data, ac relicta fuerunt, tàm vigore donationis præfatæ, quàm per teſtamentum cum eiſdem vinculis, & conditionibus.

Hoc poſito, ſi aliud non haberemus, & tractaretur, an vinculum prædictum ſit perpetuum, vel defectum per mortem tàm Nicolai cum filijs, quàm Io. Franciſci filij Nicolai, qui deceſſit ſuperſtite Gaſpare Seniore, arbitror, rem nullam potuiſſe habere probabilem difficultatem ex communibus Doctorum deciſionibus fundatis in apertis iuris regulis, quando enim eſt relictum fideicommiſ-
1 ſum maſculis ex familia teſtantis procedentibus indefinitè, ita quod conſiderata eſt agnatio, & familia in perpetuum, ac defectus illius, tunc benè eſt inductum fideicommiſſum perpetuum; ſecùs verò quando certis perſonis ſpecificatis, vt filio primogenito, vel alij agnato, vel cognato, ſuiſq; filijs, ac deſcendentibus; tunc nanque quamuis inter eos, qui ſpecificè vocati ſunt, cenſeatur habita ratio agnationis, hęc tamen ratio agnationis, & fideicommiſsi effectus perſonas nominatas non progreditur, quibus deficientibus fideicommiſſum expirat, etiam ſi ad alios, & plures gradus ſubſtitutionis inter prædictos filios deſcendentes, & Collaterales digreſſus ſit, vt ex Imol. Alber. Brun. Soccin. Curt. & alijs contra Anchar. tradit Molin. affirmans hanc eſſe communem in lib. 1. cap. 5. nu. 37. de hiſpan. primogen. Rip. in l. Centurio, de vulg. & pupill. poſt Soccin. in l. cum auus col. pen. de cond. & demonſtr. nam vt dixit Aret. communiter receptus in l. Gal-
2 lus, §. & quid ſi tãtum ff. de lib. & poſth. diſpoſitio teſtatoris ex præſumpta mente trahitur de caſu ad caſum, non autem
3 de perſona ad perſonam; & propterea

Ol-

Oldrad.ab omnibus receptus in conſ.21
poſuit caſum, quando quis habens fra-
trem, & ex fratre præmortuo nepotem,
& ex alio fratre tres nepotes,illos com-
muniter omnes hæredes pro æquis por-
tionibus inſtituit, ac eis ſubſtituit per
hæc verba. Si aliquis hæredum meorum
ſine filijs, aut nepotibus, aut deinceps
deſcendentibus maſculis mori contige-
rit,eius portio deuoluatur ad cohæredes
ſuperſtites,vel eorum hæredes: dummo-
do ſint maſculi,&ex maſculis ſecundum
rectam lineam deſcendentibus fœminis
excluſis,&c. Deceſsit nepos quatuor fi-
lijs relictis determinat, quod ſtatim ex-
pirauit fideicommiſſum, ita quod poſteà
fœminæ, & omnes alij ſuccedent ſecun-
dum voluntatem teſtantium, quod con-
ſilium latius exornat Deci. in ſuis conſ.
218. 585. 594. 636. cum latius addu-
4 ctis per Molin.vbi ſupra in 1.par.cap.6.
& fortior eſt caſus poſitus per Io. Andr.
in addit. ad Specul. in tit. de teſtam. Si
eſt dictum, ſi quis meorum hæredum ſi-
ne filijs, vel nepotibus, vel vlterioribus
maſculis, & ex maſculis deſcendentibus
mori contigerit,vt tunc ſufficiat,quem
mori cum filijs ad extinctionem fideicō-
miſsi,& cumulaui deciſiones in reſponſo
meo 61. 1. vol. ſecundum quod fuit in
illa cauſa iudicatum, & ideò communis
eſt diſtinctio, ſi teſtator locutus fuerit
per verbum deceſſerit,vel defecerit:nam
5 quando eſt conſideratus defectus libe-
rorum,& deſcendentium, eſt perpetuum
fideicommiſſum,& ſic proceditur in ma-
ioratibus,quando verò eſt conſideratum
tempus mortis,quod eſt per verbum de-
ceſſerit, tunc expirat fideicommiſſum
per mortem cum ſuperexiſtentia filiorũ,
de quo per Soccin. in l. ſolemus ff. de
condit.& demon. Dec. conſ.585. cum
pluribus alijs cumulatis in d.meo reſpō-
ſo 61.ſecundum quam opinionem,& di-
ſtinctionem,vt dixi, fuit in illa cauſa iu-
dicatum,& in his terminis procedit opi-
6 nio gloſ.communiter recepta in l.Lutius
la 2. ff.de hæred. inſtit. quod poſiti in
conditione non cenſeantur vocati non
obſtantibus coniecturis maſculinitatis,&
alijs, cum tractetur de extenſione de
perſona ad perſonam,& non eſt conſide-
ratus defectus illarum; ſed ſuperexiſten-
tia tempore mortis,& in hoc caſu proce-
dit concluſio illa, quod cenſeantur vo-
7 catæ perſonæ per vulgarem ſubſtitutio-
nem,ita quod vno adeunte,& ſucceden-
te fideicommiſſum expiret ex reg. text.
in l.poſt aditam, C. de impub. quod la-
tiùs tradidit Molin. conſtituendo diffe-
rentiam inter fideicommiſſum, & maio-
ratum in d.cap.5.num.27.quæ ſi in vlti-
mis voluntatibus procedunt, quantò ma
8 gis in contractibus,qui ſunt ſtricti iuris,
& omiſſum habetur pro omiſſo ad text.
in l.quicquid adſtringendæ ff.de verbor.
oblig.vbi Bart.& Scrib.

Hic donatur Nicolao, eiq; fit ſubſti-
tutio, ſi deceſſerit ſine filijs, & alijs de-
ſcendentibus maſculis:igitur caſus Oldr.
Io. Andr. & aliorum eſt fortior.

Rurſus Io.donans, dùm ſubſtituit Ni-
colao filio primogenito, quem prædile-
xit,ſimpliciter poſuit filios,& deſcendē-
tes in conditione, nolens grauare illum
onere fideicommiſsi, nec illius deſcen-
tes,quando cum filijs deceſsiſſet; ſed qñ
in defectum filiorum Nicolai primoge-
niti vocauit alios ſuos filios ordine ſuc-
ſiuo,tunc ſpecificè poſuit in diſpoſitione
filios illorum, illorumq; deſcendentes:
quia minùs illos diligebat, quæ conſide-
ratio clareſcit mentem, & reddit caſum
indubitatum.

Prætereà ex clara lectura prędicti vin
culi apparet,quod & ſi vocentur deſcen-
dentes ſecundogenitorum; tamen ſunt
vocati per mortem eorum parentum;
quando illi per priùs ſucceſsiſſent,& ſu-
peruixiſſent fratri vltimũ decedenti: ita
quod ſi vnus ex prædictis fratribus vo-
catis prædeceſsiſſet cum deſcendentibus
illi non ſucceſsiſſent vigore ſubſtitutio-
nis patruo morienti: quia diſponens cō-
ſiderauit ſuperexiſtentiam eius filiorum
tempore mortis alterius ipſorum, & vo-
cationem deſcendentium fecit in caſum
ſuperexiſtentiæ parentum, igitur ſi hoc
eſt,& voluit diſponens in caſum deſcen-
dentium vocatorum,quos excluſit, quā-
do

do tempore mortis alter filius proprius ſupereſſet, quantò magis hoc habebit locum in filio primogenito prædilecto, eiusq; deſcendentibus non vocatis; ſed tantum in conditione poſitis.

Vlteriùs ſi Io. donans appoſuit conditionem, quod præmoriente ſibi Nicolao donatario bona donata ad eum deuoluerentur, & ſic donatio reſolueretur, quod locum ſine dubio habebat, etiam quod Nicolaus cum filijs deceſſiſſet intantum quod reſeruauit ſibi poſteà Io. donãs poteſtatem diſponendi ad libitum de bonis donatis: igitur quomodo poteſt dici factum fideicommiſſum perpetuum, quomodo conſiderata agnatio, & familia, niſi in certis perſonis, & caſibus, & ideò Doctor. communiter tradiderunt, quod
9 & ſi ex coniecturis limitetur gloſ. in d. l. Lutius, tamen quia vna coniectura tollit aliã, & vna validior alias plures ad text. in l. diuus ff. de in integr. reſti. propterea Doctor. communiter voluerunt, quod qualitas maſculinitatis non ſufficiat, vt ex communi refert Rip. in l. 1. C. de pact. nu. 8. Roland. à Vall. conſ. 51. vol. 3. qui adducit innumeros de communi teſtantes, Burſ. latiſſimè in conſ. 1. vol. 1. à qua opinione dicit Clar. non eſſe recedẽdum nec in conſulendo, nec in iudicando, in §. teſtamentum q. 79. & ſic pariter non ſufficit eſſe digreſſum ad plures gradus ſubſtitutionis, vt ſupra eſt fundatum, & per Clar. vbi ſupra, & hic reſpectu primogeniti non eſt digreſſum ad plures gradus; ſed tantum facta ſimplex ſubſtitutio, ſi ſine filijs, vel deſcendẽtibus maſculis deceſſerit, nec qualitas bonorum eſt coniectura ſufficiens, maximè ſtantibus verbis ſubſtitutionis, quæ ad tempus mortis, & certas perſonas referuntur, & communis eſt in contrarium, vt poſt alios per Cæphal. conſ. 269. nu. 51. & ſic pariter delatio nominis, & armorum: nam requiſiuit hoc in defectum deſcendentium, dùm ad extraneos bona peruenirent; ſed ſi antea ſubſtitutio expirabat, ita quod non dabatur caſus, tunc extra caſum expreſſum hęc conſideratio non deſeruit, & propterea Molin. dicit, hanc non eſſe ſufficientem coniecturam, in d. lib. 1. cap. 5. nu. 34. quæ maximè dixit Rolan. à Vall. in d. conſ. 51. num. 17.
10 procedere in Regno Aragonum, in quo per ſtatutũ cauetur, quod Iudex debeat ſtare cartæ, ſeu inſtrumento, ei tenaciter inhærere, & ſecundum quod in ea ſcriptum eſt iudicare, nec ſubauditos, vel cõiecturales intellectus, vel extenſiones, aut interpretationes ſequi debet, nec admittere, cuius conſuetudinis vigore eleganter fundat, non eſſe locum coniecturis ad excluſionem regulæ gloſ. in d. l. Lutius, & tandem vidimus in caſu Oldra. & Io. Andr. cum alijs cumulatis per Doctor. maximè per prædictum Rolan. à Vall. in prædicto conſ. quod in fortioribus terminis nullis admiſſis coniecturis ex pręfatis voluerint conditionale eſſe fideicõmiſſum, & ſtatim ex ſuperexiſtentia filiorum illud extinctum.

Propterea pro concluſione prædictorum notetur, quod Io. Franciſcus filius Nicolai diſpoſuit de bonis prædictis, vti liberis, tàm per donationem in ſolutum factam Auiæ reſpectu creditorum ipſius; quàm ex alijs in facto adductis: quia per eius ſuperexiſtentiam tempore mortis Nicolai patris, ac demum Gaſparis eius filij intelligebat fideicommiſſum extinctum, & expreſſum, & amplum fideicommiſſum factum per Gaſparem Seniorem filium Ioannis Franciſci etiam clareſcit extinctionem primi, quod ſi durabat, non opus erat alio expreſſo fideicommiſſo, & paritet Nicolaus ſuam fecit diſpoſitionem: ergo intellexit fideicommiſſum Ioannis patris extinctum ex ipſius Nicolai morte cum filijs.

Sed quia Ferdinandus ſucceſſor, & deſcendens confeſſus eſt fideicommiſsũ, agnouit illud in iuditio, & petijt declarari non ſolùm bona fuiſſe vinculata, ſed ad illum tunc poſſeſſorem ſpectare vigore vinculorum Io. & Nicolai, & ita mediante decreto fuit declaratum, quod acceptauit Gaſpar vltimus filius, & ſucceſſor, & in iuditio contra patrem vincula prædicta aliàs per patrem præſentata ipſe pariter produxit vnà cum præ-

dictis

dictis petitionibus, & declarationibus
paternis, ac cum decretis interpoſitis
declarantibus fideicommiſſum, & lis a-
gitur hodiè cum ſucceſſoribus, & hære-
dibus Ferdinandi, & Gaſparis, propte-
reà de fideicommiſſo non eſt hæſitan-
dum, nec diſputandum præſuppoſito,
quod nunquam fuiſſet in mundo; hæc e-
11 nim eſt vis confeſſionis iuditialis, & dif-
ferentia, quæ conſtituitur inter confeſ-
ſionem iuditialem, & extraiuditialem,
non diſpoſitiuam; ſed enuntiatiuam:
nam quando eſt diſpoſitiua, ſemper præ-
iudicat, extraiuditialis verò minimè, &
admittit contrariam probationem, iudi-
tialis verò, quando ex certa ſcientia, vt
hic viſis, & præſentatis vinculis, & per-
ſeueratum eſt vſque ad ſententiam: imò
data eſt deſuper ſententia, & confirmata
per tribunal Valētiæ acceptata per par-
tem, cuius intererat; dico igitur ex hoc,
quod non poteſt diſputari ampliùs inter
hos ſucceſſores de vinculo, ita Azo. in l.
cum falſa C. de iur. & fact. ign. Cyn. Pe-
tr. de Bellap. Bart. Bald. eleganter ibidem
Paul. de Caſtr. nu. 6. vbi Fulgoſ. & caſum
ponunt Doctor. quando falſum quis eſt
confeſſus, & propriè in fideicommiſſo nō
vero; ſed confeſſato per partes in iuditio
conſuluit Ruin. conſ. 128. 2. volum. &
12 non eſt ambigendum, confeſſiones hæ-
redum præiudicare non ſolùm ipſis; ſed
omnibus ſucceſſoribus etiam ſingulari-
bus, de quo per Soccin. conſ. 82. 3. vo-
lum. Decian. conſ. 1. nu. 311. 1. vol. quæ
etiam non modicum iuuant ad coniectu
randum fideicommiſſum, & ad illius de-
clarationem, & eſt vnus de conſideratis
per Doctor. in propria materia, gloſ. in
l. nō intelligitur §. tacita ff. de iure Fiſci,
cumulat Doctor. & latè proſequitur De-
cian. in dicto conſ. num. 310. ex quibus
fundata eſt actio actoris in vendicatione
Comitatus Almenaræ, & Terræ Aloſæ.

Opponunt aduerſariæ de donatione
facta per Ferdinandum Gaſpari filio ip-
ſarum patri, quæ donatio fuit pro Ga-
ſpare, & deſcendentibus maſculis, & in
ipſorum defectum pro maſculis deſcen-
dentibus ex fœminis, & eſt verum in fa-
cto, quod donatio fuit facta mediante
Procuratore, qui conſtitutus fuit per pa-
trem, & filium, & ſic duplicem repreſen-
tauit perſonam, & in mandato nil aliud
continetur, niſi facultas ad donandum
Gaſpari filio ſucceſſori in Comitatu, &
alijs bonis eadem bona, prout ipſe Fer-
13 dinādus ea tenebat, & poſſidebat: adeò
ꝙ hæc non fuit aliud, niſi præuentio ſuc-
ceſſionis, eò magis: quia donat taliter, ꝙ
ſortiatur effectum poſt mortem, ita Bald.
Fulg. Saly. & alij in l. poſt mortem C. de
fideic. & ſic nihil verè donauit, & eſt ve-
rùm, ꝙ eo tempore donationis Ferdinan-
dus erat quinquagenarius, eiuſq; prima
vxor, quæ viuebat D. Angela de Arago-
na ſexagenaria, & de filijs erat deſpera-
14 tus, nulluſq; alius de familia ſupererat,
niſi Gaſpar filius, ita ꝙ eo decedente, il-
liuſq; deſcendētibus maſculis deficiebat
fideicommiſſum ex defectu perſonarum,
& poterat de bonis fideicommiſſo ſubie-
ctis diſponi ad libitum iuxta regulā tex.
in l. qui ſolidū §. prædium de leg. 2. aliàs
15 non potuiſſet Ferdinandus alterare cō-
ditiones, & vincula antiqua l. cum filiuſ-
familias ff. de mil. teſt. latiùs per Mol. lib.
1. cap. 8. nu. 21. & ppterea non eſt præ-
16 ſumendum voluiſſe mandare id, quod
non poterat, quod non debebat, & erat
contra ius, elegans tex. in l. Lucius §. Im-
peratores ff. ad municip. ibi ad ea, quæ
mandari poſſunt, voluntatem dediſſe vi-
dearis, idem text. in l. ſi Procurator §.
Celſus ff. de cond. indeb. ibi, quòd ſi in-
debitum acceperit, ideò exigi ratihabi-
tionem, quoniā nihil de hoc nomine exi-
gendo mandaſſe videatur, ex quo text.
Bart. & reliqui, de quo latius ibi per Iaſ.
17 notant, ꝙ Procurator licet habeat man-
datum quantuncunque generale, non
cenſetur habere ad faciendum ea, quę de
iure non licent, etiam ꝙ mandatum ſit
cum libera, imò videtur mandatum ius,
ꝙ habebat ex regula text. in l. qui taber-
nas ff. de contrah. empt. maximè data
ſcientia vinculorum ex vtraque parte, vt
hic eſt indubitatum: quia in eadē dona-
tione idem Procurator, qui acquirere ha
bebat pro Gaſpare filio, proteſtatus fuit

de fideicommiſſo,quo caſu limitatur diſpoſitio text.in l.vxor patrui C.de lega. in l.ſi domus §.fin. de leg.1. Bart.notabiliter in l.quod in rerum §.1.eo.tit.vbi
18 Alex.& ſemper præſumitur,quem facere actum validum eo modo, quo poteſt, vt ſubſtineatur, de quo per Menoch. de præſumpt.lib.6.præſump.4.& 5.ex quibus dicimus, mandatum fuiſſe factum, prout fieri debebat,de donando Gaſpari filio tanquam futuro ſucceſſori in prędictis bonis,& cum eadem qualitate ipſius deſcendentibus maſculis, eademq; qualitas intelligebatur repetita in fęminis, quæ in defectum maſculorum erant immediatæ ſucceditrices, & in eum caſum Mandatarius excedens fines mandati donauit filijs filiarum maſculis futuris ſucceſſoribus illorum, quaſi futuri erant ſucceſſores Ferdinandi per illarum medium.

Et ſi Ferdinandus donauit, prout tenebat,& poſsidebat, nullum habuit animum alterandi fideicommiſſa, nec quid de nouo conſtituendi,& licet in mandato dicatur cum vinculis, & conditionibus benè viſis, intelligitur prout ius in-
19 telligit ad text.in l.ſi cui ff.de ſeruit.eo modo, vt idem donans potuiſſet arbitrio boni viri l.fideicommiſſaria libertas,l.2. ff.de fideicom.libert. Menoch. de arbitr.iud.lib.1.cap.8.& in caſum,in quem nullus ſupereſſet de familia, & licet ſequantur verba quantuncunque generalia poſt ſpecificationem mandati ad do-
20 nandum, intelligentur circa prædictam donationem filio faciendam, non alijs, nec circa alia,notabiliter Alber.in l.quę acta ante nu.6. vbi Iaſ. ff.de off. Procur. Cæſ.Decian.reſp.91.nu.31.lib.3.& verba mandati hoc declarant: quia dicitur expreſsè in prędictis,& circa p̄dicta,&c.
21 & ſi dum non ſolum donatur filio; ſed alijs,eſſent tunc plures donationes: quia quot ſunt perſonæ,tot ſunt donationes, prout notab.tradit Paul.de Caſtr. in l.ſi pecuniā ff.de cond. ob cauſ.latius Moli. lib.1.c.1.nu.17.& hoc non fuit mandatū; ſed tñ donare Gaſpari filio;& in mādato etiā generaliſsimo non venit poteſtas
22 donandi;ſed requiritur mandatū ſpetiale ad text.in l.contra iuris §.fin.ff.de pact. etiam ꝙ ſit cum libera Alex.in l.iuſiurādū §.Procurator ff.de iuret.igitur remanet firma concluſio,ꝙ per prędictam donationem nihil fuit alteratum de fideicommiſſo, & cum hac poteſtate illā acceptauit filius donatarius,& ſic iura ſuccedendi illius vigore ſalua remanſerunt ad text.in l.ſi debitor §.1. ff. qui pot.in pig.hab.vt in proprio caſu cōſuluit Rol. à Vall.conſ.51.4.par. nu.16. ꝙ poſt donationem aduerſus patrem in iuditio declarauit Gaſpar donatarius, dùm litem mouit,ne de bonis p̄dictis in Ioſeph.fratrem poſtea ex ſecundo matrimonio natum diſponeret ſtante fideicommiſſo, & vinculis maiorum,quorum vigore intendebat ſuccedere,& ſibi præiuditium fieri non poterat.

Si ergo per donationem p̄dictam nihil eſt innouatum,& poſt eam fideicommiſſum eſt acceptatum per patrem conuentarum, cuius illæ ſunt hæredes,dicimus,
23 quod factum illius non poſſunt tāquam hæredes impugnare ad text. in l. cum à matre C.de rei vendic.

Et ſi mandatum non extendebatur ad donandum niſi Gaſpari ius,quod Ferdinādus habebat,eo modo prout habebat; igitur nullum ius eſt tranſlatum in perſonam conuentarum,nec dicatur, donationem ratificatam ex ſciētia habita per Ferdinandum:nam primò de ea non cōſtat: ſecundò oportebat probare ſcientiā omnium pactorum, non donationis in genere: tertiò ſcientia non ſufficit poſt actum factum:nam diſputatio eſt,quādo fuit præſens in actu,& tacuit, de quo in l.quæ dotis ſolut.matr.per Doct.ſed poſt
24 actum factum, & perfectum, me abſente, ex qua paratur præiuditium, tunc ſcientia ſine ſpetiali approbatione non ſolùm non inducit conſenſum;ſed diſſēſum,ita Bart.in l.quo enim §.1. ff.rem rat.hab.in l.ſi abſentis C. ſi cert.pet.vbi Bald.& Salyc.Innoc.in cap.in geneſi,de
25 elect. licet in arduis, & magni præiuditij,nec præſentia inducat conſenſum Iaſ. in l.quæ dotis prææallegata.

Sed

Sed fortius conuentæ non ſunt comprehenſæ in donatione, imò excluſæ, filij illarum non ſunt in iuditio, dum ipſę ſe defendunt, aut volunt vincere eo iure, quo poſſeſſores vincere ſolent ex non iure D. Ioſeph. & ex prædictis eſt demõſtratum habere intentionem fundatam, & iſtæ tanquam patris hæredes non poſſunt impugnare illius factum, impugnando fideicommiſſum, nec factum Ferdinandi, à quo cauſam haberent.

Aut volunt opponere de iure tertij, ſcilicet filiorum maſculorum, & cum illud oporteat, vt ſit excluſiuum iuris a-
26 gentis penitùs, ſiue tertius velit, ſiue nolit, de quo latè per Soccin. optimè diſtinguentem in l. 2. ff. de exceptio. rei iudic. & hic demonſtratum eſt ex defectu mandati nullum ius tranſlatum: ergo.

Rurſus quando iſti agerent, repellet ipſos Ioſeph ex valida, & firma Iuris concluſione, quod donatio fuit taliter facta: quia erat in caſum extinctionis familiæ, quod lex permittebat vti futuris hæredibus, & ſucceſſoribus in defectum maſculorum de familia, quando tempore donationis de filijs Ferdinandus erat deſperatus, qui ſi interrogatus fuiſſet, an in caſum proprij filij naſcituri, & futuri hæredis, & ſucceſſoris; an inquam in defectum deſcendentium filij primogeniti volebat propriæ proli præferre alienam, quo caſu poſſunt hic conſiderari omnes qualitates maſculinitatis, agnationis familiæ, qualitatis bonorum, quæ ſupra ſunt conſideratæ ad perpetuandum fideicommiſſum, vtique interrogatus reſpondiſset, quod cum illis, vti futuris ſucceſsoribus donabat, ſi alius eſſe debebat hæres, & ſucceſsor filius, & non extraneus, quod volebat bona reſtitui proprio filio, illumq́; maſculis filiarum alterius familiæ, & extraneis præferri, quod lex intantum præſumit, quod pro expreſso, & diſpoſito habet,
27 hic eſt caſus text. in l. tale pactum §. fin. ff. de pact. vbi gloſ. & Scribent. ibi enim pactus fuit frater, vt dos ad hæredem fratrem ſuum remaneret decedente filia ſine filijs, quo tempore pater filijs carebat, determinat Iuriſconſultus, quod decedente patre cum filijs hæredibus relictis, illis erat dos reſtituenda, non fratri, non obſtante conuentione, reddens rationem, cum inter contrahentes id actum ſit, vt hæredibus conſulatur, & illo tempore, quo pater alios filios non habuit, in fratrem ſuum iuditium ſupremum contuliſse videatur, vbi gloſ. communiter recepta notat id eſse de iure ſeruandum, licet non ſit ſtatutum, quod veriſimile eſt ſtatutum fuiſse; ſi hoc quæſitum fuiſset, & in proprio caſu in donatione facta contemplatione matrimonij filio primogeniti, & deſcendentibus maſculis, vt poſſit in teſtamento ſubſtitutio fieri de alijs filijs poſtea natis: quia contrahentes interrogati ſic declaraſſent, notanter Boer. deciſ. 204. num. 33. & Alberic. in dicta l. tale pactum, §. fin. ponit quæſtionem, ſi quis habens vnicum filium, & deſperans alios habere, emerit vſum nemoris pro ſe, & illo vnico filio, poſteà alios habuit filios, nunquid omnes poſſunt vti nemore, & determinat, quod niſi adeſſet damnum tertij, à quo vſus fuit emptus, omnes vti poſſent, & ideò infert ad aliam quæſtionem, ſi non habens filios; ſed nepotem, cui donauit tanquam futuro hæredi: quia de filijs erat deſperatus, tradit, quod natis filijs donatio reuocetur ex tacita intentione, idem de eo, qui de filijs deſperatus emptiones faciebat in faciem fratris, tanquam futuri hæredis; quod demum liberis ſuſceptis, illi ſint Domini bonorum, & hunc caſum in donatione facta filijs filiæ, vt reſcindatur liberis ſuperuenientibus pro indubitabili poſuit Rom. conſ. 269. 138

Hæc omnia fundantur in diſpoſitione, & ratione legis, ſi vnquam C. de reuoc. donat. l. cum acutiſſimi C. de fideicom. & l. generaliter §. cum autem C. de inſtit. & ſubſtit.

Datur Gaſpari tanquam filio, & ſucceſſori in Comitatu, & ſic ſuis deſcendentibus maſculis ex eo, ac maſculis ex fœminis ex eo, dùm igitur naſcitur filius

X 2

lius, quid dubij, quod in defectum Gaſparis, & maſculorum iſte debebat eſſe hæres, & ſucceſſor, vt iam fuit hæres inſtitutus, & propterea filij filiarum, qui tanquam ſucceſſores in defectum erant vocati, non ſuccedent ſtante natiuitate proprij filij: quia illi vocati erant tanquam futuri ſucceſſores, & hæredes, vt peroptimè declarat, & diſtinguit Soccin. in l. cum Auus, num. 97. de condit. & demonſtr.

Et ſi iura ponunt caſum, quando eſt facta ſubſtitutio filijs, vt alteri reſtituant, vt decedentibus cum filijs minimè habeat locum reſtitutio, quantò fortiùs in eodem diſponente: nam ſi præſumitur diligere poſteritatem filij, multò magis propriam.

Nec quæſtio poſita per Doctor. de donatione facta in contractu matrimo-
28 nij inter ipſos coniuges habet quid commune in caſu, de quo agimus, & Doctor. loquuntur in terminis text. dictę l. ſi vnquam: eo enim ipſo, quod quis contrahit matrimonium de filijs cogitat, & ſic non procedunt termini illius legis, de qua Soccin. in l. ſecunda ff. ſolut. matrim. ſed hic eſt alius caſus: nam donauit pater filio, qui cogitauit de prole filij, & non de propria tanquam de ea deſperatus, & propterea Docto. in ſimilibus donationibus dixerunt habere locum reg. text. in d. l. tale pactum §. fin. & etiam in
29 d. l. ſi vnquam, vt notab. per Bertrand. conſ. 157. 2. volum. & conſ. 383. vbi donationem contemplatione matrimonij fundat non eſſe ob cauſam, & longè diſtare à donatione propter nuptias, in qua donatione loquitur Imol. in cap. fin. de donat. quod per priùs eleganter tradidit Oldrad. conſ. 5. maximè quando dicit, quod donat contemplatione matrimonij purè, & irreuocabiliter, &c. vt hic, ita quod ex cauſa matrimonij do-
30 nat; ſed voluit donare purè, & dicetur illa cauſa tunc impulſiua, ita Oldrad. vbi ſupra, Dec. conſ. 216. Aym. conſ. 85. 114.
31 & 136. & pariter alius caſus eſt in donatione facta ex cauſa dotis, vel in dote data, in quo caſu conſuluit Alex. conſ. 71. 4. par. & ſit etiam differentia inter patrē, & extraneum, vt per Iaſ. conſ. 171. 1. par. ergo redeundo ad punctum, cum ius filiorum non ſit penitùs excluſiuum, imò non ſubſiſtens, ſequitur quod oppoſitio non iuuet.

Ex his non eſt inſiſtendum in dationibus in ſolutum: nam ſi filij non agunt, & quando agerent, demonſtratum eſt, donationem ab intellectu iuris vocare Ioſeph. filium, & non filios filiarum, ergo non deſeruiunt dationes in ſolutum.

Sed vlterius ſi poſt eas Ferdinandus ſucceſſor, qui poterat tenere vigore illarum prædicta bona vti libera, maximè ex vltima datione in ſolutum facta Catharinæ ſciens illam, & non ignorans petijt declarari ſpectare, & poſſidere vigore fideicommiſſi, & ſic fuit declaratum per Iudicem, ad quem ſpectabat, vt dicit text. in l. voluntatis C. de fideicom. ibi, voluntatis defuncti quęſtio in ęſtimatione Iudicis eſt, poſtquam declarationem illam ratam habens arrendauit Comitatus introitus, & poſſedit expreſsè vigore iſtius tituli; videamus ſi cum hoc ſit factum ſcienter, & non per errorem, & confirmatum in iuditio, & demum omnia acceptata per Gaſparem filium, & ſucceſſorem: ſi denique ex hoc bona, quæ erāt materna, erunt effecta paterna, poſſeſſio mutata, dominium mutatum, ex noua cauſa ſtante voluntate, & ſtantibus actibus ſubſecutis prædictorum arrendamentorum.

Hic eſt caſus text. in d. l. cum falſa, vbi Scrib. communiter C. de iur. & fact. igno.
32 cuius text. verba ſunt infraſcripta.

Cū falſa demonſtratione mutari ſubſtantia veritatis minimè poſſit reſpondēdo id, quod paternum erat, ex maternis eſſe bonis, nihil egiſti, quem text. gloſ. ibi intelligit, quando errabat, ſiuè in iure, ſiuè in facto, quodq; procedat quò ad dominium perdendum, vel mutandum, in quo ſola voluntas non ſufficit; ſed in poſſeſſione ſic iuxta text. in l. ſi quis vi §. differentia ff. de acquiren. poſſeſſ.

Do-

Doctor.incip.à Cyn. Pet.de Bellaper.
Bart.Bald.Paul.de Caſtr.Fulgoſ. & alijs
diſtinxerunt in terminis illius text. in
confeſſione erronea,& ex certa ſcientia,
& demum iuditiali, vel extraiuditiali,&
in confeſſione, ex qua inducebatur libe-
ratio tantum, vel conſtitutio hypothe-
cæ,vel etiam tranſlatio, vel mutatio do-
minij; & denique communis, & appro-
bata eſt concluſio in confeſſione facta
in iuditio, maximè quando non fuit re-
uocata;ſed per decretum Iudicis confir-
mata,vt importet tantum,quantum ſen-
tentia lata in rei vendicatione, verba
ſunt Bart.ibi nu. 10.videlicet.

Si verò confeſſio fieret in iuditio à
ſciente,tunc perinde eſt,ac ſi in rei ven-
dicatione eſſet condemnatus, caſus eſt
in.l. certum §.1. ff. de confeſſ. qui caſus
eſt notab.multum,& caſus Bart.eſt,quã-
do ego ex certa ſcientia confiteor fun-
dum meum eſſe tuum,& Bald. idem tra-
dit in actione reali,ita quod non admit-
titur probatio in contrarium, & quando
eſt extra iuditium,præiudicat etiam in
dominio,ſi cum cauſa vera.vel putatiua
in 1.col.verſ.modò contra ſecundam le-
cturam,& in 2.col.nu.5.& in col.fin.nu.
7 idem ibi Paul. de Caſtr.nu.6.in con-
feſſione facta in iuditio:quia etiam,quòd
ſit enuntiatiua,habet vim diſpoſitionis,
& multò fortiùs ſequuta Iudicis decla-
ratione,quo cauſa dicit non admitti cõ-
trariam probationem,idem eleganter ibi
Fulgo.2.col.& ante omnes ibidem Azo.
Cyn.& alij.

Difficultas non fuit in ſoliditate con-
feſſionis, & in ipſius irreuocabilitate
concurrentibus omnibus prædictis vide-
licet, quod ex certa ſcientia, & in iudi-
tio; ſed conſiſtit, an ex hoc dominium
transferatur, quod ſola voluntate tranſ-
33 ferri non poteſt; ſed requiritur traditio
ad text.in l.traditionibus C. de pact.ita
quod poterat vigore confeſſionum res
pertinere ad me, & auocare eam mediã-
te ſententia, & ſic dominium acquirere
iuxta text.in l.ſi ager ff.de rei vendicat.
ſed non ex confeſſione intelligitur domi-
nium tranſlatum, quod ſecus eſt, vt dixi
in actibus, qui ſolo animo perficiuntur,
vt in liberatione: nam ſtatim ex confeſ-
ſione,quod quis non eſt debitor,etiam
quod eſſet, oritur exceptio pacti de non
petendo,& ſic procedit text.cum ibi no-
tatis per gloſ.& Doctor.in d.l.tale pactũ
in princip. quæ ſufficeret in caſu,de quo
agimus,ad auocanda bona,& dominium
conſequendum mediante ſententia con-
demnaroria,vigore confeſſionum,& actu
exequutionis,& traditionis poſſeſſionis.

Sed Bart.& reliqui dixerunt calore
iuditij ſtatim,quod confeſſio eſt irretra-
ctabilis, & præſupponitur eſſe id, quod
confitetur, operari id tanquam ſenten-
tia in rei vendicatione,quæ dominium
præſupponit ex parte agentis,& iuxta
eſt deciſio: nam ſi ego confiteor rem,
meã eſſe tuam,vel adeſſe fideicommiſsũ
quæ confeſſio pro veritate habetur,& nõ
admittit contrariam probationem: igi-
tur ſi res eſt tua,antecedens neceſſarium
eſt,quod ſit dominium tuum, ſic ſi con-
fiteor fideicommiſſum, vnde tota vis eſt
in confeſſione irreuocabili:nam tunc de-
bet conſtare id,quod confitetur integra-
liter in ſuo eſſe, & iuxta proprium eius
ſignificatum, & propterea dicit Bartol.
quod confeſſio importabit, tanquam ſi
per ſententiam in rei vendicatione eſſet
cõdemnatus,cum non tractetur de alio,
niſi de eo,quod quis eſt confeſſus, prout
eſt confeſſus propriè,& à ſua confeſſione
non recedendo, ſicut quando alienum
fundum petij, & Iudex ſententia decla-
rauit meum eſſe, debet etiam de fructi-
bus poſſeſſorem condemnare: eodem
enim errore & de fructibus condemna-
turum,verba ſunt text. in l. & ex diuer-
ſo §.1. ff. de rei vendic. Sic hic in con-
feſſione, quæ habebit vim ſententiæ in
iuditio cum Iudicis declaratione, & eo-
dem errore, quo confeſſio fit irretracta-
bilis:quia ex certa ſcientia, eodem erro-
re dominium reputabitur mutatum, vel
tranſlatum,quod neceſſariò ſequitur da-
ta ſubſiſtentia confeſsionis, & benè di-
xit Bart. quod eſt caſus in l. certum,
§. ſed & ſi fundum, cuius text. hæc ſunt
verba.

Sed & ſi fundum venderem meum eſſe, tumq; confeſſus ſis, perinde teneberis, atque ſi dominij mei fundum eſſe pronuntiatum eſſet: ergo indubitatè probatur ex confeſſione iudicari dominium eſſe eius, in cuius beneficium confiretur, & Barr. ibi diſtinguit inter confeſſionem ex certa ſcientia, extraiuditialem, & iuditialem, vt ex prima non transferatur dominium: quia non poteſt nuda voluntate partium abſque traditione, in iuditiali verò ſecus.

Sed hic non poteſt cadere hæc diſputatio nudæ voluntatis, & defectus 34 traditionis: nam vna de limitationibus illa eſt, quando confitens non poſſidet, & facit hoc in beneficium poſſeſſoris: tunc enim ex dimiſſione rei, & animo transferendi in poſſeſſorem erit dominium translatum, caſus eſt in §. interdum inſtit. de rer. diuiſ. & hoc voluit dicere gloſ. in d. l. traditionibus, ibi traditionibus, vel quaſi, vt in caſu dicti §. interdum, & cum cauſa vera, vel putatiua, & ibi Scrib. cõmuniter, quod ex dimiſſione rei penes poſſeſſorem acquirit ille dominium abſque traditione, & hoc eſt, quod dixit Salyc. in proprijs terminis in d. l. cum falſa nu. 5. ibi, item quia ſi poſſeſſio perderetur, ergo, & dominium: quia dominium ſola voluntate perditur, cum res ipſa nõ poſſidetur, allegat text. in l. 1. & 2. ff. de relig. & ſumpt. fune. quæ hoc probant in terminis, quibus ſupr. Cũ igitur hic poſſidebat Ferdinandus idẽ confitens ſcienter in iuditio bona eſſe paterna, & non materna, ſicut enim talis confeſſio trãſferret dominium in alium poſſeſſorem, multò magis fuit habilis ad mutandam in ipſum dominij cauſam, quod ſolùm poterat impedire ex præallegatis defectus traditionis, quæ in eodem declarante, & poſſeſſore non erat neceſſaria, & habetur, ac ſi dimiſiſſet, & iterum ex noua cauſa apprehendiſſet, occultando hunc actum ad circuitum euitandum ad text. in l. 3. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. imò adeſt noua poſſeſſio: nam ſi ea ſolo animo dimitti, vel mutari poteſt, & poſſum ex pluribus cauſis poſſidere 35 ad text. in l. 3. §. ex pluribus, in d. l. ſi quis vi §. differentia de acqu. poſſ. Igitur declarato, quod poſſidebat vigore fideicommiſſi eſt mutata cauſa, & ſtante voluntate tranſlationis dominij, ſeu mutationis ex hac cauſa concurrente noua cauſa poſſeſſionis ad hoc, non videtur hæſitandum de mutatione dominij, cum ex acquiſitione nouæ cauſæ poſſeſſionis adſit ficta traditio.

Nec dicatur ex datione in ſolutum ſemel dominium in Catarinam acquiſitum, & bona liberata à fideicommiſſo, idemq; tranſlatum poſt illius mortem in Ferdinandum hæredem, qui cum ſemel 36 fuerit effectus Dominus, non poteſt demum ex alia cauſa dominium nanciſci d. §. ex pluribus, & in reg. non vt ex pluribus de reg. iur. poſſunt enim concurrere diuerſæ cauſæ in acquiſitione, ſecùs verò poſt dominium ſemel acquiſitum ex vna cauſa, vt communiter per Doct. in locis præallegatis.

Hæc enim obiectio habet primò obſtaculum confeſſionis: nam quantò magis bona erant libera, & à fideicommiſſo liberata, dominiumq; ex alia cauſa acquiſitum, tantò minus poterant poſſideri, nec acquiri, nec ſpectare ex fideicommiſſo: igitur ſi ſtandum eſt confeſſioni, non poteſt tractari per hæredes cõfitentis de datione in ſolutum: quia eſſet impugnare confeſſionem, & de eius veritate, vel validitate diſputare, quod eſt vetitum, vt ſupra eſt fundatum.

Secundò Ferdinandus erat matris hæres cum beneficio legis, quo caſu duplicem repræſentat perſonam, hinc actiones non confunduntur, & omnia ſtant in integro ſecundum iura vulgaria; dùm igitur Ferdinandus vti hæres vult mutare ſibi cauſam poſſeſſionis, & poſſidere iure proprio, hoc potuit: q̃a ſolo animo, & dum vt hæres voluit dimittere dominium, & transferre ſibimet vti aliæ perſonæ vocatæ ex fideicommiſſo in hac noua acquiſitione tanquam aliæ perſonæ, non habent locum termini text. in d. §. ex pluribus, qui loquuntur in eadem perſona; ſed ſolùm eſt tractandum, ſi po-

tuit

tuit ex defectu traditionis, quæ non eſt neceſſaria in poſſeſſore, imò adfuit poſſeſſio ex declaratione animi ex noua cauſa propter hoc declarata.

Tertiò, quando quis dubitat de validitate primi tituli primæ cauſæ acquiſi-
37 tionis, tũc poſſum acquirere dominium ex ſecunda cauſa renunciando primam, ita quod ex ſecunda, & non ex prima neceſſariò efficior Dominus: nam aliàs eſſet impoſſibile, cum ſemel Dominus non poſſim ex alia cauſa Dominus eſſe, ita Iaſ. in d. §. ex pluribus ad limitationem reg. nu. 17. allegat Io. Andr. in cap. cum perſonæ col. fin. de priuil. in ſexto, qui hoc dicit per hæc verba.

Primò, quando eſt dubium de prima cauſa, ex qua dico meum: quia tunc ad cautelam poteſt meum fieri ex ſecunda cap. poſt electionem, de conceſſ. præben. & ante eum ibi Io. Monac. per eadem verba.

Et etiam ex cauſa putatiua ſecuta
38 traditione, maximè quando non ſumus in actibus contra; ſed præter ius, dominium ſemper acquiritur Bart. in l. non dubium C. de leg. hinc concludunt om-
39 nes communiter, quod licet ex inutili contractu dominium non acquiratur, tamen ex traditione ſecuta, & ex cauſa putatiua benè transfertur, & ſic non ex contractu immediatè; ſed ipſa traditione cum cauſa latius Iaſ. ibidem num. 55. Bart. & Scrib. in l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de acqu. poſſ.

Dubium tituli dationis in ſolutum erat probabile; imò ſecundum veriorem opinionem erat ſubſiſtens, ex quo oritur quarta reſponſio ad obiectum.

Non loquor de datione in ſolutum Helionoræ: nam parsmet non defendit validitatem illius; ſed loquor de datione in ſolutum facta Catharinæ ſic præcipitanter ad inſtantiam proprij viri, & ſtatim lato decreto in Ciuitate Valentię fit per virum die ſequenti in loco remoto, & ſecreto datio in ſolutum vxori abſenti, & prout bona dari debebant iuſto pretio, legitima præcedente æſtimatione, & in cuſtodiam loco pignoris, vt ſe, & ſuos alat, datur enim ſine aliqua æſtimatione ſic ex abrupto in dominium, &
40 ad liberè diſponendum, quod importãt verba expreſſa dationis in ſolutum, & ſignanter illa ad habendum, &c. de quo per Crot. in l. qui Romæ, §. duo fratres de verb. oblig. Rol. à Valle conſ. 64. vol. 4. nec iuſto pretio fuerunt data: quia pro ducat. 22500. dum erant valoris ducat. 33000. à quibus ſepoſitis Baronijs, ſeu Terris Quarti, & Cielfi iam vti bonis liberis æſtimatis pro duc. 14500. remanet Almenara pro duc. 8000. cum eſſet valoris 19000. & dum replicatur, quod reliqui ſint compenſati cum oneribus aggregatis, dicit Ioſeph. quod cũ ſint onera impoſita poſt fideicommiſſum, non poſſunt ipſius reſpectu onera dici, nec in pretio poni, & ſignanter cum tractetur cũ fideicommiſſario, duo dicebãtur principaliter aduerſus dationem in ſolutum, quod idem Bart. in l. ſi conſtante ff. ſolu. mat. dum admittit poſſe fieri, etiã in dominio per maritum ſolum agnoſcendo bonam fidem, idem Bart. limitat, quãdo eſt exceſſum in valore bonorum, quòd tunc reuocatur, vel quando eſt data libera poteſtas diſponendi, & non dictum, quod fructus deſeruiant oneribus matrimonij, & fuerant data bona in ſolutum pro antefato, cuius erat tantum vſufructuaria.

Sed ex alio maius inſurgebat dubiũ: quia ſumus in vinculo appoſito in con-
41 tractu, in quo non habet locum diſpoſitio tex. in auth. res. quę C. comm. de leg. vt in ſubſidium poſſint alienari bona reſtitutioni ſubiecta: nam cõtractus eſt ſtricti iuris, maximè donationis, & non recipit interpretationem ex coniecturis, ita Paul. de Caſtr. in eadem auth. in princ. vbi Iaſ. ibi, quartò limita, allegatur communiter gloſ. in l. nulla C. de iur. dot. vbi Bald. per illam gloſ. ibi in fin. dicit limitari text. in d. auth. res, quæ in contractu inter viuos, Salyc. ibidem poſt Cyn. Petr. in tract. de fideic. q. 8. nu. 440. Tiraq. de iur. primog. q. 61. nu. 9. Soccin. Iun. conſ. 119. nu. 8. 2. par. Alex. conſ. 103. nu. 13. lib. 2.

Du-

Dubium augetur:quia ſecundum ve-
ram, & magis communem opinionem
auth.prędicta non procedit in deſcendē-
42 tibus natis poſt mortem fideicommittē-
tis,autho.Bald.in lectura antiqua,quem
refert Corn.in d.auth.& hăc dicit com-
munem Pariſ.conſ.52.num.33. 2.vol.&
ſeruari in practica,& loquitur in reſtitu-
tione dotis,latè Burſ.conſ.180.2.vol.nu.
19.qui adducit innumeros,& inter cę-
ros Alc.conſ.640. qui dicit non reperiri
contradictorem, quem ſequutus eſt Me-
noch.conſ.95.nu.132.Greg.Lop. latiſſi-
mè diſputans articulum,& confutans ra-
tiones Paul. de Caſtr. qui nec hoc dixit
in 6.par.tit.11.lib.6.quem allegat,& ſe-
quitur Couar. var.reſol. cap.6.lib.3.ſe-
cundum quod decidit Rot. Flor. deciſ.
122.quam allegat,& ſequitur Marz. de
fideic.q.48. quæ omnia ſunt cumulata
in meo reſponſo 45.in fin. 1.vol.

Quartò caſus eſt deciſus,ni fallor,per
text.in l. cum fideicommiſſum ff.de con-
feſſ.cuius verba hæc ſunt.

Cum fideicommiſſum peteretur,hęres
confeſſus eſt debere,arbiter ad reſtituen-
43 dum datus comperit nihil debere,quæ-
ſitum eſt,an poſſit abſoluere?reſpōdi poſ-
ſe;intereſt enim qua ex cauſa nil debea-
tur:nam ſi ob id,quod nullum fideicom-
miſſum relictum fuerit, non debere eum
abſoluere,ſi verò quia teſtator fortè ſol-
uendo nōn erat,aut quia hæres æs omne
ſolutum eſſe apud Prætorem dixerat, &
cum controuerſia,& computatio diffici-
lior eſſet,arbiter datus fuerit, ſaluo offi-
cio eum abſoluturum; has enim partes
eius eſſe, vt ſi in computatione nihil in-
ueniatur,poſſit abſoluere;ſed ex ſuperio-
ri caſu ad Prætorem remittere debet, vt
abſoluatur.

Patet ergo, quod ſumus in confeſſio-
ne hæredis confitentis fideicommiſſum,
& determinat text.quod & ſi reperiatur
nullum adeſſe, quod tamen non reuoca-
tur confeſſio, nec hæres abſoluitur; eſt
verum,quod ex eo: quia tractatur ibi in
confeſſione erronea non facta in iuditio
44 ex certa ſcientia, quod datur reſtitutio
ſecundum gloſ. quæ ſic declarat text.in
verb.remittere in caſibus ibi à Bart.& à
Doct.expreſſis,& ſic intelligitur text. in
fi.ibi;ſed ex ſuperiori caſu ad Prætorem
remittere debet, vt abſoluatur, & inter
ſcientem,& ignorantem, & in iuditio,&
extra diſtinguuntur omnia,quæ hinc in-
de dicuntur in loco præallegato, & in l.
error, & in l.cum falſa C.de iur. & fact.
ignor.eſt igitur caſus in confitente fidei-
commiſſum nullum,quando nō docetur
de errore,qui non cadit in ſciente.

Et poſtquam virtus confeſſionis pro-
ducit in eſſe,quod in veritate non eſt,di-
cemus,quod erit ſicut quādo ratificatur
ſententia nulla ex defectu iuriſdictionis,
45 quæ valebit in vim pacti,& noui cōtra-
ctus, Bart. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdi-
ctione,ſecundum quæ procedit text.in
l.1.C.commu.vtriuſ.Iud. Soccin.in cap.
ſignificaſti, vbi latè Felyn.de for.comp.
ſic pariter dicimus in eo, qui confirmat
46 actum nullum ex certa ſcientia ad text.
in l. adoptio non iure facta ff. de adopt.
& cōfirmatum non ſubſiſtit: nam agitur
ex confirmante ad text.in l.ſi quis prio-
re,vbi Bart.ad trebell. Bald.in l.1.C.de
confirm.tut. quādo qui confirmat poſſet
principaliter diſponere, Bart.in l.ſi con-
ſtat ff. de appell. & intelligitur tunc fa-
ctam eſſe nouam diſpoſitionem iuxta
tradita per Doct.in l.more maiorum de
iuriſd.omn.iud.in cap.1.de conſ.vtil.vel
inutil. & propriè quando confirmatur,
quod non adeſt in mundo,Iaſ.ibi nu.34.
& hic eſt caſus poſitus per iura,& Doct.
quando quis vult ſibi mutare cauſam
poſſeſſionis expreſsè per actus poſitiuos,
non autem ſolo animo,quod hoc poſſit,
quo caſu loquitur text. in l.qui bona fi-
de S.1.ff.de acqu.poſſ.cauſa extrinſeca
ſuperueniente,quæ fuit notitia fideicom
miſſi;imò ſtatim, vt ſucceſſit, ſuſpenſiuè
poſſeſſionem,& dominium acquirere vo-
luit,quod notetur: quia eſt ſatis ad pro-
poſitum,dum proteſtatus fuit, quod non
pareretur præiuditium fideicommiſſo,
igitur nunquam perfectè acquiſiuit, nec
titulo materno voluit,nec acquirere,nec
poſſidere,& propterea detecto fideicom
miſſo ſecundum eum mutauit cauſam

domi-

dominij, & poſſeſsionis, in quo eſt caſus in l. 4. ff. ad leg. falc. id. vbi gloſ. & Doct. & ceſſant ex hoc omnes obiectiones.

Hæc cauſa fuit deciſa per Conſilium Aragonum contra prædicta, antequam ego eſſem Iudex in cauſa, à qua ſententia fuit appellatum, & dati adiuncti duo ex Regentibus ſupremi Italiæ Conſilij, inter quos fui ego, in qua hæc conſideraui; ſed non interfui poſtea in expeditione cauſæ appellationis: quia à Curia diſceſſi, quæ tamen recenſere volui: quia mihi viſa fuerunt eſſe vtilia, & non vulgaria.

SVMMARIVM.

1 *Aliud eſt poſsidere, & aliud eſſe in poſſeſsione, & ibi quid importet, & quod iuditium ex hoc oriatur, & nu. 2.*

3 *In poſſeſſorio ſummariiſſimo non admittitur diſcuſsio meritorum cauſæ: quia factum, & non ius notatur, niſi qualitas rei repugnaret.*

4 *Poſſeſsio, ſicut dominium poteſt ſub conditione transferri.*

5 *Exceptio dominij quando continet deſtructionem poſſeſsionis ſemper admittitur.*

6 *Feudatarius naturaliter tantum poſſidet.*

7 *Dominium feudi ex pacto, & prouidentia durat durante vita poſſeſſoris, per cuius mortem dicitur domino apertum, & ab eo retraditum, & conceſſum ſucceſſori, totq. ſunt donationes, quot ſunt perſonæ.*

8 *Diſpoſitio feudi ex pacto, & prouidentia etiam cum aſſenſu non durat, niſi durante vita feudatarij.*

9 *Per mortem feudatarij vtile dominium feudi ex pacto conſolidatur cum directo, & ciuilis poſſeſsio Domini trahit ad ſe naturalem feudatarij, in cuius hæreditate nil remanſit.*

10 *In feudo ex pacto Agnati non ſuccedunt, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato; ſed iure ſucceſſorio feudorum.*

11 *De natura feudorum ex pacto eſt, quod non poſsit quis de ipſis teſtari, quod non eſt in feudis hæreditarijs Domini aſſenſu interueniente.*

12 *Text in cap. 1. de ſucceſſ. feud. declaratur, & nu 13.*

14 *In feudo ex pacto, & prouidentia non habet locum ſtatutum de continuanda poſſeſsione à defuncto in hæredem; ſecus verò in feudo hæreditario.*

15 *Statutum Regni Siciliæ de continuatione poſſeſsionis à defuncto in hæredem quomodo intelligatur.*

16 *Text. in cap. inter filiam, ſi de feud. defun. milit. declaratur.*

17 *Hæres in feudo tripliciter conſideratur.*

18 *Text. in cap. volentes declaratur.*

19 *Conſtitutio Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ declaratur.*

20 *Mutatio formæ, ſeu naturæ feudi ex pacto fieri non poteſt, niſi de conſenſu omnium ſuccedere debentium.*

21 *Text. in cap. volentes non procedit in feudis, in quibus viuitur iure francorum, & quando alienatio fit in perſonam, non equè di-*

dignam, & ſignanter in fœminam.

22 *Semel non acceptatum eo modo, quo factum fuit, non poſſum amplius approbare, mutato rerum ſtatu.*

23 *In qualibet conuentione intelligitur ineſſe conditio ſi res in eodem ſtatu permanet.*

24 *Statu mutato res non eſt integra, & cenſetur à conuentione receſſum.*

25 *Ratificatio facta, quando quis eſt de vita deſperatus, non deſeruit.*

26 *Clauſulæ, quæ important reſolutionem actus ipſo iure.*

27 *Capitulum volentes non habet locum, quando feudum alienatur alio modo, quo tenetur, & propriè quando non integrè alienatur, vel reſeruato vſufructu.*

28 *Indiuiduum voluntatis operatur annullationem totius conuentionis.*

29 *Diſpoſitio teſtatoris declaratur ex vicinis ſcripturis.*

30 *Quando plures caſus habent eandem rationem, & de vno tantum ſit mentio, videtur hoc fieri exemplariter, quo caſu extenditur diſpoſitio de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum, & dicetur comprehenſio, & non extenſio, & caſus omiſſus non habetur tunc pro omiſſo, quæ latè exornantur per ſimilia notabilia.*

31 *Teſtator non poteſt ſe conſtituere poſsidere nomine hæredis.*

32 *Teſtator non poteſt transferre hæreditatem inter viuos ad hæredem, & hæres nullam poſſeſsionem capere, nec acquirere, & nu. 33.*

34 *Caſtrum quando comprehēdit Terram, & quãdo Terra Caſtrum, & quando capta poſſeſsione vnius cenſeatur capta poſſeſsio alterius.*

35 *Quando quis nulliter ſe conſtituit poſsidere, perdit poſſeſsionem, quamuis alius non acquirat: quia ſufficit animus.*

36 *Statutum de continuanda poſſeſsione in hæredem non procedit, quando teſtator in vita illam perdidit.*

37 *In iuditio ſummariſsimo attenditur ſtatus rei tempore litis motæ, in quo iuditio nec transfertur, nec confirmatur poſſeſsio aliqua; ſed ſtatus, vt de facto reperitur, ita quod omnis iuſtitia poſſeſsionis reſeruatur in iuditio ordinario poſſeſſorio, quæ latè exarãtur.*

38 *Cuilibet, qui ſe Dominum eſſe prætendit, licitum eſt ingredi poſſeſſionem vacantem, & eandem occupare, & ſi duo prætendunt, primus, qui occupauit, in ea defendi debet interim lite pendente, quod fieri licet etiam manu armata.*

39 *Ciuilis poſſeſsio non deſeruit contra habentem naturalem poſſeſsionẽ.*

40 *Inſtrumentum capturæ poſſeſsionis probat illam.*

41 *Poſſeſsio defuncti per colonum non iuuat hæredem, & ibi latiùs, quando colonus præiudicet Domino.*

42 Poſ-

42 *Poſſeſsio quomodo iuſtificetur ex iure ſuperuenienti.*

43 *Dato initio vitioſo, deficit præſcriptio.*

44 *Iuditium poſſeſſorium intentatum contra vſufructuarium non tranſit ad hæredem illius, & eſt exceptio impediens proceſſum, quæ poteſt opponi omni tempore, quãdo de nouo ſuperuenit, quod latius ibi exaratur.*

45 *Doctrina Bald. in l. 1. de rerum diuiſione notatur circa amſsionem poſſeſsionis illius, qui eſt incaſtellatus; ſed taliter obſeſſus, quod euadere non poterat.*

46 *Agenti poſſeſſorio recuperandæ obſtat notoria exceptio dominij, & idem in poſſeſſorio retinendæ.*

47 *In Conciſtorio Principis admittitur exceptio notoria dominij in quibuſcunque poſſeſſorijs, & in foro conſcientiæ Iudex aliàs faciens peccat.*

ARGVMENTVM.

Multa de feudo ex pacto, & prouidentia. Text. in cap. inter filiam, ſi de feud. defunct. milic. declaratur, ſic text. in Capit. Regni volentes, & Conſtitutio conſtitutionem diuæ memoriæ. Multa de ſtatuto continuante poſſeſſionem in hæredem, & de teſtatore ſe conſtituente poſſidere hæreditatem nomine hæredis; & quando agente poſſeſſorio recuperandæ, vel retinendæ obſtet exceptio dominij. Differentia inter iuditium poſſeſſorium ſummarijſſimum, & poſſeſſorium ordinarium, & quæ opponi, & diſcuti poſſint.

DECISIO XXXX.

NON dubitatur nos verſari in feudo ex pacto, & prouidentia, quod Siculi dicunt in forma ſtricta, quodq; tractetur tantum, quis debeat in ipſius poſſeſſione eſſe, non dico poſſidere: quia illud tractabitur in poſ-
1 ſeſſorio ordinario, & aliud eſt poſſidere, & aliud in poſſeſſione eſſe, quo caſu conſideratur illa ſola inſiſtentia; non autem attenditur iuridica poſſeſſio ex regula text. in l. ſi quis ante ff. de acquiren. poſſeſsio. Andr. in cap. 1. quid ſit inueſtitura: erit enim in feudo; ſed non in poſſeſſione feudi, pulchra deciſio Andr. in cap. imperialem, §. illud num. 69. de prohibit. feud. alien. per Frider. allegat text. notabilem in l. certè §. is, qui ff. de precario, & dicetur impropriè poſſidere, & potiùs detinere gloſ. elegan. in l. communi la prima, §. neque ff. commun. diuid.
2 Eſt enim hoc iuditium præparatorium ad iuditium poſſeſſorij ordinarij, in quo attenditur tantùm ſtatus rei ad hoc, vt quis conſtituatur actor, vel reus, & ob id non diſcutitur de iuſtitia, aut veritate poſſeſsionis, quod reſeruatur in iuditio ordinario, in quo habet locum text. in l. prima, & ſecunda, ff. vti poſsid. & in l. prima C. eodem, de quo inferiùs latius diſcurremus.

Sed licet hi ſint proprij termini huius cauſæ, & vt dixi, verſamur in ſummarijſsimo poſſeſſorio, in quo inter cætera Doctor. dixerunt non admitti diſ-
3 cuſsionem meritorum: quia factum, & non ius notatur, prout in ſimili Iureconſul. in l. palam §. quæ in adulterio ff. de rit. nupt. Andr. in cap. 1. §. præterea ante num. 14 quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. Tamen quando qualitas rei repugnat poſſeſsioni, & etiam detentationi: quia non poteſt poſsideri, vel detineri ſine titulo, vt dicimus in materia beneficiali, tunc ſi titulus non iuſtificatur, non poteſt in hoc iuditio obtinere, & nõ

va-

vagando in argumentis, & deciſionibus Doctor. dico, quod in feudo titulato iuriſdictionem habente maximè in feudo ex pacto non ſolito concedi,& in fœmina non æquè digna,tradiderunt Doctor. in proprijs terminis, vt per Petr. Greg. in tractat.iud.cauſ.feud.in 17.quæſtione nu. 3. loquentem in ſummarijſſimo poſſeſſorio,fuit dictum originale Andr. in Conſtitutione Regni violentias, Afflict. in cap. 1. §.quid ergo de inueſtit.de re alien.fact.Cumias in ritu Magnæ Curiæ 38. num.111. qui inter cæteros allegat Ruin.in conſ.27. volum. 5. qui Cumias retulit eadem verba Ploti idem tenentis in §.3.num.41.conſuluit Decian.in conſ.45.primo volum. Menoch. in conſ. 304. volum.quarto, Bertaz.volum.primo conſ.31. & Doctor. prædicti, & in ſpetie Cumias,& Plotus loquuti fuerunt etiam ſtante ſtatuto continuante poſſeſſionem in hæredem,de quo ſtatuto inferius loquemur.

Rurſus poſſeſſorium hoc habet hanc admixtam cauſam non ſolùm ex qualitate rei; ſed etiam iuditio teſtatoris,cuius vigore prætendit Domina Himara cæpiſſe, & eſſe in poſſeſſione, vt ſunt teſtamentum,ac actus conſtituti,in quo dicitur,quod vult transferri poſſeſſionem, & conſtituit ſe poſſidere ſtante prædicto eius teſtamento in ſui robore,firmitate, & validitate, & non aliter, nec alio modo: ergo ſub contraria conditione non eſt tranſlata poſſeſſio, pro quo eſt caſus in l.qui abſenti,§.1. ff.de acquiren. poſſeſſio. vbi tradita poſſeſſione fundi ſub conditione.ſi fundus meus ſit, dicit textus, quod non videatur poſſeſſio tradi-
4 ta,ſi fundus alienus ſit, ex quo text. pro regula traditur poſſe ſic poſſeſſionem, ſicut dominium ſub conditione transferri,de quo latius per Tiraq.in tract.de conſtituto 2.par.ampl.17.

Hinc ad propoſitum Docto.dixerunt, quod etiam in caſibus, in quibus non
5 admittitur exceptio dominij hoc fallat, quando exceptio continet deſtructionem poſſeſſionis,& ſignanter quando præſupponitur, illam fuiſſe conditionalem, & conditionem extitiſſe, vt ex Gemin.& alijs tradit notabiliter Aymon. in conſ. 299.num.7. ergo perneceſſe cognoſcendum eſt de validitate teſtamenti tanquam neceſſarij præambuli, & fundamenti poſſeſſionis, quod ſi certo certius demonſtrabitur eſſe nullum, & non ſubſiſtere reſpectu diſpoſitionis Nicodiæ, nullam vnquam habuit, nec habet poſſeſſionem D.Himara.

Quodq; diſpoſitio ſit penitus nulla, & teſtamentum non ſubſiſtat, & pariter notoriè conſtet de defectu tituli requiſiti,ſine quo non procedit poſſeſſio,præ-
6 ſuppono, quod de iure communi feudorum feudatarius,qui tantum naturaliter poſſidet ſecundum gloſ. communiter receptam in l. 3. §. ex contrario ff. de ac-
7 quiren. poſſeſſio. in feudo ex pacto habeat dominium reſtrictum ad vitam, ita quod durat dominium,& poſſeſſio in vita primi acquirentis tantum, & poſt mortem illius intelligitur feudum Domino apertum, ſibi retraditum, & ab eo poſteà conceſſum,& ſequenti traditum, totq; ſunt donationes, & conceſſiones, quot ſunt perſonæ, & vna non habet ab altera cauſam, & dicuntur plures donationes ad tempus factæ, quæ omnia eleganter explicat Andr. in cap. imperialem, §. prætereà Ducatus ante num.38. de prohib.feud.alien. per Frider. in cap. 1. §.ſi vaſſallus de feudo,ſi de feud. defunct. milit. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. num.9. in cap.1. num.7. de inueſt. de re alien.fact. in cap. 1. an Agnatus ante num. 10. declarat peroptimè Camerar. in d.§.prætereà Ducatus, cart. mihi 95. quæ opinio Andr. eſt communiter recepta,& à nemine impugnata,vt latiùs per Cannet. in repet. cap. volentes in verb. procedit etiam iſta lex poſt nu. 22. cart. mihi 78.

Ex hac indubitata concluſione Doctor.communi calculo tradiderunt,quod
8 diſpoſitio iſtorum feudorum etiam cum aſſenſu Domini non iuuet niſi durante vita feudatarij, & ſic procedit text. in cap.Titius,ſi de feud.defunct.milit. in vltima voluntate verò nulla eſt diſpoſi-

tio

tio,quæ confertur poſt mortem, quando ius feudatarij eſt reſolutum, & Agnato apertum ex conceſſione, quam habet à Domino, ad quem lex fingit feudum retraditum,& ab eo ſequenti agnato de nouo conceſſum, iſte eſt caſus in cap.1. de alien.feud.pat. qui text.requirit conſenſum Domini,&agnati ad hoc,vt alienatio valeat,aliàs dicit eſſe nullam, pro quo in vltima voluntate eſt factus text. in cap.1. de ſucceſſ.feud. ibi nulla ordinatione feudi in feudo manente, vel va-
9 lente: vtile enim dominium eſt extinctũ, & conſolidatum cum directo,ſi cenſetur feudum Domino apertum, & ab ipſo reconceſſum, nil remanſit penes feudatarium, nec in eius hæreditate, & ciuilis poſſeſsio Domini traxit ad ſe naturalem feudatarij,vt docuit Bald.in l. 1. quæſt. 47. ff.de rerum diuiſ.& in cap.quæ in Eccleſiarũ de Conſtit.Curt.in tract.feu. 4.par.nu.155.eleganter gloſ. Pariſ.in §. 30.nu.173.

Et ob id dixit Bald. quem ſequuti fuerunt Mart. Laud. Præpoſ. Afflict. & communiter Scriben.in eodem cap.1.de ſucceſſ.feud.quod in feudo ex pacto non
10 ſuccedatur, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato; ſed de iure ſucceſſorio feudorum ex eo: quia vt dicit notabiliter Per. in 4.notab.num.23. feuda ex pacto non ſunt in hæreditate morientis,nec in eius bonis, cum feudatarij tales ſint vſufructuarij,dum viuunt, & ideò nihil ad eorum bona, & hæreditatem pertinere, nec ſubijci feuda ipſorum iuditijs, ob
11 quod idẽ Bald.notabiliter in conſ.207. volum. ſecundo dixit, quòd de natura huius feudi eſt, vt non poſſit quis de illo teſtari, quod non eſt in feudo hæreditario Domini aſſenſu interueniente, pro quo eſt ſolemnis deciſio Andr.ſic diſtinguentis in cap.1. §.donare num.8. qualiter olim pot.feud.alien. vbi pariter ponit differentiam inter diſpoſitionem in vita,& in vltima voluntate,& ob id Al-
12 uar.in eodem cap.1.declarãdo illa verba manente,vel valente,dicit, quod voluit text.dicere,quod diſpoſitio non valet,& ſi fiet,non permanet,

Et hæc opinio, quod diſpoſitio teſtamentaria ſit ipſo iure nulla, non eſt in controuerſia,de qua per gloſ.in Conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, vbi latè Affli.in 1.notab.& Ann.ibi nu.95.etiam quod interueniat aſſenſus Domini in diſpoſitione:quia vt dicit Camer.idem tenens in cap.imperialem cart.mihi 24.
13 in liter.N, & cart. 11. lit. E, diſpoſitio text.in d.cap.1. procedit etiam, ꝙ adſit aſſenſus Domini in teſtamento:quia non ex deficiẽtia aſſenſus Domini;ſed ex deficientia aſſenſus agnati lex annullauit actum,iuxta text.in d.c.1.de alien.feud. pat.vbi Andr.nu.10.& idem Andr. in d. c.1.de ſucc.feu.Dùm dat rationem nullitatis diſpoſitionis, de qua in illo text. dicens: quia feudum dat liberis Rex, & legis prouidentia,idem in c.1. an agnatus in princ. & in caſu fortiori tradidit Andr.in Conſtit.hac edictali, & in dicta Conſtit.conſtitutionem diu.mem.Blanc. in ſum.lib.2.cap.1.nu.92.

Et in huiuſmodi feudo loquuti ſunt Docto.vt non habeat in eo locum ſtatu-
14 tum de continuanda poſſeſſione: quia cum habeatur feudatarius loco vſufructuarij,nil mirum,ſi reſoluto dominio reſoluatur etiam poſſeſſio,quę erat ipſius dominij conſequutiua, & acceſſoria, ſecundum ſynodalem doctr.Bald.in l.cum alienam rem C.de legat. & ſic procedit conſ.Cum.173.Imol.conſ.16. Barb.cõſ. 58.vol.2.Iaſ.conſ.149.vol.2. & 152. 4. vol.Rub.Alex.121. gl.Pariſ.vbi ſupra,& ideò dixit Alex. idem tenens, quod tale ſtatutum dẽat intelligi,quando poſſeſsio erat penes defunctum ex cauſa tranſitoria ad hæredes,in conſ.153.vol.6.Aym. conſ.622.lib.4.quam diſtinctionẽ in feudo ex pacto,& hæreditario dixit adhibẽdam Curt.in l.fin.nu.83.C.de edict.diu. Adr.tol.eandemq; approbauit Alc.poſt Aym.in conſ.257.vol.4. Rot.Lucen.deciſ.7.Alciat.in l.cum hæredes ff.de acq. poſſeſs.

Et in noſtro ſtatuto non poteſt dubitari: nam tàm in rubro, quàm in nigro dicitur,quòd continuetur poſſeſsio ſicut dominium, & ſic de poſſeſsione acceſſo-

Y ria

15 ria ad dominium, & in eum, in quem
transfertur dominium,& non aliter,ita
in indiuiduo Greg.Lop. in par. 5. tit.4.
lib.7.Molin.lib.3.cap.13. de hiſpan.pri-
mog. deciſ.punctualis Pet.Greg.in q.18.
in tract.iud.cauſ. feud. loquentis in hoc
proprio ſtatuto, vbi peroptimè hanc fir-
mat opinionem.

Loquitur ſtatutum contra occupato-
res bonorum contra legitimum ſucceſ-
ſorem,ergo non comprehēdit extraneos,
ita ponderat Ruin. idem tenens in conſ.
27.vol.5.

Loquitur ſtatutum in beneficium hę-
redum ex teſtamento,vel ab inteſtato,&
ſupra fundatum eſt in huiuſmodi feudis
non dari hæredem; ſed ſuccedi iure ſuc-
ceſſorio feudorum, quodq; feuda prædi-
cta non ſint in hæreditate.

Nec meretur allegari text. in cap.in-
16 ter filiam,ſi de feud.defun.milit.malè à
Doctoribus ſic perfunctoriè allegatus;
nam ibi dubitabatur de qualitate feuda-
li,quæ quando in promptu demonſtrare-
tur,non procedit diſpoſitio illius text.cū
ſuis concord. ita ibi Andr.Iac.de Beluiſ.
Præpoſ. Bald. Aluar.Mart.Laud.Afflict.
cæteriq; omnes,Curt. qui ſic declarat di-
cta doctr.in d.l.fin.num.84. C.de edict.
diu.Adr. latè proſequitur Marcabr.in
conſ.62.& ſic reaſſumit,& declarat Me-
noch.in remed.4.adipiſc.nu.376.& 381.
adhibendo pariter in his terminis diſtin-
ctionem inter feudum ex pacto,& feudū
hæreditarium,de quo elegāter per Frec.
lib.3.in 17.differ.inter feud. ex pacto,&
hæreditario,& qui incōſideratè loquuti
fuerunt, quod filia immittatur in poſſeſ-
ſionem,dixerūt procedere: quia eſt filia,
& deſcēdens ex ſanguine;ſed ſi eſſet ex-
tranea perſona, tunc omnes concludunt
non procedere tali caſu immiſſionem
quia aperto iure reſiſtit ſucceſſioni lex
feudorum, & in huiuſmodi feudo ex pa-
cto habebit locum doctr. Bald. in rubr.
de cauſ.poſſ.& propr.in fine,vt ſtatutum
intelligatur de iuſto,& legitimo hærede.

Immò plus voluit Petr. Greg. in loco
allegato, vt ſtatutum prædictum iuuet
legitimum ſucceſſorem ex ratione ſui,
quodq; adſit qualitas hæredis, cum
quilibet ſucceſſor ſemper ſit hæres ſan-
guinis:nam ſecundum Petn.in loco præ-
17 allegato tripliciter conſideratur hæres
in feudis, videlicet hæres ſanguinis, &
hoc eſt in omni feudo:nam quilibet ſuc-
ceſſor,oportet, vt ſit ex ſanguine defun-
cti,hæres feudi, & hoc in feudo hæredi-
tario: nam ſuccedens erit hæres in ipſo
proprio feudo ex qualitate innata à lege
inueſtituræ, quæ dat naturam feudo à
principio generationis ipſius ſecundum
Bald.in c.1.de duobus fratt.& hęres al-
lodij,ſeu hæreditatis,quod procedit in
filio tantum, qui non poteſt habere feu-
dum ex pacto,niſi ſit hæres patris in hæ-
reditate allodij: nam cum habeat eſſe à
patre, qui iniuria afficeretur decedendo
inteſtatus,propterea habet hanc maiorē
obligationem,& ita procedit text.in c.1.
an agnatus ſecundum veram intelligen-
tiam Andr.& Doct.omnium.

Aduerſus quæ duo obijciuntur,vel di-
ſpoſitio text.in d.cap.volentes,vel tran-
ſactio inita in anno 1583.

Quò ad capitulum volentes, cōmunis
eſt opinio,quod per illud non ſit alterata na-
18 tura feudorū, quodq; ſolùm voluit Rex
relaxare prohibitionem inductam à lege
propter ipſum Dominum ſolum,voluitq;
iuri ſuo præiudicare,non autē iuri agna-
torum,& ob id communis eſt intelligen-
tia,capitulum prędictum non habere lo-
cū in feudo ex pacto antiquo;ſed in feu-
do ex pacto nouo,in quo oēs ſuccedunt,
vt hæredes primi acquirētis, & in feudo
hæreditario tàm nouo,quàm antiquo,&
in feudo etiam ex pacto antiquo,quò ad
alienationem vita durante agnati: quia
alienat tunc ius ſuum, ita Pern.in repet.
eiuſdem capit.volentes col.fin.idem in
ſuo conſ.4.& 8. Petr.Greg.in ſuo opere
de ſucceſſ.feud. in 1.part.q.9.in 3.part.
q.6. in 4.part.q.11.& in 8. part.q.16.
Curia in præiud.feud.num.239.& in
cap.ſi aliquem in verb.antiquis nu.175.
vbi dicit hanc eſſe communem omnium
opinionem,& in ſumma cap. prædictum
voluit tollere legem Friderici, quæ in
qualibet diſpoſitione feudali require-
bat

bat aſsenſum, quæ eſt Conſtitutio con-
ſtitutionem diuæ memoriæ,quæ Conſti-
tutio tractat ſolùm de feudis, in quibus
ſufficit, vt expreſsè d.Capit. dicit,ſolus
Domini aſsenſus;, & ob id dixerunt non
procedere in feudo ex pacto,in quo du-
plex requiritur aſsenſus,vt ibi per Iſern.
& Ann.nu.125.& propreteà ſi vtriuſque
aſsenſus requiritur in feudo ex pacto,
quid mirum ſi non ſuſtinetur diſpoſitio
cum aſsenſu vnius tantum iuxta tradita
per Iſern.in cap. imperialem, de prohib.
feud. alien. per Frider. num. 9. pro quo
eſt caſus in l. fin. ff. communia prædio-
rum,per quem text. ſic punctualiter de-
cidit Camer.authoritate Iſern.in eodem
cap.imperialem cart.mihi 90.liter.D, &
poſtquam Capit.non prouidet aliud,niſi
quod fieri poſsit diſpoſitio ſine Regis
aſsenſu,ergo eſt Capit.expreſsum in ca-
ſu tantum,in quo conſenſus Domini va-
lidabat,vel inualidabat diſpoſitionem,&
vltra non extenditur, eſt deciſio pun-
ctualis Iſer.in cap.1.qui ſucceſs.ten. nu
7.verſ. hoc verò apparebit, & hoc idem
tradidit Canner.in repet. d.Capi.volen-
tes in verb.conſequenter in fin. & cum
20 mutatio formæ,ſeu naturæ feudi ex pa-
cto, per quem eſt acquiſitum ius omni-
bus agnatis,non poſsit fieri,nec per feu-
datarium ſolum,nec per Regem ſolum,
nec per ipſos ſimul iunctos; ſed omnium
ſuccedere volentium aſſẽſus requiratur,
quod latiùs fundat idem Cum.in d.cap.
ſi aliquem nu. 143. ex communi reſolu-
tione Doctor. ergo Capit. volentes non
poteſt habere locum in feudo ex pacto:
quia ſequeretur, quod cum ſolo Domini
aſsenſu forma mutaretur.

Quod Capit.duas alias habet limita-
21 tiones,vna eſt ſecundum Pernum ibi,in
verb. Comitatus, quem ſequitur Petr.
Greg.in 8.par. 16.quæſt. vt non proce-
dat in feudis titulatis, in quibus ſucceſ-
ſio eſt ſecundum ius Frãcorum:imò Pet.
Greg.poſt Per.in lib.3.q.8. tenuit abſo-
lutè cap.illud non procedere in feud. cũ
clauſula iuris Francorum; & alia limita-
tio eſt, quod cap.requirit, quod alienatio fiat in perſonam æquè dignam, quod
non procedit in fœmina,quæ & ſi ſit æ-
què nobilis, non erit æquè digna ratio-
ne ſeruitij, licet poſſit ſeruire per ſubſti-
tutum, nec faciunt ad caſum, quod fœ-
mina ſit habilitata ad ſucceſſionem:nam
aliud eſt,quod poſſit ſuccedere,& aliud,
quod ſit æquè digna, quod etiam tenuit
Cann.in feudo dignitatis iuriſdictionem
habentis in eod.cap.volẽtes,in verſ.prę-
dictis attexitur cap.170.cui opinioni di-
cit adhærere omnes Siculos.

Hæc quatenus aliquo tempore dubia
fuiſſent,ſunt ſatis, ſuperq; declarata per
alia capitula poſteriora, vt eſt Capi.Im-
peratoris 258.& per aliud Capit. Impe-
ratoris 118.& 204. & per Capit. noſtri
Regis 18. quæ capitula omnia ſunt cum
qualitate tranſlationis poſſeſſionis, vt ex
verbis ipſorum apparet, & tradidit Cu-
mias in ritu 38.nu.383.ex his apparet,
quod non ſit vis facienda in cap.volen-
tes,& ſicut ex hoc capite non poteſt ſu-
ſtineri teſtamentum, minus poterit ſuſti-
neri ex capite tranſactionis factæ à per-
ſona poteſtatem non habente, de quo
non dubitatur, nec pariter dubitatur de
prima ratificatione difformi ab ipſa con-
uentione.

Alia ratificatio, quæ prætenditur in-
terpoſita poſt annos ſeptem tempore,
22 quo Princeps erat propè mortem de
vita iam deſperatus non poterat opera-
ri: nam quod ſemel non acceptaui eo
modo, quò factum fuit,non poſſum am-
plius approbare, maximè quò ad conſe-
quendum ius ex eo, text.eſt notabil. vbi
Bart.& latiùs Paul.de Caſtr. in l.diſpen-
ſatorem, ff. de ſolut. immò ſecundum
Paul.omne ius eſt à me abdicatum,ſem-
23 per enim in conuentione intelligitur
conditio ineſſe ſtipulationi, ſi res in eo-
dem ſtatu permanet,iuxta text.in l.cum
quis, vbi Scribent. ff. de ſolut.in l.quod
Seruius, vbi bona gloſ. ff.de condict. ob
cauſ.quæ allegat text. in l. continuus §.
cum quis ff. de verbor. obligat. vbi eſt
caſus,ob quod omnes concludunt, quod
24 mutato ſtatu perſonæ res non ſit am-
pliùs integra, & cenſeatur à conuentio-
ne receſſum, vt in d.l. cum quis, & in

ratificatione eſt text.vulg. in l.bonorum
ff.rem rat.hab.maximè quando defectus
eſt ex parte ratum habentis,& in præiu-
ditium tertij,non actum gerentis ſecun-
dum Bart.ibi,& de mutatione ſtatus tẽ-
pore prætenſæ vltimæ ratificationis non
erit dubitandum ; ſiquidem poſt annos
octo , cum Princeps erat de vita deſpe-
ratus , & moribundus , præſupponitur ,
quòd ratificauerit, cumq; tàm Principa-
tus Buteræ , quàm Marchionatus Nico-
diæ omni iure tũc recaſuri erant ad ma-
nus Principiſſæ,quare ſe conuenire vole-
bat , & permittere diſpoſitionem Mar-
chionatus propter promiſſionem Princi-
patus Buteræ ſequuta morte Principis ,
25 & ſufficit ſolùm dicere,quod deſperatus
de vita ratificauit iuxta regulã text.in
l.filiæ meæ emancipatæ,ff.ſolut.matrim,
in cap.2. de renunt. in ſexto, & vtrobi-
que Doctor. omnia enim præſupponun-
tur facta in præiuditium legitimi ſucceſ-
ſoris, vt per Bart. in eadem l.filiæ meæ,
vbi eleganter Alex.poſt Bald.& Imol.&
notanter ibi Alber. loquens in renuntia-
tione feudi paterni , quod latius proſe-
quitur Cannet.in repet.cap.volentes, in
verſ. ſed an conſtitutus in articulo mor-
tis .

Sed hæc omnia ſunt ſuperflua ex cõ-
ditione appoſita in eadem conuentione
reſolutiua, & ſuſpenſiua actus, cum qua
dicit contrahere, & non aliter , nec alio
26 modo,& ſine ea ſit caſſa,irrita,& nulla,
ac ſi nunquam facta fuiſſet , & ex nunc
pro tunc annullatur,& reuocatur, & in-
ter cæteras conditiones erat illa , quod
Don Fabritius filius Principiſſæ Donnæ
Dorotheæ ratificare debuiſſet prædictã
conuentionem infra menſes duos , quod
perpetuò facere recuſauit,licet Princeps
Don Franciſcus cunctis viribus hoc in
vita procuraſſet , pro quo eſt in proprio
caſu diſtinctio text.in l.2.ff.de in diem
addict. vbi gloſ. quæ reſpondet ad text.
in l.2.de leg.comm. quam ſequutus fuit
Bart. in l. quibus diebus §.quidam il 2.
de condit.& demonſtrat.& ob hoc Prin-
ceps non procurauit ipſe ratificare , vi-
dendo nullius effectus fore conuentio-
nem cum Principiſſa Donna Dorothea
in decrepita ætate conſtituta,quando fi-
lius ſtatim ſucceſſurus illam improbatu-
rus fuiſſet ex proprio iure , & ex eadem
cauſa aſſenſus ſuper conuenrione non
imperrati , qui impetrandus neceſſariò
27 erat,non obſtante capit. volentes, poſt-
quam illud non habet locum , quando
feudum alienarur alio modo , quàm te-
netur,& propriè quando non integrè, &
ſine diminutione, ita Cannet.ibidem ex
communi reſolutione Siculorum in cap.
incip. ſed quia permittit iſta lex, vt in
cap.incip.ideoq; condeſcendendo, idem
Petr.Greg.in loco præallegato in 8.par.
q.16. verſ. quintus caſus eſt, vbi hoc te-
net pro indubitato; & propterea idem
Cannet. in cap. incipiente, & corrolarie
infertur , tradidit , quod non poſſit fieri
alienatio reſeruato vſufructu : quia eſſet
diuidere feudum , & licet limitauerit ,
quando fit in proximè ſucceſſurum, hoc
reprehendit Loffred. & benè in conſ. 3.
in fine ; ſed vtcunque ſit, hic non ſolùm
ſumus in reſeruatione vſusfructus Prin-
cipatus Buteræ,in quo Cannet. præſup-
ponebat per Capit. Frider.hoc eſſe per-
miſſum; ſed reſeruatur titulus Principa-
tus , iuriſdictio ciuilis, & criminalis,gu-
bernium,& adminiſtratio ipſius, ex qui-
bus non ſolùm diuiditur ; ſed ſcinditur
feudum, & ſi non ſubſiſtit conuentio re-
ſpectu Buteræ , quid dubij , quod cor-
ruit etiam reſpectu Nicodiæ in eadem
conuentione appoſitæ reſpectiuè ad con-
28 uentionem Buteræ , ita quod ex indi-
diuiduo voluntatis dicamus vtrunque
corruere iuxta communem doctrinam
Bartol.in l.Græcè, §.illud ff. de fideiuſſ.
& dicetur vnus actus correſpectiuus ,
qualificatus , & conditionalis iuxta tra-
dita per Scribent.in l.petens C.de pact.
latiſſimè Loffred. in d.conſ.3. & propte-
reà dicit text.vbi Bart.in l.fin.de accept.
quod reſoluto ex vna parte cõtractu,to-
tus ille reſoluitur ex indiuiduo volunta-
tis ad text.in l.ſi quis aliam ff. de ſolut.
in l.quod ſi vno ff.de in diem addict. vl-
tra quod, vt dictum eſt , ſumus in feudo
titulato iuriſdictionali , in quo viuitur

iure Francorum, & eſt diſpoſitio facta in fœminam, quæ omnia requirebant aſſenſum.

Demonſtrata igitur nullitate teſtamenti,& conuentionis,ſequitur,quod ex conditione eiuſdem conſtituti inſita in prætenſa captura poſſeſſionis factæ per Principiſſam, verè ipſa nullam acquiſiuerit poſſeſſionem.

Sed fortiùs dico, quod nec etiam habet teſtamentariam diſpoſitionem, & conſequenter non poteſt ſe iuuare de actu conſtituti,nec de poſſeſſione capta vigore tituli nulli, & inualidi: nam teſtator expreſsè diſpoſuit, quod eatenus ſua diſpoſitio ſortiretur effectum,quatenus de iure poterat, & non alio modo, quia volebat, quod mundus cognoſceret, quòd in illa diſpoſitione nolebat ſuam offendere conſcientiam,quodq; declarabat, vt diſpoſitio intelligeretur de illis bonis, de quibus iuſtè, & tuta conſcientia diſponere poterat ſecundum leges Feudorum, & Regni, & ſeruata forma priuilegiorum,& ſcripturarum, aliàs diſpoſitio prædicta nullum haberet effectum ad hoc, vt nemo ex eo remaneret præiudicatus,aut intereſſatus,& licet videatur, quod iſta clauſula referatur ad diſpoſitionem Principatus Buteræ, tamen dantur tres validiſſimæ reſponſiones.

Prima, quòd actus conſtituti immediatè factus declarat clauſulā teſtamenti,ſicut in actu conſtituti,quem dicit facere ad præueniendam poſſeſſionem,quā poſt mortem vigore teſtamenti capere debebat D.Himara,qui actus eſt ſpecificus de Nicodia, in hoc inquam actu apponitur eadem clauſula, quod eatenus ſortiatur effectum,quatenus teſtamētum ſtet in ſui robore,firmitate,& validitate:
29 vnde declarando verba, & intentionem teſtatoris ex vicinis ſcripturis iuxta tex. in l.hæredes palàm, §.ſed & ſi notam ff. de teſt.cum alijs cumulatis per gloſ.in l. ſi ſeruus plurium,in verb. conſuetudo in fin. ff.de leg.1. non remanet dubium, quin verba d. Capitul. comprehendant etiam Nicodiam.

Secundò,hoc luce clarius redditur ex indubitata, & plena probatione facta per teſtes fide digniſſimos, quod Princeps D. Franciſcus dùm audiuit aduentum Comitis in Nicodiam, dixit, quid vult Comes, iam ego reliqui eidem Nicodiam, quod legatum non legitur, niſi interpretando verba,modo quo ſupra: igitur proculdubio dicendum erit prædictam diſpoſitionem comprehendere etiam Nicodiam.

Tertiò,ſi ratio expreſſa eſt generalis, & vniuerſalis non offendendo conſcientiam,& ratio rationis pariter:quia volebat, vt nullus remaneret ex ſua diſpoſitione præiudicatus,& intereſſatus: ergo rationes hę vniuerſales amplectentes totam diſpoſitionem, amplectuntur etiam Nicodiam, etiam quòd verba eſſent expreſſa reſpectu Buteræ: nam dicunt Do-
30 ctor.eleganter,quod quando plures caſus habent eandem rationem, licet de vno fiat mentio,videtur tamen hoc fieri exemplariter,& non reſpectiuè, quo caſu extenditur diſpoſitio de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum: eſt ſingularis doctr.Bald.in l.de quibus nu.35. ff. de legibus, & propriè non erit extenſio ſecundum Bald. ſed comprehenſio, bona deciſ.Aret.in l.qui liberis nu.3. ff. de vulg.& pupill.latè Dec.in conſ.227. & procedit reg.text.in l. tale pactum §. fin. ff. de pact. ita quod conſuluit Dec. pro regula indubitata,quòd vigente eadem ratione caſus omiſſus habetur pro expreſſo:nam dicitur comprehenſus in mente ex qualitate ei inhærente,quę latiùs congerit Mantic. de coniect. vltim, volun.lib.3.tit.19. nu.9. & ſicut fauore piæ cauſæ hæc ſunt indubitata ſecūdum præfatos Doctor. quæ nam maior cauſa pia,quàm ſaluādi conſcientiam eiuſdem teſtatoris,quam ipſe tantùm cuſtodire voluit, pro quo videtur caſus in l.cum ſeruus ff.de cond.inſtit.multa ad propoſitum per Aym.in conſ.62.nu.10.& 130. nu.7. maximè quando procedit teſtator per modum declarationis intentionis,vt hic, & ſic limitatur diſpoſitio text. in l. vnica §.ſin autem ad deficientis C.de

caduc.toll.& in l.commodiſſimè ff. de lib. & poſth. & ſi coniectura pietatis facit præſumere minus ſcriptum, quàm dictum, ita quod præualet, & præſumitur, diſpoſitionem factam iuxta terminos text.in l.cum auus ff.de cond.& demonſtr.l.cum acutiſſimi C.de fideic. l. generaliter §.cum autem C.de inſtir.& ſubſt. Hinc etiam quādo teſtator credidit poſſe diſponere, & ſi non poſſet, præſumitur, quod neque diſpoſuiſſet, tunc reperta impotentia, tollitur diſpoſitio, caſus eſt in l.fin.de hæred.inſtit.qui loquitur propriè in inſtitutione, & diſtinctio Bart.in l.Gallus, §.& quid ſi tantum ff.de liber. & poſthum.eſt tota pro caſu, de quo tractamus in qualibet ſui parte: nam quando conſtat de voluntate, vel diſpoſitio eſt fauorabilis, vel caſus eſt ſimilis expreſſo, vel ratio eſt vniformis, ſemper diſpoſitio extenditur de caſu ad caſum, & tali caſu licet hic adſit relatiuum, liqualitamen quando ſubiecta materia non patitur reſtrictionem, tunc relatiuum etiam adiectum ſine copula non reſtringit; ſed demonſtrat, ita eleganter Ang. in l.omnes populi ff.de iuſt.& iur.

Si ergo deficit inſtitutio, & ſic non eſt opus tractare de Capit. Reg. continuante poſſeſſionem, cum non ſit hæres nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, & tractemus de perſona penitus extranea prætendente poſſeſſionem feudi titulati iuriſdictionalis, & in forma ſtricta, quod nullo modo teſtator ei relinquere voluit, & poſſeſſionem conditionalem tranſtulit, & ſic ipſam accepit, quam lex reſoluit, & annullat ex exiſtentia conditionis, ergo quomodo vult D. Himara prætendere poſſeſſionem quancunque, & obtinere in præſenti iuditio.

Sed loquendo ſecundū terminos partis, ſi ipſa ſe fundat in actu conſtituti, dicimus, illud eſſe nullum: quia teſtator
31 non poteſt ſe conſtituere poſſidere nomine hæredis, & nemo rem ſuam precariò rogare poteſt, & hæc eſt deciſ. Bald. communiter recepti in cap.1.nu.3. de confirm.vtil.vel inut. latè Iaſ.in l.nemo poteſt ff.de leg.1.in 1.& 2.lect.eſt etiam conſtitutum totius hæreditatis, & teſta-
32 tor non poteſt, & ſi vellet, hæreditatem transferre in hæredem inter viuos, & magna eſt differentia inter hæreditatem, & legatum, Bald. notab. improbando Dyn.in l.ſancimus C.de teſtam. vbi Salyc. Bart. in l. ſi quis in principio teſtamenti ff. de leg. 3. & eſt communis, vt per Iaſ.in conſ. 121. 4. vol. hinc ſi conſtituat ſe poſſidere, nec poſſeſſionem transfert, Alex.in l.1.§.ſi vir vxori nu.7. ff.de acqu.poſſ. & ſi teſtamentum non ſubſiſtit, teſtator dixit, quod actus habeatur pro non confecto.

Si vult ſe fundare in captura poſſeſſionis facta ab ea vigore prædicti actus, iam fundatum eſt, quod tanquam conditionalis non ſit conſiderationis; ſed cum ſit actus poſſeſſionis totius hæreditatis, & vti hæres poſſeſſionem capit, lex tunc
33 taliter actum annullat, vt ſtatuat nullam dari poſſeſſionem ex eo, ad text.in l. 1.ff.de vſucap.pro hæred.ibi pro hærede ex viui bonis nihil vſu capi poteſt, vbi gloſ. dat rationem: quia cum vſucapio requirat poſſeſſionem, & poſſeſio non detur hæreditatis viuentis, nimirum ſi ceſſet vſucapio, melior text.in l.opinione C.eo.ibi poſſeſio procedere non poteſt, & hæc optimè declarant Duare. & Cuiac.in d.l.1.

Sed quid poſſet ad ſummum, prætendere niſi poſſeſſionem Caſtri, quod Terram, & Marchionatum non comprehendit: quia hoc Caſtrum non eſt Terra, ſ
34 ſed eſt de Terra, & eſt propriè Caſa alta muro tenus cincta, vbi habitat Baro, non autem eſt caſus poſitus per Doct.de Caſtr.cum pertinentijs, quo caſu Caſtrū eſt idem, quod Terra; ſed hic Terra eſt Nicodia, quæ continet Caſtrum, & ſicut quando Caſtrum eſt idem, quod Terra, capta poſſeſsione illius, cenſetur capta aliorum fundorum adiacentium: quia ſufficit intrare poſſeſsionem continentis, vt intelligatur poſsidere ſub ea contenta, vt ex Iac.de Beluiſ. tradidit Salyc.in l.fin.C.de acqu.poſſ. ita quando Caſtrū non eſt Terra; ſed comprehenditur ſub Terra, tūc ex eadem ratione tanquam con-

contentum non poteſt comprehendere continentem; ſed terra benè comprehendet Caſtrum,& ſic procedit dictum Barto.in tract.qui ſint rebelles,in verb.Lombardię,Bald.in cap.1. de capit. qui cur. vend.Petra diſtinguit in tract. de fideic. q.13.nu.371.& cum feudum ſit vniuerſitas facti,& diſtinctæ ſint partes,& prædicatur de Caſtro,de feudis, & de terra diſtinctis, ex quibus omnibus conſtituitur Marchionatus, vanum eſt enim tractare,quod ex apprehenſione Caſtri tantum cenſeatur apprehenſa poſſeſſio totius,vt eleganter docuit Andr. in cap.1. quid ſit inueſtitura.

De capit. Reg. non eſt tractandum ex præallegatis, & ſi vera eſt prætenſio D.Himaræ,quod cæpit poſſeſſionem in vita teſtatoris,capitulummet in hoc caſu ſe limitat,& rurſus ſi cõſtitutum eſt nul-
35 lum,perdidit poſſeſſionem Princeps Dõ Franciſcus,quamuis non acquiſiuiſſet eã D. Himara ad text. in l. quod meo §. ſi furioſo ff.de acq.poſſ. nam ex actu nullo declaratur animus ad text.in l.fin. ff. de reb. eor. & ſolus animus ſufficit ad poſſeſſionem perdendam,ita quod ſi in fundo ſum,& relinquo poſſidendi animum, poſſeſſionem amitto l.3. §.in amittenda l.ſi quis vi §.differentia ff.de acq poſſ.& in conſtituente nulliter conſuluit Ruin. in conſ.137.lib.5. & differentia, quam facit pars inter traditionem veram, & conſtitutum, eſt contra terminos reſpectu animi poſſidentis, cum vtroque modo declaret nolle poſſidere, & in d.l.qđ meo, eſt actus fictus conſtituti, & dicit ibi Bart. in terminis illius text. quod ex ſolo animo perdatur poſſeſsio, ſicut Doctor.communiter tractant in l.ſi aliquam rem ff.de acq.poſſ.quod pariter poſſeſsio perdatur propter conductionem rei propriæ licet nulliter,& addo,quod hic adfuit traditio ex reali captura poſſeſsionis D.Himaræ,verùm illa nullam acquiſiuit poſſeſsionem: quia fuit totius hæreditatis viuentis,& ſic Princeps D.Franciſcus poſſeſsionem amiſit ex præallegatis, vel quia Don Fabritius occupauit illam ante illius mortem,vt pleniſsimè eſt proba-
36 tum, ita quod non remanſit poſſeſsio tempore mortis, & tunc pariter ceſſat ſtatutum de continuanda poſſeſsione, vt per Greg.Lop.in loco præallegato.

Sed tractando cauſam in terminis ſũmarijſsimi poſſeſſorij, in quo, vt dixi, à
37 principio attenditur ſtatus rei tempore litis motæ, nec ex hoc iuditio transfertur aliqua poſſeſsio, nec in ea quis confirmatur,vt notanter dicit Capyc.in deciſ. 55. ita quod non ſit aliud, niſi conſeruatio ſtatus de facto eo modo, prout reperitur, cum non reſpiciat hoc remedium veram, propriam, aut iuſtam poſſeſsionem;ſed naturalem rei inſiſtentiam tempore prædicto,prout hæc omnia latè habentur per Couar.pract.quæſt.cap.17. & per Menoch.in vlt.remed.de retinen. poſs. Hinc Docto.communi calculo tradiderũt,quod cum hoc iuditium ſit preparatorium ad poſſeſſorium ordinarium, & fiat tantum ad conſtituendum actorem, vel reum, & de iuſtitia poſſeſsionis non cognoſcitur, etiam violentus poſſeſſor debet eſſe in poſſeſsione, & datur etiam in beneficium detentatoris, & omnia diſpoſita in l.1. §.fin. cum l.ſequ. ff. vti poſsidetis l.1. C.eodem l.vis eius C. de probat. procedunt in iuditio ordinario poſſeſsorio, vel petitorio, & propterea Doctor. dixerunt, quod caueat, qui hoc iuditio agit,ne quomodocunque dicat ſe ſpoliatum: quia cum hic attendatur ſtatus,prout de facto,& nil prætẽdatur dari,aut reſtitui,nõ poterit tunc manuteneri; ſed benè competet tunc interdictum vnde vi, & hi ſunt caſus poſiti per iura communiter, vt ſi cum exercitu poſſeſsionem occupauerit,vel quis ſuſpicatus fuerit ſe poſſe repelli, tunc poſſeſſionem amittit in l.quod meo §.fin. in l. ſi id §.fin.de acq. poſſ. & non ſolùm naturalis; ſed etiam ciuilis amittitur, dicit gloſ.in l.3.§.in amittenda eodem titulo, licet intelligatur vi poſsidere in l. clam, §.qui ad nundinas,& in his terminis pariter text.in l.3.§.ſi quis nunciet,& in l. ſed & ſi nolit eodem titulo,& propterea cum quis amittat poſſeſsionem, & ego acquiro licet violenter, & in hoc datur inter-

interdictum vnde vi, ad text.in l.1.§.interdictum autem, vbi gloſ. in verb. poſſeſſionem, in §. idem Labeo ait in §. vi poſſidere in l.3.§.ſi quis autem, & in §. ſequ.ff.de vi,& vi arm.non autem datur hoc ſummarijſsimum: quia deficit poſſeſsio, ſeu illa naturalis inſiſtentia tempore litis motæ,quæ ſola requiritur; igitur tota vis conſiſtit in hoc iuditio, non in iuſtificatione poſſeſsionis, non in ſpetie violentię,quod reſeruatur iuditio ordinatio; ſed tantum quomodocunque ſi adſit ſpeties poſſeſsionis, vel detentationis ex vna parte ad hoc, vt conſtituatur quis actor,vel reus, quod dixit notabiliter gloſ.in cap.in literis de reſtit.ſpoliat. vt etiam qui eſt in poſſeſsione violenta ſit manutenendus, donec de iniqua poſſeſsione conſtiterit in iuditio ordinario, idem ibi eleganter annotauit Innoc. ſequendo gloſ.Hoſtienſ.Io. Andr.Butr.Zabat. & Bellam. qui omnes notanter loquuntur;hinc dixerunt communiter, qđ non attendatur antiquior poſſeſsio alterius, non quod vi poſsideat ab eadem patte, non quicunque alius defectus, poſtquam factum,& non ius diſcutitur, de quo per Plot. in tractat. de in lit.iur. in §.3.num.30. latius Cumi.in allegato ritu Magnæ Curiæ 38. num. 147. qui dum limitauerunt hoc in poſſeſsione violenta ex interuallo non de præſenti, ſeu immediatè ſe valde deceperunt:nam interuallum temporis non iuſtificat poſſeſsionem violentam; ſed deſeruit, vt ſpoliatus poſsit incontinenti ſuam poſſeſsionē recuperare iuxta terminos text. in l.3. §.eum igitur ff.de vi,& vi armat. ſed violenta poſſeſsio, quæ ſemper fuit violenta, ſemper talis reputatur, hinc in iuditio ordinatio poſſeſsorem non iuuat, & cum ratio Doctorum ſit: quia in hoc iuditio ſummarijſsimo non diſcutitur de iuribus poſseſsoris; ſed tantum quis naturaliter inſiſtat, & ſpoliatus non iuuatur hoc interdicto, ergo nihil ad caſum interuallum temporis: quia verum eſt ſpoliantem, & non ſpoliatum poſsidere, quod ſolùm attenditur,& ob id Cæphal. dicit poſſeſsorem violentum, quomodocunque eſse conſeruandum nulla habita diſtinctione,ſi fuit de præſenti,vel ex interuallo, quod reſeruatur in ordinario iuditio,ita Cephal.in conſ.19. 1.volum. quem refert, & ſequitur Mazol. in conſ. 91.& hoc idem conſuluit Ruin.conſ.28. 4.volum.& Aym.in conſ.508. & ſi de hoc dubitaretur, fruſtra iura, & Doctor. communiter ponerent caſus, quando cū magna potentia, quando cum exercitu, vel quando quis ſuſpicatus fuerit poſse repelli,in quibus caſibus omnibus datur ius, & amiſsio poſseſsionis, ergo nullo pacto poteſt quis poſseſsionem amiſsam manutenere in eo,quod non habet,& in tantum hoc eſt verum, & indubitatum, quod inter cætera Doctor. dixerint, vt quando quis non timuit ſe poſse repelli, ſed timere rationabiliter debebat, vt quia ingreſsus erat pōtentior:quia ab ipſo nō poterat expelli, tunc quia poſseſsio perditur per occupationem, non attenditur animus prioris poſseſsoris; ſed occupatio vltimi inuaſoris ad finem, vt primus perdat poſseſsionem,& hæc eſt communis doctrina Paul. de Caſtr. in d. §. qui ad nundinas,& intantum hoc eſt verum, quod etiam tali caſu abſens,& ignorans perdat poſseſsionem,vt ex Cum.Alex.& alijs refert, & ſequitur Iaſ. in eodem §. qui ad nundinas num.18.& propterea duo ſunt caſus text. in d.l. quod meo §. fin. vnus caſus eſt,quando ſuſpicor me poſse repelli, quod probatur per actus facti exteriores:alius verò caſus eſt,quādo non conſiſtit in præſumptionibus, & hic eſt caſus potentiæ,cui non poſsit reſiſti, & tunc etiam quòd habeat animum poſsidendi, & non timeat ſe poſse repelli: quia tamen certum eſt,poſseſsionem non poſse amplius intrare animus non attenditur,& poſseſsio amittitur.

His ſic exiſtentibus hæc cauſa ex ſola relatione Commiſsarij deſtinati poterat recipere determinationem: nam ille refert ſtatum negotij ante litem cæptam, &dicit reperijſse Don Fabritium poſseſſorem Tertæ, Donnam Himaram in Caſtro recluſam, probatio pleniſsima per teſtes, & ſcripturas poſseſsionis indubitatæ

tatæ D. Fabritij tàm terræ, quàm feudo-
rum omnium: igitur quomodo D. Fabri-
tius in hoc iuditio non eſt conſeruandus
in ſtatu, in quo tunc reperiebatur, ſiue
dicamus, ipſum poſſeſſorem iuſtum, ſiue
iniuſtum, ſiue violentum, poſtquam ſta-
tus tunc de facto attenditur.

Sed dicatur, adeſt ne quidem verbum
aliquod de ſpetie violentiæ? & certè
nullum reſpectu terræ, & feudorum, & ſi
verum eſt, quod D. Himara nunquam
habuit aliam poſſeſsionem, quàm Caſtri,
38 tunc non eſt Doctor, qui dubitet lici-
tum eſſe ei, qui ſe Dominum eſſe præten-
dit, ingredi poſſeſsionem vacantem, can-
dem occupare: immò ſi duo prætendunt
poſſeſsionem, poteſt vnuſquiſque præue-
nire, & qui præoccupauerit, in ea debet
defendi, donec in iuditio ordinario de
validitate diſcutiatur, hæc omnia ad li-
teram tradiderunt Hoſtienſ. Innoc. Io.
Andr. Butr. Bellam. & communiter Scri-
bent. in cap. in præſentia de probat. Imò
in acquiſitione poſſeſſionis vacantis lici-
tum eſt manu armata accedere, dicit
Bald. in l. 1. 3. colum. C. de appell. num.
7. & non dicor vi poſsidere: nam deijci-
tur, qui amittit poſſeſsionem, non qui
non accipit, nec alius deijci viſus eſt,
quàm qui poſsidebat in d. l. 1. §. interdi-
ctum autem hoc §. eum, qui, & §. vi poſsi-
dere, de vi, & vi arm.

Sed quando Principiſſa haberet ciui-
lem poſſeſsionem: nam naturalem nullo
modo prætendere poteſt, cum illa omni
iure fuerit à D. Fabritio capta, dicatur
39 quæſo; nonne Doctor. communi calcu-
lo dicunt, ciuilem poſſeſsionem non de-
ſeruire contra habentem naturalem, vt
per Io. Fabr. & alios cumulatos per Co-
uar. & Menoch. vbi ſupra.

Sed videamus, quam poſſeſsionem
habuit D. Himara, & de poſſeſsione in
vita Principis ſatis ſum loquutus, de
poſſeſsione verò poſt mortem Principis,
quam prætendere poteſt? Si D. Fabritius
ſtabat tunc actualiter in terra, & habet
capturam poſſeſsionis cum certitudine
horæ, terræ, & omnium feudorum, & eſt
realis captura non per aſſertionem No-
tarij; ſed per aſsiſtentiam in loco, quo
40 caſu inſtrumentum probat, & vtrumque
dicit Bart. in l. prædia ff. de acquir. poſſeſ.
vbi Imol. Angel. Caſtr. & omnes per tex.
in l. 2. C. eodem, vbi Cyn. Bald. Salyc.
Alber. Angel. & Caſtr. & adeſt exactiſſi-
ma probatio eiectionis omnium colono-
rum cum affictu, & noua locatione poſt
eiectionem factam, ac ſolutionem pen-
ſionum iuxta text. in l. peregrè §. fin. ff.
de acqu. poſſ. vbi per ingreſſum alterius
perdo poſſeſsionem, quam per colonum
retinebam l. 1. §. ſeruos ff. de vi, & vi
arm.

Et hoc quæſo aduertatur: nam ſi D.
Himara non poteſt ſe iuuare conſtituto,
nec Cap. Reg. illa nunquam habuit poſ-
ſeſsionem feudorum, & terræ, & dicit
text. in l. qui vniuerſas, §. quod per colo-
41 num ff. de acquir. poſſeſs. quod per co-
lonum poſsideo, hæres meus niſi ipſe na-
ctus ſit poſſeſsionem, non poterit poſsi-
dere, & in colono recognoſcente, & ſol-
uente penſionem poſt mortem Domi-
ni, quod transferat poſſeſsionem non eſt
dubium; ſed dubium fuit, quando viuit
primus Dominus, & poſſeſsor, tunc re-
quiritur ſcientia, & quod ſuſpicatus fue-
rit, ita Alex. in l. quamuis §. 1. de acquir.
poſſeſs. Afflict. deciſ. 325. Menoch. in re-
med. 3. retin. num. 567. ſed ſi interuenit
vera traditio, articulus non eſt dubius;
ſed ſi colonus non eiectus recognouit, &
hoc non in fraudem, ſed metu, tunc præ-
iudicat Domino, vt ſi quando impera-
rem, vt pro me poſsideret, vt per gloſ. in
l. 1. §. idem Viuianus in verb. victus eſ-
ſet ff. de vi, & vi arm. & in deſidia, dolo,
vel fraude procedit text. in l. fin. C. de
acq. poſſ. & omnia hæc concurrunt in
facto, de quo agitur, quoquo pars ſe ver-
tat, etiam quod habuiſſet quancunque
poſſeſsionem: nam aut non habuit, & ha-
bemus intentum, aut habuit, & ſuſpica-
ta fuit, vel ſuſpicari debuit, aut nullo
caſu fuit ſuſpicata, & ſuſpicari non de-
buiſſet, & cum habeamus realem captu-
ram poſſeſsionis cum deiectione omnis
colonorum, quid dubij, quod D. Fabri-
tius ſit poſſeſſor ſaltim violentus, quo
non

non obſtante in iuditio,de quo tractatur
obtinere debet.

Sed tota iniuſtitia poſſeſſionis D. Fa-
britij fundatur ex parte D.Himaræ:quia
ſuperuiuebat Principiſſa D. Dorothea
mater, ad quod D. Fabritius replicat,
quod egit de ſcientia matris,quę abſque
dubio eſt probata, quæ importauit con-
ſenſum, & habetur, ac ſi ius ſuum in fi-
lium tranſtuliſſet ſecundum communem
theoricam Bart,vbi communiter Docto.
in l.quæ dotis ff. ſolut.matrim. & rurſus
habuit à matre ceſſionem, & eam alle-
gauit ante terminum in proprio libello,
42 & ſaltem ex ſuperueniente ceſſione, &
demùm ex morte matris poſſeſſio, quæ
aliàs fuiſſet iniuſta,fuiſſet iuſtificata, di-
cit Bart. in d.§.qui ad nundinas,allegat
text. in l. non ſolùm §.quod vulgò ff.de
vſucap. in proprijs terminis Aym. conſ.
376. nu.18. lib.3. & è conuerſo ſemper
fuit vitioſa prętenſa poſſeſſio D.Himarę,
& iniuſta: quia ex titulo nullo, & infe-
cto,vt ex Oldrad. & alijs tradidit Aym.
43 in conſ.171. 554.582. Hinc nunquam
præſcribit, qui ex titulo iniuſto fundat
poſſeſſionem, dicit Innoc. in cap.dudum
de decim. & in terminis in eo, qui vult
poſſidere feudum vigore diſpoſitionis te
ſtamentariæ nullæ, quod poſſeſſio ſit vi-
tioſa,& iniuſta,conſuluit Riminald.conſ.
18. & ſi fuiſſet aliqua, fuit annullata,
& reſoluta ex morte D. Dorotheæ, quæ
etiam operatur extinctionem iuditij poſ-
ſeſſorij,eſt text.in l.3. §.fin.ff.de vi, & vi
armata. nam ſicut dominium, ſic poſſeſſio
eſt reſolubilis ex iure, ſuper quo ipſa
fundatur, quod ſi erat temporale, quid
dubij, quod poſſeſſio acceſſoria ad illud
ius venit extinguenda ſecundum Bald.
in l. cum alienam rem C. de legat. pul-
chra deciſ. Caſſan. in conſuetudine bur-
gund.mort ſoint, ver.dico plus, Tiraqu.
eodem titulo 3.par. 1.declarat.Ius enim
omne,quod D.Himara prætendit, oritur
ex teſtamento Principis fundato ſuper
conuentione inita cum Principiſſa Dōna
Dorothea,quæ conuentio quando fuiſſet
ex omni parte valida, non poterat ope-
rari vltra illius vitam,ex regula text. in
cap.Titius,ſi de feud.defunct.milit. ergo
mortua D. Dorothea extinctum eſt om-
ne ius D.Himaræ, & cum articulus fun-
detur in reſolutione iuris, quodq; ſit tē-
porale, non perpetuum, ob quod iudi-
tium omne extinguitur ad tex.in l.ſi mu
lier ff.ſolut.matrim.l.fin.ff.rer.amot.pul-
cher text. in l. ſi ſeruus la ſeconda ff.de
44 cond.furt.ob quod in hæredem vſusfru-
ctuarij dixerunt ceſſare iuditium poſſeſ-
ſorium per defunctum intentatum:quia
eſt ius illius extinctum per mortem:ergo
quare hic non idem,ſi eſt exceptio ſecun
dum Bart.quæ impedit proceſſum,& po-
teſt omni tempore opponi, quando ſu-
peruenit,Bart.in l. 1. ff.de except.in l.an
eadem §. actiones ff. de except.rei iudi.
Iaſ.in §.actionum num.69.de action.nec
facit ad caſum, quod attendatur ſtatus
litis motæ: nam hoc quid ad ius ſuper-
ueniens tollens ius ſtatus,quod tali ſub-
iacebat periculo ex ſui natura,& ex cau-
ſa de pręterito,quo caſu limitatur diſpo-
ſitio text.in l.non poteſt ff.de iud.& pro-
priè ponunt Doct. caſum,quando adim-
pletur aliqua conditio Caſtr. poſt gloſ.
Bald.& Odoffred.in eadem l.non poteſt,
text.elegans in l.ſi rem §.fin.ff.de pign.
act. & hic caſus eſt in fortioribus termi-
nis: nam hic non ſolùm expirauit ius D.
Himaræ,ſed illud eſt totaliter tranſlatū,
& conſolidatum in D. Fabritium; igitur
quomodo erit iudicandum contra Don
Fabritium indubitatum Dominum, &
poſſeſſorem in fauorem D. Himaræ, cui
obſtat notorius iuris defectus in petito-
rio,quod non negat,& in poſſeſſorio vult
obtinere,quādo verè nullam habuit poſ-
ſeſſionē,& ad id, quod de Caſtro dicit,
ſufficit reſpondere cum reſponſione
45 Bald.in l. 1. num.23. ff.de rer. diuiſ. ſe-
cūdum nouam lecturam,vbi tradit,quod
licet ille, qui tenet Eccleſiam non dica-
tur adhuc poſſidere; ſi fortellitium forte
ſit ab aliquo occupatum,tamen hoc non
procedit,quando ille eſt incaſtellatus ta-
liter,quod euadere non poſſit: quia non
dicitur tenere;ſed teneri,& eſſe poſſeſſio-
ne priuatum,quæ omnia hic concurrunt
in facto exactè probato.

Sed

Sed aut iſta ſunt clara,aut dubia,quo
caſu Doctor. communi ore dixerunt de-
bere iudicari pro eo, qui habet ius in
petitorio,& ſi Doctor.voluerunt,obſtare
46 agenti poſſeſſorio recuperandæ notoriã
exceptionem dominij,nõ ſolùm ex qua-
litate rei; ſed quomodocunque,& exem
plum poſuerunt,quando conſtat per ſen-
tentiam,vel ex actis,& inueſtituris indu-
bitatis,vt ex Innoc. & alijs latiſſimè cu-
mulatis per Menoch. in 1.remed.recup.
17.quæſt.nu.223.& in quæſt.19. & 20.
& idem in poſſeſſorio retinendæ, & eſt
communis contra Bart. de quo per Ale-
xand. & cæteros in l. naturaliter §.nihil
commune,ff.de acquir.poſſeſs. & in om-
bus, in quibus obſtat exceptio in inter-
dicto recuperandæ obſtabit in interdicto
retinendæ,idem Menoch.in remed.3. de
retin.num.681.& aliud eſt,ſi offero pro-
bare incontinenti,in quo fuit differentia
inter gloſ.& Bart.in l.ſi de vi ff. de iud.
& aliud eſt, quando conſtat in promptu
notoriè abſque alia oblatione probatio-
nis faciendæ, tunc enim procedunt præ-
allegata,maximè quando ſumus in con-
ciſtorio Principis, vbi proceditur ſola
47 veritate inſpecta: nam tunc admittitur
in poſſeſſorijs quibuſcunque exceptio
dominij notoria, vt per Dec. in conſ.
449. num. 20. & Rub. Alex. in conſ.4.
num.22. Aym. conſ.299. num.8. Natt.
in conſ.302. Bertaz.in allegato conſ.31.
volum.1. & plus dicit Franc. Sarm. lib.
2.ſelect.interpret. cap.13. num.5. quod
in foro conſcientiæ peccet etiam Iudex,
non ſolùm pars,ſi cognoſcendo notorie-
tatem iniuſtitiæ alterius in petitorio, re-
ſtituit rem, quam omni iure reſtituturus
poſtea ille eſt cum fructibus, dando lo-
cum litibus,calumnijs,& expenſis.

Hæc cauſa fuit deciſa in ſupremo Italiæ Conſilio aſſiſtentibus tunc quinque Regentibus cum perquam maxima diſcuſsione, & fuerunt duo ex vna parte,& duo ex alia; & tandem quintus ſenio confectus,qui libros amplius ne quidem aperiebat, dixit tantum concurro pro parte D.Himaræ, & reportauit ſententiam in ſui fauorem, ſunt fata cauſarum,& propterea benè dicitur,ſententias eſſe caſus fortuitos.

FINIS.

NEAPOLI,
Ex Typographia Tarquinij Longhi. M.DC.XII.
SVPERIORVM PERMISSV.

REPETITIONES FEVDALES D. IOANNIS FRANCISCI DE PONTE

MARCHIONIS MVRCHONI,

Et hac noſtra, Patrumq; ætate Iuriſconſultorum conſultiſsimi in xxij. diſtinctæ Lectiones, olim ab eodem in Almo Neapolitano Gymnaſio habitas, dùm illius Cathedram ſumma cum admiratione, & non minori laude regebat.

SVMMARIVM.

1 *Feudorum cauſæ, materialis, formalis, efficiens, & finalis quæ ſint, remiſsiuè.*

2 *Feudorum liber eſt authenticus ſecundum Andr.*

3 *Feudales conſuetudines num obligationis nexu obſtringāt omnes Reges, & Imperatores; ſuper hoc notab. Andr. diſtinctio refertur.*

4 *Longobardorum leges ſunt in Lombardia cuſtodiendæ: quia illorum Reges eas ſanxere; ſed qua de cauſa ſint ſeruandæ in hoc Regno, quod fuit patrimonium Eccleſię, eidē à Ludouico Imperatore donatum, & ab Imperio exemptū.*

5 *Feudum, & vaſſallus ſunt termini ignoti legibus Roman. ſecundum Andr. diſtinguentem inter feudum, & militiam.*

6 *Feudalis contractus ſecundum eundem Andr. de per ſe ſubſiſtit, eſtq. pariter nominatus ex frequentioribus Doctorum placitis, & nu. 27. & 28.*

7 *Feudum num ſit vniuerſitas facti, vel iuris, Andr. & Camer. opiniones contrarię obiter referūtur.*

8 *Vaſſallo quomodo ſit conſultum recuſante Domino feudum promiſſum tradere: quave ratione è conuerſo Dominus iuuetur aduerſus vaſſallum ſeruitium præſtare renuentem. In obiecta difficultate pulchra Andr. diſt. recenſetur.*

9 *Feudum bifariā diffinitur ab Ober. de Ort. in genere. ſ. & in ſpetie, & vtraque diffinitio, ſeù deſcriptio ſubnectitur, & n. 10. & 11.*

12 *Verba diffinitionis feudi in genere quomodo exponantur per Ardiz.*

13 *Quove pacto per Andr.*

14 *Feudi vltra prędictas aliæ referuntur diffinitiones, nempè Bal. Bel-*

uiſ. Io. Rain. & ſequacium.

15 *Iaſ. duobus medijs credebat conuincere diffinitionem feudi allatam per Bal. & Beluiſ. ſed miſerè labitur: nam D. Author ab illius aduerſarijs cõtradictionibus eam rectè vindicat, & n. 16. cũ ſeqq.*

16 *Feuda ſecundum Iaſ. poſſunt dari abſque homagij præſtatione; ſed grauiter decipitur, vt nu. 18.*

17 *Homagium ſecundum eundem Iaſ. fuit incognitum conſuetudinibus feudalibus; at verior eſt opinio in contrarium; in quam etiam frequentiſſimè itum eſt, vt nu. 21. cum ſeqq.*

19 *Inueſtitura nequaquam erit facienda fidelitatem facere recuſanti.*

20 *Feudum impropriè dicitur, vbicũque fidelitatis iuramentum remittitur.*

22 *Homagium quid importet, cui propriè fiat, & vnde dicatur homagium ligium, & quomodo diſtinguatur à non ligio, & num. 25. & 26.*

23 *Feudum ligium inter alia hoc habet ſpetiale, vt in eo interuenire non debeãt Pares Curiæ, qui aliàs interuenire deberent, vbicunque de proprietate inter Dominum, & vaſſallum controuerſia exiſteret.*

24 *Princeps non recognoſcens ſuperiorem poteſt in propria cauſa iudicare.*

27 *Contractus omnes, prout etiam feudalis habent ſua ſubſtantialia, naturalia, & accidentalia, quæ inter ſe quàm maximè diſtinguuntur, & nu. 30. & quæ ſint iſta in feudo, ſubijcitur nu. 31. & 49.*

29 *Feudatario delinquente Dominus ex lege contractus reuocat feudũ, quod ob lineam finitam vindicat ex contractu reſoluto.*

32 *Feudum cur beneficium dicatur.*

33 *Feudum pecunia comparatum an dicatur propriè feudum. In obiecta difficultate affirmat Iſer. communiter receptus, cuius opinio eſt optimis fundata iuribus, cuius occaſione bifariam reſpondetur ad text. in cap. 1. de feud. dat. in vic. leg. commiſ. qui contrarium ſuadere videtur, & nu. ſeqq.*

34 *Domino conceditur feudi retentio quouſque pretium ſibi ſoluatur.*

35 *Beneficium, & ſi non ſit gratuitũ, adhuc tamen beneficium eſt.*

36 *Feudum & ſi in aliquibus expreſſis non retineat propriã eius naturam, nihilominus in cæteris omnibus remanet propriè feudum, et nu. 38. 41. & 100.*

37 *Feuda ex inueſtitura accipiunt ipſorum innatam naturam in origine generationis ipſorum.*

39 *Clauſula illa feudi natura in aliquo non mutata in priuilegio adiecta intelligitur præterquàm in expreſſis.*

40 *Clauſulæ illius, iuribus alienis, & noſtris ſemper ſaluis, vis, atque effectus remiſſiuè.*

42 *Feudum conceſſum ſub annuo cenſu adhuc remanet feudum. Hinc cauendum eſt à Bald. in l. liberti, libertæq. C. de oper. lib. vel erit ſanè intelligendus de feudo propriè, & ſecundum eius propriam naturam, & nu. ſeq.*

43 *Inueſtituræ adhærendum eſt, etiam ſi ſtra-*

ſi feudi natura refragetur.

44 Feuda non poſſunt conſtitui, niſi in rebus immobilibus, vel æquipollentibus.

45 Hinc rectè ſubſiſtũt ſub annuis redditibus: quia inter immobilia connumerantur.

46 Quo pacto, prout in mobilibus conſiſtere non poſſunt, ita pariter nec in pecunia reiecta Ardi. affirmãtis opinione, idque viua ratione ſuadetur, & nu. 48.

47 Text. in c 1. ſi de feud. vaſſ. ab aliq. interpell. fuer. declaratur iuxtà communem intellectum.

49 Feudi directum dominium remanet penes concedentem, vtile verò transfertur in conceſſionariũ, idq. eſt de feudi ſubſtantia.

50 Hinc feudum non poteſt conſiſtere abſque proprietate, alioquin tranſibit in contractum innominatũ, idq. confutata opinione Autboris damn. mem. contrarium ſentiẽtis optimè fundatur declaratis, et diſtinctis Doctorũ traditionibus.

51 Cõtractus non aſſumit naturã à denominatione, ſeù verbis cõtrabẽtiũ, ſi illius ſubſtãtialia deficiant.

52 Feudatarius ſubinfeudando, quod dominium transferat, & nu. 54. cum ſeqq.

53 Feudatarij dominium non eſt chymera, prout perperàm opinati fuere Innoc. & Hoſt. ſed vtile dominium directo ſubalternatum ſecundum Bald.

55 Feudatarius de iure Regni non poteſt ſubinfeudare reſiſtente conſtitutione conſtit. diu. mem. quæ limitatur in rebus feudi particularibus cõcedi ſolitis, & nu. 81.

56 Dominium directum huius Regni, quod recognoſcitur ab Eccleſia, eſt noſtri inuictiſſ. Regis omnium potentiſſimi quò ad Ciuitates, et res particulares.

57 Doctr. Andr. in §. prætereà de capit. Corrad. alibi etiam repetita diligenter explanatur.

58 Feuda diſtinguuntur in tres ſpeties, nempè in quaternata, non quaternata, quæ in Regno aliàs plana, & de tabula nuncupantur, & in mixta, aliàs appellata quaternata ſecundum quid.

59 Feuda quaternata quæ ſint, exponitur.

60 Itẽ quæ non quaternata explicatur.

61 Et pariter ſuper mixtis doctrina ſubijcitur, & nu. 91. & 92.

62 Aſſenſus ſecundum Andr. dicitur quaternare feudum; ſed quia ſub clypeo huius doctrinę pleriq. feudiſtæ per errorem lapſi ſunt, ideò illa ingenioſè, & accuratè expẽditur, vt nu. 73. vſque ad n. 93.

63 Feudum mixtum cur ſic appellatũ.

64 Caſtrum omne in Regno eſt feudũ quaternatum, etiam ſi teneatur à Barone; ſed limita poſſidẽte Eccleſia: nam illa præſumitur tenere in allodium, & nu. 72.

65 Quod tũ negatur in feudo: nam non omne feudum eſt quaternatum.

66 Feudum poſitum in Terra Baronis non fit quaternatum ex triplici cõceſſione facta per Principẽ, niſi per 30. annos firma permanſerit.

67 Ex quo fit, vt feudum ſitum in territorio Baronis in dubio præſumatur planum, & non quaternatũ.

68 *Feuda plana tranſeunt cum vniuerſitate etiam ſi non ſit expreſſum in conceſsione.*

69 *Clauſula illa in priuilegijs apponi conſueta, videlicet, quæ de feudo in feudum, & quæ de ſeruitio in ſeruitium quid importet.*

70 *Feudum quaternatum ſecundum quid iuxtà terminos Conſt. Reg. poſt mortem cui aperiatur, et per quem concedatur, remiſsiuè.*

71 *Feudũ quaternatum ſecundũ quid recognoſcitur, & à Rege, et à Barone, ideoque in eius alienatione vtriuſque aſſenſus deſideratur, et num. 92.*

74 *Feuda plana, quorum conceſsio pẽdet à ſolo Baronis aſſenſu, ſi alienẽtur etiam cum Principis beneplacito, non per hoc tranſibunt in quaternata, & ratio affertur, & nu. 75. cum ſeqq.*

76 *Aſſenſus non neceſſarius ſi impetretur, eſt ſicut dicere arma, virũq. cano, & prout verba ſuperuacanea in ſtipulatione ſecundũ And.*

77 *Dñs directus non poteſt in præiuditium Baronis abſq; eius expreſſo conſenſu feudi naturam alterare, nec aliquid innouare, addere, imminuere, vel immutare.*

79 *Doctr. Iſern. in Conſtit. Reg. ſi quis Baro diligenter explanatur, et ad maiorẽ dilucidationẽ eius verba referuntur, & magiſtraliter ponderantur, ex quibus etiam dignoſcitur, quomodo quis efficiatur Baro, & nu. ſeqq.*

82 *Baronia quid ſit.*

83 *Feudum in Regno eſt de 20. vncijs, & quis poteſt plura feuda poſsidere ſecundum Andr.*

86 *Opin. Affl. in c. 1. de contr feu. volentis ex ſolo Regis aſſenſu feudũ nõ quaternari, niſi vlterius apponatur clauſula illa, vt teneatur ab eo, & ſub eo, adducitur, & commendatur.*

87 *Eiuſdemq. ſñiæ fuerũt Capy. Frit. & alij, hinc Frit. etiam addidit, hunc ſubfeudatarium qui ſubfeudum obtinuit cum Regis aſſenſu, non Regis; ſed primi inueſtiti eſſe feudatarium, & nu. ſeq.*

89 *Nec huiuſmodi clauſula importabit feudũ quaternatũ ſimplex, prout aliqui ob terminorũ ignorantiã in errorem rapti ſunt ſic opinantes.*

90 *Feudum vnum, & idem põt teneri in capite, & à Rege, & à Barone, nec id repugnãtiam aliquã includit, ſecundũ punctualẽ Andr. deciſ. quæ adducitur ad eliminandam opinionem aliquorum contrarium ſentientium.*

93 *Feudum quaternatum ſi cum Regis aſſenſu in ſubfeudum concedatur cum clauſula, vt immediatè, et in capite à Barone recognoſcatur, iudicabitur inſtar feudi plani, et ſic nõ regulabitur à diſpoſitione Cõſtitut. Reg. poſt mortem; ſed iuris communis feudorum.*

94 *Feudum conſtituitur planum cum omnibus ſuis qualitatibus, ſi Princeps aſſentiat feudatario hanc formam illi dare ſatagenti iuxta doctrinam Afflict. contra Camer. ſed declara, vt nu. 99.*

95 *In cuius alienatione ſat eſt ſolius Baronis aſſenſus.*

96 *Feudũ planũ præſumitur ex vnica*

vel

vel iterata conceſsione facta à ſolo Barone; ſi illa 30. annorum præſidio obuallatur, & ratio affertur; ſed declara vt nu 98.

97 Præſcriptio non iuuat detecta tituli inualiditate.

101 Feudum de ſui natura eſt tranſitorium ad hæredes, maſculos ſcilicet, & filios.

102 Hinc ſecundum conſuetudines feudales frater non ſuccedit fratri in feudo nouo, quod tamen non obtinet in Regno per Conſtit. vt de ſucceſsionibus iuxtà opinionem peritorum Regni, etiam ſi non eſſet ex vtroque latere coniunctus.

103 Hoc tamen beneficium Conſtitutionis reſpectu fratris ceſſat, ſi inueſtitura eſſet concepta pro hæredibus ex corpore, quæ eſt communis forma, niſi ageretur de feudo paterno, ſeù antiquo, & ibi de ratione.

104 Feudorum leges non vocauerunt aſcendentes ad ſucceſsionem, niſi in feudo paterno refutato, quo caſu ſecundum Andr. pater ſuccedit iure reuerſionis, & habebit vt hæres, & ſic releuium ſoluet, idq. deciſum.

105 Feudorum iuribus inſpectis ſi plures exiſtant filij, omnes ſuccedunt cum onere præſtādi fidelitatis iuramentum; ſed limita, vt nu ſeq.

107 Feuda dignitatis non poſſunt diuidi; ſed num idem obtineat reſpectu exercitij, adminiſtrationis, ſeù redditus, remiſsiuè.

108 Filij legitimi tantum, vt adoptiui non ſuccedunt in feudo, nec pariter naturales tantum, etiam ſi legitimentur, niſi legitimatio nō ex Principis reſcripto; ſed ex ſubſequēti matrimonio deriuctur, quo euentu admittentur, etiam ſi inueſtitura ſit concepta pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus.

109 Idq. Bald. ampliauit etiam ſi ſint ſuſcepti ex matrimonio putatiuo.

110 Inueſtituræ tenor ſi ignoretur, qualis præſumatur feudi conceſsio.

111 Feuda omnia in Regno præſumūtur hæreditaria.

112 Feudum ex pacto, & prouidētia eſt duplex, vnum admiſtam habens qualitatem hæreditariam, alterum ab ea abhorrens.

113 Feudum hæreditarium dicitur, ſi in inueſtitura ſit facta mentio hæredum, exploſa opinione contrarium ſentientium, ſecùs ſi id non ſit expreſſum, & idem ſi ſit, facta conceſsio pro te, & liberis, vel pro te, & filijs, vel pro te, & Titio: nam erit feudum ex pacto.

114 Quo euentu quis non ſuccedet, vt hæres, niſi ſimus in feudo ex pacto nouiter acquiſito.

115 Hinc in feudo ex pacto antiquo filius, vel agnatus non tenentur habere ratum factum defuncti; ſed feudum præcipuum habebūt, dùm tamen ſi hæredes fuerint inſtituti, inuentarium conficere non omiſerint.

116 Hæres in materia feudali eſt triplex, nempè ſanguinis, hæreditatis, & feudi, & nu. ſeqq.

117 Filius in feudo ex pacto tenetur eſſe hæres patris in allodialibus, & hoc reſpectu dicitur eſſe dete-

rioris conditionis,quàm agnatu.

119 *Fœminæ inſpecta diſpoſitione iuris communis feudorum non ſuccedunt in feudo,niſi in inueſtitura ſint expreſſè vocatæ; de iure autẽ Regni iuxtà terminos Conſtit. in aliquibus admittuntur in defectum maſculorum.*

120 *Feuda à primordio illorum anni metam non excedebat; deinde fuerunt extenſa ad vitam,poſtremò,vt ad hæredes tranſeant,conſtitutum fuit.*

121 *Vaſſallus non poteſt Domino inuito refutare feudum,ſi illud conceſſum ſit ad certum ſeruitium, ſecùs ſi ſimpliciter ſecundũ Andr.*

122 *Clericus in minoribus etiam beneficiatus ſi dimittat habitum, et renuntiet beneficium, ſtatim poſt feudatarij obitum ante litem cõteſtatam cum legitimo ſucceſſore, vtique admittetur ad feudi ſucceſſionem.*

123 *Id tñ non obtinet in Clerico in ſacris:quia character eſt ĩdelebilis.*

124 *Feudatarius ſi clericetur ſtatim perdit feudum:quia miles Chriſti non poteſt eſſe miles ſæculi, nec poterit pœnitentia iuuari habitum dimittendo: quia dominium non poteſt ſtare in ſuſpenſo.*

Initium à Præludijs.

LECTIO I.

COGITABAM (Domini) more Iſerniæ noſtri Aurigæ incipere ipſius lectionem ſuper expoſitione tex.in cap.1.de his, qui feu. dare poſſunt,quem (Deo dante) expoſituri ſumus:nam etſi Iſernia fecerit aliqua præludia; apparet tamen ex eis nihil in declaratione terminorum vacatum eſſe, cum has tantum tractauerit quæſtiones.

1 In prima ponit cauſam materialem, formalem, efficientem, & finalem libri feudalis.

2 In ſecunda diſputauit,an liber feudorum ſit authorizabilis, & concludit per varia media,quòd ſic.

3 In tertia,an iura hæc feudalia,ſeù cõſuetudines ligent omnes Reges,& Imperatores,& determinat,quod ligẽt omnes Romano Imperio ſubiectos, cæteros verò eatenus, quatenus has leges receperunt, & conſiderabitur ſubiectio à principio, quo leges fuerunt conditæ, licet poſteà fuerint mutata dominia, niſi Reges alias fecerint leges.

4 In quarta quæſtione, quid de legibus Longobardis,& concludit, quod in Regno abſque dubio ſint ſeruandæ,& ſic in Lombardia:quia illorum Reges illas fecerunt,& hic ſeruabuntur vigore noſtræ Conſtitutionis Regni, & in eadem quæſtione tractat, quomodo Regnum hoc fuit patrimonium Eccleſiæ donatum eidem à Ludouico Imperatore, & ab Imperio exemptum.

5 In quinta quæſtione quærit, an nomẽ hoc feudum, & Vaſſallus ſit cognitum de iure ciuili Romanorum, & determinat,quod non,vbi diſputat, quæ differẽtia ſit inter feudum, & militiam, de qua militia in l.fin.C.de pig. in l.omnimodo §.imputari C.de inoff.teſtam.

6 In ſexta quæſtione tractat,an infeudatio ſit contractus de per ſe, vel emphyteuticarius, cenſualis, vel ſimilis, & determinat eſſe contractum de per ſe,& ſecundum communem opinionem eſt contractus nominatus per Iaſ.Curt. & alios cumulatos per Capyc. in ſua inueſtitura in verbo feudalis contractus,& per Modernos hic.

7 Septimò quærit remiſſiuè, an feudum ſit vniuerſitas facti,vel iuris,de quo ſe remittit ad dicta in cap.1.quid ſit inueſtitura

ſtitura in verbo traditionibus,vbi tenuit eſſe vniuerſitatem facti ſecundum vnum intellectum, licet aliud voluerit latè diſputando Camer.in repet. cap.impetialẽ cart. mihi 38. de quo ſuo loco dicemus.

8 Octauò, & vltimò quærit, quæ actio detur Vaſſallo contra Dominum ad petendum feudum promiſſum, & quæ Domino contra vaſſallum ſeruitium facere recuſantem.

Determinat, qđ aget perſonali actione ad ſeruandum promiſſa,ſicut ex qualibet promiſſione, vel cõdictione ex cap. motibus,ſi de feud.def.mil.ad inueſtiendum, & liberabitur præſtando interreſſe.

Sed ſi facta eſt inueſtitura,cogitur Dominus præcisè poſſeſſionem tradere, & ratione moræ præſtabit omnem vtilitatem,nec liberabitur præſtando intereſſe, idem tradidit in cap.ſi facta, ſi de feud. def.mil.in cap.1.in princ.de controu.inueſt. in cap.1. §.inueſtitura de noua forma fidel.

Dominus verò aget actione ex ſtipulatu, vel condictione ex lege, & actione ex cap.moribus informata per pactum in in feudatione appoſitum, quando ſeruitium reperitur impoſitum, aliàs non præſumitur, ſi non probetur, de quo infra in definitione feudi latius loquuturi ſumus.

9 Quo verò ad diffinitionem feudi, & reliqua remittit ſe ad ſummas,prout pariter facit gloſ.in 1.rubr. tamen operepretium duxi aliqua breuiter præuidere, & declarare ad cognitionem terminorũ vniuerſalium magis vtilium,quibus mẽti retentis.arbitror,ni fallor,facilem poſteà fore intelligentiam Andr.& cum ipſorum terminorum applicatione, & diſtinctione omnia Deo dante effici clara, & plana.

Diffinitionem igitur feudi tàm in genere,quàm in ſpetie ponit Obertus de Orto in cap.1.§.in primis in quibus cauſ. feud.amitt.vbi text.dicit,in primis te illud ſcire oportet, beneficij illius, quòd eſt genus,talem eſſe diffinitionem.

10. Beneficium nihil aliud eſt, quàm beneuola actio tribuens gaudium capientibus, capienſq; tribuendo, in id, quod facit prona, & ſponte ſua parara, vt ait Seneca.

11 Huius autem generis ſpeties quędam eſt beneficium illud,quod ex beneuolentia ita datur alicui, vt proprietas quidem rei immobilis beneficiatę penes dãtem remaneat, vſusfructus verò illius rei ita ad accipientem tranſeat, vt ad eum, hæredeſq; ſuos maſculos, ſiue fœminas, (ſi de ijs nominatim dictum ſit) in perpetuum pertineat, ad hoc, vt ille, & ſui hæredes fideliter Domino ſeruiant, ſiue ſeruitium illud nominatim quale eſſe debeat,ſit expreſſum,ſiue indeterminatè ſit promiſſum.

12 Ardiz. in ſumma has referens, & ſequens diffinitiones,exponit definitionem illam in genere.

Et primò dicit eſſe beneuolam actionem:quia quod ex neceſſitate fit, non dicitur beneficium, licet dicatur beneuola actio,vt infra in quæſtione, an feudum emptum ſit feudum.

Tribuens gaudium capientibus: quia eius gratia datur feudum, vt vſumfructũ habeat,& commoditatem,& vtilitatem,

Capienſq; tribuendo, quod propter commodum Vaſſallus dicitur tribuere Domino ſeruitium impoſitum, quod ſequitur Iacob. de Beluiſ. & etiam quod non ſit impoſitum, dicitur tribuere gaudium reſpectu fidelitatis.

13 Andr. declarando eandem diffinitionem, ſeu deſcriptionem, dicit, quod capiens feudum tribuat Domino gaudium: quia deuenit ſuus homo per ſacramentũ fidelitatis,quod præſtat cum illis ſex,videlicet incolume,tutum, honeſtum, vtile,facile,& poſsibile,de quo in cap.1.de forma fidel. facitq; voluntariè, & ſua ſponte vaſſallus prona voluntate parata, licet ex poſt facto ſit neceſſarium, intelligamus Andr.de ipſa fidelitate,nec deuenit ſuus homo, niſi ratione feudi, nec eſt ſeruitium ex poſt facto neceſſarium, niſi feudum eſſet datum ad certum ſeruitium: nam aliàs poreſt renuntiare, vt infra in verb.in perpetuum.

14 Bald. ſequitur idem tàm in diffinitione

ne in genere,quàm in ſpetie, licet ipſe dicat in fine, quod aliàs quidam definiuerunt feudum eſſe cõceſsionem rei pro homagio , ideſt fidelitate facta , allegat text.in cap.ex diligenti de ſimon.Iacob. de Beluiſ.definit feudum dupliciter,vno modo breuiter,vt per Bald.& alio modo quod ſit conceſsio rei facta cum traditione vtilis dominij ad vtendum,& fructdum cum exhibitione alicuius honeſti ſeruitij .

Demùm ponit diffinitionem beneficij in genere,vt ſupra.

Iacob.in verb. in feudum tenet diffinitionem ſpecificam Oberti, & Hoſtienſis in ſumma refert,& ſequitur diffinitionem Oberti .

Zaſius authoritate Io.Rainaldi,quem ſequitur Rebuff. dixit feudum eſſe beneuolam, & liberam rei immobilis, vel æquipollentis cõceſsionem cum vtilis dominij tranſlatione retenta proprietate ſub fidelitate,& exhibitione ſeruitiorum honeſtorum .

Et dicit Zaſius,quod non eſt feudi deſinitio illa generica Oberti à Seneca tradita,quæ eatenus feudo conueniet,quatenus ex beneficio feuda oriuntur .

Iaſon verò in ſuis præludijs refert oẽs diffinitiones præfatas , & omnes approbat; ſed reſidet cum definitione Oberti, dicendo, quod prima eſt definitio beneficij in genere , ſecunda verò feudi in ſpetie .

15 Iaſ.dupliciter improbat definitionem Iacob.de Beluiſ.ac Bald.

16 Primò,quia plura ſunt feuda,quæ poſſunt dari ſine homagio , & ſacramento fidelitatis .

17 Secundò , quia verbum hoc non fuit cognitum tempore horum iurium feudalium; ſed benè de iure canonico in cap. ex diligenti de ſimon.cuius rationes cõfunduntur ex dictis per ipſummet .

18 Prima ratio eſt falſa: nam feudum,ex quo non præſtatur homagium, nec fidelitas,eſt impropriè feudum, imò vt infra dicam,non erit feudum:quia deficit ſubſtantiale, & ob id dicit text. quod nulla

19 inueſtitura facienda eſt ei,qui fidelitatẽ facere recuſat in cap. 1. §. fin. per quos

20 fiat inueſtitura , & poterit remitti iuramentum fidelitatis ; ſed erit impropriè feudum ad text.in cap.1.de feud. non hab.propr.nat.feud. declarat Andr.in d. §.huius autem generis,& ipſemet Iaſ.ibi approbando alias definitiones, dixit, qđ ibi definiebatur feudum rectum propriè, non autem impropriè , & feudum in genere, non autem in ſpetie .

21 Secunda ratio , quòd verbum homagium non ſit cognitum in libro feudorum,eſt magis falſa,non enim refert, qđ verbum iſtud homagium in ſpetie non apponatur in iuribus ; ſed apponuntur alia,ex quibus Doctor.vno verbo appel-

22 lauerunt homagium: nam ſi homagium importat iuramentum fidelitatis , quod propriè fit Regi , & Domino non recognoſcenti ſuperiorem , & dicitur homagium ligium:quia ligatur Domino,fitq; illius homo nullo alio excepto,vt declarat Andr. in cap. 1. de nou. form.fidel. gloſ. in clem. paſtoralis de re iudic. qui ſolus text. loquutus fuit de feudo ligio,

23 in quo feudo:quia perſona eſt Domino obligata , non procedit iuditium parium, qui aliàs de iure communi feudorum interuenire debẽt, quando eſt lis de proprietate feudi inter Dominum,& vaſſallum ex reg.text.in §.præterea ſi inter duos de proh.feu.alie.per Frider.in cap. 1.de contr.feu.inter par.term. cum concord.ita limitat,& declarat Bald.in cap. cæterum de iudi.ſed Dominus ſolus poterit iudicare , Curt. in tractat. feud. 1. par.verſ.8.princip.nu.25.Iaſ.in vſib.feu. nu.110.ver.quartus effectus,Capyc.in ſua inueſt. in verb. feudum ligium verſ.

24 11. concl. ſicut eſt in omni Principe non recognoſcente ſuperiorem,vt poſsit in propria cauſa iudicare,Afflict.in cap. 1.quæ ſint reg.nu.44. Reſtau.Caſt. in tract.de Imper.q.91.in 16.volum. tract.

25 Homagium verò non ligium eſt , quod fit alteri Domino excepto Rege,vel Domino antiquiori;ſed vtrunque eſt homagium, & iuramentum contentum in rit. de form.fidel. & de noua forma fidel.vt declarat peroptimè Spec. in tit.de feud. & An-

& Andr.dicit,quod vnum pro altero ponitur in Conſtitu.Reg.probationum defectum, vnde etſi Andr.dixerit in d.cap. 1.in verb. omnem vtilitatem de noua forma fidel. quòd homagium præſtetur ſoli Regi,intelligitur propriè,& loquitur de homagio ligio, & ob id Andr.in Cõſtit.Domini à vaſſallis declarat,quæ differẽtia ſit inter homagium,quod ſit Re-
26 gi, & illud quod fit Baroni, & propterea, & ſi non ſit expreſſum hoc verbum homagium, ſi illud nil aliud continet, quàm fidelitatis iuramentum, verum eſt dicere,quod hoc verbum ſit cognitum in libro feudorum: nam ſi eſt cognitum iuramentum fidelitatis,& idem eſt,quod homagium, igitur cognitum eſt homagium, quod idem importat.

Hanc diffinitionem poſuit Iacob.de Beluiſ.Bald.Guliel.de Cun.Blan.Aluar. in d.S.huius autem generis, & Alex.in conſ.136. 1. vol.

Capyc. refert omnes in ſua inueſtitura in verb. feudum definitur, & videtur ſequi in omnibus Iaſ. etiam impugnando ex dictis per eum definitionem, de qua ſupra.

Iaſ.poſt Curt. valde approbat definitionem prædictam Io.Rain. quam etiam Capyc.ſequitur,& dicit illam veriorem Author damn. mem. in princ. ſui operis nu.52.ſed cum omnes tendant ad idem, & infructuoſum ſit vagari ſuper definitionibus, propterea relinquamus hæc Dominis Ciuiliſtis, & recepta communi definitione Oberti de Orto,diſcurramus ſuper ea de ſingulis ipſius verbis: nam multa vtilia ex ea eliciemus, & ſicut in
27 alijs contractibus quædam ſunt eius ſubſtantialia, ſine quibus actus non ſubſiſtit, quædam naturalia, quorum defectus alterat ſuam naturam;ſed benè ſubſiſtit contractus, & quædam accidentalia, quæ poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, vt ſunt pacta extranea,& ſeparata, de quibus in l.pacta conuenta,ff.de contrah.empt.in l.vbi ita donatur ff. de donat. cauſa mortis, ſatis pulchrè Bald.in l.etiam col.pen. C.de exequut.rei iud. ſic pariter in contractu feudali: nam nemo ambigit,feudum eſſe contractum de per ſe,vt per Andr.& cõ-
28 muniter Scrib.in præludijs,& eſt cõtractus nominatus ſecundum eos,ante quos tradidit hoc Bartol. in l.iuriſgentium,§. quinimò ff. de pact. Bald.in cap. quæ in eccleſiarum de Conſtitu.licet fuerit ſibi contrarius in l. fin. C. quando liceat ab empt.diſced.& in rubr.C.de rer.permut. ſed communis eſt cum Bart.vt latius per Curt.qui reſpondet contrarijs; hinc di-
29 cit Andr. quod per delictum feudatarij reuocat Dominus ex lege contractus, & quando ob lineam finitam vendicat, dicit venire ex contractu reſoluto, ſumus
30 igitur in contractu feudali, in quo ſicut in cæteris contractibus, ita pariter in eo conſiderantur ſua eſſentialia, naturalia, & accidentalia, & hæc omnia erunt in
31 hac diffinitione: nam primò dicit,quod feudum eſt beneficium ex beneuolentia datum,& hoc eſt naturale,ſecundò quod ſit in re immobili, & hoc eſt ſubſtantiale,tertiò quod proprietas rei datæ ſit penes dantem;vtilitas verò penes recipientem, & hoc ſecundum vnam opinionem eſt ſubſtantiale, ſecundum verò aliam naturale,de quo inferiùs dicemus:quartò quod in perpetuum ad hæredes maſculos tranſeat,& hoc eſt naturale,quintò etiam ad fœminas, ſi de eis nominatim ſit dictum,hoc eſt accidentale,& cõtra naturam de iure communi feudorũ; ſed erit natura particulatis talis conceſſionis,quæ à lege inueſtituræ capit ſuam naturam, vt infra dicemus cum Bald. ſextò, vt fideliter Domino ſeruiat, hoc eſt ſubſtantiale, & vltimò ſiue ſeruitium ſit nominatim promiſſum, ſiue indeterminatè, & hoc eſt accidentale, vt loco ſuo dicemus in declaratione articuli,an ſeruitium ſit de ſubſtantia,vel de natura,& quomodo intelligatur feudum francum, & quomodo fidelitas eſt ſubſtantia feudi, ac ſeruitium fidelitati annexum,& acceſſorium.

32 Primò igitur beneficium eſt,quod ex beneuolentia datur,concordat text.in cap.1.de feud.dat.in vic.l.comm.vbi dicitur,quod feuda non prætextu pecuniæ;

ſed

ſed amore,& honore Domini acquirun-
33 tur,hinc Doctor. dubitauerunt, an feu-
da empta ſint feuda, quaſi quod non ex
beneuolentia,& amore acquirantur.

Sed text.in cap.i.de nat.feud.in cap.
1.de feud.dat.Min.Valuaſ.in cap.1.de
beneſ. fratr.in §.ſed & res, per quos fiat
inueſtitura in cap.fin.in 1.rubr. omnia
hæc iura loquuntur in feudo empto,imò
34 dicunt dari retentionem,donec pretium
ſoluatur, & adſunt multa iura concor-
dantia.

Veritas eſt Domini', quod feuda poſ-
ſint emi, eruntq; feuda, & ita tradidit
Andr.in d.cap.1.de nat.feud.& cõmu-
niter Scrib.& in cap.1.de inueſt.in mar.
facta per illum text.& reſpondet ad tex.
in d.cap.1.de feud.dat.in vic.leg.comm.
nam loquitur in odium illius pacti re-
probati à conſuetudine feudorum, licet
Hoſtienſ.in ſumma dixerit, quod intelli-
gatur ille text.quod non pecunia; ſed a-
more,& honore feuda acquirantur,ideſt
non pecunia ſola; ſed amore, & honore,
& hæc omnia interueniunt in feudo em-
pto, dum concurrit voluntas, & electio
Domini potius dandi mihi, quàm alteri:
35 nam etſi beneficium non ſit gratuitum;
beneficium tamen eſt,allegatur commu-
niter tex.in l.Titius puerum ff.de obſeq.
36 patr.præſt. vnde erit feudum, licet quò
ad hoc non habens propriam naturam;
ſed in reliquis omnibus verè feudum,
probat text.in cap. 1. de feud.non hab.
propr.nat.feud. Andr. in cap. 1. §.huius
autem generis, ex quibus cauſis feud.
amitt. & generaliter (Domini) cum ex
37 inueſtitura feuda accipiant ipſorum in-
natam naturam in origine generationis
ipſorum,vt per Bald.in præludijs,& in
cap.1.de duob.frat.quid dubij erit,quod
38 feuda omnia, quæ conceduntur in feu-
dum,erunt verè feuda, & habebunt verã
naturam, & ſubſtantiam, præterquam in
expreſſis per text.in d.cap.1. de feu.non
hab.propr.feud.nat.vbi eſt text. ad lite-
ram,eleganter Socci.in l.Gallus §.etiãſi
parente de liber.& poſth. hinc pondera-
tur ad propoſitum theorica illa Andr.
valde approbata, & quæ quotidiè eſt in
39 ore Aduocatorum, quod clauſula illa
feudi natura in aliquo non mutata ap-
poſita in priuilegijs, intelligitur præter-
quã in expreſſis,ita quod in cæteris om-
nibus erit verè feudum Andr. in cap. 1.
§.ſed nec eſt alia iuſtior num.35.quæ ſit
prima cauſa beneſ. amitt. in cap. 1. qui
40 ſucc.tenea.in clauſula iuribus alienis,&
noſtris ſemper ſaluis vltra tradita per
Bald.in l.1.C.de leg.hæred. Socci.conſ.
43.4.vol. Dec.in conſ.181.

41 Et notate dictum Andr.in d.§.ſed nec
eſt alia iuſtior:nam ponit quæſtionem,
quando eſt conuentum, vt omni anno
præſtetur certum ſeruitium, quod erit
conceſſio in feudum,& omnibus legibus
feudi erit ſuppoſita, præterquam in ex-
preſſis,in quibus tamen erit natura alte-
rara,ſicut quando è contrario eſt cõceſ-
ſum,vt non præſtetur ſeruitium:nam ha-
bebit in omnibus veram feudi naturam,
præterquam in expreſſis in d.§.huius au-
tem generis nu.5.de quo infra latiùs lo-
quuturi ſumus in materia feudi franci,
& an ſeruitium ſit de natura,de ſubſtan-
tia,vel accidenti.

42 Ex his apparet malè ſenſiſſe Bald. in
l.liberti,libertæq; C. de oper.libert.cum
ſuis ſequacibus, volentem feudum con-
ceſſum pro annuo cenſu nõ eſſe feudum,
& veritas eſt,quod non erit propriè feu-
dum,quò ad illud,quod reperitur immu-
tatum remanente in omnibus alijs cum
ſua propria natura, & hoc dixit text. in
cap.1.de duobus frat.vbi Bald.dicit,qđ
43 tenor inueſtituræ ſit attendendus, licet
deroget naturæ feudorum, quæ latius
declarat Curt. in princip. in 6.quæſt. &
prædictus Author damn. mem. in princ.
ſui operis,qui an dicat verũ in caſu ſuo,
quando alteratur ſubſtantia,ſuo loco di-
cemus,& ſaluãdo Bald.dico,quod Bald.
voluit intelligere de feudo propriè, &
ſecundum ſuam propriam naturam, non
autem impropriè,vt ipſemet declarat,&
ſic in alijs locis loquitur, & eſt intelli-
gendus.

44 Secundò dictum eſt, quod conſiſtere
debeat in re immobili,ſeù æquipollenti,
45 vt in annuis redditibus concordat text.
in

in cap. 1. §. ſciendum de feud. cognit. &
in annuis redditibus text. in cap. 1. de
controu. inter Epiſcopum, & vaſſ. quia
hi inter immobilia computantur, in au-
th. de non alien. §. hæc ergo, in clem. exi-
ui de verb. ſignif.

46 Hinc Docto. communiter concludunt
in mobilibus non poſſe conſiſtere feudũ,
vt per Andr. cæteroſq; Scrib. in d. §. ſciẽ-
dum, & idem Andr. in prologo Conſtit.
nec in pecunia, quicquid dixerit Iac. de
Ardiz. in rubr. an res mobilis poſſit in
feudum dari, quem ſequitur Io. Blanc. in
47 ſua ſumma per text. in cap. 1. ſi de feud.
vaſſ. ab aliq. interpell. fuer. qui diſponit,
quod euicto feudo tenetur Dominus da-
re pecuniam tenendam à vaſſallo in feu-
dum: nam vt declarat ibi gloſ. & Andr.
cum cæteris Scrib. intelligitur ille text.
quod detur pecunia in feudum, ideſt cõ-
uertenda in feudum, emendo rem ſoli,
48 vel ſolo cohærẽtem, & reddunt commu-
niter Doct. rationem fundamentalem:
quia ſi de ſubſtantia feudi eſt, vt proprie-
tas, & directum dominium remaneat pe-
nes dantem, vt infra declarabimus: vſuſ-
fructus verò, ſeu vtilitas, ac vtile domi-
nium in accipientem, quomodo trãſacta
pecunia in acceptorem, eaq; conſumpta,
volumus dicere ſubſiſtere amplius feu-
dum: eſt enim impoſſibile, & propterea
etiam quod ſit præſtitum iuramentum,
erit nulla conceſſio: quia non datur exi-
ſtentia rei, ex qua detur fundamentum
fidelitatis, & recognitionis dominij di-
recti, vt peroptimè declarat Andr. in
cap. 1. quis dicatur Dux.

49 Tertiò ex prædictis apparet, quomo-
do ſubſtantiale feudi eſt, quod proprie-
tas rei immobilis remaneat penes dantẽ;
vſusfructus verò penes recipientem, ideſt
vtilitas, quod Scrib. dixerunt eſſe vtile
dominiũ ſubalternatum directo, vt pro-
bat text. in cap. 1. §. rei autem de inueſt.
de re alien. fact. gloſ. in §. præterea de
cap. Corr. & vtrobique Andr. & omnes,
quod directum remanet penes concedẽ-
50 tem intantum quod proprietate non
exiſtente ſecundum Andr. vbi ſupra non
poſſit conſiſtere feudum, & dicitur tali
caſu contractus innominatus ſecundum
Bald. in præludijs, quod peroptimè ex-
plicauit Oldr. in conſ. 159. in conceſſio-
ne Principatus Achaię, quicquid dixerit
prædictus Author damn. mem. in princ.
nam communiter Doct. tradunt contra-
rium, cum hoc ſit contra ſubſtantiam, &
eſſentiam contractus, Iacob. latè in verb.
inueſtiui talem: poterit enim appellari
feudum; ſed impropriè, & non ex natura
feudi; ſed ex lege inueſtituræ ſubiacebit
legibus feudalibus, & ita procedit dictũ
Bald. in l. ſi plures C. de cond. inſert. Fe-
ly. in cap. quæ in eccleſiarum 29. col. 2.
limit. de conſtit. Alex. conſ. 2. 5. vol. in fi.
cum alijs relatis per Capy. in ſua inueſt.
in verb. feudorum dominia, & ſic cõcor-
dant opiniones Curt. Iaſ. & alij in prælu-
dijs, & ſic loquitur prædictus Author
damn. mem. eritq; feudum, non quia feu-
dum; ſed quia ex conuentione ita fuit
actum, & nõ quia denominatur feudum,
propterea erit feudum, ſi deficiunt ſub-
51 ſtantialia: nam denominatio non facit
actum talem ad text. in l. Inſulam ff. de
præſcript. verb. in l. ſi vno ff. loc. congerit
Affl. deciſ. 80. peroptimè declarat, & fir-
mat Andr. in d. cap. 1. ſi pro feud. vaſſall.
interpell. fuer.

52 In hoc Domini aduertatis: nam ſcire,
quod dominium remaneat penes Domi-
num, & quod penes feudatarium tran-
ſeat, deſeruit ad plura, & ſignanter ad
quæſtionem illam, dum feudatarius ſub-
infeudat, quod dominium transferat, &
quod remaneat penes ipſum, quæ eſt cu-
rioſa quæſtio.

53 Bald. enim dixit in præludijs, domi-
nium vtile non eſſe chimeram, vt alij di-
cebant; ſed quodam dominium inferius
ſubalternatum directo, Hoſt. verò autho.
Innoc. dixit eſſe chimeram, Andr. in d. §.
rei autem refert dictum Innoc. & dixit
ſemper ipſum contentum eſſe tali chime-
ra, & idem refert Andr. in §. porrò num.
23. quæ ſit prima cauſa benef. amitt. &
in cap. 1. §. ex quo non ſeruit de feud.
fine cul. non amitt. & idem Bald. in l.
traditionibus C. de pact. dixit, quod do-
minium directum appelletur proprietas,
inſe-

inferius verò, vel ſubalternum appelle-
tur vtile.
54 Si eſt chimera, videtur, quod nihil
transferatur in ſecundum,ſi verò eſt vti-
le, poteſt dici, quod transferat vtile vti-
liter, & dicitur dominium vtile inferius
ſecundum Bald.in cap.cæterum pen.col.
de iud. quodq; penes ſubinfeudantem
remaneant reliquiæ quædam,& iura ſer-
uitiorum,quæ latius proſequitur Capyc.
vbi ſupra nulla facta mentione Andr.
Andr.in cap.1.§.prætetea in 1.addit.
de cap.Cort.tenuit omne ius à primo in
ſecundum transferri, nec ſecundo rema-
nere, niſi quod ex ipſo contractu ſubin-
feudationis ſibi reſeruauit, & conuenit,
idem Andr. in §. illud, de prohib. feud.
alien.per Frider.
55 Hæc quæſtio Domini procedit de iu-
re communi feudorum, non autem in
Regno,in quo per Conſtit.conſtitutionē
diu. mem. eſt prohibita etiam ſubinfeu-
datio; ſed benè vtilis eſt quæſtio illa,
quando non ſubinfeudat feudum conceſ
ſum,vt puta Baroniam,ſeu Caſtrum; ſed
rem particularem ſolitam concedi,quod
nam dominium retineatur,& quod trāſ-
feratur, & directum dominium habebit
rerum particularium, ita quod transfert
vtile ſecundum Bald. in proæmio ff. 3.
col.& in l.1.C.vnde legit. vt dicimus in
56 Regno,quod in feudum ab Eccleſia te-
netur, vt in Ciuitatibus, & rebus parti-
cularibus Rex noſter habeat directum
57 dominium,& quod dicit Andr.in §.prę-
tereà de cap.Corr.in add.& in cap.illud
quoque de prohib.feud.alien.per Frider,
intelligo in feudis de per ſe principali-
ter infeudatis, quæ ſi ſecundo loco ſub-
infeudantur,nihil retinet ſubinfeudans,
niſi quod ex conuentione reſeruauit, &
ibi fit quæſtio,ad quem deuoluātur,quā-
do per delictum,vel per alienationem;
ſed quando ſunt ſolita concedi, & ſub-
feuda formata ſub feudo dominante, à
quo illa dependent,& reguntur,tunc cō-
ceſſo feudo principali cenſentur conceſ-
ſa omnia ab eo dependentia,& ſic nimi-
rum ſi ſubfeuda eāt in directo dominio
feudatarij, quia à principali conceſſione
feudi,ſub quo ſubſunt,illa reguntur; ſed
latius loco ſuo alia die dicemus, & hoc
ſentijt Capyc.in ſua inueſt.in loco ſupra
allegato,ſufficit prō nunc attigiſſe.
58 Et in hoc aduertatur: nam habemus
tres feudorum ſpecies,videlicet, quater-
nata,non quaternata, quæ dicuntur in
Regno feuda plana, & de tabula, ſeu
Athenaſia,quæ idem ſunt ſecundum Af-
fli.in deciſ.243. vbi Addentes, Frecc.in
5.auth. nu.2. & in differentijs inter feu-
dum quaternatum, & planum nu.3. de-
clarat Andr.in 1.rubr.nu.8.verſ.Conſti-
tut.Reg.Siciliæ,vbi Moder.Add.in verb.
excadentias, & habemus feuda mixta,
quæ appellantur feuda quaternata ſecū-
dum quid,vel ſecundum Regni Conſtitu-
59 tionem poſt mortem; feuda enim qua-
ternata erunt illa, quæ ſpectant ad Re-
gis collationem,vel quæ ſunt deſcripta
in quinternionibus Reg.Camerę, ac Re-
60 gi immediatè ſeruitium ſoluitur, non
quaternata, & plana ſunt, quæ tenentur
à Baronibus non aliter deſcripta in Re-
gijs quinternionibus, quæ ſolita ſunt à
Baronibus concedi, ab eis recognoſcun-
tur,illiſq; ſeruitia præſtantur, quòd ma-
giſtraliter declarauit Andr. in cap.1. de
contr.feud.apud par.termin.nu.9. feuda
61 verò mixta, quæ dicuntur quaternata
ſecundum quid,ſunt illa, quæ ſecundum
Reg.Conſtit.poſt mortem à Rege conce-
debantur, tenenda tamen à Baronibus,
vel quę tandem ſecundum Capitula Pa-
pæ Honorij à Baronibus concedi ſolita
ſunt cum Regis tamē aſſenſu,de quo per
Andr.& Scrib.in d.Conſt.Reg.poſt mor-
tem,declarat Andr.in Conſti.Reg. vt de
ſucceſſionibus in princ. & quia dicimus
62 aſſenſum quaternare feudum ſecundum
deciſ.And. in Conſti.Reg. ſi quis Baro,
quod declarauimus in libro de Poteſta-
te Proregis, & Collateralis Conſilij in
tit.de Aſſenſibus Regijs §.2.& infra di-
63 cemus, propterea dicitur hoc feudum
mixtum:quia tenetur partim à Barone,
à quo recognoſcitur, & partim à Rege,
qui Baronis conceſſioni aſſentit,vel quia
concedit feudum cum hoc, vt à Barone
recognoſcatur,latè explicat Camer.in
repet.

64 repet.cap.imperialem cart.69. & omne Caſtrum in Regno eſt feudum quaternatum etiam ſi à Barone teneatur, dicit
65 Andr. vbi ſupra; ſed non è contra, omne feudum erit quaternatum,& proinde dicit Andr. notabiliter in d.cap.1. de controu.feu.apud par.term.nu.12. quod
66 ſi in terra baronis reperiatur feudum,& Rex concedat etiam ter, non erit quaternatum, niſi per 30.annos ſteterit ſit-
67 ma conceſſio, ex quo infertur, quod in dubio feudum ſiſtens in territorio baronis præſumatur planum, & non quaternatum,& ob id idem Andr.ibid. nu.10.
68 voluit, quod hæc feuda plana etiam ſi non exprimantur in conceſſione, tranſi-
69 bunt cum Vniuerſitate,& hoc importat ſecundum eum verba illa apponi ſolita in priuilegijs, quæ de feudo in feudum, & quę de ſeruitio in ſeruitium,& vt dixi
70 hunc terminum feudi quaternati, & ſecundum quid benè declarauit Andr. in Conſtit.Reg. vt de ſucceſſ. & quomodo procedát termini Conſt.Reg.poſt mortẽ, videlicet ad quem tale feudũ aperiatur, & per quem cócedatur,latè per Camer. in repet.cap.imperialem cart.68. lit.M, ſed vide latius per me tradita in d.libro de Poteſt.Proreg.in tit.de aſſenſ.Reg. §. 1.vbi materia Conſtit.Reg.poſt mortem
71 amplè declaratur, & quia recognoſcitur tàm à Rege,quàm à Barone,propterea in alienatione huius feudi mixti, ſeu quaternati ſecundum quid dicit Andr.in eod. cap.imperialem in princ. qđ verius eſt, vt in illius alienatione vtriuſque aſſenſus requiratur, Domini,& baronis,de quo etiam per Affl.in deciſ.272.&quod
72 diximus,vt omne Caſtrum ſit feudum quaternatum in Regno, limitatur non procedere in Eccleſia poſſidente:nã præſumitur tenere in allodium,Andr.in Cõſti.Reg.Iuſtitiarij nomen,& normam,vbi Affl.col.fin.latè D.Frecc.in auth.baron. 29. Moder. Addent. ad Iſern. in cap.1. de controuerſ.inter maſcul.& fœm.de benef.

73 Verùm quia diximus ſupra, quod ex aſſenſu Domini præſtito ſuper alienatione feudi, quæ ſit à barone, etiam quod feudum ſit planum, feudum quaternetur,aduertatis,ne erretis cum multis mi-
74 nutis Feudiſtis:nam in feudis planis iam formatis,quæ ſecundum Reg Conſtitut. conſtitut.diu.mem. in verb. excadentias poſſunt à baronibus concedi abſque alio aſſenſu,locari,& vendi,aut aliter alienari cum præſtatione tamen antiqui ſeruitij,vt per Afflict.ibidem 12.notab. & nu. 63.verſ.tertiò quæro, & dum illa à poſſeſſoribus alienantur, ſufficit ſolus baronis aſſenſus ſecundum communes regulas in Regno, de quo facit deciſ. Afflict. 243.& licet in alienatione quandoq; impetretur Regis aſſenſus, non propterea
75 talis aſſenſus quaternabit feudum: quia aſſenſus, qui impetratur ad tollendum obſtaculum prohibitiuum alienationis feudorum,non alterat naturam feudorũ, nec aliquid de nouo inducit, & quando
76 aſſenſus non neceſſarius impetratur, vt in hoc caſu, dicit Andr. quod eſt, ſicut dicere arma,virumq; cano, & ſicut verba ſuperflua in ſtipulatione, quæ ad nihilum deſeruiunt, hæc omnia docet eleganter Andr.in cap.1. §. ſed nec eſt alia
77 iuſtior nu.38.quæ ſit prima cauſ.benef. amitt. non enim in præiuditium baronis poteſt abſque ſuo expreſſo conſenſu feudi natura alterari,& poſt infeudationem factam non poteſt directus Dominus aliquid innouare,addere, minuere, vel immutare ſecundum communes deciſiones, & relictis Ciuiliſtis videatis ad hoc Iſer. noſtrum in d.cap.ſimiliter in 2.add. ante nu.25. verſ. ſi non poteſt de Cap.qui cur. vend. eleganter Andr.in Conſtitut. Regni incipien. honorem noſtri diadematis,in d.cap.1. de controu. apud par. termin.ante num.12. verſ.ſed ſi Rex, &
78 propterea aſſenſus tales minimè quaternabunt feuda, nec illorum naturam immutabunt, vt bene Addentes ad deciſ. Afflict.282. declarauerunt; oportet enim probari, quod aſſenſus fuit ex certa ſcientia impetratus ad feudum quaternandum, quod aliàs erat planum, & tunc non erit inutilis ſecundum Iſerniã in dicto §.ſed nec eſt alia iuſtior, &
79 ita procedit, & declaratur doctrina

Iſern. in d. Conſtitutione Regni ſi quis baro, dum dixit, quod aſſenſus quaternat feudum, loquitur enim in eo, qui vult effici baro, & iacto fundamento,
80 quod non ſufficit, quod quis habeat plura feuda ad hoc, vt baro efficiatur; ſed oportet, quod habeat feudum quaternatum ſub ſe, quod alius ab eo recognoſcat, & tunc erit baro, dicit propterea, quod baro efficietur modo, quo ſupra, vel ex pluribus feudis, quæ tenet etiam non quaternatis, ſi concedat vnum cum conſenſu Regis, vt ſub eo, & ab eo teneatur, & erit baro; conſenſus enim Regis quaternabit illud, dicit Iſern. & ſic concurrit voluntas vtilis Domini, qui ad conſtituendum ſe baronem voluit habere ſub ſe feudum quaternatum, ad quod neceſſarius erat Regis aſſenſus, & tunc benè dicit Iſern. quod aſſenſus
81 quaternet feudum: nam ſi aliàs feudum, quod conceditur à Barone, erit de per ſe quaternatum ſimpliciter: quia ille tenebat à Rege immediatè, non poterat Baro in Regno ſubinfeudare, nec de quaternato ſimpliciter, quod Regem tantum recognoſcebat, facere quaternatum mixtum, vt diximus, quod ab ipſo barone immediatè recognoſceretur, & propterea cum natura mutabatur, & formabatur feudum quaternatum ſecundum quid, opus erat aſſenſu, qui quaternet feudum ſub natura mixti; ſi verò feudum erat planum, & feudatarius ad conſtituendam baroniam vult facere quaternatum cum conſenſu Regis, vt ab eo, & à Rege recognoſcatur, benè dicit Andr. quod concurrente voluntate feudatarij aſſenſus tali caſu quaternet feudum, & ob id, & in hoc aduertatis, non dicit Andr. ſimpliciter, quod aſſenſus quaternet feudum; ſed ponit hęc verba.
82 Baronia eſt Caſtrum, ſeu Caſtra, vel feudum, habens ſub ſe feudum quaternatum, quod alius tenet, probatur in
83 Conſtitutione Regni poſt mortem: Feudum verò eſt de viginti vntijs in Regno, & poteſt quis habere plura feu-
84 da, vt hic dicitur, & tunc ſi ſunt quaternata, vel non, det vnum alij cum conſenſu Regis, vt ſub eo, & ab eo teneatur, & erit Baro; conſenſus enim Regis quaternabit illud: quia Rex confirmans videtur donare, hæc Iſernia.
85 Ergo aſſenſus ſimplex non quaternat ſecũdum Andream; ſed requiritur clauſula, vt ſub eo, & ab eo teneatur, & idem per eadem verba tradit Andr. in dicto cap. ſimiliter in ſecunda addit. num. 20. vbi Modern. Addentes volentes Andr. loqui, quando de feudo plano fit per hęc verba feudum quaternatum mixtum: nam ſi aliàs eſſet quaternatum, non quaternaret aſſenſus, quod iam quater-
86 natum erat, quod peroptimè declarauit Afflict. in cap. 1. de controuerſ. feud. apud par. termin. num. 29. vt cum tali clauſula efficiatur feudum quaternatum, videlicet tenendum ab eo, ſcilicet Barone, & ſub eo, ſcilicet à Rege, ex quo efficitur feudum quaternatum ſecundum quid ſecundum terminos Conſtitutionis Regni poſt mortem, aliàs dicit ipſe, quod ſine hac clauſula minimè aſſenſus quaternabit feudum, nec de plano efficietur quaternatum, quod
87 pariter ſequutus eſt Capyc. in ſua inueſtitura, in verbo feudales aſſenſus, verſ. effectus cart. 81. Moderni Addentes ad Andream, vbi ſupra idem tenet, Freccia de Origin. Baro. num. 39. cart.
88 13. qui ex hoc ibidem num. 55. tradidit, quod ſi feudatarius alteri det in feudum cum Regis aſſenſu, iſte ſubfeudatarius non erit Regis feudatarius; ſed primi inueſtiti: verùm non efficeretur ex hoc feudum quaternatum, nec taliter concedens efficeretur Baro, & ratio eſt: quia deficiunt illa verba, vt ſub eo, & ab eo teneatur, ex quibus voluntas feudatarij, & aſſentientis colligi-
89 tur, & non defuerunt, qui terminos penitus ignorando dixerunt, quod, dum adſint verba prædicta, vt ab eo, & ſub eo feudum teneatur, erit feudum quaternatum ſimpliciter: falſiſſimum enim eſt, & contra Andream, & omnes: nam ſi Andreas tractat de conſti-

tuendo

tuendo quem baronẽ,& ſic vt ſub ſe habeat feudum quaternatum, quod oportet intelligi de quaternato mixto,ſeù ſecundum quid,ſecundum terminos Conſtitut.poſt mortem, ergo quomodo hæc verba importabunt feudum quaternatum ſimplex,quo caſu cum in totum recognoſceretur à Rege, nullo modo feudatarius Baro efficeretur: quia non haberet feudum quaternatum ſub ſe, error
90 enim originem habuit ab ignorantia terminorum,dùm præſuppoſuerũt, quod tenere in capite à Rege inducat incompatibilitatem, vt teneatur idem feudum in capite à Barone, quod pariter erroneum, & falſum eſt, cum poſſit teneri à Barone, & à Rege, vt docuit Iſern.in Conſtitutione Regni, vt de ſucceſſionibus, Camerarius declarat in loco, vbi ſupra cart. 69. à tergo in principio, &
91 propterea licet teneantur à Barone feuda in capite; ſed ſunt deſcripta in quinternionibus, non erunt feuda quaternata; ſed mixta, vt in Conſtitutione honorem noſtri diadematis, ibi nullus Comes, Baro, vel Miles, vel quilibet alius,qui baroniam,Caſtra, vel feudum in capite à nobis tenet, vel ab alio, quæ in quinternionibus Dohanæ noſtrę inueniuntur in ſcriptis,& in Conſtitutione Regni poſt mortem, ibi poſt mortem Baronis, ſeu Militis, qui à Comite, vel Barone alio baroniam aliquam, vel feudum tenuerit,quæ in quinternionibus Dohanæ noſtræ inueniuntur in
92 ſcriptis, & proprium eſt feudorum quaternatorum ſecundum quid teneri ab vtroque, ſi verum eſt ſecundum Andr. illa concedi à Rege tenenda à Barone, & in alienatione requiri vtriuſque aſſenſum: quia ab vtroque tenentur, & ſic tenẽtur ab eo,ſcilicet barone,& tenẽtur ſub eo,ſcilicet à Rege, qui concedit tenendum à Barone, & vt diximus,Iſern. hoc modo format feudum quaternatum ſecundum quid, ex quo quis conſtituatur Baro, & non aliàs, ergo falſum eſt,quod ex his verbis dicatur feudum quaternatum ſimplex, & quanquam Frecc. & Capyc. alibi dixerunt ſic per tranſennam aſſenſum quaternare feudũ, intelligendi erunt, prout ipſimet poſteà ſe declarauerunt conformes ſe reddendo deciſionibus Iſern.
93 Et notate, ac memoriæ retineatis, quod ſi dum quis ſubinfeudat feudum, etiam quod à Rege tenet, & ſic quaternatum cum clauſula, vt immediatè, & in capite ab ipſo recognoſcatur, cui infeudationi Rex aſſenſit, tunc receſſum eſt à terminis Conſtitutionis Regni poſt mortem, & feudum non erit mixtum, nec quaternatum ſecundum quid; ſed feudum ſimplex recognoſcens baronem, prout alia feuda plana, & attendendum erit ius commune feudorum, quod benè declaratum eſt per veros terminos in dicto §. ſecundo in titulo de Aſſenſibus Regijs,vbi poterit videri; mutatur enim ex ſpeciali expreſſione forma, cui Rex,
94 qui poteſt,ſic aſſenſit, ex quo infertur, vt ibi benè fundauimus, quod vera ſit deciſio Afflicti in Conſtitutione conſtitutionem diuæ memoriæ in 12. notab. quod feudum planum conſtituatur,quãdo mediante aſſenſu illud fuerit formatum contra Camerarium ſe fundantem in ea ratione: quia aſſenſus quaternat feudum: nam ſi feudatarius vult formare feudum planum,& Rex aſſentit, quare dicere volumus, vt demum non remaneat planum cum omnibus ſuis
95 qualitatibus, inter quas præcipua eſt, vt cum ſolius Baronis aſſenſu poſſit illud alienari, ſi Rex hoc Baroni conceſſit, vt feudum planum conſtitueret, quod firmatur optimo medio: nam Do-
96 ctores voluerunt, vt diximus, feudum planum præſumptiuè probari, quando ſemel, vel bis reperitur à ſolo barone conceſſum, & ſtetit firma conceſsio per ſpatium triginta annorum: nam per ſpatium tanti temporis præſumitur poteſtas legitima penes baronem conſtituta, ita notabil, Afflictus in deciſione 305. num. 11. verſ.nec obſtat,ergo ſi hæc inducunt probationem legitimæ poteſtatis Baronis, ſequitur, quod initium, ſeu titulus iuſtus à Rege requiratur, & conſequenter vera eſt opinio Afflicti, &

97 ſicut dicimus in præſcriptione, quod, quando conſtat de titulo infecto, illa non deſeruiat ſecundum notab. & communem deciſ. Innocent. in cap. dudum
98 de decim. ita pariter ſi conſtaret feudum non eſſe planum; ſed quaternatum, licet Baro pluries conceſſiſſet, nil deſeruiret: quia præſumptio, quæ ex conceſſionibus oriretur, ceſſaret, & poſſeſſio ex titulo infecto non cauſaret legitimam præſcriptionem, & ob id benè dixit Afflictus, quod hæ ſint probationes præ-
99 ſumptiuę, ſecus verò ſi ſimpliciter habens feudum, illud ſubinfeudat cum Regis aſſenſu, vel vult partem illius concedere, non dicendo velle conſtituere feudum planum, & ſic dum vult formare ſubfeudum ſuper hac conceſſione impetrat aſſenſum, nunc enim non dico, quod aſſenſus quaternet feudum: quia iam erat quaternatum, nec conſtituitur feudum planum ex ſubinfeudatione, alio non expreſſo ex eadem ratione, de qua
100 ſupra: quia natura non alteratur, niſi in expreſſis ex reg. text. in cap. 1. de feud. non hab. propr. natur. feud. vbi Andr. & Scriben. & oportet in hac alteratione, vt interueniat conſenſus vtriuſque; ſed dico, quod formetur feudum quaternatum ſecundum quid: quia ex conſtitutione ſubfeudatarij alteratur mediante aſſenſu prima natura feudi quaternati ſimpliciter, quæ, vt dixi in d. §. 2. recipiunt declarationem ex poſſeſſione interpretatiua, ſi diſpoſitiones talium feudorum fuerunt continuatæ cum aſſenſu vtriuſque, vel ſolius Baronis, quæ dixiſſe ſufficiat pro vera cognitione terminorum.
101 Quartò dicit, quod ad eum, hæredeſq; maſculos, & fœminas, ſi de eis nominatim dictum ſit, & cæt. quæ quidem reſpiciunt feudi naturam, concordat text. in prima rubr. §. & quia vidimus, & §. hoc autem notandum, & ob id Andr. in §. ſed nec eſt alia iuſtior dixit, quod ineſt feudo, & eſt de natura acquiſitionis dare, & recipere pro hæredibus, & abſq; iſta expreſſione maſculorum ſic intelligetur ex regula text. in cap. 1. §. & ſi clientulus de alien. feud. & in cap. 1. §. profectò de leg. Corrad. & non tantùm hæres maſculus; ſed filius maſculus, vt
102 ibi, ita quod frater fratri non ſuccedit in feudo nouo in cap. 1. de duobus fratr. quod ſecus eſt in Regno ſecundum opinionem Peritorum per Conſtitutionem Regni, vt de ſucceſſionibus, vbi Andr. etiam ſi non eſſet ex vtroque latere coniunctus, vt ibi per Andr. latè Afflict. deciſ. 297. Marin. in 21. differen. feud. quaternati, & plani, Loffred. in d. conſ. 1. &
103 in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud. niſi inueſtitura eſſet pro hæredibus ex corpore, quæ eſt communis forma: nam hic frater eſſet excluſus, niſi eſſemus in feudo paterno, ſeu antiquo, quod dicitur illud, quod fuit acquiſitum per parentem, qui fuit agnationis communis: quia reſpectu primi acquirentis omnes ſunt deſcendentes ex corpore per Capitulum Regni
104 conſiderantes; aſcendentes verò non ſuccedunt, vt in cap. 1. de nat. ſucc. feud. niſi in feudo paterno refutato, quaſi per viam reuerſionis; ſed vt hæres habebit, Andr. in cap. 1. in fin. quid iuris ſit, & ſoluet releuium, idem Andr. in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſt. & quod alibi dixit Andr. vt habeat pater iure reuerſionis, benè dicit; ſed reuertetur, tanquam ad hæredem, & ita iudicatum, de quo latè per D. de Franch. in deciſione 3. quem articulum per veros terminos explicauimus in d. libro de Poteſtate Proregis in titulo de refutat. feudor. in princ.
105 Et quod dicitur in definitione, vt feudum tranſeat ad hæredes, intellige, quod ſi plures ſint filij, omnes ſuccedant de iure communi feudorum, & omnes fidelitatem facere debent dicit text. in cap. omnes filij, ſi de feud. defunct. milit. ſecus
106 ſi vnus tantum ſuccedit, vt quando viuitur more francorum, vel ſi per diuiſionem vni tantum fuerit feudum aſſignatum, quod quomodo procedat, dicemus ſuo loco infra in cap. 1. de ſucceſſ. feud. ſed ſi plures pro indiuiſo ſuccedunt, vel diuidunt, omnes ſunt ſucceſſores, & omnes fidelitatem facient, &
107 quod dixi de diuiſione, intellige

præ-

præterquam in feudis dignitatis iuxta text.in cap.præterea ducatus de prohib. feud.alie.per Frider.& tunc an poſſit diuidi exercitium, adminiſtratio,ſeu redditus Curt.latè in 4.part.30.quæſt. 10. limit.Capyc.in ſua inueſt.verſ.feudorum diuiſio, ibi ſublimito decimò, & intelli-
108 ge hæredes. ſ. legitimos, & naturales: nam naturales tantum, vel legitimi tantum, vt adoptiui nullo modo ſuccedunt in cap.adoptiuus, & in cap.naturales, ſi de feud.defun.mil.etiam quod naturalis legitimetur,dicit ibi text.quod intellige in legitimatione Principis, ſecus ſi ex ſubſequenti matrimonio ex reg.text.in cap.tanta, qui filij ſint legit. ita Andr. in d.cap.naturales,etiam quod inueſtitura ſit pro hæredibus ex corpore legitimè
109 deſcendentibus,quod Bald.extendit in eodem cap.ad filios ſuſceptos ex matrimonio putatiuo.

110 Et quando non repetitur inueſtitura, an præſumatur feudum conceſſum ſecūdum communem formam pro hæredibus ex corpore,an verò ſimpliciter prout de iure communi feudorum,vel Conſt.Reg. & dicit Andr.non præſumi hāc communem formam in eadem Conſtitutione,vt de ſucceſſionibus, ita quod ſit hæreditarium; ſed tranſmiſibile ex reg.text. in l. ſi pactum ff.de probat.in cap.1.de duob. frat.eritq; feudum ex pacto non hæreditarium, niſi reſpectu primi acquirentis,à quo omnes habent cauſam,& eidem omnes dicuntur ſuccedere, de quo per Andr.in d. §.huius autem generis,in cap.1. de ſucceſſ.feud.in cap.1.an agnatus cum concordantibus, latiſſimè Loffr. in conſ. 1. vbi firmat hæc de iure communi feu-
111 dorum procedere; ſed in Regno omnia feuda præſumuntur hæreditaria, ſecundum Neapod.in conſuet. ſi teſtator, vbi latiſſimè Moder.Addentes, latè D.Frec. idem firmans in 21.differ. feudi quaternati,& plani.

112 Ex quibus habetis aliam differentiam feudorum,videlicet feudum ex pacto, & prouidentia hæreditarium,& feudum ex pacto,& prouidentia non hæreditarium, & dico non hæreditarium:quia omnia feuda ſunt ex pacto,& prouidētia reſpectu concedentis,& cōceſſionarij;ſed quędam hæreditaria, quædam verò non hæreditaria, & loquendo ſecundum cōmunes Doctor. deciſiones in Regno, ſecundum quas iudicatum eſt, & practicatum
113 indifferenter,dico, quod quoties in inueſtitura mentio facta eſt hæredum, videlicet, quod conceſſum feudum ſit pro hæredibus, vel pro hæredibus ex corpore,ſemper feudum erit hæreditarium, quicquid alij dixerint: nam verbum illud hæredes informat feudum, ex quo aſſumit ſuam innatam naturam; ſi verò non adeſt verbum illud hæredibus; ſed ſimpliciter reperitur feudum conceſſum, vel dictū fuerit pro te, & liberis,vel pro te,& filijs, vel pro te,& Titio, tunc feudum erit ex pacto,& non hæreditarium,
114 ita quod vnuſquiſque ſuccedet, vti filius,& non vt hæres,vel vt ſucceſſor,non autem cum qualitate hæreditaria, præterquam reſpectu primi acquirentis:nam cum habeant ab illo,tenentur eſſe hæredes illius, quæ ſunt regulæ in Regno,de quo per Andr.in cap.1. an agnatus in cap.1.de alien.feud.pat.in cap.1.de ſucceſſ.feud.Loffr.in d.conſ.1. D.Frecc.vbi ſupra,& latius in prima formula inueſtiturarum,& in differentijs inter feudum ex pacto, & feudum hæreditarium, ex
115 quibus magnus ſequitur effectus:nam ſi non ſuccedit filius,aut agnatus,vt hæres, non tenetur habere rarum factum defuncti,& habebit feudum præcipuum, dummodo ſi inſtitutus fuerit filius, aut agnatus, confecerit inuentarium, vt per Andr.in locis præallegatis,ſi verò feudū eſt cum qualitate hæreditaria, tenetur ſucceſſor ad onera defuncti; hinc oritur illa diſputata quæſtio, an feudo legato debeatur extimatio,de qua ſuo loco tractabimus.

116 Nolo tamen ſilentio pertranſire, poſtquam de hæredibus in feudo tractauimus,quod tripliciter in feudo conſideretur hæres,videlicet,hæres ſanguinis,& hæc qualitas requiritur in omni ſucceſſore,vt ſit deſcendens ex ſanguine primi acquirentis,de quo in cap.1.de nat.ſuc-

ceſſ. feud. Secundò conſideratur hæres
117 hæreditatis, & hoc in filio in feudo ex pacto, qui tenetur eſſe hæres patris in hæreditate allodij, ne inteſtatus pater dicatur decedere,& iniuria afficiatur, & in hoc eſt deterioris conditionis, quàm agnatus,de quo in d.cap.1.an agnatus,
118 & tertiò conſideratur hæres feudi,vt in feudo hæreditario,& hoc eſt,quod dicit Iſern.in cap.1.§.quid ergo in fin. de inueſt.de re alien.fact.quam diſtinctionem eleganter ponit Camer.in d.cap. præterea ducatus,Pernus in ſuis conſilijs in 4. notab. Loffr.in alleg.conſ.1.
119 Habemus inſuper,quod fœminę de iure communi feudorum ſint excluſę,niſi nominatim ſint in inueſtitura feudi ad ſucceſſionem admiſſæ, quod ſecus eſt in Regno per Conſtitutionem in aliquibus, quæ deficientibus maſculis ſunt in feudo ſucceſſibiles.
120 Subdit verbum in perpetuum: nam ſecundum primæuam naturam erant feuda per annum,poſteà ad vitam, & demũ effecta ad hæredes tranſitoria iuxta tex. in cap.1.in 1.rubr. vbi Deo dante latius diſcutiemus,& in hoc cadit quęſtio,an
121 vaſſallus inuito Domino poſſit feudum refutare,& fit diſtinctio,quando feudum eſt ad certum ſeruitium conceſſum, vt non poſſit,ſecus ſi ſimpliciter,de quo per Andr.in cap.1. de cap. qui cur.vend. & in 1.rubr.in fin. quod non intendo nunc declarare;ſed ſuo loco dicemus alia die, & ſic pariter dum loquuti ſumus de ſuc
122 ceſſione feudi, quid in clerico ſimplici, & quid in Clerico beneficiato,vel in ſacris, an demum iſti ſuccedant, ſaltem habitu dimiſſo ante litis conteſtationẽ; & an ſi habens feudum clericetur,amittat taliter,quod non detur pœnitentia; tractabimus in repetitione cap. qui clericus,ſi de feud.defun.milit.vbi eſt ſua materia,& cum Andr.in cap.1.de benef. fœmin.ſufficiat pro nunc tenere concluſionem,quod Clericus in minoribus etiã beneficiatus dimittendo habitum,ſtatim poſt mortem feudatarij, & renuntiando beneficium ante litis conteſtationem cũ legitimo ſucceſſore,quod denique ſucce
123 dat; ſi verò fuerit in ſacris conſtitutus, minimè: quia character eſt indilibilis, qui verò tenet feudum,& clericatur,ſta
124 tim amittit:quia miles Chriſti non poteſt eſſe miles ſæculi,& dominium feudi interim non poteſt ſtare in ſuſpenſo, & ob id non habet locum pœnitentia, & pro nunc videatis deciſionem meam ſeptimam, in qua latè hæc differuntur, & latè articulum pertractaui in d. libro de Poteſtate Proregis in titu. de Aſſenſibus Regijs §.4.

SVMMARIVM.

1 *Feudi vas,atque ſubſtantiam eſſe fidelitatem,dictum eſt Andr. ſatis vulgatum.*

2 *Feudum dictum eſt à fide.*

3 *Hinc vaſſallus nuncupatur etiam fidelis.*

4 *Feudum ab emphyteuſi in quo potiſſimum differat.*

5 *Vaſſallus ratione feudi iurare debet fidelitatem per ſpecifica capitula.*

6 *Hoc autem iuramentum in quo diſtinguatur ab eo, quod præſtat ſubditus ratione iuriſdictionis, optimè declaratur,quo loci etiam traditur,primum appellari iuramentum fidelitatis,ſecundum aſſecurationis.*

7 *Vaſſallus quis dicitur ratione feudi, ſubditus ratione domicilij, vel ſi ſit Ciuis.*

8 *Iuramentum aſſecurationis non poteſt à ſubditis præſtari,niſi Regia præcedat iuſſio.*

9 *Eſtq. ratio ſecundum Andr. quia Rex in Regno eſt Dominus perſonarum.*

10 *Hæcq. aſſecuratio erit Baroni à vaſſallis præſtanda poſt iuratam ab eo fidelitatem.*

11 *Feu-*

11 *Feudi conceſsio non poteſt fieri ea lege vt nulla præſtetur fidelitas: quia huiuſcemodi pactio eſt contra huius contractus ſubſtantialia; ſed hoc intellige, vt infra nu. 16. & ad iura, quæ contrarium ſuadere videntur, reſponde vt nu. 18. cum ſeqq.*

12 *Sed difficultas eſt, an tunc vitietur in totũ iſte contractus, vel in aliã transfundatur ſpetiem, qua de re diſtingue, vt per D. Authorem hic, & nu 15.*

13 *Cuius occaſione declaratur text. in l. ſi quis ante ff. de acq. poſſ.*

14 *Subſtantia rei eſt ipſamet res, illaue ſublata deficit actus.*

17 *Feudi natura ſi in aliquibus ſit alterata, vtique manebit illud in reliquis in ſua propria natura, diceturq. conditionatum, & non rectum.*

19 *Vaſſallus quando veniat feudo priuandus, ſi interpellatus recuſet fidelitatem iurare.*

20 *Fidelitas quandoq. ſumitur pro ipſo fidelitatis iuramento.*

21 *Sed propriè loquendo fidelitas præcedit iuramentum, prout etiam inueſtitura.*

22 *Fidelitatis iuramentum ſi remittatur, non fluit inde, quin ſit debita fidelitas, & quò ad hoc feudum erit improprium; in cæteris verò retinebit illius naturam, et n. 26.*

23 *Hinc ſubijcitur inſignis doctrina Io. Andr. volentis, feudatarium obſtringi ad fidelitatem faciendam, quamuis ſit ei conceſſum feudum francum abſque fidelitatis iuramento.*

24 *Idq. confirmatur etiam authoritate Oldr. Bald. Iaſ. & aliorum.*

25 *Doctr. Andr. in §. huius autem generis ex quib cauſ. feud. amitt. benè declaratur.*

27 *Seruitium à vaſſallo præſtandum Domino poteſt eſſe accidentale, naturale, & ſubſtantiale, circa quod diſtingue, vt per D. Author hic.*

28 *Feudo cõceſſo non venit ſeruitium, niſi fuerit expreſſum, vel promiſſum, ſecundum Andr. & ibi de ratione, & nu. 33: ſed declara, vt nu. 30.*

29 *Idque obtinebit etiam ſi Dominus cũ ſeruitio infeudare conſueuerit, cuius occaſione vltra alios ponderantur, & declarantur verba Iſern. in d. §. huius autem generis, & nu. 34. & 38.*

31 *Feudatarius ad quæ ſeruitia ſit aſtrictus de natura feudorum, & num extra Regnum ſeruire teneatur, & quid in bello iniuſto, vel dubio, remiſsiuè.*

32 *Seruitium iuſtum feudi quomodo taxetur, remiſsiuè.*

35 *Feudum francum quod dicatur.*

36 *Feudatarius poſsidens feudum frãcum nequaquã immunitate gaudet quò ad ſeruitia comprehenſa in iuramẽto fidelitatis ſecundum opinionem aliquorum, quæ tamen per D. Author. concludenti ratione exploditur.*

37 *Fidelitas num poſsit vaſſallo in vniuerſum remitti, quæve ſub ea contineantur.*

39 *Epilogus eorum, quæ diſcuſſa ſunt, in quo ſub compendio feudi natu-* ralia

ralia, ſubſtantialia, & accidentalia recenſentur, & num. 42. 43. & 45.

40 *Feudi antiqui ſucceſsio vſque ad quem gradum protendatur in linea collateralium, tàm de iure communi feudorum, quàm de iure Regni.*

41 *Fratres, ipſorumq. filij num de iure Regni ſuccedant in feudo nouo.*

44 *Vaſſallus burgenſis in quo differat à ligio, qui eſt vaſſallus, & ſubditus.*

46 *Adhoa eſt ſubrogata in locum ſeruitij perſonalis, & debetur altero de duobus modis, & venit etiam feudo ſimpliciter conceſſo, & nu. 47. & 48. Idque declaratur, vt nu. 49.*

50 *Releuium introductum eſt ex conſuetudine, & ab herede tantùm eſt ſoluendum pro obtinenda inueſtitura confirmatoria, & ſic ab huiuſmodi ſolutione immunis eſt emptor, vel alius cauſam habens ex contractu inter viuos; ſed declara vt nu. 52.*

51 *Inueſtitura confirmatoria petenda eſt à vaſſallo poſt mortem feudatarij infra annum, & diem, quod non procedit in minore reſpectu caducitatis, non autem releuij.*

52 *Refutatio omnium feudorum præſumitur fraudolenta; ſed iſthæc præſumptio ceſſat in multis caſibus, & potiſsimum in donatione facta contemplatione matrimonij ob inſignes nuptias, quo caſu non ſoluetur releuium; ſed limita, vt nu. ſeq. à qua tamen reſtrictione diſcedit D. Author, vt nu. 54.*

53 *Donatio facta ex nunc pro tunc ſecuta morte ſecundum veram opinionem eſt translatiua dominij ex nunc, et contractus vndique perfectus; ſed effectus eſt ſuſpenſus poſt mortem, & ita aliàs iudicatum, etiam ſi non ſit adiecta clauſula, & è contra.*

55 *Vitæ militiæ debitum arctiori iure debetur, quàm illud releuij.*

LECTIO II.

1 QVINTVM ſubſtantiale feudi poſitum in definitione eſt, vt fideliter Domino ſeruiant: nam fidelitas eſt vas, & ſubſtantia feudi, dicit ſæpè ſæpius Andr. in cap. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior, & in §. porrò, quæ ſit prima cauſ.
2 benef. amitt. quia à fide feudum dicitur in cap. 1. in §. nulla per quos fiat inue-
3 ſtitura, hinc vaſſalli aliàs fideles appellantur in cap. 1. §. item etſi fidelis, & in §. rurſùs, quib. mod. feud. amitt. in cap. 1. de form. fidel. in cap. 1. §. & quia vidimus
4 in 1. rubr. & hæc eſt præcipua differentia inter contractum feudi, & emphyteuſis: nam etſi in vtroque retineatur penes dãtem directum dominium, & penes recipientem vtile transferatur, tamen fidelitas, quæ in feudali contractu attenditur, conſtituit inter hos contractus ſpecificã differentiam, ſicut in contractu emphyteotico attenditur ſolutio cenſus, de quo latè per Camer. in repet. cap. imperialem
5 in 14. carta, & propterea ſtatutum eſt, vt hæc fidelitas, quæ ex feudo præſtari debet, iuretur per ſpecifica capitula, ob qđ facta ſunt capitula illa de form. fidel. de noua form. fidel. & qual. vaſſ. iurare debeat fidelitatem, & in hoc aduertatis
6 Domini: nam aliud eſt iuramẽtum, quod præſtat vaſſallus ratione feudi, & aliud eſt illud, quod præſtat ſubditus ratione iuriſdictionis: quia habet domicilium, vel eſt Ciuis; non enim, quia teneo feudum,

dum,dicor ſubditus,nec perſona eſt obligata, niſi ratione feudi dicit Andr. in cap. imperialem §. prætereà de prohib. feud.alien.per Frider.in addit.& in cap. 1.qual.vaſſ.iur.deb.fidel. hinc text. in cap.vaſſallus de pac.Conſtant.dicit Vaſſalli noſtri à nobis inueſtituram accipiāt, & fidelitatem faciant,tanquam vaſſalli; cæteri verò omnes,ſicut Ciues,vbi gloſ. & Bald.declarant, & ob id Aluar. dicit, quod iuramentum,quod pręſtatur à ſubditis,non ratione feudi; ſed iuriſdictionis dicatur iuramētum aſſecurationis, quod verò præſtat feudatarius ſit iuramentum fidelitatis;hinc Afflict.in d.cap.1.qualit.
7 vaſſall.dixit, quod qui tenet feudum, & habet domicilium, ſeu eſt Ciuis, dicitur vaſſallus,& ſubditus,qui feudum tātùm, appellabitur vaſſallus,& qui domicilium tantum erit ſubditus,quod per prius tradidit Andr.in cap.1. de nou.form.fidel. in verb.omnem vtilitatem, in verſ. item ſi non habet feudum.
8 Quod iuramentum aſſecurationis pręſtabunt ſubditi pręcedente mandato Regis, & non aliter dicit Conſtitutio incipiens Comite,vel Barone,& ratio eſt ſecundum Andr.in Conſtit.Reg.poſt mor-
9 tem: quia Rex in Regno eſt Dominus perſonarum in Conſtit.Reg.quia frequē-
10 ter,& hæc aſſecuratio, mandat Rex, qđ Baroni præſtetur à vaſſallis dicit Andr. in cap.1.de capit.Corrad.facto priùs iuramento fidelitatis in cap. 1. quid præcedere debeat inueſtitura,an fidelitas,& ſic hodiè practicatur in Regno, & adeſt officium particulare præſtationis iuramenti fidelitatis à Barone Domino, & à vaſſallis baroni,quod tenet Pet.Ant.Albert.Patritius digniſſimus,gratus,& acceptus, ac omni virtutum genere ornatus.
11 Cumq; ſubſtantia feudi ſit fidelitas, proptereà non poteſt concedi feudum abſque fidelitate aliqua præſtanda, cum pacta contra ſubſtantiam rei non admittantur in l.cum precario, ff.de precar.&
12 vitiatur actus, quando non poteſt tranſire in aliam ſpetiem contractus, & ſic
13 procedit text.in l.ſi quis ante ff.de acq. poſſ.de quo latè per Bart.in l.vbi ita donatur ff.de donar.cauſ.mort.nam ſi ſub-
14 ſtantia rei eſt ipſa res dicit Bald.in l.1. C.de ſacroſ.eccl. meritò ſubſtātia ſublata actus non ſubſiſtit,quo argumēto vtitur doctiſsimus Camer.ad propoſitum in repet. cap. imperialem cart. mihi 35.
15 ſed ſi poteſt tranſire in aliam ſpetiem contractus,dùm non ſit actus à lege improbatus,& adeſt poteſtas faciendi, erit tunc contractus innominatus capiens vires ex contractu inueſtiturę,quę non facit eſſe contractum feudalem, licet pro tali nominetur, vt diximus in lectione præcedenti author.Bald.in prælud. & aliorum, & regulariter ex l.inueſtituræ, non autem feudorum, quæ latè explicat Camer.in cap.imperialem cart.36.à tergo,quod in ſpetie dicit Bart.in l. vbi ita donatur ſupra allegatus,& hoc voluit in effectu Curt. in præludijs iuxta tradita per gloſ.& Docto.in l.pacta conuenta ff. de contrah.empt. & nomē appellatiuum nihil facit,nec erit conſiderationis ſecundum communem theoricam Docto.in §. qui maximos l.cotem ferro,ff.de publ.in
16 l.2. C.de iur.emphyt. & hæc intelligo, quando in totum remittitur fidelitas;
17 aliàs ſecus,& dicetur feudum conditionatum,non rectum ex eo:quia eſt alterata natura in aliquibus, ergo in reliquis remanet feudum in ſua propria natura iuxta tradita in cap.1.de feud.non hab. prop.nat.feud.quæ Camer. latius explicat in loco,vbi ſupra.
18 Et dùm iura dicunt adeſſe quędā feuda,quæ fidelitatem non præſtant,vt in cap.1. quæ ſit prim.cauſ.benef.amitt. & in cap.1.de capit.Corrad.& in cap.1.§. nulla per quos ſiat inueſtitura, aduertatis Domini,quod intelliguntur de iuramento fidelitatis,prout ea intelligit Iac. de Beluiſ. in 2.diſt.feud. in prælud. in prælud. & gloſ.declarat in d. cap.1. in §.1. quæ ſit
19 prim.cauſ.benef. amitt. vbi ſi Dominus inueſtituram facere obtulerit,& fidelitatem petierit, & vaſſallus interpellatus tribus vicibus,iurare noluerit,priuabitur feudo;ſi tamen beneficium tale ſit,vt pro eo iuramentum fidelitatis fieri debeat,

&

& ſubdit text. ſunt enim quædam feuda
ita data,vt pro eis fidelitas non ſit præ-
20 ſtanda: igitur pro iuramento fidelitatis
verbum fidelitas eſt appoſitum,&ſic pa-
riter probat text.in d.§.nulla.

21 Et cum iuramẽtum fidelitatis fiat ad
explicationem, & publicationẽ intrinſe-
cę obligationis ipſius fidelitatis per prius
ortæ in ipſa generatione feudi in l.inue-
ſtitutæ, quæ iuramentum præcedit, pro-
pterea iuramentum ipſum appellabitur
fidelitas,probat hoc text.cum ſua rubri-
ca quid præcedere debeat, an inueſtitu-
ra,vel fidelitas,& dum ibi determinatur
præcedere debere inueſtituram; fidelita-
tem autem dicimus iuſiurandum, quod
à vaſſallo præſtatur Domino, vnde ſtat
22 firma concluſio,quod iuramentum fide-
litatis poſſit remitti ſecundum iura præ-
fata, & ſic ſollemnitatem hanc iurandi
fidelitatem aliàs debitam; ſed fidelitas
ipſa abſque iuramento debita ex natura
innata,& ex ſubſtantia actus minimè re-
mitti poteſt,& non ex eo:quia iuramen-
tum fidelitatis non præſtetur, propterea
fidelitas non debetur, probat hoc text.
ad literam in cap. veritatis extra de iu-
23 reiur.& hoc eſt, quod notanter tradidit
Io.Andr.in addit. ad Specul. in tit.de
præſcript.quod etſi cõceſſum ſit feudum
francum,quod non præſtet iuramentum
fidelitatis, non per hoc non tenetur ad
fidelitatem faciendam iuxta text.in cap.
1. de nou.form.fidel. per text. in d.cap.
veritatis, quem refert, & tranſcribit ad
24 literam Alex.in conſ.30. 1.vol.latè Iaſ.
in præludijs in 8.diuiſ. & Camer.vbi ſu-
pra,hinc Oldr.in conſ.234.voluit, quod
& ſi feudum francum fuerit conceſſum,
tenetur tamẽ feudatarius ad fidelitatem
faciendam,quem refert,&ſequitur Bald.
in cap.1.§.fin. de capit.qui cur.vend.

25 Et dùm Andr.in §.huius autem gene-
ris ex quib.cauſ.feud.amitt. dicit, quod
poteſt dari feudum,vt fidelitatem non
præſtet, intelligi debet ſecundum textũ,
quem allegat, qui eſt text. in d.§. nul-
la,quem,fundatum eſt,loqui in iuramen-
to fidelitatis, & ita expreſsè ipſe aliàs
declarat in cap.1. 1.col. de capit.Corr.
& reſpectu cõtinentiæ fidelitatis dicitur
etiam iuramentum eſſe ſubſtantiale feu-
di,& ſic intelligitur Andr.in §.ſed & res
nu.11.per quos fiat inueſtitura, eſt benè
26 verum, quod feuda taliter conceſſa, vt
fidelitatis iuramentum non præſtetur, e-
runt quò ad hoc impropria feuda;ſed in
cæteris naturam feudorum tenebunt, ita
Andr.in d.§.huius autem generis,& in
d.§.nulla.

27 Vltimò in hac diffinitione dicitur, vt
fideliter Domino ſeruiant,ſiue ſeruitium
ſit nominatim expreſſum,ſiue indetermi-
natè promiſſum,& hoc ſeruitium aduer-
tatis,quod poteſt eſſe accidentale,& na-
turale,ſeu ſubſtantiale: naturale,& ſub-
ſtantiale dico, quando eſt ſeruitium fi-
delitati annexum; accidentale, quando
eſt particulariter promiſſum, vt quando
ſumus in feudo, quod præſtat certa ſer-
uitia extra contenta in capitulis fideli-
28 tatis,& propterea dùm Andr.in §.huius
autem generis declarando hunc articu-
lum, dixit, quod conceſſo feudo ſimpli-
citer, non debetur ſeruitium,ponderãdo
diffinitionem,quæ dicit, ſiue nominatim
ſit expreſſum,ſiue indeterminatè promiſ-
ſum,adeò quod requiritur expreſſio, vel
promiſſio,& in d.§.ſed nec eſt alia iuſtior
reddit rationem: quia non ineſt ſeruitiũ
29 feudo,ſicut ineſt fidelitas,& hoc proce-
dit ſecundum Andr. etiam quod Domi-
nus conſueuerit cum ſeruitio infeudare,
de quo etiam per eum in cap.1.§.ſimili-
ter de capi.qui cur.vend.intelligitur tã-
30 tum de ſeruitio, quod non cohæret rei,
& fidelitati,quę optimè explicat Camer.
in repet.cap.imperialem cart.75.à terg.

Et propterea Loffr. in d.§.huius autẽ
generis in concluſ.Andr.quod ſeruitium
non debetur,niſi impoſitum, dixit intel-
ligi debere de ſeruitio reali, non autem
31 perſonali,& quæ ſeruitia præſtet feuda-
tarius ſecundum naturam feudorum ex-
plicat latè Camer. in d.cap. imperialem
cart.34.à tergo,& an teneatur ſeruire
extra Regnum, & quid in bello iniuſto,
& quid in dubio,Andr.in cap.1.hic fini-
tur lex, & in d.§.ſed nec eſt alia iuſtior,
Camer.vbi ſupra cart. 34. à tergo lit.P,

&

32 & quantum ſit ſeruitium iuſtum feudi,
taxatur in vntijs decem cum dimidio de
ſingulis viginti pro vno milite, & hoc in
feudis cum vaſſallis, & quid in feudis in-
habitatis, & in annuis præſtationibus An
dr. in cap. 1. col. fin. quis dicatur Dux in
cap. 1. §. firmiter de prohib. feud. alie. per
Frider. in cap. 1. nu. 9. de controu. feud.
apud par. termin.
33 Stat ergo firma concluſio, quod ſer-
uitium, quod non eſt impoſitum, non de-
betur: quia non eſt de natura feudorum,
& hoc de ſeruitio non annexo fidelitati,
34 & dùm Andr. dicit in d. §. huius autem
generis, quod feudum datum eo tenore,
vt inde nullum fiat ſeruitium, ſit contra
naturam feudi, quaſi ex hoc inferatur
ſeruitium eſſe de natura, aduertatis Do-
mini ad intelligentiam Andr. nam præ-
ſentiendo ipſe difficultatem, ſubiungit
poſtea verba illa, ſeu contra illa, quæ cõ-
ſueuerunt apponi in feudi conceſſione, &
ſic recedit à verbis dictis, quod feudum
conceſſum, vt nullum fiat ſeruitium, ſit
contra naturam.
35 Sed melius Domini, vera Doctorum
opinio eſt, quod feudum frãcum dicatur
illud, quod non debet ſeruitium in fa-
ciendo; ſed non propterea liberatur ab
obligatione fidelitatis conſiſtentis In ſer-
uitijs annexis fidelitati circa maleficia,
ita Bald. in præludijs in 8. diuiſ. quem
ſequitur Curt. in 1. par. 8. princ. quæſt.
36 nu. 28. & alij Docto. voluerunt, quod li-
cet ſit conceſſum francum, non per hoc
ſit vaſſallus exemptus à ſeruitijs contẽ-
tis in iuramento fidelitatis, quos non ſe-
quor: nam ſi conceſſo feudo ſimpliciter
non teneor ad ſeruitia, niſi ad ea, quę ex
fidelitate veniunt, ergo, vt operetur con-
ceſſio feudi franchi, & non ſit inutilis,
oportet, vt non tenear ad ea, quæ aliàs
ex conceſſione ſimpliciter tenebar.
37 Verùm quia fidelitas non poteſt in
totum tolli, propterea cum in fidelitate
comprehendantur illa ſex, incolume, tu-
tum, honeſtum, vtile, facile, & poſſibile, &
vltra, auxilium, & conſilium, dico, quòd
vt operetur conceſſio, ero abſolutus ab
hac parte fidelitatis conſiſtente in faciẽ-
do, ſcilicet, auxilio, & conſilio, quod no-
tabiliter explicauit Camer. in d. cap. im-
perialẽ car. 35. lit. D, ſi rectè perlegatur.
38 Redeundo ad Andr. notate quæſo, dũ
dicit, quod feudum datum eo tenore, vt
inde nullum fiat ſeruitium, ſit contra na-
turam feudi, benè dicit: quia ex tali con-
ceſſione tollitur pars fidelitatis, & con-
ſequenter eſt conceſſio contra naturam
feudi, & ob id primò loquutus eſt Andr.
in conceſſione feudi ſimpliciter, & dixit,
quod ſeruitium non venit: quia nec de
ſubſtantia, nec de natura: ſecundò loqui-
tur, quando eſt conceſſum franchum à
ſeruitio, & tunc, vt non ſit inutilis con-
ceſſio, intelligitur frãchum à ſeruitio an-
nexo fidelitati in ea parte, quæ conſiſtit
in faciẽdo, & propterea iuſtè dicit, quod
ſit contra naturam.
39 Ex quibus cum laude Dei eſt expedi-
ta definitio feudi, & inſimul vidimus na-
turalia feudi conſiſtere, quod cõcedatur
ex beneuolentia, ſitq; tranſitoriũ ad hæ-
redes deſcẽdentes maſculos in feudo no-
uo, legitimos, & naturales, non legitimos
tantum, nec adoptiuos tãtum, nec etiam
ad legitimatos, niſi per ſubſequens ma-
trimonium, & ad hæredes omnes, niſi in
feudis indiuiſibilibus, vt ſunt feuda di-
gnitatum, & in feudis, in quibus viuitur
more franchorum.
40 In feudo verò antiquo non ſolùm ad
hæredes deſcendentes; ſed etiam ad hæ-
redes tranſuerſales vſque ad ſeptimum
gradum de iure communi feudorum, vt
in cap. 1. §. hoc quoque in 1. rubr. vbi di-
cemus, & vſque ad tertium de iure Re-
gni, & hodie propagatum ad quartũ per
capitula huius Ciuitatis in coniunctis tã-
tum per lineam maſculinam.
41 Et rurſus in feudis nouis in Regno ſuc-
cedunt fratres per Conſtit. vt de ſucceſſ.
niſi eſſet prima inueſtitura pro hęredibus
ex corpore, quæ eſt communis forma in-
ueſtituræ in Regno, quando de ea cõſtat,
vt ſupra declarauimus, hodie per noua
Capit. Ciuitati, & Regno conceſſa in feu
dis nouis cõceſſis pro hęredibus ex cor-
pore traſuerſales ſuccedũt, loquendo de
fratrib. vtrinq; cõiunctis, ipſorũq; filijs.

42 Vi-

42 Vidimus ſubſtantiale feudi eſſe, quod conſiſtat in re ſoli, aut ſolo cohærente, non in pecunia, non in re mobili, quodq; directum dominium remaneat penes dātē, quod appellatur dominium ſuperius; vtile verò tranſeat in accipientem, quod appellatur dominium ſubalternum inferius, & hoc eſt ſubſtantiale in principali feudo dominante infeudato, non autem in rebus particularibus ipſius feudi, vt erunt feuda plana, & de tabula.

43 Vidimus ſubſtantiale pariter eſſe fidelitatem, & non ſeruitium, quatenus fidelitati non eſt annexum, & quod iuramen tum fidelitatis poteſt remitti: quia eſt de natura, nō autem ipſa fidelitas, quod ex ipſa ſubſtantia, ipſumq; iuramentum diuidi in iuramentum fidelitatis, reſpectu feudatarij, & aſſecurationis, reſpectu vaſſallorum burgenſium, fidelitatis, ratione

44 feudi, vaſſallorum burgenſium, ratione iuriſdictionis, quæ non procedunt in vaſſallo ligio, qui erit vaſſallus, & ſubditus ſecundum Specul. in tit. de feudis, in §. quoniam de homagio nu. 33. Iacob. in titu. de homagio verſ. quartus effectus, Capyc. in ſua inueſt. in verb. ligium feudum, multa Auth. damn. mem. in tit. 1. §. 1. gloſ. 5. nu. 5.

45 Vidimus accidentalia feudi eſſe pacta extranea, & cōtra naturam, & etiam ſeruitium fidelitati non annexum, & vltimò vidimus ſeruitia annexa fidelitati eſſe ſeruitia perſonalia, quæ feudo ſimpliciter conceſſo veniunt.

Seruitia verò realia non eſſe de natura, & propterea non venire, & ob hoc di-

46 cam vnum verbum (Domini) de adoha, quæ ſubrogatur loco ſeruitij perſonalis, an feudo ſimpliciter conceſſo adhoa de-

47 beatur, quæ adhoa altero de duob. modis debetur, vt ſcitis Domini, vel quando non poteſt vaſſallus ſeruire ex iuſto impedimento, vel quando feudum non aſcendit ad vncias 20. annuas ex quibus debetur vnus miles, de quo per Andr. in d. c. 1. quis dicatur Dux, & in locis præallegatis, quæ latiſſimè congerit Frec. in

48 2. lib. in verb. feudatarius, & ſum in opinione indubitata, qđ omninò hæc adoha debeatur: nam ſi fidelitas debetur, & ex ea ſeruitia perſonalia ipſi annexa, & adhoa ſubrogatur loco ſeruitij perſonalis,

49 ergo omninò debetur, & ne decipiamini Domini, quod forſan vobis videatur, qđ hoc modo parùm refert diſputare, ſi ſeruitium eſt de natura, poſtquam adhoa ſemper debetur: nam adhoa ſemper debetur tempore belli, quando vaſſallus interpellatur pro ſeruitio, & donatiua, quæ hodie videtis, ſoluuntur voluntariè, & propterea appellantur donatiua, & congregantur parlamenta præcedentibus literis regijs, ab adiutorijs verò, & alijs ſeruitijs conſiſtētibus in pecunia, ab omnibus inquā iſtis vaſſalli erunt immunes, quando aliud non eſt expreſſum.

50 Sed quid Domini de releuio, & certè non erit vaſſallus ab hoc immunis: quia ex conſuetudine in hærede tantum eſt introducta ſolutio releuij in recognitionem directi dominij propter mortem defuncti ad obtinendam inueſtituram confirmatoriam, & vt dixi in hærede tantū, non autem in emptore, nec in alio, qui habeat ex cōtractu inter viuos, latè Andr. in d. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitura, in §. ſimiliter de capit. Corrad. Capyc. in cap. imperialem §. prętereà ſi quis infeudatus, Frecc. latè in 3. auth. baron.

51 Et ſic non erit ſeruitium releuium; ſed id, quod ſoluitur pro inueſtitura confirmatoria, quā vaſſallus petere debet poſt mortem defuncti infra annum, & diem, niſi in vaſſallo minore, & aduertatur in minore, quod intelligetur ad finem, ne incurrat in pœnam caducitatis, non autem, vt ſi fiſcus vellet releuium ante petere, non poſſit, & hoc iure vtimur, ſic intelligendo Andr. in §. ſimiliter de capit. Corrad. in 1. addit.

52 Et quod dixi, quod ex contractu inter viuos non debeatur releuium: quia in hærede tantùm eſt introducta conſuetudo, intelligite, niſi eſſemus in refutatione omnium feudorum, præſumeretur enim tunc facta in fraudem ex reg. text. in l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraud. credit. ita Andr. in d. §. ſed & res, quæ præſumptio ceſſabit ex varijs cauſis, & titulis,

lis, & ſignanter quando ſumus in donationibus factis contemplatione matrimonij ob inſignes nuptias, notanter Author ille damnatæ memoriæ in 1.par. gloſ.3.
53 §.8.quod ſanè intellige in donatione facta ex nunc, ita quod effectus dominij, ac ipſum dominium ex nunc transferatur, non autē in donatione facta ex nunc pro tunc ſequuta morte: nam etſi ſecundum veram opinionem in huiuſmodi donationibus dominium ex nunc ſit tranſlatum, & contractus vndique ſit perfectus; ſed effectus eſt ille, qui eſt dilatus poſt mortem, coniungendo tempora ex fictionibus illis ex nunc pro tunc, & è contra ſtante habilitate extremorum à quo, & ad quod iuxta notabilia conſilia Oldrad.114.& 139. Nicoſ. in 2.par. in 2.membr. ſecundum quam opinionem eſt iudicatum etiā, quod non adſit clauſula è contra in cauſa Friderici Tomacelli cum Regio Fiſco, vltra tradita per Doctor.in l.huiuſmodi ff.de verbor.oblit-
54 gat. tamen quia tractatur de fraude præſumpta, & donat pater proximè ſucceſſuro remanente ipſo in effectuali poſſeſſione, propterea in hoc reſpectu fraudis præſumptæ fuit aliàs ſatis altercatum, & ego ſemper tenui, prout teneo contra Fiſcum, ſi eſt verus titulus donationis, & ex cauſa, pro qua eſt facta etiā hominis fraus venit excluſa per titulum inter viuos, ergo nulla poteſt figurari reſpectu releuij debendi poſt mortem de feudo in hæreditate remanſo, quale non eſt feudum, quod poſſidetur per titulum inter viuos, de quo latè in prædicto lib. de Poteſtate Proregis tit.de refut. feud.
55 §.6. & deciſ. facta in cauſa Geſualdorū reſpectu vitæ militiæ ſecundogenitis debitæ relata per Annam patrem in allegat. 23. non facit ad caſum, cum aliud ſit iudicandum reſpectu vitæ, & militiæ debitæ fratribus portionis tunc illis debitæ in feudis tanquam filijs, & aliud in iure releuij, quod introductum eſt ex cōſuetudine in eo, qui poſt mortem ſuccedit, & acquirit feudum.

Ex qua diffinitione ſic declarata habuiſtis Domini ſpecies feudorum magis vtiles, videlicet feudum aliud proprium aliud improprium, ſcilicet rectum, & conditionatum.

Habuiſtis feudum diuiſibile, & indiuiſibile.

Habuiſtis feudum reale, & perſonale, & vt rectius dicam tranſitorium, & non tranſitorium ad hæredes.

Habuiſtis hæredes in feudis conſiderari tripliciter. Hęres ſāguinis, hęres hęreditatis, & hæres feudi.

Habuiſtis propter hoc feuda aliqua eſſe hæreditaria, & aliqua non hæreditaria; ſed omnia appellari feuda ex pacto, & prouidentia.

Habuiſtis feuda aliqua eſſe noua, aliqua paterna, & antiqua, quæ dicuntur omnia, quæ fuerunt parentis communis agnationis.

Habuiſtis feuda ligia, & non ligia.

Habuiſtis feuda francha, & non francha.

Habuiſtis feuda quaternata ſimpliciter, feuda quaternata ſecundum quid, & feuda plana, & de tabula.

Habuiſtis vltimò ſeruitium perſonale, & reale, introductionem releuiorum, adhoc, & in quibus caſibus, & à quo debetur, ſupereſt nunc videre, qui feuda dare poſſunt, & qui recipere, & propterea eſt facta prima rubrica noſtra.

SVMMARIVM.

1 *Prelatus Eccleſiæ an poſſit in feudum dare illius bona. In obiecta controuerſia Andr. theorica reaſſumitur, eiuſdemq. doctrina diſtinguentis inter ius cōmune feudorum, & canonicū quò ad conſuetudinem infeudandi ad interpretationem text. in cap. 1. extra de feud. diligēter examinatur, & ingenioſè refellitur, germano ſenſu tradito ad cap. illud. Hinc agitur ēt de intellectu text. noſtri, & primò gloſſ. ſententia ſuper eo,*

quæ communis eſt, ſtrenuè confutatur, & nu. 2. 6. 17. 18. 19. & 38. vſque ad 43.

3 *Conſuetudo dandi in feudum quãto tempore inducatur ſecundũ Andr. & nu. 50.*

4 *Conſuetudo hæc eadem non inducitur ex multiplicitate actuum, ſi debito tempore non iuuetur: conſtituitur tamen infeudandi quaſi poſſeſſio hoc euẽtu ſecundũ eundẽ.*

5 *Conſuetudo tenendi rem in demanium, quæ per prius feudalis erat, quanto tempore præſcribatur ſecundum Iſern.*

7 *Feudatarius quilibet ſecundum conſuetudines feudales ſubinfeudare poteſt eadem tamen lege, qua ipſe tenet, idq. fuit ex feudorum natura, & obtinet etiam in feudo Eccleſiæ conceſſo, vt ipſa abſque aliqua conſuetudine poſſit ſubinfeudare, & ibi de ratione, idq. fuſè exornatur multis ſimilibus, & nu. 8. cum ſeqq. & nu. 59.*

8 *Minoris bona in actu acquiſitionis poſſunt ſub hypothecæ vinculis deduci.*

9 *Procurator item in eodem acquirendi actu poteſt Domino præiuditium inferre.*

10 *Debitor etiam in eodem actu poteſt pacti legem apponere in damnum anteriorum creditorum.*

11 *Prælatus pariter retentis eiſdem terminis poteſt idem agere in detrimentum Eccleſiæ.*

12 *Monaſterij bona non poſſunt vendi abſque ſollemnitate, niſi Monaſterium ingrediens in ipſo ingreſſu mandauerit vendi.*

14 *Feuda eccleſiaſtica manẽt ſub cẽſura iuris cõis feudorum, ſi ſacri canones non refragẽtur, & nu. 42.*

15 *Feudalis controuerſia in defectum iuris cõis feudorum ſubijcitur ſãctioni legum Romanorum.*

16 *Eccleſiæ bona neutiquã alienari poſſunt ſpretis ſollẽnitatibus, niſi ſit res in feudum aliàs dari cõſueta, quo caſu nec Prælati iuramẽtum de non infeudãdo de nouo obſiſtet; erit tñ ſemper neceſſarius Capituli interuentus: quia hæc nõ eſt ſollemnitas; ſed pars integralis conſenſus illius, qui feudum concedere intendit, & nu. 39. 40. & 43.*

18 *Feudatarij appellatione non venit ſubfeudatarius: quia longè differt infeudatio à ſubinfeudatione.*

19 *Verba æquiuoca ſunt accipienda in potiori ſignificatione, & ſic per prius, & non per poſterius.*

20 *Expoſo gl. intellectu ad tex. noſtrũ affertur Andr. intelligẽtia, quam D. Author tàm manifeſtè ſubuertit, vt nulla queat ratione ſuſtineri, & nu. 21. vſque ad 28.*

21 *Baro de re burgenſatica poteſt feudum conſtituere ſecundum And. communiter receptum; ſed an ruſticus poſſit hoc idem agere, diſſidium eſt inter Doctores.*

22 *Doctr. Andr. in c. 1. de cler. qui inueſt. fec. tradentis, Prælatum non poſſe de allodio erigere feudum, quomodo intelligenda.*

23 *Determinatio vnica plura reſpiciẽs determinabilia, debet ea æqualiter determinare.*

24 *Exceptionem debere eſſe de regula, propoſitio eſt ſatis vulg.*

25 Præ-

25 *Prælatus pôt Capitulo aſſentiẽte de bonis Eccleſię allodialibus erigere feudum, ſi legitima cauſa adſtipuletur, niſi de non alienando iuramentum præſtitiſſet: quia hoc euentu Roman. Pontif. beneplacitum deſideratur.*

26 *Prælatus nequaquam poteſt in feudum dare bona Eccleſiæ etiam concedi conſueta, ſi conceſsionis cauſa defecerit, & inde Eccleſiæ damnum inſurgat.*

27 *Conſuetudine præſcripta, præſumit lex cauſam legitimã, & omnia ſollemnia extrinſeca pręceſſiſſe.*

28 *Prælati hodie communiter iurant non alienare inconſulto Pontifice, quo caſu vt iuramentum aliquid operetur, nec in caſum licitum poterunt alienare ſecundum Abb & nu.44.*

29 *Confutata Andr. intelligentia ad tex. noſtrum adducitur Iacob. de Belu. & Bald ſenſus, & cõmendatur, ac firmis fundamentis ſtabilitur, & nu.30. vſque ad 37.*

30 *Prælatus non poteſt de rebus eccleſię diſponere abſque conſenſu Capituli; ſed an conſuetudinę præſcribi poſsit, vt ſolus alienet, lis non modica eſt inter Doctor. quorum maior pars affirmat, data conſuetudine immemorabili, & eſt etiã vera ſententia in feudis ſecũdum Cardin. & alios, aduerſus Curt. Iun. & nu.32.33. & 36.*

31 *Prælatus, & Capitulum vnum conſtituunt corpus.*

34 *Verba tex. in cap. 1. Epiſc. vel Abb. ponderantur.*

35 *Inueſtitura de veteri feudo per minorem facienda exigit tutoris authoritatem.*

37 *Text. in cap. 1. §. in clericorum, ſi de inueſt. feud. inter Dom. & Vaſſ. lis oriatur, expenditur.*

45 *Prælatus in caſu, in quo non poſſet liberè abſque Sum Pont. conſenſu infeudare, præſumetur hoc euẽtu conſenſus illius ſpatio 30. vel 40. annor. & ita aliàs deciſum, & num. 47. ſed declara, vt nume. 49.*

46 *Conſuetudo dummodo non ſit immemorabilis non poteſt tollere aliquam ex ſollemnitatibus requiſitis in alienatione rerum Eccleſiaſticarum.*

48 *Fiſcus gaudet priuilegio, vt non poſſit aduerſus eum præſcribi minori ſpatio centum annorum, quod fuit introductum per Conſtitut. Regn. quadrigenalem, quæ tamen non procedit, vbi quis innititur præſumptæ inueſtituræ.*

49 *Inueſtitura in Regno non præſumitur, cum adſit Pragmaticarum diſpoſitio, vt omnia feuda regiſtrentur.*

LECTIO III.

Et incipit theorica Andr. in cap. 1. de his, qui feud. dare poſſ.

EX theorica Andr. in 1. col. vſque ad nu.6. in qua diſcutit gloſſas poſitas ſuper verbo dare poſſunt, item in verbo ſi antiquitus, & in verbo feudum dare, habemus infraſcriptas concluſiones.

1 Prima concluſio eſt, quod perſonæ Eccleſiaſticæ poſſunt dare in feudum res Eccleſiæ, ſi conſuetæ ſint in feudum dare: bona verò propria dabunt, ſicut laici

abſque alia conſuetudine, & hoc ſiue bona prædicta habuerit Eccleſia à Rege, ſiue aliunde.

2 Secunda concluſio, quod differentia ſit inter hoc ius feudorum, & ius canonicum: nam de iure communi feudorum requiritur, quod fuerit antiquitus conſuetudo dandi, quod vel erit per tempus immemorabile, vel per tempus triginta, vel quadraginta annorum; de iure verò canonico ſufficit, ſemel reperiri rem datam in feudum, ita quod nec tempus antiquum, nec conſuetudo aliqua requiritur per text. in cap. 2. extra de feud. & hanc concluſionem firmat Andr. hic, & in cap. 1. Epiſcopum, vel Abbatem, & in cap. 1. de cler. qui inueſt. fecit, allegat Andr. Hoſtienſ. in ſumma de feud. nu. 3. verſ. quis poſſit conſtituere feudum, vbi Hoſtienſis concludit, quod de nouo non poteſt Prælatus dare in feudum; ſed ſi per prius datum inuenerit, poteſt bene in feudũ dare, primo caſu procedit text. in cap. 2. extra de feud. & in cap. 1. de cler. qui inueſt. fecit.

3 Tertia concluſio eſt, quod conſuetudo dandi in feudum inducatur ſpatio triginta annorum de iure ciuili; ſed de iure canonico requirantur anni quadraginta.

4 Quarta concluſio, quod abſque tanto temporis ſpatio, & quod ſint actus multiplicati, non inducatur conſuetudo; ſed benè conſtituatur quis in quaſi poſſeſſione infeudandi; ſed cum prædicto temporis ſpatio ſufficiat vnica datio.

5 Quinta, & vltima concluſio, quod ſicut per ſpatium annorum triginta inducitur conſuetudo dandi, ita è contra, ſi per ſpatium tanti temporis fuerit res tẽta in demanium, licet per prius fuerit feudum formatum, & conceſſibile, erit tunc inducta cõſuetudo non dandi: quia ſpatio tanti temporis acquiritur etiam ius vaſſallagij.

6 Quo ad primam concluſionem Doct. videntur communiter intelligere, quando Prælatus ea poſſidet in feudum, vt tunc demum liceat alteri concedere in feudum, ſi ſit conſuetudo in ſua Eccleſia infeudandi, & tunc bona ſolita infeudabunt; ſecus verò in laicis, & ſic intelligunt iſtum text. in 1. rubr. & propterea infert Andr. ad ſecundam concluſionem, quod aliud ſit de iure canonico, & aliud de iure communi feudorum circa cõſuetudinem requiſitam in infeudatione, & propterea iuſtè ſubintrat difficultas de text. in cap. 2. extra de feud. quod ſufficiat ſemel datum de iure canonico, ergo erat per prius feudum, & hoc eſt etiam, quod dicit gloſ. in verb. dare, dicendo, quod intelligitur iſte text. de beneficijs Regalibus, vel de alijs, vt poſſit in feudum dare, & ſic de feudis per prius formatis.

Domini, etſi Iacob. de Beluiſ. cæteriq; Scrib. terminos cõfundant, & ſic pariter Andr. hic, aduertatis quæſo ad iura feudalia, & demum deueniamus ad verum intellectum text. noſtri.

7 Non eſt dubium de iure cõi feudorum poſſe quemlibet feudatarium ſubinfeudare, de quo in cap. imperialem in §. callidis de prohib. feud. alien. per Frider. in cap. 1. qual. olim pot. feud. alien. cum iuribus concordantibus, & hoc eſt de natura feudorum, vt qui acquirit feudum, illud inquam acquirat cum hac facultate infeudandi eadem tamen lege, qua ipſe habet, quæ concluſio habet locum etiam in feudo conceſſo Eccleſiæ, vt abſque alia conſuetudine poſſit ipſa infeudare, ita Iac. de Beluiſ. hic in ſua diſtinctione, quam latiùs refert, & ſequitur Aluar. nu. 16. & ratio eſt prompta, quod Eccleſia etiam, ſicut laicus poſſit ſubinfeudare: quia cum hac poteſtate acquiſiuit, ſicut dicimus in minore, cuius res in

8 actu acquiſitionis poſſũt obligari ad tex.

9 in l. 1. §. fin. ff. de reb. eorum, in Procuratore, qui in actu acquiſitionis potuit Do

10 mino præiudicare, in debitore, qui in actu acquiſitionis poteſt paciſci in damnum creditorum anteriorum ad text. in

11 l. licet, C. qui pot. in pig. hab. in Prælato in actu acquiſitionis Inn. in c. 2. de don. Frãc. in c. 1. de reb. eccl. non alie. nu. 27. in

12 6. ſicut dicimus in bonis ingredientis Monaſteriũ, quę licet efficiantur Monaſterij, ſi ta-

ſi tamen ingrediens in ipſo ingreſſu mã-
dauit vendi, tunc non requiruntur ſollẽ-
nitates requiſitæ in re eccleſ. Franc.in
d.cap. 1. nu. 26. vnde nimirum ſi natura
rei conceſſæ hoc operetur, poterit pro-
13 pterea Eccleſia infeudare,ſicut quilibet
laicus,nec requiritur conſuetudo, ſi po-
teſtatem habet ex ipſa feudi acquiſitio-
14 ne, & dum iura canonica in feudis non
contrariantur,habemus diſpoſitionem
particularem in feudis de iure commu-
ni feudorum, quæ iura habent etiam
locum in feudis Eccleſiaſticis, vt latiùs
15 per Aluar.hic, ſicut pariter quando q̃d
non eſt determinatum de iure communi
feudorum, recurrimus ad ius Romano-
rum in cap. 1. de feud.cognit.hoc dicunt
omnes Doctor.in cap.vt ſuper,& in cap.
ad noſtram de rebus eccleſ. non alien.&
16 in cap. 2. de feud. nam ea ratione dicũt
non obſtare iuramentum de non infeu-
dando in rebus aliàs infeudatis: quia à
principio conceſſionis videtur data hæc
poteſtas, & eſt res ſic acquiſita,quo ca-
ſu iuramentum non obeſt,& hæc eſt vna
de limit. vt non requirantur ſollemnita-
tes aliàs requiſitæ in alienatione rerum
Eccleſiæ per Frid.de Sen.in conſ. 174.
17 Si igitur habet poteſtatem infeudãdi
prælatus, ergo non poteſt intelligi text.
noſter de re,quam Prælati iſti in feudum
tenebant:quia in iſtis non requiritur cõ-
ſuetudo,probat hoc text.ad literam in
d.cap. 1. de clerico, qui inueſtituram fe-
cit,vbi text.indiſtinctè vult,quod poſſint
Prælati facere inueſtituras de rebus feu-
dalibus deuolutis abſque aliqua requiſi-
tione conſuetudinis, quodq; omnimodò
adimplere tenentur inueſtituras promiſ-
18 ſas,& cum aliud ſit infeudare, & aliud
ſubinfeudare, ob quod appellatione feu-
datarij,non venit ſubfeudatarius, vt per
Auth.damn.mem.& alios cumulatos per
Frecc.in 2.lib. in verb.quis dicatur ſub-
19 feudatarius:quia verba intelliguntur in
potiori ſignificatu,& ſic per prius,non
per poſterius,meritò hic text. qui loqui-
tur de datione in feudum,non poteſt in-
telligi de ſubfeudo.
20 Secundus intellectus erit,quod loqua
tur iſte text. in re eccleſiaſtica,quæ non
tenetur ab alio in feudum; ſed Eccleſia
vult in feudum dare,vt poſſit,ſi ſit ſolita
antiquitùs concedi, & ſit Eccleſiæ con-
ſuetudo in feudum dare,& in hoc ſit dif-
ferentia inter ius commune feudorum,&
ius commune canonicum, & hæc vide-
tur opin.Andr.poſt alios: nam dum op-
poſuit de text.in §.ea verò in auth. de
alien.& emphyt.dixit, quod ille text.nõ
habet locum in infeudatione: quia per
eam retinetur directum dominium, ergo
de principali infeudatione intellexit tex.
noſtrum: quia feudatarius habet vtile
dominium,non directum, & dum ſubin-
feudat,ſuum vtile dominium transfert,
quod dicetur vtile dominium inferius,
non autem tanget directum Domini, vt
diximus in præludijs, vel ſecundò volu-
mus intelligere de rebus particularibus
feudorum,& pariter erunt infeudationes
principales,ex quibus directum dominiũ
retinetur,vt in præfationibus diximus,&
hũc intellectum expreſsè tradidit Andr.
in cap. 1. de controu.feud. apud par.ter-
21 min.in quæſtione illa, an poſſit Baro de
re burgenſatica facere feudum, dixitq;
quod poſſit per text,hic in 1.rubr.& idẽ
tradidit in cap. 1. §.ſi verò contigerit de
pac.iuram.firm. & in hoc non fuit diffe-
rentia inter Doctor. ſi rectè Domini ad-
uertatis:nam Bald.cum alijs,quos refert
Aluar.hic,tenuit, quod quilibet etiam
ruſticus poſſit de re burgenſatica facere
feudum,& ſic infeudare, Andr. enim te-
nuit, quod tantum perſonæ hic numera-
tæ,& ſic nõ fuit dubitatio,quod hic tex.
loquatur in infeudatione principaliter
de nouo facienda;hinc ſituata eſt rubri-
ca de his,qui feud.dar.poſſunt,non de
rebus,quæ in feud.dar.poſſunt,vnde tra-
ctatur de poteſtate dandi, & hic eſt ve-
22 rus intellectus,& licet Andr.in d.cap. 1.
de cler.qui inueſt.fec. propè finem dixe-
rit, quod Prælatus non poſſit de allodio
facere feudum:quia nõ eſt Comes,Mar-
chio,&c. de enumeratis in 1.rubr. intel-
ligitur, quod ſimpliciter non poſſit non
data conſuetudine, aliàs ſecus per text.
in ead. 1.rubr. & ſi continuatiuè ibi tra-

ſtat de his, qui poſſ.dar.in feud. nec eſt
alia differentia inter laicum,& clericum,
niſi conſuetudinis , igitur dato eodem
23 caſu:quia eſt vnica determinatio,debet
pariformiter vtrunque caſum determi-
nare l.iam hoc iure de vulg. & pupill.&
24 exceptio debet eſſe de regula , Andr.in
cap. 1. qui ſucc. ten. ſed non ſtat in hoc
dubitatio:text.enim noſter requirit con-
ſuetudinem dandi , & ſic text. in cap. 1.
Epiſcopum, vel Abb.videamus,quomo-
do hoc intelligatur: nam ſi de ſubinfeu-
datione non intelligitur,ſi de re allodia-
li intelligitur text.& de re allodiali,quę
datur in feudum principaliter,& hoc lai-
25 cus poteſt facere,& poteſt etiam Præla-
tus cum conſenſu Capituli ex cauſa iux-
ta text.in cap.ad noſtram de reb.eccleſ.
non alien.Iac.de Beluiſ.hic, cap.tua nu-
per, de his , quæ fiunt à prælat. Abb. &
Doctor.in cap.1.eo.tit.& authoritas Pa-
pæ non requiritur , niſi quando Prælati
iurauerint non alienare,Doctor.in d.c.1.
Franc.in cap.1.de reb.eccl.non alien.in
26 6.can.ſine exceptione 12.q.2.quæ cau-
ſa requiritur ſemper etiam in feudo for-
mato,& ſolito concedi,probat text.in d.
cap.2.in fin. ibi ſi videris expedire; hinc
ſi cauſa conceſſionis ceſſauit,& eſſet dã-
noſum concedere , non poſſet dari , nec
etiam feudum formatum, vt per Abb.in
d.cap.vt ſuper de reb.eccl.non alien.la-
tè Curt.in d.2.par. 1.q.in fin. & ſic in
hoc nihil commune cõſuetudo,nec qua-
litas rei feudalis ; ſed ſollemnitas aliàs
requiſita in alienatione rei eccleſię;hinc
27 Doctor.formant quæſtionem,ſi cauſa nõ
adeſſet,an conſuetudo valeret iuxta no-
tata in cap.fin. de conſuet. & ego teneo
hanc opinionem pro indubitata, quod ſi
detur conſuetudo præſcripta, eadem lex
præſumat cauſam legitimam,& omnia
ſollemniter præceſſiſſe , ſicut dicimus de
pręſumptione ſollemnitatis extrinſecę in
l.ſciendum ff.de verb.oblig.& propterea
vanam eſſe hanc quæſtionem de cauſa
28 valida conſuet.& hodie cõmuniter Pręla-
lati iurant non alienare inconſulto Pon-
tifice,Abb.in d.cap.ad noſtram 2.not.&
melius in cap.2.de feud. & præſtatio iu-
ramenti probat,quod aliàs licebat:quia
aliter eſſet inutile, & propterea Doctor.
voluerunt, quod iuramentum operetur ,
quod in caſum licitum non poſſit aliena-
ri,Abb.in cap.vt ſuper nu.16.de reb.ec-
cl.non alien.ergo nullo pacto text.iſte
poteſt intelligi, vt Doct.cõmuniter cum
Andr.intelligunt in re, quæ conceditur,
vt requiratur conſuetudo dandi ſemper,
quod conceſsio fit ex cauſa,quæ cauſa
ſemper requiritur.
29 Verus igitur erit intellectus,vt loqua-
tur iſte text.in Archiepiſcopo,Epiſcopo,
& cæt.qui ſoli volunt feuda concedere ,
30 cumq; non poſsit Prælatus de re eccle-
ſiæ diſponere, niſi cum Capitulo iuxta
text.in cap.1.& toto tit.de his, quæ fiũt
31 à Prælat.& Capitulum, & Prælatus fa-
ciunt vnum corpus cap.nouit eod.tit.de
32 his,quæ fiunt à Prælat.verùm poteſt in-
duci conſuetudo pręſcripta,quod Pręla-
tus ſolus alienet abſque conſenſu Capi-
tuli,dicit text.notabilis in cap.3.de con-
ſuet.in ſexto. Abb. in d.cap.nouit nu.5.
Franc.in cap.1.de reb.eccl.non alien. in
ſexto nu.26.verb.8.limit.& licet ſit hoc
ſatis diſputatum,& in conſuetudine, cu-
ius initij memoria non extat,videtur cõ-
munis opinio;tamen in feudis,in quibus
non abdicatur totaliter res ab Eccleſia,
eſt vera ſecundum Cardin.& alios,quos
congerit Felin.in cap.cum cauſa de re
iud.nu.16.verſ.tertiò fallit,quicquid di-
cat Curt. qui nihil allegat , pro quo eſt
caſus in terminis in cap. ea noſcitur,
ibiq; gl.& Doct.de his,quæ fiunt à Præ-
lat.propterea iuxta canonicas ſanctiones
diſponit text.iſte,quod Archiepiſcopus,
Epiſcopus,Abbas, & cæt.poſſint ſcilicet
ſoli dare in feudum, ſi antiquitùs cõſue-
tudo fuerit,ſcilicet dandi ipſi ſoli,& in
hoc requiritur conſuetudo,& hoc ſentijt
expreſsè Iac. de Beluiſ. hic in intellectu
ipſius text.in verſ.opponitur, videtur ēt
voluiſſe idem dicere Bald.ſi rectè aduer-
tatur in 1. col. nam ſi in dando non re-
quiritur conſuetudo , nec etiam in ſub-
feudando:quia aliàs abſque conſuetudi-
ne poterat:igitur dum text.noſter requi-
rit conſuetudinem , intelligendus erit in

eo ,

eo, in quo iura requirunt, & dicunt, ne inducamus correctionem, & contrarieta-
33 tem iurium, & ſic Prælati Eccleſiarum ſoli abſque Capitulo non habent ſuarum rerum liberam adminiſtrationem, & propterea infeudare non poſſunt, dicit text. in cap. 1. per quos fiat inueſtit. quem ad hoc allegat hic Andr. dum igitur volunt ipſi ſoli alienare, ſeu infeudare, iuſtè requiritur, quod antiquitus ſit cõſuetudo, probat hoc iſte text. dum dicit, ſi antiquitus conſuetudo eorum fuerit feudum dare, & ſic ſe refert text. non ad rem ſolitam dari; ſed ad perſonas, idem text.
34 in cap. 1. Epiſcopum, vel Abb. ibi quæ antiquitus non ſit ſolita in feudum dare de rebus Eccleſiarum, & ſic non dicit feudum Eccleſiæ; ſed de rebus Eccleſiæ dederit in feudum, & ſicut dicimus in
35 minore, quod poſſit facere inueſtituram de veteri feudo; ſed intelligitur cum authoritate tutoris, vt Docto. tradunt in d. cap. 1. per quos fiat inueſtitura, ſic pari-
36 ter in Prælato, qui non ſolus, ſed cum Capitulo Eccleſiam repræſentat, ita qđ dum ſolus hoc facere vult, oportet, vt adſit antiqua conſuetudo, & hoc voluit
37 dicere text. in cap. 1. §. in clericorum, ſi de inueſt. feu. inter Dom. & vaſſ. lis oriatur, quod in clericorum feudo recipiuntur non ſolùm pares; ſed extranei in teſtes: quia cum clerici quoſdam de feudo inueſtiunt, ſæpè abſcõsè, & ſine præſentia ipſorum Confratrum facere ſtudent, & ſic hoc modo inducunt conſuetudinẽ.
38 Nec meretur allegari text. in c. 2. extra de feud. cum text. ille loquatur de feudo formato, & demum ad Eccleſiam deuoluto, dicit Bald. in auth. hoc ius porrectum C. de ſacroſ. eccl. nu. 5. Hoſt. in d. cap. 2. & in cap. vt ſuper de reb. eccl. non alien. nec dubitabatur ibi de conſuetudine, vel de validitate poteſtatis concedẽdi; ſed dubium erat, an propter iuramentum factum de non infeudando inconſulto ſummo Pontifice, ſi inquam iuramẽto non obſtãte infeudare poterat, & hic eſt caſus, & verus intellectus illius text. ſed ſi feudum ibi erat rectè conſtitutum, ſi præcedebat conſuetudo infeudandi, vel ſi in feudum ab alio Eccleſia recognoſcebat, nihil in illo text. & dum text. ille poteſt intelligi in omnibus prædictis caſibus, & etiam in infeudatione feudi, qđ Eccleſia in feudum tenebat, quod ex linea finita, vel ex delicto ad ipſam proximam Dominam reuertebatur iux. tex. in §. illud de proh. feud. alien. per Frider. nõ video, quomodo Andr. ſe inuoluat, & faciat tàm longam diſputationem conſtituendo differentiam inter ius commune feudorum, & ius canonicum circa poteſtatem Prælatorum infeudãdi, nec Hoſt. quem Andr. allegat dicit cõtrarium, nec aperit Hoſt. verbum quidem, ſi per text. in d. c. 2. ſufficiat ſemel datum in feudũ.
39 Imò Doct. voluerunt, qđ tex. in d. c. 2. procedat, quando prima datio fuit legitimè facta, vt per Præpoſ. hic 8. col. & per Cur. in 2. par. 4. q. col. 3. quando. n. prima infeudatio eſt legitimè facta, videtur tũc regulari ex iure cõmuni, vt feudatarius poſſit ſemper infeudare, & videtur à principio actum, quod ſecundum naturam feudorum poſſit ſubinfeudare, ita quod videtur exequutio ordinationis, declarat Abb. in cap. vt ſuper de reb. eccl. nõ alie.
40 & in d. cap. 2. extra de feud. & verè tex. in d. cap. 2. ab omnibus intelligitur de feudo formato, & legitimè erecto, ob qđ communiter voluerunt, non eſſe neceſſarias ſollemnitates alias requiſitas in prima alienatione rerum eccleſiaſticarum; ſed quò ad interuentum Capituli, minimè hoc procedit: nam hæc non eſt ſollẽnitas: ſed eſt pars integralis conſenſus illius, qui feudũ concedere debet, & dum ponderatur verbum liberè appoſitum in d. cap. 2. apponitur reſpectiuè ad vinculũ iuramẽti, quodq; hoc ſit verum non obſtante hoc verbo, ſubiungit text. ꝙ liberè poſſit, ſi videtur expedire, ita quod remanent alia requiſita, & hoc cum effectu latè diſputando tenuit Curt. in 2. part. 2. princ. quæſt. qui legatur vſque ad finem.
41 Sed ſi vellemus tenere intellectum, ꝙ text. noſter loquatur de re non ſolita infeudari, & qđ propterea requiratur conſuetudo, tunc pariter nihil commune tex. in d. cap. 2. extra de feud. nam ſi clericus

non

non habet liberam bonorum adminiſtrationem, & ſic non habet poteſtatem infeudandi iuxta text. in d. cap. 1. per quos fiat inueſtitura, meritò, vt hoc facere valeat, oportet, vt ſe iuuet antiqua conſuetudine; ſed text. in d. cap. 2. minimè loquitur, quod vnica præceſſerit infeudatio, & quod illa ſufficiat abſque curſu
42 temporis, & cum non habeamus reſiſtētiam iuris canonici, & ius cōe feudorum habet locum in feudis eccleſiaſticis, vt latiùs hic per Aluar. nu. 14. quod ius, vt dicit Andr. eſt fauorabile Eccleſiæ, quare igitur volumus inducere diuerſitatē, contrarietatem, & correctionem iurium.
43 Ex quibus patet, nullam adeſſe differentiam inter ius canonicum, & inter ius commune feudorum, quod eſt ſecundum notabile reaſſumptum ex theorica Andr. & hoc ſecundum meam opinionem ſupra diſputatam, & hoc reſpectu poteſtatis infeudandi de per ſe conſideratæ, quod demum requiratur conſenſus Capituli, hoc non conſtituit differentiā, nec eſt de ſollemnitate; ſed quia Capitulum eſt pars corporis Prælati tāquam in Eccleſia, quæ per Prælatum adminiſtratur, & vt illam repręſentans alienet, ideò ad conſtituendam integram perſonam alienantem, ſicut dicimus in feudatario minore, & in omni alio, qui liberam bonorum adminiſtrationem non habet, requiritur propterea Capituli conſenſus, & ad hoc opus eſt conſuetudine, vt ſupra dixi.
44 Differt tamen ius canonicum non in eo, in quo dicit Andr. ſed in cauſa iuſta, quæ ſemper requiritur in ipſa infeudatione, vt ſupra dictum eſt, quæ cauſa non requiritur in laico, & rurſus non procederet hodię quæſtio iſta ſtante iuramento Prælatorum de non infeudādo inconſulto ſummo Pontifice.
45 Sed hic cadit propria quæſtio, ſi ſpatio triginta, vel quadraginta annorum poteſt præſcribi hæc ſollemnitas, vt Prælatus poſſit infeudare liberè abſque ſum-
46 mi Pontificis conſenſu, & licet regula ſit, quod non valeat conſuetudo circa diminutionem ſollemnitatum requiſitarum in rebus Eccleſiæ, & hæc concluſio limitetur in conſuetudine immemorabili, de quo per canoniſtas poſt gloſ. in cap. cum cauſa de re iudi. vbi Felyn. nu. 16. poſt Innoc. Abb. & alios in cap. nulli de reb. eccleſ. non alien. & in infeudatione hæc regula limitatur, vt ſupra dixi; tamen non formabo ego ſic quęſtionem;
47 ſed an per ſpatium triginta, vel quadraginta annorū pręſumatur conſenſus ſummi Pontificis, & an præſumantur omnia ſollemniter acta: nam aliud eſt, ſi valet conſuetudo alienandi abſque ſollemnitatibus requiſitis, & aliud eſt, ſi ex ſpatio tanti temporis aſſenſus præſumatur ex dictis per Doctor. in l. ſciendum de verbor. obliga. dico conſenſum præſumi, & propriè in conſenſu ſummi Pontificis, Canoniſtæ in cap. illud de præſump. cum alijs cumulatis per Iaſ. in d. l. ſciendum nu. 17. & ita aliàs fuit iudicatum in Sac.
48 Conſ. in quampluribus cauſis, ſicut dicimus in terminis Conſtit. Reg. quadrigenalem requirentis centenariam præſcriptionem aduerſus Fiſcum, corrigendo text. in cap. ſi quis per triginta, ſi de feud. defun. milit. vt non procedat, quando innititur præſumptæ inueſtituræ, vt per Andr. in vtroque loco, & latè Camer. in cap. imperialem in princ. cart. 8.
49 quæ pręſumpta inueſtitura in Regno hodie non procedit, vbi ſunt Pragmaticæ, quod omnia regiſtrentur in quaternionibus, ita quod vel ex regula text. in l. Titię textores de leg. 1. vel ex nullitate per Pragmaticas inducta, quando priuilegia non regiſtrantur infra annum, vel ex eo: quia Rex eſt abſens, & Procurator non poteſt præiudicare, de quo latè Frecc. in q. 28. dicamus, quod quæ dicuntur de feudis Eccleſiaſticis, & de præſumpto aſſenſu, non procederent in Regno reſpectu feudorum, quæ à Rege tenentur, de quo latè per Mar. Frec. in 2. lib. d. 28. q.
50 Quò ad tertiam concl. circa conſuetud. dandi in feudum iam Andr. dicit ius ciuile non attendi in eo, in quo de iure canonico, reperitur expreſſa diſpoſitio iuxta notata per gl. & Doct. in cap. dudum de reb. eccl. non alien. in ſexto, & in cap. Eccleſia Sanctę Marię de Conſtit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Text. noſter duobus modis ampliatur ſecundum Andr.*

2 *Cuius occaſione per eundem declaratur text.in §. ea verò in auth. de alien. & emphy.qui ſecundam ampliationem ſubuertere videbatur, & nu. 3. quæ Andr. interpretatio eſt cautè accipienda, vt nu.ſeqq.*

3 *Conſuetudo vetus facit tolerabile, quod aliàs eſſet de iure improbatum.*

5 *Alienatione probibita an ſit interdicta emphyteuſis, & pignoratio. Ad cuius reſolutionem prudenter inducitur text. in d. §. ea verò, & nu. 6.*

7 *Feudum nequaquam conſtitui poteſt de re aliàs alienari probibita. Cæterum ſi huiuſmodi fiat cõceſſio, valida erit iudicanda in vita tamen concedentis, & nu. 8.*

9 *Verba Andr. acutè ponderantur ad interpretationem text. noſtri, vt intelligitur de Prælato de nouo infeudãte, & non de feudo quod ab alio Eccleſia recognoſcebat, & nu.ſeqq.*

10 *Feudi directum dominium remanet penes concedentem vtili in conceſſionarium tranſlato.*

11 *Cuius vtile dominium ſubalternatur directo, & non eſt chymera, vt nonnulli perperam ſunt arbitrati.*

12 *Prælato interdicta eſt bonorum Eccleſiæ alienatio, & ideo conſuetudine ceſſante, nec poterit infeudare: quia huiuſmodi conceſſio eſt alienationis ſpeties.*

13 *Inueſtitura de nouo feudo fieri non poteſt ab eo qui liberam nõ babet ſuorum bonorum adminiſtrationem, & nu.40.*

14 *Feudatarius laicus liberè poterit infeudare, dummodo ſincerè, & bona fide, & eadem lege, qua ipſe tenet, id agat, nec diuerſum ius eſt conſtitutum in Clerico, & ibi de ratione, idque fusè exornatur, & nu. ſeqq.*

15 *Minoris bona in actu acquiſitionis poſſunt hypothecæ nexu aſtringi.*

16 *Procurator pariter eodem tempore poteſt Domini deteriorem conditionem facere.*

17 *Debitor etiam idem agere poteſt reſpectu eius creditorum.*

18 *Monaſterium ingrediens poteſt in ipſo ingreſſu de ipſius bonis Monaſterio acquirẽdis diſponere abſque ſollẽnitatibus iuris Põtificij.*

19 *Prælatus in acquirendis poteſt Eccleſiæ præiuditium inferre.*

20 *Prælati iuramentum de non alienando inconſulto Pontifice non afficiet, quin poſſit bona aliàs in feudum conceſſa, & ad Eccleſiã deuoluta iterum concedere, & ratio affertur.*

21 *Feudum ſecundum diſpoſitionem cõſuetudinum feudalium an poſſit à quolibet de re burgenſatica conſtitui, diſſidium fuit inter noſtrates: nam Bald. à multis receptus Authorfuit affirmandi; ſed Andr. exceptis perſonis in hoc textu enumeratis in contrariam abijt opinionem.*

22 *Doctr. Andr. in cap. 1. in fin. de cler. qui*

qui inueſt.ſec.tradentis, Prælatū de allodio non poſſe erigere feudum; quia non eſt de perſonis hic expreſſis, eſt intelligenda conſuetudine ceſſante.

23 *Text.in cap. 1.de Cler. qui inueſtit. ſec.validè inducitur ad comprobationem, quod text.noſter loquatur de principali feudi cōceſſione.*

24 *Differentia inter laicum, & clericum circa principalem infeudationem nulla, niſi conſuetudinis, reperitur.*

25 *Vnica determinatio plura reſpiciens determinabilia, debet ea pariformiter determinare.*

26 *Exceptio vt bona ſit, debet eſſe de regula.*

27 *Laicus liberè poteſt bona feudi particularia infeudare, non ſic Prælatus Eccleſiæ, niſi veteri conſuetudine præexiſtente, & hoc modo poteſt pariter intelligi text. iſte.*

28 *Feudi conceſſio non includit ſubfeuda ſecundum Frece.*

29 *Conſuetudo, quæ in Prelato exigitur, vt poſſit infeudare, quanto tempore debeat eſſe vallata ſecundum Andr.*

30 *Quæ tamen non requiritur, vbi propria bona daret in feudum.*

31 *Feudatarius eo ipſo, quod efficitur Clericus, feudum amittit, & ibi de ratione: ſecus ſi eo Clerico exiſtente feudi ſucceſſio deferatur: quia ſi re integra ante litis conteſtationem habitum dimiſerit, ad feudi ſucceſſionem admittetur, & nu.33.*

32 *Feudum poteſt eſſe illius conſuetudinis, vel ea pacti lege acquiſitū, vt in eo Clericus ſuccedat, item poteſt Dominus eidē gratificari.*

34 *Clericus beneficiatus ſi beneficium renuntiauerit, num admittatur ad feudi ſucceſſionem, ſi ante acceptatam renuntiationem à Sum. Pont. ſit lis conteſtata, remiſſiuè.*

35 *Feudatarius ſi ſucceſſore careat, feudum alienare non poteſt ita prohibente Pragmat.huius Reg.quæ tamen ceſſat, ſi Clericum ſucceſſorem habeat, etiam beneficiatū: quia is habilis eſt ad ſuccedendum potentialiter, & ita aliàs deciſū.*

36 *Feudum in actu acquiſitionis poteſt ſub hypothecæ vinculis deduci et ab eo, qui filijs caret, minimè refragante Reg.Pragm.nam eſt ſano modo intelligēda de feudo formato, & acquiſito; non autem acquirendo, & ita in facti contingentia iudicatum.*

37 *Alienatio verū Eccleſiæ non eſt obnoxia diſpoſitioni legum Imperatorum, etiam ſi illæ in Eccleſiæ fauorem ſancitæ ſint. Hinc text. noſter ſecundum Andr. non procedit de iure canon. & nu. ſeq.*

38 *Prælatus Eccleſiæ de iure Pōtificio infeudare poteſt, nec conſuetudo requiritur, prout in hoc text. ſed ſufficit ſemel rem eſſe conceſſam in feudum ſecundū Andr. qui ita intelligit text. in cap. 2. extra de feud. & num. 39. 42. & 43. Sed iſta diſtinctio Andr. inter ius cōmune feud. & canon. refellitur per D. Auth. vt n.44. cum ſeqq. & nu. 56. cum ſeqq.*

40 *Feudi conceſſio ſi fiat ab eo, qui ſuorum bonorum liberam non habet admi-*

adminiſtrationem, vt præ cæteris eſt Prælatus Eccleſiæ, non ſubſiſtit, niſi cõſuetudine ſit roborata.

41 *Verba legis debent intelligi cum effectu. Hinc infertur ad condemnationem, exhæredationem, & conceſſionem factam in feudum, vt intelligantur de legitimis, & ritè factis.*

45 *Prælatus de iure cõmuni iuſta ſuadente cauſa alienare poteſt bona Eccleſiæ cum conſenſu Capituli, nec Summ. Pontificis beneplacitum deſideratur, niſi iurauerit non alienare eo inconſulto, & nu. ſeqq. quæ cauſa ſi tractu temporis ceſſaret, minimè procederet infeudatio, vt nu. 51.*

46 *Iuramentum de non alienando bona Eccleſiæ inconſulto Romano Pontif. hodie communiter à Prælatis præſtatur, & ideò indiſtinctè illius conſenſus exigitur in caſu alienationis etiam ſi aliàs licita eſſet alienatio, & nu. 47.*

50 *Conſuetudo ſi ſit peccati nutritiua, non erit attendenda.*

52 *Prælatus, & Capitulum vnum conſtituunt corpus. Hinc in alienatione per Prælatum facienda ſemper requiritur interuẽtus Capituli, eſt beneuerum, poſſe cõſuetudine præſcribi, vt ſolus Prælatus alienet, vel feudum conſtituat, & n. 53. cuius Capituli interuentus non eſt de ſollemnitatibus requiſitis; ſed pars conſenſus Prælati, vt nu. 55.*

54 *Conſuetudo extinctiua ſollemnitatum requiſitarum in alienatione rerũ Eccleſiæ num viribus ſubſiſtat, diſsidium non modicum eſt inter Doct. quò ad alienationem translatiuam dominij, in feudis tamen frequentiùs affirmant confutata Curt. opinione.*

56 *Authoris intellectus ad hunc text. adducitur, & comprobatur authoritate Iac. de Beluiſ. & Bald. ad cuius etiam confirmationẽ rectè inducitur text. in cap. 1. §. in clericorum, ſi de inueſt. feud. inter Dom. & Vaſſall. lis oriatur, & nu. 57. 58. & 60.*

59 *Text. in cap. 2. extra de feud. ſatis doctè per D. Auth. enucleatur, & nu. ſeq.*

LECTIO IV.

1 ANDR. primò ampliat text. vt intelligatur etiã in Rectore, ſeu Plebano, ſecundò ampliat, vt intelligatur de feudis tàm regalibus, quã de alijs, ad quod apponit, quod cum ea,
2 quæ ab imperiali largitate cõceduntur, ſint inalienabilia ex reg. tex. in §. ea verò in auth. de alien. & emph. vbi text. ad literam, & concordat text. in authent. hoc ius porrectum C. de ſacroſ. eccl. ergo nõ videtur text. intelligi poſſe, vt gloſ. dicit de Regalibus beneficijs; ſoluit Andr. q. non intelligatur ille text. de infeudatione, in qua retinetur directum dominiũ,
3 & conſuetudo facit tolerabile, allegat text. in l. Imperatores ff. de pollic. ibi, eſſe enim tolerabilia, quæ vetus conſuetudo comprobauit.

4 Domini antequam vlterius transeamus, non intelligatis ſic ſimpliciter dictum Andr. ſed vnitè, quod ex quo retinetur directum dominium, vetus conſuetudo comprobauit, vt eſſent regalia beneficia in feudum conceſſibilia: nam intelligere ſimpliciter, quod prohibita alienari poſſent in feudum concedi: quia

retine-

retinetur directum dominium, non eſt
3 verum: quia ſub prohibitione alienatio-
nis venit etiam prohibita emphyteuſis,
& pignoratio,eſt caſus in emphyteuſi in
6 cap.nulli de reb.eccleſ. non alien. in pi-
gnoratione loquitur text.in d.S.ea verò,
imò text.prædictus, ſi rectè aduertatur,
probat idem in emphyteuſi: nam in S.a-
lienationum eo.tit.ſub prohibitione alie
nationis comprehenditur emphyteuſis.

Venit diſpoſitio text.in S. emphyteu-
ſes,& S.licentiam, & permittit emphy-
teuſim.

Subſequitur poſteà text. in S.ea verò,
& ſic per dictionem aduerſatiuam,& li-
mitat in his,quę ab imperiali domo per-
uenetunt, ergo vt limitatio ſit de regu-
la, intelligitur,quod ſit,etiam prohibita
emphyteuſis, & ſic non ſequitur, dire-
ctum dominium retinetur, ergo ſunt a-
lienabilia.

7 Rurſus habemus caſum legis, vt quæ
ſunt alienari aliàs prohibita non poſſint
in feudum dari in cap.1. in S. ſed & rei,
per quos fiat inueſtitura, vbi text. ad li-
teram,& ibi gloſ.not. & Scrib. commu-
8 niter,hinc ſi fiat talis rei prohibitæ con-
ceſſio,erit valitura in vita tamen conce-
dentis iuxta tradita ibi per feudiſtas, &
per ciuiliſtas in l. fin. per iſtum text. C.
commun.de leg.ergo ſaluando Andr.in-
telligatis ſolutionem,quod ex quo dire-
ctum dominium retinetur,propterea cō-
ſuetudo comprobauit, quod ſint hæc in
feudum conceſſibilia, quaſi quod fuerit
rationabilis conſuetudo.

9 Ex quibus verbis Andr. aduertatis
quæſo,& ponderate ad intelligentiam
text. quod ſi retinetur directum domi-
nium,ob quod permittitur conceſſio, er-
go text. non intelligitur de ſubinfeuda-
tione; ſed de prima infeudatione princi-
paliter: nam vt in præludijs habuiſtis in
10 declaratione definitionis, directum do-
minium eſt penes dantem,vtile verò pe-
nes recipientem in S.huius autem gene-
ris ex quib.cauſ.feud.amitt. in S.rei au-
tem de inueſt.de re alien. fact. ita quod
11 feudatarius vtile tantum habet domi-
nium,& in hoc vidiſtis ſi eſt chymera,
vel dominium inferius ſubalternatum
directo, ſi igitur dicit Andr. quod reti-
neatur ex iſta infeudatione directum do-
minium, ſequitur perneceſſe, quod text.
ſecundum Andr.intelligatur de Prælato
de nouo infeudante,& non de feudo,qđ
ab alio Eccleſia teneret in feudum: nam
dum feudatarius ſubinfeudat,non ſolùm
non habet directum dominium; ſed An-
dr.tenuit,quod nec vtile retineat, vt la-
tius diximus in præludijs.

12 Et propterea iuſtè in text. requiritur
conſuetudo infeudādi:quia cum ſit alie-
natio, & Prælatus ſit prohibitus res Ec-
cleſiæ alienare toto tit.de reb. eccl. non
alien.& in d.auth. hoc ius porrectum,
meritò conſuetudo requiritur, quod non
eſt in laico,& text.facit differentiam in-
ter clericum,& laicum,& probat hoc in
ſpetie text.in cap 1.in princip. per quos
13 fiat inueſtitura, vbi inueſtituram de
nouo feudo non poteſt facere: quia non
habet liberam ſuorum bonorum admini-
ſtrationem, & hoc argumento vtitur hic
inferius Andr. vt loco ſuo dicemus.

14 Probo hunc intellectum alio irrefra-
gabili medio,ſicut enim laicus rem, quā
habet in feudum, poteſt liberè infeuda-
re, dummodo ſincerè, & bona fide eadē
lege,qua ipſe habet in cap. 1. qual.olim
pot.feud.alien.in cap.imperialem,S.cal-
lidis de prohi.feud.alien.per Frider. cum
concordantibus, ſic etiam poteſt infeu-
dare Clericus, dicit Iac.de Beluiſ.in ſua
diſtinctione,quam latius proſequitur Al-
uar.num.16. & ratio huius conclusionis
viua illa eſt: quia eſt de natura acquiſi-
tionis rei conceſſæ in feudum, & in Le-
ctione antecedenti adduximus ſimile de
15 minore, cuius res in actu acquiſitionis
poſſunt obligari in l.1.S.fin.ff.de reb.eo-
16 rum,in Procuratore, qui in actu acqui-
ſitionis poteſt Domino præiudicare,in
17 debitore, qui in actu acquiſitionis po-
teſt creditori præiudicare l. licet, C.
18 qui pot. in pig.hab. in ingrediente Mo-
naſterium,qui poteſt de bonis acquiren-
dis Monaſterio diſponere abſque ſollem-
nitatibus Eccleſiaſticis, Franc.in cap.1.
de reb.eccl.non alien.in ſexto 9.limitat.
in

19 in Prælato in actu acquiſitionis Innoc. in cap.2.de donar. Franc. vbi ſupra nu. 27. fundant hoc omnes Doctor. in cap. vt ſuper,& in cap.ad noſtrã de reb.eccl.
20 non alie. in c.2.de feud.vbi in terminis illorum iurium quærunt, an Prælati,ſtãte iuramento de non alienando incõſulto Romano Pontifice, poſſint bona aliàs in feudum conceſſã iterum concedere, quando ad Eccleſiã fuerunt deuoluta,& incipiendo ab Innocen.communiter tradunt, non obſtare iuramentum: quia à principio conceſſionis eſt hoc inſitum, & conceſſum videtur, poſſe in feudum liberè cõcedere,facit famigeratum conſ. Frider.de Sen.nu.174.

Si ergo Clericus, ſicut laicus poteſt ſubinfeudare, ſequitur perneceſſe, quod text.iſtæ, qui requirit conſuetudinem, non loquatur in Clerico ſubinfeudante; ſed in eo,qui de nouo vult feudum concedere.

21 Sed Domini,probat hoc Andr.in quo quæſo aduertatis.

Fuit diſputata quæſtio, ſi poſſit quis de allodio facere feudum, & communis eſt opinio de iure communi feudorum, quod poſſit, & hoc tenuit Andr. in cap. 1.de controuerſ.feud. apud par. termin. per text.noſtrum,ergo intellexit text. in primo concedente, qui de allodio faciebat feudum, idem tradidit in cap. 1. §. ſi verò contigerit de pac.iuram. firman. & hoc tenuerunt omnes: nam Bald. hic cum alijs, quos refert Aluar.tenuit per iſtum textum, quod quilibet de re burgenſatica poſſit facere feudum, Andr. verò, quod tantum perſonæ hic enumeratæ,& ſic non fuit dubitatio, quod hic loquatur text.de infeudatione principaliter.

22 Et licet Andr. in cap. 1. in fine de Cler.qui inueſtit.fec. dixerit, quod non poſſit Prælatus de allodio facere feudum: quia non eſt de perſonis enumeratis hic in prima rubrica, vt ſit Comes, Marchio, & cæteri, intelligatis vos ſanè non præſuppoſita conſuetudine: nam aliàs Prælati ſunt de perſonis enumeratis in rubrica, quæ probat concluſionem, quæ eſt de his, qui feud. dare poſſunt.

23 Imò text.in cap.1.de Clerico, qui inueſt.fec.probat hanc concluſionem irrefragabiliter.

Primò text.loquitur in bonis proprijs Clerici,& de hoc non tractamus.

Secundò loquitur de conceſsione facta de caducitate feudi.

Tertiò loquitur de Archiepiſcopo Mediolanenſi.

Quartò loquitur de alijs Epiſcopis,& Prælatis,& dicit,quod ea, quæ in dominio habent, & feuda eis aperta olim dederant, & hodie dant, & nihil de conſuetudine, ergo iura iuribus concordando dicimus,text.iſtum loqui in ſubinfeudatione, & propterea conſuetudo non requiritur, text.verò noſtrum loqui in principali infeudatione,& tali caſu,cum non habeat Prælatus libetam bonorum adminiſtrationem, & res Eccleſiæ ſint prohibitæ alienari,meritò requiritur hic conſuetudo,& ſic etiam intelligetur tex. in cap.1.Epiſc. vel Abb. ibi vel alia Eccleſiaſtica perſona,quæ non ſit ſolita antiquitùs in feudum dare.

24 Et ſi continuatiuè tractatur hic de his,qui feud.dare poſſunt,& non eſt alia differentia inter laicum,& clericum, niſi conſuetudinis, igitur retento eodem
25 themate, cum ſit vnica determinatio reſpiciens plura determinabilia ad text. in l.iam hoc iure de vulgar. & pupillar.
26 & exceptio,vt dixi, debet eſſe de regula, vt latiùs Andr. in cap.1. qui ſucceſſ. teneantur ex regula text.in l.1.§.ſed excipiuntur ff. de fer. ſequitur, quod ampliat Andr.text.etiam in conceſsionibus regalibus, quæ erunt conceſsibilia in feudum,ex quo in his, in quibus retinetur directum dominium, conſuetudo vetus comprobauit, vt eſſent in feudum conceſsibilia.

Sed quæ conſuetudo requiratur in Prælato, & quomodo intelligatur, inferius tractabimus.

27 Poteris etiam intelligere hunc textum in rebus particularibus feudi, in quibus in præludijs fundauimus habere

feudatarios directum dominium,& propterea laicos poſſe liberè infeudare; Prælatos verò ſecus propter iuris canonici reſiſtentiam, niſi ex antiqua conſuetudine; ſed in feudatario ſubinfeudante nullo modo poteſt textus iſte intelligi ex præallegatis, & Doctor. fa-
28 ciunt quæſtionem, quod conceſſo feudo non veniant ſubfeuda, Frecc.in verb. ſubfeudat.

29 Andr.ampliato text. limitat text. ſeu dictum cum limitatione eiuſdem text.vt poſſit Prælatus dare in feudum, ſi conſuetus ſit,vel à tempore,cuius initij memoria non extat ſecundum Azo. vel annorum triginta,vt in Summa, & hoc dixit etiam glo.hic,concordat text.in cap. 1.Epiſc.vel Abb.

30 Limitat ſecundò hoc intelligi debere de rebus Eccleſiæ,allegat text.in cap.2. de feud. ſed de bonis proprijs dabunt Prælati, ſicut laici,allegat text.in d.cap. 1. de Cleric.qui inueſtit. fec. iam inductum.

31 Ad quod opponit tacitè, dicendo, ſi Clerici ſunt inhabiles ad feuda, imò eo ipſo qui clericantur, feuda amittunt, cap.qui clericus, ſi de feud.defunct. milit. quia miles Dei non poteſt eſſe miles ſæculi dicit text.in cap. 1.de Vaſſall. milit.qui arma bell.depoſ. quomodo igitur intelligendum erit, Clericum dare in feudum, qui feudum poſsidere non poteſt, remittit ſe Andr. ad notata in d. cap. 1. de cler.qui inueſtit.fec.vbi dixit,
32 quod poteſt eſſe feudum illius conſuetudinis, vt Clericus ſuccederet, vel eo pacto acquiſitum, vel Dominus fecerit gratiam Clerico.

33 Et in hoc Domini de Clerico inhabili ad ſucceſsionem feudi intelligatis ſub diſtinctione, de qua per Andr. in cap. 1. de benef.fœm.in d.cap.qui Clericus, & in d.cap.1. de Vaſſall. milit. qui arma bell. depoſ. vt quando quis habens feudum clericatur,eo ipſo feudum amittat, ſi vero exiſtente Clerico feudi ſucceſsio deferatur,intellagitis,quod ſi re integra habitum deponit,ad feudi ſucceſsionem admittatur, ſi verò in habitu perſeuerauerit vſque ad litis conteſtationem,tunc à feudi ſucceſsione erit penitus excluſus.

34 Sed pulchra fuit quæſtio in Clerico beneficiato,an poſsit beneficium renuntiare, & antequam acceptetur renuntiatio à ſummo Pontifice ſit lis conteſtata, ſi tandem dicatur habilis ad ſucceſsionem, de quo per Alber. Brun. in conſil. 16.

35 Et in caſu fortiori fuit quæſtio deciſa,quod memoria retineatis.

Adeſt in Regno prohibitio, quod qui non habet ſucceſſorem in feudo, non poſsit feudum alienare, quid ſi quis habeat Clericum ſucceſſorem, an poſsit alienare, & videbatur dicendum, quod non: quia attento præſenti ſtatu eſt inſucceſsibilis.

Decidimus in cauſa Marchionis Briatici nouiſsimè, quod poſsit alienare; quia Pragmatica intelligitur de eo, qui nullo modo habet ſucceſſorem, & loquitur de ſucceſsione, & ratio eſt: quia in eo, qui non poteſt habere ſucceſſorem, habet Rex intereſſe propter ſpem proximam deuolutionis; ſed Clericus beneficiatus eſt habilis ad ſuccedendum potentialiter: quia in caſu ſucceſſionis poteſt dimittere habitum, & renuntiare beneficium, igitur poteſt vendere, & obligare, tanquam ſucceſſorem habens.

36 Sed Domini notate aliud valdè memoriæ commendandum deciſum in eadem cauſa.

Pragmatica vetat alienationem his, qui filijs carent, fuit dictum, hoc habere locum in feudo formato, & acquiſito, vt ſi quis poſtquam feudum acquiſiuit, velit illud alienare, minimè hoc facere poſſit; ſed quid in feudo acquirendo, quando ex aliena pecunia emo illud cum ſpeciali hypotheca, & quia non adeſt tunc Fiſci præiuditium, decidimus valere obligationem, quod notare ad intellectum Pragmaticæ: nam non ſunt vulgaria, de qua deciſione in vtroque puncto latè in mea deciſione 7.

Subin-

37 Subintrat Andr. ad tertiam limitationem text. in qua quæſo ſtate mecum, & præmittendo prius, quod de iure canonico in alienationibus rerum Eccleſiarũ, non ſeruentur leges Imperatorum, etiam ſi ſint in fauorem Eccleſiæ iuxta notata per gloſſam in cap. dudum de rebus Eccleſ. non alien. in ſexto, Doctor. communiter in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de

38 Conſtit. dicit propterea, quod text. iſte non procedit de iure canonico: quia ex illo iure non requiritur conſuetudo dãdi; ſed ſufficit ſemel datum in feudum, allegat text. in d.cap. 2. de feud. quam limitationem diſputat Andr. ad partes, primò concordando iura, & demum firmat limitationem tàm hic, quàm in cap. 1. Epiſc. vel Abb. & in cap. 1. de clerico, qui inueſt. fec.

Dicit primò, quod per text. in d.cap. 2. ſufficiat ſemel datum etiam quod non præcedat cõſuetudo, & ad text. noſtrum reſpondet dicendo, quod dum dicitur, ſi antiquitùs fuerit eorum conſuetudo dandi, intelligatur, ſi aliàs fuerit datum.

39 Pro contraria parte arguit primò ab abſurdo: quia ſi conſuetudo non requireretur, omnia bona Eccleſiæ concedentur in feudum, cum vnus conceſſit, licet non valuit.

40 Secundò arguit de text. in cap. 1. per quos fiat inueſtit. ex quo habemus regulam, quod qui non habet ſuorum bonorum liberam adminiſtrationem, non poteſt in feudum concedere, vult dicere Andr. ſed ſic eſt, quod Prælatus minimè illam habet, igitur non poteſt in feudum concedere, quando non eſt conſuetum.

41 Tertiò arguit de text. in l. 4. §. condẽnatum ff. de re iud. in l. non putauit, §. nõ quæuis ff. de contr. tab. vt non quilibet condemnatus, vel exhæredatus, condemnatus, vel exhæredatus intelligatur; ſed qui ritè condemnatus, vel exhæredatus fuerit, vt ſic data res in feudum intelligatur legitimè, & conſequenter, quod ſit inducta conſuetudo præſcripta iux. text. in cap. fin. de conſuet.

42 Reſpondet ex his Andr. ad text. in c. 2. vt intelligatur de datione legitima præcedenti, vt quia habuerat legitimã, & validam conceſſionem rem illam infeudandi, & ſic intelligit text. illum hic Præpoſ. quem ſequitur Curt.

43 Andr. poſt hæc dicit, quod durum videtur recedere à text. in d.cap. 2. qui nihil dicit de conſuetudine, & ſic pariter text. in d.cap. 1. de cler. qui inueſtit. fecit in fin. per quem text. ſic dicit tenere Hoſtienſ. & reddit rationem Andr. ex mente Hoſtienſ. quare non requiritur de iure canonico conſuetudo dandi: quia non ſit tanta inquiſitio hodie in alienatione rerum Eccleſiæ, quanta antiquitus, quo tempore poſſeſſiones erant tenues, hodie verò augmentatæ; ſed hoc ius noſtrum dicit Andr. eſt ſatis vtilius, & æquius pro Eccleſijs, per quod ſtatuit, vt tunc Prælati infeudent, quando hoc eſt conſuetum, & conſuetudo dandi ſit inducta, & ſic reſidet ipſe in opinione, quod de iure communi feudorum requiratur conſuetudo dandi, de iure verò canonico ſecùs per tex. in d.cap. 2. & quod iſte text. intelligatur in Prælato infeudante, quando in antiqua infeudandi conſuetudine perſtiterit.

44 Domini arbitror, nullam eſſe diſtinctionem inter ius canonicum, & ius commune feudorum, & quod text. iſte malè ab Andr. & à Doctor. intellectus ſit, & ſic pariter non mereatur allegari pro contrario text. in d.cap. 2.

45 De iure canonico quilibet Prælatus ex cauſa iuſta poteſt alienare res Eccleſiæ cum conſenſu, & interuentu Capituli ex Conſtitutione Leonis Papæ cap. tua nuper de his, quæ fiunt à Prælatis, Abbat. & Canoniſtæ omnes in cap. 1. eodem titulo, & authoritas Papæ non requiritur, niſi quando Prælati iurauerint non alienare inconſulto Summo Pontifice, vt ibi per Canoniſtas, idem ſtatuitur in cap. ſine exceptione 12. q. 2. Canoniſtæ in cap. 1. de reb. eccleſ. non alien. in ſexto.

46 Et ratio, quare hodie non poſſint, &
indiſtinctè requiratur conſenſus Sedis
Apoſtolicæ, eſt: quia communiter Præ-
lati iurant non alienare inconſulto ſum-
mo Pontifice, vt per Abb in d.cap.2. de
feud. & in infeudatione, vt poſſint Præ-
lati cum Capitulo, & cauſa facere, pro-
bat text.ad literam, in cap.ad noſtram
de reb.eccl.non alien.

47 Et Doctor.fecerunt quæſtionem, quid
operetur iuramentum prædictum, & di-
cunt, quod in caſum licitum non poſſit
fieri alienatio: nam aliàs in caſum illici-
tum non erat permiſſa abſque alio iura-
mento, vt per Panormit.in d.cap. vt ſu-
per de reb.eccl.non alien.

48 Idem, quod cum interuentu Capitu-
li poſſint alienationes fieri, probat text.
in d.cap.1.de reb.eccl.non alien.

49 Si igitur de iure canonico poſſunt
Prælati in feudum concedere cum in-
teruentu tamen Capituli ex iuſta cauſa
abſque alia conſuetudine, quare volu-
mus inducere correctionem, ſeù contra-
rietatem iurium, & diuerſitatem inter
ius canonicum, & ius commune feudo-
rum, nec procedunt rationes Andr.quod
ſit abſurdum, quod non habeat Præla-
tus liberam adminiſtrationem, & quod
intelligatur text.in cap.2. de valida da-
tione, quæ ſteterit per annos triginta,
ſi de iure canonico cum cauſa eſt per-
miſſa alienatio, & eſt valida, quæ cauſa
ſemper requiritur: nam aliàs eſſet diſſi-
50 pare, nec conſuetudo contraria deſer-
uiret: quia eſſet nutritiua peccati iuxta
notata per Doctor. in d.cap.fin. de con-
51 ſuet.& text.in d.cap.2. de feud.cauſam
requirit: nam etſi dicit, quod liberè poſ-
ſit infeudare, ſubdit, ſi videris expedire,
& verbum illud liberè eſt appoſitum
reſpectu poteſtatis infeudandi, hinc Do-
ctor. tàm ibi, quàm in d. cap. vt ſuper
voluerunt, quod ſi ceſſaret cauſa legiti-
ma infeudandi, quod minimè poſſet fieri
infeudatio.

52 Eſt benè verùm, quod hic interuen-
tus Capituli omninò requiritur in cap.
1. de his, quæ fiunt à Prælatis: quia Ca-
pitulum, & Prælatus faciunt vnum cor-
pus in cap.nouit eodem titulo, vt ſupra
diximus.

53 Sed poteſt conſuetudine præſcribi,
quod ſolus Prælatus abſque Capitulo
alienationem, ſeu ſubinfeudationem fa-
ciat, text. eſt in cap. ea noſcitur, ibiq;
gloſ.& Doctor.eodem titulo, text.notab.
in cap.3. de conſuet. in ſexto, Abb.in
d.cap. nouit nu.5. Franc.in d.cap.1.nu.
26. verſ.octaua limit.

54 Et licet ſit diſputata opinio, an va-
leat conſuetudo, per quam tolluntur ſol-
lemnitates, quæ interuenire debent in
rebus Eccleſiæ, tamen in feudis Doctor.
communiter tenuerunt valere, quicquid
dixerit Curt. vt latius per Felyn. in
cap.cum cauſa de re iudic.num.16.verſ.
55 tertiò fallit, & ego dico, quod interuen-
tus Capituli non ſit de ſollemnitatibus
requiſitis; ſed ſit repræſentatio alienan-
tis inſimul cum Prælato perſona legiti-
ma pro Eccleſia in alienatione, quarum
perſonarum demum requiruntur ſollem-
nitates ſtatutæ in alienatione rerum ec-
cleſiaſticarum, vnde non cadit hic quæ-
ſtio defectus ſollemnitatum, & propte-
reà iuſtè per legem canonicam eſt in-
ductum, vt poſſit per conſuetudinem
præſcribi, vt ſolus Prælatus alienet.

56 Hac concluſione ſic exiſtente dico,
quod dum textus noſter loquitur de
perſonis, quæ poſſunt in feudum dare,
& loquutus fuit de perſona Eccleſiaſti-
ca, an ipſa poſſit feudum dare, ſicut lai-
cus, & ſic ſola abſque Capituli interuen-
tu, iuſtè text. ſe conformando cum lege
canonica, dicit poſſe, ſi antiquitus eo-
rum conſuetudo fuerit, ſcilicet, vt ipſi
ſoli dent: nam ſi de iure canonico non
requiritur conſuetudo cum interuentu
Capituli, aut volumus intelligere tex-
tum iſtum cum interuentu Capituli, &
text.loquitur perſonaliter, ſe referens ad
perſonas ſpecificè, & non requiritur con-
ſuetudo, aut volumus intelligere ſine
interuentu, & tunc poſſunt, ſi adſit con-
ſuetudo, ergo nulla differentia inter ius
canonicum, & ius commune feudorum.

Hunc

57 Hunc intellectum ſentijt hic expreſsè Iac.de Beluiſ.in oppoſitione verb.opponitur,videtur,& idem voluit dicere Bal. ſi rectè aduertatur hic in 1. col.

58 Hoc voluit dicere text.ſi rectè aduertatur in cap.1. S.in clericorum, ſi de inueſt.feud.inter Dom. & Vaſſall. lis oriatur, quod in clericorum feudis recipiuntur,non ſolùm pares; ſed etiam extranei in teſtes: quia cum quoſdam de feudis inueſtiunt,ſæpè abſconsè,& ſine præſentia ipſorum Confratrum facere ſtudent, & hoc modo inducitur conſuetudo.

59 Nec meretur allegari text. in d. cap. 2.de feud.qui loquitur de feudo formato,& demum ad Eccleſiam deuoluto,dicit Bald. in d.auth. hos iùs porrectum nu.5.Hoſtienſ.in d.cap.2. & in d.cap.vt ſuper.

Vlteriùs non erat dubium in illo tex. an conceſſio eſſet valida per prius facta, & ſi erat inducta conſuetudo dandi, & an ſemel,vel pluries fuit facta conceſſio; ſed dubium erat de iuramento de non infeudando inconſulto ſummo Pontifice,& hic eſt caſus illius text.& hoc erat dubium.

60 Rurſus ſi text. ille loquitur in feudo formato,& legitimè conſtituto,quod ſecundum omnes non requirit in ſubinfeudatione conſuetudinem,etiam de iure communi feudorum, & text. noſter loquitur in feudo concedendo,& formando: igitur nihil commune ille text.cum noſtro,& Hoſt. quem Andr. allegat, dicit contrarium.

Attenta opinione Andr. remanet videre,conſuetudo quanti temporis requiratur,& quanto tempore illa tollatur,& ſi ſufficiat vnica datio,vel plures requirantur, de quibus in lectione ſequenti, hæc hodie breuiter ſufficiant.

SVMMARIVM.

Compendioſus epilogus eorum, quæ D. Author tradidit in præced. lect.nu.1.vſque ad 5.

2 *Verba Andr. ponderantur ad probandum, quod text.iſte neceſſariò loquatur de principali infeudatione, & nu.ſeqq.*

3 *Conſuetudo dandi rem in feudum, ac etiam eius contraria non dandi de iure Pontificio ſecundum Andr.inducitur ſpatio 40.annorum, & 30.de iure ciuili, & nu. 5.32. & 33. Sed an id præſtet pluralitas conceſſionum abſque prædicto tempore, quo è conuerſo concurrente num ſatis ſit vnica datio,nu.18.vſque ad 26.*

4 *Eccleſia, ſeu Prælatus recognoſcens feudum à Rege iudicatur vti priuatus.*

6 *Prælatus Eccleſiæ nequaquam poterit conferre bona titulata non de menſa,ſi continuò per ipſum, & eius Prædeceſſorem fuerint tenta in demanio,niſi conſuetudine iuuaretur, & nu.9.*

7 *Text.in cap.1.Epiſc.vel Abb.exactè enucleatur.*

8 *Eccleſiæ bona de iure canonico ſunt inalienabilia,ſi ſint de menſa.*

10 *Alienatio rerum Eccleſiæ fieri non poteſt non precedente cauſa iuſta, legitima, & neceſſaria,cuius concurſus de iure canonico ſemper requiritur, & aliud non deſideratur ſecundum D.Auth.*

11 *Prælatus Eccleſiæ ſecundum Andr.poterit dare in feudum, ſi ita ſit conſuetudine præſcriptum, licet anteceſſor non dederit; verùm limita, vt nu.13.ſed ſi Prædeceſſorum conſuetudo fuerit varia, quæ nam ſit attendenda, ſubijcitur nu. 17.*

12 *Conſuetudo minimè tollitur per*

actus contrarios, niſi idem tempus, & tot actus cõcurrant, quot ad eam introducendam depoſcuntur, & ibi de ratione.

14 *Præſcriptio 30. annorũ mutat conditionem rei, item perſonæ, & affertur exemplum.*

15 *Præſcriptio hæc eadem ſufficiens eſt ad acquirendum ius vaſſallagij.*

16 *Diſcrimen rectè conſtituitur inter acquiſitionem rerum, & perſonarum, ſeu iurium, quæ perſonas tangunt: nam caſu priori breuius tempus requiritur iuxta notab. Bart. diſtinctionem.*

19 *Indulgentia criminoſis tributa illi dumtaxat erunt digni, qui vnica vice deliquerunt.*

20 *Conſuetudo introducitur ex frequẽtia actuum, ſaltim duorum dùm tamen ſit 10 annorum ſpatio obuallata; ſed declara, vt nu. 30.*

21 *Eccleſiarum res, & iura non præſcribuntur minori ſpatio 40. annorum.*

22 *Præſcriptio 30. annorum de iure ciuili iuuat etiam fures, et latrones.*

23 *Text. in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſ. & propr. ſatis rectè expenditur.*

24 *De cõſuetudinis eſſentia eſt actuum pluralitas ſecundum Ang. ſed declara, vt nu. ſeq.*

27 *Conſuetudo iuris frãcorum quò ad ſucceſſionem inter primogenitũ, & ſecundogenitũ inducitur 30. annorum curriculo, etiam ſi ſemel fuerit factus ſucceſſioni locus, & ibi de ratione.*

28 *Conſuetudo quando propriam retineat naturam, & quando præſcriptionis aſſumat.*

29 *Clericus ſi in aliquo caſu à iuris regulis deuiante iudicandus ſit à Iudice ſæculari, ſeruanda, & cuſtodienda erunt in omnibus Clericorum priuilegia, ſi reus ſit, ſecus ſi actor: quia tunc ſeruabitur ius ciuile.*

31 *Conſuetudo non poteſt induci; ſed præſcriptio in his, in quibus Populus non poteſt diſpenſare, & ibi de ratione.*

34 *Præſcriptio immemorabilis non conſuetudinis; ſed priuilegij vim, & robur obtinet.*

35 *Conſuetudo ſoluendi releuium aduerſus Eccleſiã præſcribitur ſpatio 40. annorum, quod ſi poſteà non fuerit exactum, Curia non amittit poſſeſſionem, niſi à die petitionis, quo euentum iuuabitur interdicto vnde vi.*

36 *Opinio Iacob. de Beluiſ. tradẽtis ad conſuetudinem inducendam dandi rem Eccleſię in feudum, requiri tempus 10. annor. cum actuum frequentia ſaltim duorum, eſt frequentiori Docto. calculo recepta; ſed validè cõfutatur per D. Auth. vt nu. ſeq.*

38 *Bald. diſtinctio, quam in obiecta controuerſia ſectatus fuit Aluar. pariter redarguitur.*

39 *Curt. ſententia requirentis tempus immemorabile, vel vnicam, & legitimam dationem abſque tempore, adhuc repellitur, eiusq. locis reſpondetur, & nu. ſeqq. vſque ad 44.*

40 *Præſcriptio immemorabilis requiritur ad minuendas ſollemnitates* requiſi-

requiſitas in alienatione rerum Eccleſiæ; ſed id non obtinet in infeudatione, vt nu. 41.

42 *Sollemnitates extrinſecæ præſumuntur ſpatio 30. vel 40. annorum, & ita pluries deciſum in aſſenſu, & decreto Apoſtolico; ſed declara, vt nu. ſeq.*

45 *Præſcriptio immemorabilis exigitur ad præſcribendum Principi reſeruata; ſed minori tempore præſumetur eius aſſenſus, vel inueſtitura, & nu. 48. & 49.*

46 *Aſſenſus eſt ius Regium, & de reſeruatis Principi in recognitionẽ ſupremi dominij, idq. omnes admittunt abſque controuerſia.*

47 *Feudum amittit propriam naturã, ſi concedatur cum facultate alienandi.*

50 *Probatio antiqua excedit metam centum annorum, & ſic exigit tempus immemorabile ſecundum Innoc. communiter receptum.*

51 *Conſuetudo in dubio intelligitur de præſcripta, hinc ſi non ſit præſcripta, non eſt conſuetudo; ſed voluntas inducendi conſuetudinem ſecundum Bald.*

52 *Poſſeſſio maioris partis bonorum in feudum facit, vt reliqua feudalia præſumantur ſecundum Andr.*

53 *Verba debent aliquid operari, & nõ eſſe otioſa, & inutilia.*

54 *Conſuetudo longeua, inueterata, diuturna, & vetuſta differt à conſuetudine aſſumente naturam præſcriptionis, necnon diſtinguitur à conſuetudine antiquata.*

55 *Doctr. Andr. volẽtis, quod ſi Prælatus per 30. annos vacauerit ab infeudatione, tunc ſit inducta cõtraria conſuetudo, diligenter expenditur, & nu. ſeqq.*

56 *Conſuetudo contraria non inducitur ex non vſu cõſuetudinis præſcriptæ, & facultatis acquiſitæ.*

57 *Conſuetudo tollitur eodem quo introducitur, modo, & non aliter.*

58 *Cõſuetudo quomodo differat à præſcriptione.*

59 *Conſuetudo contra ius tollitur ſpatio 10. annorum.*

60 *Priuilegium perditur per non vſũ, vel per contrarium vſum, cæterum differentia ſit inter non vſũ neceſſarium, & voluntarium, prout ibidem.*

61 *Conſuetudo non poteſt induci in actibus negatiuis.*

62 *Eccleſiæ bona dicuntur effecta de menſa per annum ſecundum Archidiaconum.*

63 *Ex deſcriptione, ex qua oritur vera incorporatio ſecundum Bart. communiter receptum.*

64 *Per ſpatium 40. annorum ſecundum Andr.*

65 *Decem ſecundum Barbat. & hanc vltimam D. Author admittit, quam ex ſupra deductis optimè confirmauit.*

LECTIO V.

1 VIDIMVS in Lectione præcedenti, quod Prælatus poteſt concedere feudum, ſi antiquitùs cõſuetudo eius fuerit feudum dare, ad quod concordat text. in cap. 1. Epiſc. vel Abb.

Vidimus ſecundò, quod text. noſter intel-

intelligitur non ſolùm de rebus Eccle-
ſiæ obuentis à Papa, vel ab alijs perſo-
nis; ſed etiam de regalibus beneficijs,
quæ & ſi ſint inalienabilia iuxta text.al-
legatum per Andr.in §.ea verò in auth.
de alien. & emphyt. cui textui concor-
dat text. in auth. hoc ius porrectum C.
de ſacroſ. eccl. tamen vidimus, hoc non
procedere in infeudatione, ex qua reti-
netur directum dominium, non tamen
intelligẽdo hoc dictum ſimpliciter: quia
prohibita alienari nõ poſſunt in feudum
dari, dicit text.in cap.1. §.ſed & res,per
quos fiat inueſtitura; ſed quia conſuetu-
do ſic approbauit ex regula tex.in l.Im-
peratores ff.de pollicitat. & voluit dice-
re Andr. dùm loquutus eſt de conſuetu-
dine, ſcilicet de conſuetudine, ſeu vſu
feudorum: nam conſuetudines appellan-
tur, & vt diximus Domini, omnia feuda
de iure communi feudorum à Rege con-
ceſſa poſſunt ſubinfeudari, & tamen ſunt
regalia dona, & beneficia, & vt in prælu-
dijs diximus, de propria natura eſt, vt
amore, & honore gratis feuda conce-
dantur.
Hinc diſputata eſt quæſtio, ſi feuda
empta ſint vera feuda.
2 Habuimus tertio loco ex theorica
Andr. quod text.iſte non loquatur de
ſubinfeudatione; ſed de prima infeuda-
tione, ponderando ipſius dictum de re-
tentione directi dominij, & meliùs ſe
declarat in hodierna lectione, dum tra-
3 ctando quæſtionem, quod tempus requi-
ratur ad inducendam conſuetudinem
infeudandi in hoc text, requiſitam, di-
cit, quod attento iure canonico requi-
ratur tempus 40. annorum.
Ergo ſi text.loquitur de regalibus be-
4 neficijs, & Eccleſia, ſeu Prælatus, dùm
à Rege habet feudum, debet ea, quę pri-
uati præſtant: quia ſunt impoſita, dicit
Andr.in cap.1.§.ſimiliter in hoſtenditijs
num.17. in 2.addit.de capit.Corrad.ex
reg.text.in cap. cæterum de iud. & in
cap.verum de for.compet. ſequitur pro-
pterea, quod non poteſt loqui text. in
5 ſubinfeudatione: quia tunc attenderetur
ius ciuile, per quod ſecundum Andr. hic
ſufficiunt anni 30.ex regula text. in l.ſi-
cut, & in l.omnes C.de præſcript.30.vel
40.annorum.
Quartò habuimus ex dictis per Andr.
quod maxima ſit differẽtia inter ius ca-
nonicum, & ius commune feudorum;
quia de iure canonico ſecundum eum
per text.in cap.2. extra de feud. non re-
quiritur conſuetudo infeudandi; ſed ſuf-
ficit feudum ſemel fuiſſe conceſſum, de
hoc verò iure communi feudorum opor-
tet, fuiſſe conſuetudinem infeudandi in-
ductam, quam opinionem tenuit Andr.
etiam in cap.1.Epiſc.vel Abb. & in cap.
1.de cler.qui inueſt.fec. quod nos funda-
uimus, non eſſe de iure verum, quodq;
poſſit Prælatus infeudare ſic de iure ca-
nonico, prout de iure communi feudorũ
quilibet priuatus infeudare poteſt, & de-
dimus verum intellectum text. in cap.2.
de feud. quodq; conſuetudo requiſita
per text.noſtrum ſit eadem requiſita de
iure canonico, videlicet, quod ſolus Præ-
latus abſque Capitulo infeudare, ſeu a-
lienare non poſſit, qui repræſentãt vnam,
& eandem perſonam, niſi hoc conſuetu-
dine ſit præſcriptum, & fundauimus,
quomodo de iure canonico Prælatus
poſſit alienare cum Capitulo, & etiam
infeudare.
6 In hodierna igitur lectione ſequendo
Andr. eandẽ quæſtionem, quomodo Præ-
latus infeudabit, dicit, quod bona titula-
ta non de menſa, ſi continuò tenuit Præ-
deceſſor Prælati, & ipſe Prælatus in de-
manio, de nouo non conferret, aliàs ſic
7 iuxta not. per eundem Andr. in cap. 1.
Epiſc.vel Abb. vbi text. diſpoſuit, quod
Prælatus non poteſt de rebus Eccleſia-
rum, quæ ei ſubiectæ ſunt, & tituli vo-
cantur aliquid dare ſecundum Conſtitu-
tionem Papæ Vrbani, quod intelligit ibi
Andr.de rebus Eccleſiæ ſubiectæ Præla-
to, quas de nouo in feudum dare vellet,
& dicuntur tituli, ſeu de titulis Eccleſię,
erantq; de menſa, quæ de iure canonico
alienari non poſſunt, vel ſecũdo loco ex-
ponit Andr. quod poteſt ille text. intel-
ligi de Epiſcopo, qui habet ſub ſe Eccle-
ſiam habentem titulum, id eſt nomen ab
Eccle-

Google

Eccleſia Cathedrali,quæ Eccleſia habet
ſuum Rectorem , vt tali caſu Epiſcopus
non poſſit rem Eccleſiæ abſque conſen-
ſu proprij Rectoris in feudum dare,& ſic
text.illum intelligit Bald.

Dicit igitur Andr. quod bona titula-
8 ta non de menſa:quia quæ ſunt de men-
ſa de iure canonico ſunt inalienabilia ,
vt per Andr. ibi, & per Canoniſtas in
9 cap.vt ſuper de reb.eccl. non alien. hæc
igitur bona titulata , ſi continuò tenuit
prædeceſſor in demanio , de nouo non
confert : quia requiritur conſuetudo, vt
text.hic,& in eodem cap.1. Epiſcop. vel
Abb. ibi Eccleſiaſtica perſona, quæ non
ſit ſolita antiquitùs in feudum dare,ſci-
licet, ſecundum noſtrum intellectum ip-
ſa ſola abſque conſenſu Capituli, ſecun-
dum verò intellectum Andr.quod non
poſſit de nouo infeudare , niſi conſuetu-
do infeudandi præcedat,& hoc ius ſecũ-
dum eum eſt æquius , & vtilius pro Ec-
10 cleſia, quod etiam ſecundum noſtrum
intellectum benè procedit ſemper, quod
cauſa legitima,vtilis,& neceſſaria adeſt,
quæ de iure canonico requiritur,& ſuffi-
cit,prout probat text.in cap.ad noſtram,
de reb.eccl.non alien.

Et ob id Andr. tradit, quod requira-
tur, vt conſuetudo dandi ſit inducta, &
quia ſupra dùm diſputauit articulum ,
quid de iure canonico , & quid de iure
communi feudorum,dixit,quod conſue-
tudo requireretur annorum triginta,nũc
11 dicit , quod ſi eſt inducta conſuetudo
dandi,licet vnus Prædeceſſor ipſius Prę-
lati non dederit, poſſit ſucceſſor ipſe da-
re,argumento eorum,quæ notantur in
l.cum de conſuetudine ff. de leg. in quo
text.nihil de hoc diſponitur,nec aliquid
Doctor.ibi dicunt;ſed Bart.cæteriq; Do-
ctor.in l.de quibus ff.de leg. & Canoni-
ſtæ communiter in cap.fin.extra de con-
12 ſuet.benè tradunt,quod ſi eſt inducta
conſuetudo , non ex eo : quia fiet actus
contrarius contra illum , propterea eſt
ſublata; ſed requiruntur tot actus,& idẽ
tempus, quot requiruntur ad conſuetu-
dinem ipſam inducẽdam,quod per prius
dicit gloſ.not.in l.nemo alieno nomine ,
§. temporaria de reg. iur. & ratio huius
concluſionis eſt , quod eadem ſollemni-
tas , quæ requiritur in conſtruendo , re-
quiratur in deſtruendo iuxta regulam
allegatam per gloſ.in l.cum proponeba-
tur de legat. 2. quod ad literam probat
text.in cap.cum de beneficio,de pręben.
in ſexto , vbi conſuetudo non amouetur
per actus contrarios factos ante ipſius
initium , vel poſt completam ipſius præ-
13 ſcriptionem,quod limitat Andr.noſter ,
niſi à Prædeceſſore immediato fuiſſet il-
lud feudum tẽtum in demanium per tri-
ginta annos:quia tunc erit inducta con-
ſuetudo non dandi , & arguit à ſimili ,
14 primò per tantum tempus mutatur rei
conditio , ſecundò , quia etiam mutatur
per tantum tempus conditio perſonę,al-
legat text. in l. eum, qui C. de fund.rei
priuat.lib.11.qui diſponit,quod propter
ſeruitium per ſpatium 30. annorum fa-
ctum ab aliquo Curiæ, vel collegio,exi-
matur à ſeruitute , vel colonia alterius ,
& efficiatur colonus illius Curię,cui ſer-
uiuit .

15 Tertiò arguit , quia tanto tempore
acquiritur ius vaſſallagij , ſi aliquis , vt
meus homo,& vt meus vaſſallus ſteterit,
quod tradidit idem Andr. in cap. ſi per
triginta,ſi de feud.def.mil.controu.fuer.
idemq; tradidit in proęm.conſtitutionũ,
16 & differentia eſt tractare acquiſitionem
rei , quo caſu minus tempus requiritur
iuxta notata in l. ſi certis annis C. de
pact.in l.cum de rem verſo ff.de vſur. &
tractare acquiſitionem perſonarum , ſeu
iurium , quæ perſonas tangunt , & quæ
ipſarum ſtatum mutant, quod eleganter
diſtinguit Bart.in l.litibus C.de agric.&
cenſ.lib.12. latiſſimè Auth. damn.mem.
in gl. 1.§.7.nu.17.

17 Subdit Andr.quod ſecus erit,ſi quidã
Prædeceſſores conceſſiſſent rem illam in
feudum,& quidam non,argumento tex.
in l.Mela, §.ſed ſi alimenta ff.de alim.&
cibar.legat.vbi facto legato alimentorũ,
quæ viuus teſtator præſtabat,intelligun-
tur legata alimẽta, quæ ſolitus erat pręſ-
ſtare mortis tempore,etiam ſi tempore
teſtamenti, vel per prius variè præſtaue-
rit:

rit:quia nouiſſima præſtatio eſt attendē-
da,& ſic non attenditur conſuetudo va-
ria;ſed quod vltimo loco conſuetū erat,
& propterea in argumentum allegat An
dr.illum text.& ſubſequitur, quod inſpi-
ciatur, quid vltimus Prædeceſſor fecerit
per 30. annos, & in hac conſuetudine
dicit ipſe, triginta annos requiri ſecun-
dum gloſ.hic.

18 Hinc ſumpta occaſione quærit Andr.
an ſi bis,vel ter data eſſet res illa in feu-
dum, & intelligatis quæſtionem abſque
temporis curſu, an inquam ſit inducta
conſuetudo,& dicit ipſe primo loco, qđ
videtur inducta conſuetudo argumento
19 l.3.C.de Epiſc.audientia,vbi indulgen-
tia conceſſa criminoſis non extenditur,
niſi ad eos,qui vna tantum vice deliquę-
runt, qui verò pluſquam ſemel delique-
runt, indulgentia non gaudebunt, tan-
quam delinquere aſſueti, & ſic illud, qđ
eſt pluſquam vna vice factum,dicitur aſ-
ſuetum,arguit igitur Andr.& vult dice-
re, quod ſi conſuetudo requiritur,& hęc
inducitur per geminationem actuum fa-
ctorum per plures vices, ergo duę vices
inducunt conſuetudinem,& non requiri-
tur conſuetudo annor.30.

20 Addatis vos dicta per gloſ.Bart.cęte-
roſq;Ciuiliſtas in d.l.de quibus,quod ex
frequētia actuum,ſaltim per duas vices,
non minus cum curſu temporis annorum
decem inducatur conſuetudo, ergo tri-
ginta anni non requiruntur.

21 Andr.reſpondendo difficultati, dicit,
quod ex datione pluries facta ſine curſu
temporis cōſtituitur in poſſeſſione infeu-
dandi; cōſuetudo verò præſcripta requi-
ritur,quæ non pręſcribitur ſecundum eū,
niſi per annos 40. ſecundum canones,in
quo nihil allegat: quia præſupponit hoc
ſatis indubitatum, & notorium per iura
vulgaria in cap.de quarta,in cap.ad au-
res,& in cap.auditis de pręſcript.& in
conſuetudine loquutus fuit Io.Andr.in
cap. poſſeſſiones, de reb.eccl.non alien.
gloſ.in d.cap.fin. de conſuet. vbi Cano-
niſtæ communiter,& ratio illa eſt:quia
ſicut in pręſcriptione rei Eccleſię requi-
ritur ſpatium annorum 40.ita eſt in pręſcriptione iuris, ſubdit Andr.quod ſecū-
22 dum iura ciuilia 30.anni ſufficiunt,qui-
bus fures, & latrones tuti ſunt, allegat
text.in l.fin.C.vnde vi,vbi dùm puniun-
tur occupantes poſſeſſionem alienorum
bonorum abſque legitimo titulo etiam
pœna furti,limitat text. niſi elapſi ſint à
die occupationis anni 30.& ſic dicit An-
dr. quod oportet, vt lapſi ſint anni 40.
quod tenuit quis rem illam in feudum,
& ſubdit etiam ſi ſemel tantum hoc tem
pore fuerit data in feudum,aliàs non eſ-
ſet conſuetudo ſecundum eum, allegat
23 text. in cap. cum Eccleſia Sutrina de
cauſ.poſſ.& propr.vbi in petitorio non
ſufficit,quod quis interuenerit in electio
ne per tres vices, in qua aliàs interueni-
re non debet,niſi hæc cōſuetudo ſit pręſcripta,dicit text. benè tamen iuuat hoc
quò ad poſſeſſionem, & ſic probat ibi
text. quod conſuetudo non præſcripta
non ſit conſuetudo; ſed quod vnica da-
tio ſufficiat,text.ille non probat,imo ibi
præcedebant plures interuentiones in
electione, & ad hoc videntur aduerſari
omnia dicta,& per Canoniſtas,& per Ci
uiliſtas requirentes pluralitatem actuum
ad conſuetudinem inducendam, hinc
Angel.in l.diuturna ff.de leg dixit,quod
24 actuum pluralitas ſit de eſſe conſuetu-
dinis.

25 Sed vos ſaluando Andr. intelligatis
dicta Doctor. procedere in actibus mo-
mentaneis,ſecus in illis, qui habent tra-
ctum ſucceſſiuum:nam tunc vnicus actus
cum curſu temporis inducit conſuetudi-
nem præſcriptam, & ſic limitatur com-
munis concluſio,vt tradidit Abb.in cap.
fin.de conſuet. antepenult.col. quem ſe-
quuntur communiter Doct.allegatur per
omnes text.in cap. cum de beneficio de
præb.in ſexto.

26 Dùm igitur quis dat in feudū,& per-
manet ſemper illa datio, hoc eſt habere
tractum ſucceſſiuum: quia ſemper poſſe-
dit ille infeudatus ante faciem Superio-
27 ris,prout in ſimili tradidit Andr. in cō-
ſuetudine inducenda ſucceſſionis de iu-
re francorum inter primogenitum,& ſe-
cundogenitum,in cap.imperialē, §.præ-
terea

tereà ducatus, de prohib.feud.alien. per
Frider. nam etiam quod ſemel fuerit fa-
ctus caſus ſucceſſionis cum curſu tamen
annorum triginta,eſt probata conſuetu-
do iuris francorum, & reddit rationem:
quia in vita alterius, qui poterat com-
muni iure dicere ſe Longobardum, pri-
mogenitus poſſedit,& reddit rationem
rationis,quare vnicus actus ſufficiat: qa
innititur præſcriptioni, non autem con-
ſuetudini, vbi binus actus requiritur,
quam doctrinam quæſo notate, & menti
teneatis,& hoc voluit dicere gloſ.ſollem
nis in d.cap.cũ Eccleſia Sutrina in verb.
breuitatem temporis,quod vnicus actus
ſufficiat cum curſu temporis, & quando
28 ſumus in conſuetudine,quę non ex con-
ſenſu populi inducitur iuxta ſuam pro-
priam naturam, ex qua quidem induci-
tur quodam ius vniuerſale; ſed ſumus in
priuato priuatum ius acquirere volente,
tunc dicitur, conſuetudinem aſſumere
naturam præſcriptionis iuxta tradita per
Aret.in conſ.132.& in conſ.23. per Bu-
tr.in d.cap.fin.de conſuet.& propterea
iura loquuntur de conſuetudine præſcri-
pta in d. cap. cum Eccleſia Sutrina, &
melior text. in cap. Cumana de electio-
ne, vnde nimirum ſi ſufficit vnicus actus
cum temporis curſu,vt ſic doctiſſimè, &
acutiſſimè Andr. euomit verbum, quod
requiratur conſuetudo præſcripta per
quadraginta annos.
29 Subdit Andr. quod id, quod gloſ.di-
cit de annis triginta, procedit de iure
ciuili,non autem de iure canonico,quod
ius in cauſa Eccleſiarum ſeruatur etiam
ſi in foro ſæculari agatur,allegat text.in
auth.clericus quoque C.de epiſc.& cler.
vbi vult text. quod clericus conuentus,
licet ab Eccleſiaſtico Iudice iudicari de-
beat,tamen ſi ex aliqua cauſa in caſibus
à iure approbatis coram ciuili Iudice
conuenitur, debet tamen iudicari ſerua-
tis in omnibus Clericorum priuilegijs,&
hoc quando conuenitur Clericus, dicit
Andr. ſecus ſi eſſet actor, qui cum ſequi
debeat forum rei,ſeruabitur tunc ius ci-
uile ſecundum diſtinctionem,quam facit
Hoſtienſ.de hac materia in tit. de teſta-
mentis in Summa §.cum quæritur, & li-
30 cet dixerim per ſpatium 10. annorum
induci cõſuetudinem; tamen idem Bart.
in 2.repet.nu.4.in d.l.de quibus commu
niter receptus tradidit hoc procedere
de iure ciuili;non autem de iure canoni-
co,in quo in alienatione rerum requirũ-
31 tur anni 40.& ſicut in his,in quibus po-
pulus non poteſt diſpenſare, in his inquã
non poteſt induci conſuetudo; ſed præ-
ſcriptio, vt conſuluit Bart. conſ.136. &
Alexan.conſ.173. lib.6. quia non poteſt
operari plus tacitus conſenſus,quàm ex-
preſſus. Propterea cum in materia hac
non tractemus de conſenſu populi;ſed de
præſcriptione iuris eccleſiaſtici, meritò
Bart.& Doctor.iuſtè tradiderunt requiri
tempus annorum 40.
32 Habemus ergo Domini ex dictis per
Andr.duplicem concluſionem, prima,
quod conſuetudo infeudandi de iure ca-
nonico inducatur per ſpatium annorum
quadraginta.
33 Secunda verò concluſio, quod non
dando per idem tempus,inducatur con-
traria cõnſuetudo,& ſic recedit Andr.ab
opinione illorum, qui tenuerunt requiri
tempus immemorabile, & pariter rece-
dit ab opinione aliorum, qui tenuerunt
ſufficere tempus annorum 30. dicendo,
hoc vltimum procedere de iure ciuili,&
primum non procedere de iure canoni-
co,per quod tempus annorum 40.eſt ſta-
34 tutum,quaſi quod tempus immemora-
bile non habeat vim conſuetudinis; ſed
priuilegij, ſitq; tunc caſus indultabilis
iuxta dicta communiter per Doctor.in
cap.ſuper quibuſdam §.præterea de ver-
bor.ſignif.allegatur communiter text.in
l.3. §.ductus aquæ ff.de aqu. quotid. &
æſtiu.
35 Quam opinionem per eadem media
in materia conſuetudinis præſctiptæ ſol-
uendi releuium per Eccleſiam tenuit idẽ
Andr.eleganter in cap.1.§.ſimiliter in
hoſtenditijs,de capit.Corra.vbi pulchra
deciſio in addit.per totum, vbi quid in
Eccleſia.
Imò plus ibi voluit, quod ſi ſit præ-
ſcripta conſuetudo ſoluendi releuium,

& aliquando poſtea non fuerit exactum, non perdat Curia poſſeſſionem, niſi à die, quo petijſſet, & fuiſſet denegatum: quia tunc conſtituitur alius in poſſeſſione, licet tanquam ſpoliata Curia poſſit agere interdicto vnde vi.

36 Hanc opinionem, quod tempus annorum quadraginta requiratur, tenuit Iacob. de Beluiſ. ex regula text. in auth. quas actiones C. de ſacroſ. eccleſ. ſed dixit, non ſufficere vnicam dationem; ſed ad minus duas requiri: quia conſuetudo dicitur communis, & frequens aſſuetudo in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo, & frequens dicitur bis, ad text. in §. fin. in auth. de defenſor. Ciuitarum, & opinionem Iacob. de Beluiſ. ſequutus eſt Mart. Laud. Card. Claud. de Seiſ. Affl. & Capyc. in inueſtit. in verb. feudum dant, & quod duæ vices requirantur, eſt communis opinio Doct. vt per Ardiz. Aluar. Zaſ. & alios Scrib. communiter.

37 Hæc opinio communis Doct. mihi videtur erronea, & quod ex dictis per eos non ſit recedendum ab opinione Andr. nam ſi idem Iac. de Beluiſ. Author opinionis regulat conſuetudinem ſecundum naturam præſcriptionis, eamq; dicit aſſumere, & actus licet vnicus habet tractum ſucceſſiuum, igitur ex communi limitatione Doct. in d. cap. fin. de conſuet. ſufficit tempus 40. annorum, & ſufficit vnicus actus extenſiuus, patens, firmus, & ſucceſſiuus in cõtinuatione quaſi poſſeſſionis per annos 40.

38 Bald. verò aliter diſtinxit, dicendo, q aut conſuetudo eſt manifeſtè vtilis Eccleſiæ, & præſcribitur ſpatio 30. annorũ, aut manifeſtè damnoſa, & tunc requiritur tempus immemorabile, aut verò ſumus in dubio, & requiritur ſpatium annorum 40. quam diſtinctionem per eadẽ verba ſequitur hic Aluar. quæ diſtinctio nullum habet iuris fundamentum, cum non reperiatur in iure canonico minus tempus annorum 40. in præſcriptione iuris eccleſiaſtici, & dùm preſupponimus conſuetudinem damnoſam, tunc tanquã nutritiua peccati nullo temporis ſpatio præſcribitur, vt eſt caſus in d. cap. fi. ibiq; communiter Doctor. de conſuetudine.

39 Curt. tenuit requiri tempus immemorabile ex regula illa, quod non ſint pręſcriptibiles ſollemnitates requiſitæ in alienatione rei eccleſiaſticæ, niſi per immemorabilem præſcriptionem iuxt. text. in cap. 1. de præſcript. in ſexto, & ita limitant regulam Doct. de qua per Felyn. latius in cap. cum cauſa de re iud. & dicit Curt. hoc procedere etiam quod pręcedat vnica datio, quando tamen non habetur notitia, ſi datio illa fuit à principio legitimè facta; ſed ſi de eius validitate conſtet, tunc etiam abſque curſu temporis, & ſine actuum geminatione dicetur res conſueta infeudari.

40

41 Hæc opinio Curtij per eius media, nec eſt vera: nam ſi communis limitatio ſit, quod regula illa, vt ſollemnitates eccleſiaſticæ diminui non poſſint per curſum temporis, non intelligatur in infeudatione, vt per Calder. Bald. & alios relatos per Felyn. in d. cap. cum cauſa, ergo deficit ipſius fundamentum: nam voluerunt prædicti Doct. poſſe induci conſuetudinem contrariam in infeudatione rei Eccleſiæ.

42 Secundò nonne eſt vera, & communis omnium Doctor. opinio præſumi ſollemnitatem extrinſecam per ſpatium 30. vel 40. annorum, & propterea aſſenſum, & decretum Apoſtolicum in alienatione rerum Eccleſiaſticarum iuxta tradita per Ciuiliſtas in l. ſciendum ff. de verbo. oblig. & ita iudicatum in Sac. Conſ. pluries, & in Rota Romana, & Marin. latiſſimè in quæſtione illa, an præſumatur aſſenſus ex diuturnitate tẽporis, quę quæſtio hodie in Regno nõ procedit propter Pragmaticas requirẽtes præſentationes, & regiſtrationes aſſenſuum in Regia Cancellaria, & in quinternionibus Regiæ Cameræ, vt ſicut ex regula text. in Lítiæ textores ff. de leg. 1. non poſſit dici aſſenſus expeditus, ſic ergo cum ſollemnitas omnis præſumatur, confunditur diſtinctio, ſi conſtat, vel non conſtat de ſollemnitate primæ conceſsionis.

43

44 Tertiò quomodo poteſt procedere ſecundũ caput diſtinctionis, quando pręcedit

cedit legitima datio,& dicit Curt.quod inducitur conſuetudo abſque curſu temporis, cum abſque tempore nullo pacto poſſit dici conſuetudo inducta,& dicetur tunc infeudationem fieri virtute poteſtatis attributæ ab eo, qui poteſtatem dare poterat iuxta notata per Innoc. & Doct.in d.cap.2. de feud. & in d.cap.vt ſuper,de reb.eccl.non alien.

Quid igitur tenendum in tanta Doct. varietate?

45 Domini, vt ſcitis, quando tractatur de præſcribendo reſeruata Principi, dixerunt Docto. requiri tempus immemorabile ex regula text.in d.cap.ſuper quibuſdam,vt tradidit Butr.Imol.cum alijs in d.cap.ſuper quibuſdam de verbor. ſi-
46 gnif. & nemo dubitat iuxtà notata in cap.imperialem de proh.feud. alien. per Frider.aſſenſum eſſe ius regium,& de reſeruatis Principi in recognitione ſupre-
47 mi dominij; hinc feudo conceſſo cum poteſtate alienandi, dicetur feudum non habens propriam feudi naturam in cap. 1.de feud.non hab.propr.nat.feud.& pariter in Pontifice, cuius decretum, & aſ-
48 ſenſus requiritur in alienatione,& aliud eſt tractare præſumptionem aſſenſus ex diuturnitate temporis, & tunc procedūt allegata,& aliud eſt tractare præſcriptionem poteſtatis infeudandi abſque aſſenſu Apoſtolico, & hoc requirit tēpus im-
49 memorabile,ſicut dicimus, aliud eſſe tractare præſumptam inueſtiturā ex curſu temporis,& aliud eſt tractare præſcriptionem rei liberæ: nam primò caſu ſufficit tempus annorum 30. ſecundo verò tempus immemorabile iuxta notata per Andr. in d. cap. ſi quis per 30. pro quo ſunt factæ illæ tres Cōſtitutiones Regni incip.Duram, & Diram, conſuetudinem prauam,& quadrigenalem.

Pondero,& aduertatis quæſo,verba text.noſtri,quæ requirunt antiquam cōſuetudinem,ibi,ſi antiquitùs eorum conſuetudo fuerit feudum dare, modò ſic,
50 tempus antiquum in materia probationis dicitur illud, quod excedit metam 100.annorum ſecundum veram,& cōem opinionem Innoc.in cap.veniēs de verb. ſign.Ciuiliſtæ in l.cum aliquis C. de iur. delib.latè Aym. in tract.de antiq.temp. in princ. cum ergo hic ſimus in conſuetudine,quæ aſſumit naturam præſcriptionis,quę habet ortū à poſſeſſione,& hęc poſſeſſio requirit probationem,ſi inquam in probatione antiqua attendimus tempus immemorabile, ergo dum text. requirit conſuetudinem antiquam, intelligitur de immemorabili.

51 Secundò, & fortiùs conſuetudo in dubio intelligitur de præſcripta,ita Io.Andr.& Abb.in cap.Cumana per illum tex. de electione, ideo Bald. idem tradendo in cap. 1,de feud.cognit.dicit, qđ dum conſuetudo non eſt præſcripta, non eſt conſuetudo;ſed voluntas inducendi conſuetudinem,idem Ang. in l. diuturna ff. de leg. ſi ergo verbum conſuetudo de per ſe importat conſuetudinem præſcriptam,& text.noſter vltra verbum cōſuetudo apponit verbum antiquitùs, ſequitur,quod ne verbum hoc ſit ſuperfluum, oporteat intelligi de tempore immemorabili,ſi verbum conſuetudo de per ſe importabat tempus 40. annorum, & ne deſint authoritates,pōderate quæſo Andr.in cap. 1.de contr.inter maſc. & fœm.
52 nu.7.vbi dicit in quæſt,illa,an ex poſſeſſione partis bonorum in feudum præſumantur reliqua feudalia,voluit inquam, quod requiratur, quod ſit magna pars feudalis ad finem præſumendi reliquū; dubitat ibi Andr. an ſufficiat medietas, & dicit,ꝙ non: quia appellatione partis,
53 venit iam medietas, vnde cum addatur verbum magnum,debet illud operari,& non eſſe inutile ad tex.in l.ſi quando de leg.1.in cap.ſi Papa de priuil.in ſexto,& propterea importabit plus medietate,ſic igitur hic,nam ſi appellatione conſuetudinis venit conſuetudo præſcripta,& cōſuetudo præſcripta importat annos 40. additur in text.verbum antiquitùs,ergo debet hoc operari,& conſequenter vltra annos 40.

54 Tertiò habemus text. loquentem in lōga conſuetudine cum rubrica in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo, text. loquentem in inueterata conſuetudine, in d. l.

E de

de quibus, in diuturna conſuetudine in l.pen.C.de iur.fiſc.lib.10. in veteri conſuetudine in l.teſtamenta omnia C.de teſtam. & hæc iura non loquuntur de conſuetudine aſſumente naturam præſcriptionis, nec loquuntur de conſuetudine antiquata, quæ differt ab antiqua, & hæc requirit tempus immemorabile ſecundum Ioan. Monachum, & Archid. in cap.fin.de electione in ſexto, Butr.in d.cap.fin.de conſuet. & fortiùs loquitur iſte text. per aduerbium antiquitùs, & per verbum præteriti temporis: nam non dicit, quod ſit inueterata, longæua, diuturna, ſeù vetuſta conſuetudo; ſed ſi antiquitùs fuerit conſuetudo dandi, ſi ergo conſuetudo nunc requiritur per neceſſe attento præſenti ſtatu, & text. de hoc non contentus vult, quod non ſolùm nunc; ſed quod fuerit conſuetudo, & non ſolùm quod fuerit; ſed quod antiquitus fuerit: igitur non poteſt negari conſuetudo immemorabilis attenta prima opinione gloſſæ noſtræ, & ita teneo.

55 Secunda concluſio Andr. fuit, quod ſi Prælatus ſteterit per annos 30. in non infeudando, quod tunc erit inducta contraria conſuetudo, quam concluſionem intelligo, ſi acciderit caſus, & Papa permiſerit infeudationem, aliàs ſi volumus intelligere Andr. ſic ſimpliciter, vt lo-
56 quitur, vt ex non vſu conſuetudinis præſcriptę, & facultatis acquiſitæ ſit inducta contraria conſuetudo, hoc non eſt verum, & Doctor. communiter tradide-
57 runt, quod eodem modo, quo conſuetudo inducitur, eodem modo tollatur, & non aliter; ſi verò tractatur, quod per non vſum facultas amittatur, vel quod feudum fiat de menſa, & ea, quæ ſunt de menſa, fiunt inalienabilia; hic eſt alius caſus, & nihil ad conſuetudinem, & ad concluſionem, & quæſtionem Andreæ, & idem met Andr. non ne di[illegible] in d.cap.imperialem, §.præterea [illegible]catus, tractando de conſuetudine iuris franco-
58 rum, vt quando quis innititur conſuetudini, quod tunc requiratur binus actus; ſi verò præſcriptioni vnicus ſufficiat.

Sed quando propriè Andr. non loqueretur in conſuetudine; ſed in pręſcriptione facultatis per conſuetudinem acquiſitæ, vel quod loquatur, vt loquitur in ipſa propria conſuetudine, vera eſt, & indubitata omnium Doctorum opinio,
59 quod quando conſuetudo fuerit contra ius, tunc quia per præſcriptionem ipſius redimus ad ius commune, ob id ad eandem tollendam ſufficiunt anni decem tantum, ita Abb.in d.cap.fin. de conſuetud. num. 19. quem latiùs ſequitur Felyn. in cap. cum acceſſiſſent num. 53. de
60 Conſtitut. & idem dicimus in priuilegio, quod perditur per non vſum, vel per contrarium vſum iuxta text. in l. 1. ff.de nundin. & in cap. accedentibus de priuileg. Eſt benè verum, quod ſit diſtinctio inter non vſum neceſſarium, & voluntarium, de quo per Abb. in capit. Abbate Sancti Syluaoi, de verbor. ſignificat. nam quando non euenit caſus, eſt non vſus neceſſarius, & procedit text. in l. & Atticilinus, ff.de ſeruit. ruſtic. præ-
61 dior. & hoc modo intelligitur concluſio Canoniſtarum in cap.fin.de conſu. quod non poteſt induci conſuetudo in actibus negatiuis.

62 Et ex his habetis deciſionē quæſtionis poſitæ per Docto. quanto tempore dicatur res facta demenſa: nam Archidiaconus tenuit per annum in cap.1. 35.q.8. quem ſequitur Cardin. in cap.2. de feu. Abb.in cap. vt ſuper de reb. eccl. non alien. & Aluar. hic.
63 Bart.in l.ſi vacantia C.de bon. vacan. lib. 10. tenuit fieri ex deſcriptione, ex qua oritur vera incorporatio, & hæc eſt
64 communis, Andr.hic, & Imol.in d.cap. vt ſuper tenuerunt per ſpatium 40. annorum.
65 Barb. in eodem cap. tenuit ſpatio 10. annorum; ſed non fundauit.

Ego autem ex præallegatis teneo opinionem Barbat. quam etiam ſequutus fuit Capyc. in loco allegato, licet cum quadam diſtinctione, nec ego inficior, opinionem Bart. quod ex deſcriptione fiat de menſa: quia ex ea dicitur res incorporata: nam hoc procedit in expreſſa incor-

incorporatione,& non remanet locus diſputationi,ſi eſt effecta, vel non effecta res de menſa,ſi aliter non eſt expreſſum; ſed nos loquimur dum talem conſuetudinem non habemus, & ex poſſeſſione volumus incorporationem arguere, & ex his ſit impoſitus finis huic Lectioni cum laude Dei.

SVMMARIVM.

Vnica conceſsio 30. annorum ſpatio obuallata confirmat ius concedendi; ſed minori interuallo munita, etiam ſi geminata fuerit non iuuabit quò ad petitorium; ſed bene quò ad poſſeſſorium, idq. fusè exornatur nu. 1. cum ſeqq.

3 *Feudi vti quaternati conceſsio à Rege etiam ter facta in Terra Baronis, non erit ſufficiẽs quò ad petitorium, niſi firma ſteterit datio per annos 30.*

4 *Feudum in Terra Baronis ſitũ præſumitur planum, & ad illius collationem pertinere, excepto Caſtro in Regno, vel feudo conſiſtente in Vaſſallis.*

5 *Conſuetudo ſoluendi releuium aduerſus Eccleſiã præſcripta quanto tempore tollatur.*

6 *Conſuetudo infeudandi, quæ in Prælatis requiritur, an repetita cenſeatur reſpectu Marchionis, & Comitis, & nu. 7. cum ſeqq.*

7 *Legum correctio non eſt inducenda per ſubauditos intellectus.*

8 *Feudales conſuetudines admittunt feudi conceſsionem à quouis factam, dummodo ſincerè, & bona fide, nec conſuetudo requiritur, vt nu. 13. cum ſeqq. & num. 28. & 43.*

11 *Prælatus iuſta concurrente cauſa poteſt prout laicus in feudũ dare.*

12 *Conſuetudo infeudãdi quò ad Prælatum requiſita quomodo intelligenda ex ſententia D. Authoris.*

14 *Feudatarius quando dicatur feudum dare in fraudem, & num. ſeqq.*

16 *Feudum de iure communi mortuo patre poterat integrè aſsignari vni ex filijs pro eius portione, id tamẽ notab. declaratur per Andr.*

17 *Aſſenſus eſt denegandus feudatario feudum vendenti, ſi filijs careat, nec hoc caſu Proreges poteſtatem habent aſſentiendi, ita vetante Pragmatica nouem capitũ: qua etiam circumſcripta eandem prohibitionem vigere poſt Camer. optimè contendit D. Author, & num. ſeqq.*

18 *Vicarius aſſentiendo nihil dat; ſed tollit obſtaculum, quod feudatarius habebat in translatione ſui vtilis dominij.*

19 *Qua de re poterit aſſentire, non autem alienare rem, vel ius Domini ſecundum Andr.*

20 *Ad quæ verba affertur Camer. explicatio, & commendatur.*

21 *Doctr. Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. teneant. diligenter expenditur.*

22 *Aſſenſus legis non differt ab aſſenſu Vicarij, vterque autem longè diſtat ab aſſenſu Domini.*

23 *Aſſenſus Proregis ſi ſit nullus ex defectu poteſtatis, vel voluntatis, non poterit per Regem confirmari, & ratio recenſetur.*

24 *Confirmatio non eſt actus de per ſe ſubſiſtens; ſed expoſcit confirmabil-*

Digitized by Google

bile, vbi figat pedes, nec deducit actum in eſſe; ſed actui exiſtenti dat robur.

25 *Aſſenſus ſubreptitius redditur ex taciturnitate, vbicunque ea ſemota Princeps non conceſſiſſet, vel difficiliùs.*

26 *Aſſenſus impetratus ſuper venditione, & non ſuper pacto de retrouendendo eodem vitiò laborat.*

27 *Actum faciens, videtur facere iuxta leges de illo actu loquentes.*

29 *Marchio, & Comes propriè dicuntur Regni, Regisq. Capitanei.*

30 *Rex in ſuo Reg. dicitur Monarcha.*

31 *Baro, vel alius feudatarius de iure Regni nō poteſt ſubinfeudare feuda quaternata & Caſtra, etiam quod ab eo teneantur, & ſecundū veriorem opinionem ad eum pariter deuoluantur; poterit tamen excadētias, ideſt feuda plana, & de tabula concedere, & num. 33. cum ſeqq. & nu. 39. & 43.*

32 *Feuda quaternata ſimplicia quæ ſint, & quæ ſecundum quid, ſeù mixta, aut ſecūdum Conſt. Reg. poſt mortem, & quæ plana, & de tabula, remiſſiuè.*

34 *Feudum tàm ſecūdum terminos iuris communis feudorum, quàm Conſtit. Reg. ad eum, à quo tenetur, deuoluitur.*

35 *Hinc ſecundùm Conſtit. ſi quando Vaſſallo foriudicato feudum Comiti, vel Baroni aperitur, à quo tenetur.*

36 *Conſtit. Reg. poſt mortem accuratè expenditur, & nu. ſeqq.*

37 *Doctr. Andr. in §. præterea de capit. Corrad. loquētis de deuolutione, et collatione feudi mixti in vtroque capite laudatur exploſa contraria ſententia, quam babuit in cap. ſi verò §. hæredis, de pac. ten.*

38 *Ad idem adducitur punctualis traditio Camer. in cap. imperialem, & commendatur.*

39 *Rex eſt, qui confert feuda quaternata ſecundum quid, & ipſemet eligit perſonam, quæ in feudum à Barone teneat; ſed ſecundum Capitula Papæ Honorij electio, & præſentatio deberet eſſe Baronis, & confirmatio tantùm Principis, & nu. 42.*

40 *Vaſſallus quandoq. tenet feudū ab eodem, & in capite, & immediatè: quandoq. ab vno in capite, & ab altero immediatè, quæ inter ſe longè diuerſa ſunt, prout benè explicat D. Author, cuius occaſione detegit diſcrimen exiſtens inter bas dictiones in capite, & immediatè.*

41 *Baro ſi feudum concedendo dicat, vt ab eo teneatur in capite, & immediatè, & Rex aſſentiendo exprimat ab ipſo Rege, tunc ex diſſenſu neutra conceſſio valebit, & ita deciſum.*

44 *Marchio eſt ille, qui à Principe eſt inueſtitus de Marchionatu, & Comes de Comitatu.*

45 *Hinc detegitur in boc caſu perſonam à re ſumere ſtatum, quod eſt contra iuris regulam.*

46 *Marchio, & alij Titulati bifariam creantur, idq. exemplis perſpicuum fit, & inter vnum, & alterum modum maxima intercedit differentia, & nu ſeqq.*

47 Di-

47 *Dignitas cõceſſa perſonæ non eſt ad hæredes tranſitoria, ſi non ſit expreſſum, & ibi de ratione.*

48 *Dignitas non deriuatur ex quauis regis collatione, niſi Terra detur, cui dignitas ſit annexa, vt Ducatus, Marchionatus, & id genus.*

49 *Dignitas interdum perſonæ confertur, & quandoq. rei, & inter vtramque maximum adeſt diſcrimen: nam prima cum perſona extinguitur, ſecũda nequaquam: nam tanquam rei inhærens, ſemper durat, nec mutatur perſona mutata, hinc notabiliter infertur, vt nu. ſeq.*

50 *Prorex nequaquam poteſt aſſentire venditionibus feudorũ titulo decoratorũ ſic diſponente Pragmatica nouem capitum, quæ tamen ſecundum D. Authoris ſententiã non obtinet, vbi titulus perſonæ, & non rei eſt conceſſus, & ita aliàs inditatum.*

LECTIO VI.

1 Vidiſtis Domini in antecedẽti Lectione firmatam concluſionem per Andr. noſtrum, quod vnica conceſſio cum ſpatio 30. annorum ſolidet, & firmet ius concedendi, cum minori verò temporis ſpatio, etiam plures conceſſiones non ſufficiant quò ad peti-
2 torium; ſed benè quò ad poſſeſſorium, quam concluſionem per eadem media firmauit in cap. imperialem, in §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Frider. in quæſtione illa, ſucceſſionis iuris francorum inter primogenitum, & ſecundogenitum, idemq; firmauit in cap. 1. nu. 12. de controu. feud. apud par. ter-
3 min. in quæſtione illa, quando Rex in terra Baronis conceſſit feudũ, ſicut quaternatum, vt non ſufficiat ter dari quò ad petitorium, niſi ſteterit firma datio per ſpatium 30. annorum, & ex illa do-
4 ctrina notabiliter probatur, quòd feudũ in Terra Baronis exiſtens p̃ſumatur planum, & ad collationem Baronis ſpectare, niſi eſſet Caſtrum in Regno. vel feudum conſiſtens in Vaſſallis, & vltimò eãdem cõcluſionem firmauit Andr. in cap. 1. §. ſimiliter in hoſtendiṫijs de cap. Cor-
5 rad. in addit. in quæſtione illa, an Eccleſia ſoluat releuium, vbi notate pulchram doctrinam, vt ſi Curia ſtaret in poſſeſſione præſcripta exactionis releuij, & non exegiſſet illud per annos 40. ſucceſſa interim mortẽ Prælatorum, vult tamen Andr. quod Curia non amittat ius illud, niſi effluxi ſint anni 40. à die denegationis ſolutionis releuij; gloſ. in l. 1. vbi Bald. notat C. de ſeruit. & aqu. gloſ. in l. qui luminibus ff. de ſeru. vrb. præd.

6 Retento igitur eodem themate exponendo text. in quo poſt concluſionem factam in Prælatis, vt poſſint illi in feudũ dare, ſi antiquitùs eorũ conſuetudo fuerit, & demum dicitur, quod Marchio, & Comes ſimiliter feudum dare poſſint, & aliqui ab iſtis feuda accipiunt, dubitat Andr. cum in caſu præcedenti fuerat dictum, ſi antiquitùs conſuetudo fuerit, qđ idem debeat repeti hic, licet in text. nihil dicatur de conſuetudine, & pondero vltra ego verbum ſimiliter in text. appoſitum: nam non dicitur ſimpliciter, Marchio, & Comes feudum dare poſſunt; ſed dicitur Marchio, & Comes ſimiliter feudum dare poſſunt.

Andr. ſoluit argumentum hoc modo
7 ſecundum eius intentionem, videlicet legum correctio eſt euitanda, & quod expreſsè non prohibetur, & non corrigitur, debet remanere in diſpoſitione iuris, & quod expreſsè non mutatur, ſtare non prohibetur, dicit ſępè ſępiùs Andr. ex regula text. in l. præcipimus C. de appell. & in l. ſancimus C. de teſtam. cum ergo de
8 iure communi feudorum quilibet poſſit infeudare, dummodo ſincerè, & bona fide iuxta regulã text. in cap. 1. qual. olim

pot.feud. alien. in cap. imperialem in §.
callidis,& in §.illud,de proh.feud.alien.
per Frider. ergo cum expreſſum non ſit
de conſuetudine, non poteſt, nec debet
repeti,cum ex ſubaudito intellectu indu-
ceretur iurium correctio.

9 Nec ponderatio illius aduerbij,ſimili-
ter,obſtabit ſtantibus prædictis: quia ad
euitandum abſurdum, & iurium corre-
ctionem debet referri dictio illa ad fa-
cultatem dandi in feudum,non autem
ad qualitatem requiſitam in Prçlato.

10 Quæ tantò magis erunt plana,ſi attē-
damus intellectum nouum à nobis datū,
vt conſuetudo requiſita in Prælato non
11 ſit in ipſa datione, cū ex cauſa ita Præ-
latus, ſicut laicus poſſit in feudum dare
ex regula text.in d.cap.ad noſtram de
12 reb.eccl.non alien.ſed conſuetudo con-
ſiſtit,vt Prælatus ſolus abſque Capitulo
poſſit in feudum dare,quod iura canoni-
ca dixerunt eſſe præſcriptibile, ad quod
allegauimus text.punctualem in cap. ea
noſcitur,de his,quæ fiunt à Prælat.

13 Et ſi iuris explorati eſt,quod laici dēt
in feudum abſque conſuetudine dandi,
& dicitur,quod dant ſimiliter, vt Cleri-
ci, ergo appropriando verbum ſimiliter
ipſis Clericis,pariter ipſi dabunt abſque
conſuetudine, & verbum conſuetum in-
telligetur reſpectu Capituli.

14 Stat ergo concluſio, quod iure com-
muni feudorum quilibet habens feudum
poſſit infeudare,dummodo ſincerè,& bo
na fide, ideſt non in fraudem, & ſub co-
lore inueſtiendi feudum vendatur,& hęc
eſt fraus conſiderata in d.§.callidis.

15 Sed aliam fraudem ſatis notabilem
conſiderauit Iacob. de Ardiz. in rubr. ſi
in fraudem detur feudum in feudum, vt
ſi non habens filios, infeudauerit filios
habentem,quam doctrinam (quæſo) Do-
mini notate: nam eſt recondita, non ab
alijs conſiderata, & aduertatis ad pra-
16 xim:nam dixit notabiliter Andr.in d.c.
imperialem §. præterea Ducatus 2. col.
verſ. & ſic eſt intelligendum, quod & ſi
de iure communi feudorum mortuo pa-
tre relictis pluribus filijs poſsit vni ipſo-
rum in diuiſionem communium bonorū
aſsignari pro ſua portione integrum feu-
dum, in quo aliàs omnes ſuccedebant
iuxta text.in cap.omnes filij, ſi de feud.
def.mil.tamen quia omnis legis poteſtas
intelligitur data, dummodo ſincerè, &
bona fide,& non in fraudem exerceatur,
tunc ſi feudum totum detur filios habē-
ti ad hoc, vt allodium remaneat penes
filijs carētem,tunc dicit Andr.quia prę-
ſumitur hoc factum ad fraudandam ſpē
proximè deuolutionis, ceſſat legis per-
miſsio, & minimè valebit aſsignatio, &
idem tradidit Andr.in d.cap.omnes filij.

17 Et ex hoc eſt denegandus aſſenſus vē-
denti feudum, quando ille filijs caret,
pulchrè Andr. in cap. 1. in addit.an ille
qui interf.frat.dom.ſui, vbi Loffr.notat.

Et ex his ego aliàs dicebam in ardua
cauſa,quod ſepoſita Pragmatica nouem
capitum, quæ denegat poteſtatem Pro-
regibus aſſentiendi his,qui filijs carent,
quod inquam abſque hac Pragmatica
Proreges, ſeù Vicarij minimè poſsint aſ-
18 ſentire;nam dixit notabiliter Andr.in
d.cap.imperialem in 5.col. in quæſtione
illa, an Vicarius poſsit aſſentire, quod
Vicarius aſſentiendo nihil dat; ſed tan-
tum tollit obſtaculū, quod habebat feu-
datarius in tranſlatione ſui vtilis domi-
19 nij,& propterea concludit, quod poteſt
aſſentire,ſecus autem dicit ipſe, ſi aſſen-
tiēdo alienaret rem Domini,vel ius Do-
20 mini, vbi Camer.exponendo ſubtiliter,
& eleganter hæc verba cart.mihi 80.di-
cit rem Domini,ſcilicet directum domi-
nium,ius Domini,ſcilicet ius,ſeù ſpem
proximam deuolutionis,& propterea cō-
cludit ipſe, quod eis, qui filijs caret,
etiam ſepoſita Pragmatica, non poſsint
Proreges aſſentire.

21 Et licet Andr.in cap.1.qui ſucceſſ.te-
nea.videatur contrarium firmare,tamen
aduertatis Domini:quia non impugnan-
do Andr.dico,quod loquatur Andr. in
Rege, qui non habet arbitrium refrena-
tum,& de ſuo aſſentit,& ſic loquutus eſt
etiam Andr.in cap.1.§.ſed nec eſt alia
iuſtior,quę ſit prim.cauſ.benef.amitt.

Andr.met,ſi rectè aduertatur in eodē
cap.1.qui ſucc.ten.facit hanc diſtinctio-

nem,

nem:nam dum diſputat articulum,& op-
ponit de text. in cap. rurſus, quib.mod.
feud.amitt. in cap.fin. ſi de inueſt. feud.
controu.fuerit, & in l.lex vectigali ff.de
pign.vt reſoluto iure datoris.

22 Reſpondet, quod omnia illa loquun-
tur in aſſenſu legis,& quia lex non de
ſuo; ſed de alieno conſentit,ſufficit in
paucis conſuli, & ideò reſoluto iure da-
toris,reſoluitur ius acceptoris;ſed quan-
do quis cõſentit in re ſua,in qua eſt mo-
derator, & arbiter; tunc ſecus erit,nunc
ad propoſitum, cum Vicarius,tanquam
Vicarius conſentit per poteſtatem à le-
ge, vti Vicario aſsignatam, & non con-
ſentit de re ſua; ſed de re Domini,igitur
non erit differentia inter aſſenſum legis,
& aſſenſum Vicarij,& ſic dicamus,mini-
mè aſſenſum valere in præiuditium fu-
turæ deuolutionis.

23 Ex his dicebam,quod & ſi ſint inter-
poſitæ per Regiam Maieſtatem plures
confirmationes aſſenſuum à Proregibus
præſtitorum, minimè confirmationes hæ
validabunt huiuſmodi aſſenſus: quia ſi
Prorex non poterat aſſentire non habuit
animum aſſentiendi,fuitq; ei ſubreptum,
non exprimendò carentiam ſucceſſoris,
& ſic aſſenſus nullus ex defectu volunta-
tis:nam ſi non potuit,non voluit,& ſi nõ
voluit, non aſſentijt, & ſi non aſſentijt,
24 confirmatio non iuuat:quia confirmatio
non eſt actus de per ſe ſtans;ſed oportet,
vt habeat confirmabile,vbi figat pedes,
dixit Bald.in l.falſus C.de furtis, & non
deducit actum in eſſe; ſed actui exiſten-
ti dat robur dicit idem Bald. in l.aduer-
ſus in fin.C.ſi aduerſ.rem iud.

25 Si ergo vel Prorex non poteſt conſen-
tire, vel non debet, vel difficilius, tunc
taciturnitas facit aſſenſum ſubreptitium
iuxta text.& notata per Canoniſt.in cap.
26 ſuper literis extra de reſcript. ſicut di-
cimus in venditione facta cum pacto de
retrouendendo impetrato aſſenſu ſuper
venditione, & non ſuper pacto, & alijs
ſimilibus,de quibus latè per Frecc.lib.2.
q.16.& Camer. in cap.imperialem cart.
27 58. & ſemper quod quis facit actum
aliquem,videtur ſe reſtringere legi de
illo actu loquenti; Bald. notanter in l.ſi
duo per illum text. ff.de acqu.hæred. &
dum quis facit actum, intelligitur face-
re,prout à iure permittitur ad text. in l.
quæro, §. inter locatorem ff.locati, in l.
quidam cum filium ff. de verb.oblig.per
quę ita fuit deciſum in cauſa Guagnani
in Reg.Cam.Summ. inter Baronem Sa-
licis,& Comitem Miſciagnæ.

28 Sincerè igitur, & bona fide poteſt de
iure cõmuni quis infeudare, & licet An-
dr. inter cætera allegauerit gloſ. in cap.
1.de cap.Corrad.voluit allegare gloſ.in
rubr. de alien.feud.pat. nam in loco per
eum allegato nihil dicit gloſ.

Subſequitur Andr. ad declarationem
text. ponendo ampliationem, & limita-
tionem.

Ampliat primò,dum intelligit text.in
29 verb.Regis,qui dicit, quod Marchio,&
Comes propriè Regni,& Regis Capita-
nei dicuntur,vt intelligatur tàm de Re-
ge Romanorum,quàm de Imperatore,
de Rege Siciliæ,& de quolibet alio:nam
30 quilibet eſt Monarcha in Regno ſuo.

31 Limitat demum, vt non procedat hic
text. in Regno noſtro,ſecũdum quod ius
prohibetur Baro,vel feudatarius dare in
feudum feuda quaternata,&Caſtra:nam
hæc,& alia feuda non ſolita concedi etiã
quod teneantur à Barone,ſolus Rex con-
cedit,& infeudat,vt in Conſtit.Reg.poſt
mortem. Excadentias tantùm,ideſt feu-
da cõſueta dari alijs in feudum per Co-
mites,& Barones,& feudatarios,quę di-
cuntur feuda plana,& de tabula; hęc a-
periuntur Baroni, à quo conceduntur,&
hæc eſt doctr.Andr.per Conſtit.Reg.cõ-
ſtitutionem diu.mem. quæ conſtitutio in
ſpetie facta fuit ad tollendam ſubinfeu-
dationem,cum omnis alia alienatio erat
iam de iure communi feudorum vetita,
vt peroptimè declarat ibi Andr.

32 Sed Domini antequam vlterius tran-
ſeamus omiſſa declaratione, quæ ſint
feuda quaternata ſimplicia,& quæ qua-
ternata ſecundum quid, ſeu mixta, aut
quaternata ſecundum prædictam Regni
Conſtit.poſt mortem,& quæ plana,& de
tabula: nam hęc omnia declarauimus in

prælu-

33 præludijs,cum Andr.hic ſimpliciter di-
cat,quod feuda quaternata, & Caſtra,
quæ ab alio tenentur, ſolus Rex conce-
dat per Conſt.Reg.poſt mortem,& nihil
dicat,cui aperiantur,nec ſi hodie vigeat
Conſtitutio illa;propterea erit aduerten-
dum, quod nec etiam in prędicta Con-
ſtitutione dicitur, ad quem feudum tale
deuoluitur; ſed gloſ.ibi in verb.ad con-
ceſſionem dicit, quod deuoluitur ad Re-
gem,in verbo verò munificentiæ dicit,ꝙ
Iudices Mag. Cur. tenuerunt, quod de-
34 uoluatur ad Baronem, & hoc videtur
iuri cõmuni feudorum conſonum,vt feu-
dum deuoluatur ad eum, à quo tenetur,
vt eſt text.in cap.illud,de proh.feu.alie.
per Frider. imò eſt de iure Regni, vt eſt
text.expreſſus in Conſtitutione,ſi quan-
35 do de foriudicatione bãnitorum,vt for-
iudicato vaſſallo feudum deuoluatur ad
Comitem, vel Baronem, à quo tenebat,
& idem in alia Conſtitutione ſi quando
de hominibus Baronum.
36 Vndè cum Conſtitutio poſt mortem
nihil de hoc dicat, intelligenda erit ſe-
cundum alias leges,& communes,& Re-
37 gni,& hoc eſt,quod per optima verba
tradidit Andr.in cap.1. §.prætereà in 2.
addit.de capit.Corrad. in fin.ibi.
Sed feudum quaternatum Baroni ex-
cidens Rex confert tenendum à barone,
vt in Conſtit.poſt mortem, & ſic dum
dicit Baroni excidens, tenet, quod ape-
riatur Baroni;ſed collatio fiat per Regẽ,
& idem videtur tenere in d.cap. illud in
1.col.ob quod videtur malè dixiſſe eun-
dem Iſern.in cap.ſi verò §.hæredis verſ.
patet ergo de pace tenenda,& in cap.ſi-
militer poteſt 1.colum.de capit.qui curi
vend. dum dicit, quod aperitur feudum
Domino mediato: quia ipſe confert per
Conſtit.Reg. poſt mortem: hoc.n.argu-
mentum ſuum eſt cõtra iura communia,
& Regni: nam duo ſunt, vnum ad quem
feudum deuoluatur, alterum per quod
concedatur ipſo deuoluto; ſi igitur ha-
bemus de omnibus particulares prouiſ-
ſiones,videlicet,quod deuoluatur ad eũ,
à quo immediatè tenetur, & habemus
prouiſionẽ factam per Conſtit.poſt mor-
tem ſpecialem,vt Dominus mediatus cõ-
cedat, quomodo volumus arguere ex
hoc ad deſtructionem,& correctionem
caſus differentis ſpecialiter prouiſi, &
38 hanc concluſionem tenuit, & latiùs di-
ſputauit Camer.in cap.imperialem cart.
39 68.in lit.M,vnde concludẽdo dicamus,
quod excadentias concedit Baro abſque
alio aſſenſu,& ad eum deuoluuntur; feu-
da verò quaternata ſecundum quid de-
uoluuntur ad baronem,à quo tenentur;
ſed Rex demum confert, & eligit perſo-
nam, quæ in feudum à barone teneat,&
hic eſt verus intellectus Conſtitutionis
poſt mortem.
40 Et hoc eſt tenere in capite, & imme-
diatè à Barone,quaſi quod alium non
recognoſcat,quàm ipſum baronem,ſicut
è contra in aſſenſu Regis quãdo dicitur,
quod teneat in capite, & immediatè à
Rege, & operatur hoc verbum illud im-
mediatè,non autem illud verbum in ca-
pite:nam in capite à Rege tenet,qui ha-
bet à feudatario Regis; ſed mediatè,non
immediatè, ſcilicet per mediam perſonã
ipſius feudatarij,vt dicit gloſ.in Conſti.
Reg.vt de ſucceſſ.per Andr.in cap.1. de
41 nat.ſucc.feud.& proptereà ſi dum Baro
concedit, dixit, vt teneatur immediatè,
& in capite ab eo,& Rex aſſentiendo di-
cit idem,quod teneatur ab ipſo Rege,
tunc ex diſſenſu neutrum tenet, & ita
fuit iudicatum,vt refert latè Frecc. in
34.quæſt.
42 Sed dixi,quomodo hodie ſeruatur il-
la Conſtitutio: nam ſecundum Capitula
Papæ Honorij,vt refert Andr. in eadem
Conſtitutione, Baro eligit perſonam,
quam Regi repræſentat; & Rex demum
confirmat, quem pariter refert Camer.
vbi ſupra,quæ Capitula,& ſi non ſeruẽ-
tur, ſeruari debent, dicit Andr. & hoc
tradit,& ſequitur Luc.de Pen.in l.1. C.
de petit.bonor.ſublat.lib.10.
43 Habemus ex prædictis concluſionem,
quod Marchiones, & Comites, cæteriq;
feudatarij de iure communi feudorum
poſſint infeudare, dummodò ſincerè, &
bona fide, & non in fraudem veram, &
præſumptam; de iure verò Regni mini-
me

mè iſti infeudare poſſunt feuda quater-
nata, & non ſolita concedi; ſed feuda
plana aliàs appellata excadentialia, ſeu
feuda ruſtica, vel athenaſia, de quo per
Affl.in Conſti.conſtitutionem diu.mem.
44 Sed quæſo Domini aduertatis ad vnũ,
quod Docto.hic dicunr, dum declarant,
quis eſt Marchio,quive ſit Comes,& di-
cunt, quod Marchio eſt ille, qui à Prin-
cipe inueſtitus eſt de Marchionatu, Co-
mes verò, qui inueſtitus eſt de Comita-
tu,& ſic deinceps.

Quod probar peroptimè text. in cap.
1. quis dicatur Dux, vbi traditur,quod
inueſtitus de Ducatu, Dux appellatur,
inueſtitus de Marchionatu,Marchio ap-
pellatur,inueſtitus de Comitatu,Comes
45 appellatur,ex quo infertur,& notate,
quod licet aliàs res à perſona ſumat ſta-
tum,non è contra iuxta text.in l.1.C.de
imponend.lucrat.deſcript.lib.10. & mu-
tatione perſonæ mutetur rei conditio,vt
latiùs dicemus cum Andr. infra in quæ-
ſtione illa,an pater habeat vſumfructum
in feudo,tamen in caſu iſto perſona à re
ſumit ſtatum;poſtquam dicitur,quod ex
conceſſione Ducatus fir quis Dux, & ſic
ex aliarum rerum titulatarum conceſ-
ſione.

46 Et putereà notabiliter Frecc. in 2.
lib.in verb.Comes n.47. dixit,quod du-
plici modo Comites,Duces,& Marchio-
nes creantur, vno modo, quando datur
alicui titulus ſuper feudo, dicendo inue-
ſtio te tali feudo cum titulo Comitatus,
& tunc datur titulus perſonę,& perſona,
non Terra titulo decoratur,ſecundo mo-
do Rex eligit in aliqua Terra dignita-
tem Comitalem,ſeu Marchionalem,ita
quod primò dignitas aſcribitur loco, &
Terra titulo decoratur,& conſtituit pri-
mò Comitatum,Marchionatum,ſeu Du-
catum,& hic eſt ſecundus modus,ex quo
quis fit titulatus,& de hoc ſecundo mo-
do loquuntur Doct.hic,& loquitur text.
in d.cap.1.quis dicatur Dux.

47 De primo verò modo pondero ego
text.in cap.1. de feud.March.dicit enim
ſi quis inueſtitus fuerit dignitate Du-
cali,Comitali,Marchionali, vel alia Re-
gali per beneficium, & ſic de dignitate
conceſſa perſonæ,in qua ſi non ſit dictũ,
quod rranſeat ad hæredes,minimè tran-
ſibit, tanqua m dignitas concea in offi-
cium, in qua conſideratur induſtria per-
ſonæ, vt declarauit Andr. notantet in
vtroque loco, & hoc eſt, quod dixit Al-
uar.in d.cap.1.quis dicatur Dux, vt non
48 omnis collatio facta per Regem tribuat
dignitatem;ſed quando datur Terra,cui
dignitas eſt annexa,vt Ducatus, Comi-
tatus, &c.

49 Differẽtia,& vtilitas huius diſtinctio-
nis eſt maxima: nam deuoluto Comita-
tu ad Regem,ille non extinguitur,quan-
do dignitas fuit realis, ſecus verò quan-
do fuit perſonalis,& hoc modo procedit
illa quæſtio, quando Rex conceſſit rem
aliquam Comitatus ſibi deuoluti,vt ite-
rum conceſſo Comitatu tranſeat illa cũ
eo,quaſi Rex conceſſerit,vt Comes, vel
Baro,de quo per Bald.in tit.de pac.Cõ-
ſtan.& per Affl.in Conſt.Reg. poſt mor-
tẽ; dignitas enim eſt perpetua tunc,quæ
nunquam moritur in cap. ſi gratiosè de
reſcript.in ſexto,& ſic limirantur dicta
per Andr.in cap.1.de controu.feud.apud
pat.term.& hæc eſt diſtinctio, quam fa-
cit Andr.hic nu.13. punctualiter, quan-
do dignitas confertur perſonæ, aut rei,
& allegat gloſ.in l.1.C.de Metropol.Be-
rit.lib.11.vt dignitas collata rei,tanquã
illi inhærens ſemper duret, nec muretur
per mutationẽ perſonę,ſecus verò quan-
50 do eſt perſonalis,& propthereà dicebam
aliàs in magna cauſa, quod Pragmatica
nouem capitum prohibẽs aſſentire Pro-
reges in venditionibus feudorum titulo
decoratorum, intelligatur, quando ti-
tulus eſt conceſſus Terræ, illaq; eſt ere-
cta in titulum; non autem perſonæ ſuper
Terra,ita quod ex venditione illius non
tranſit hoc ſecundo caſu titulus in aliũ,
& hæc erat, & eſt mens Pragmaticæ, vt
hæ dignitates non conferãtur,niſi à Re-
ge,à quo hæc omnia fluunt,& refluunt;
vndè cum titulus Marchionatus Montis
Herculis eſſet conceſſus Marchioni Vaſti
ſuper Terra prædicta, nõ autem illa ere-
cta in titulum; propthereà iudicari debe-
bat

bat aſſenſus interpoſitus venditioni illius vndiq; validus: quia non erat Terra titulo decorata, vt Pragmatica requirebat, & ita fuit iudicatum primo loco, & licet fuerit ſententia retractata in cauſa reclamationis non fuit ex cauſa præfata; ſed ex particularibus ordinibus Regiæ Maieſtatis, & hodie pendet reuiſio cauſę præfatæ, & hæc breuiter ſufficiant pro hodierna Lectione.

SVMMARIVM.

1 *Valuaſores vnde dicantur, remiſſiuè.*

2 *Imperatorem, & Regem poſſe infeudare nil quæſtionis habet, niſi infeudationes tenderent ad diminutionem honoris, vel in damnum Coronæ.*

3 *Regnum iſtud fuit de Eccleſiæ patrimonio eidem ab Imperatore Ludouico donatum, à qua poſtea fuerunt inueſtiti anteceſſores Reges huius Regni.*

4 *Verbum relinquere propriè ad vltimas voluntates refertur.*

5 *Verba nonnulla recenſentur donationem, & dominij tranſlationem importantia, quæ ſæpè in priuilegijs adijciuntur.*

6 *Feuda quaternata, & Caſtra dicũtur nobilia: quia nobilitatem tribuunt, ſuntq. à publico ſicut militia, & de publico, id eſt de Regis patrimonio, & ſunt veluti pecculia caſtrenſia ſecundum Andr. et num. 8.*

7 *Feuda filiofam. per Regem conceſſa ſi ſint quaternata, & nobilia, nõ quæritur vſusfructus patri ſecũdum Andr. hic, ob cuius verba turpiſſimè lapſi ſunt Afflict. & Camer. prout euidenter demonſtrat D. Author, qui etiam tradit verum intellectum ad verba Andr. & nu. 8. vſque ad 15.*

9 *Feuda omnia, quæ ad Regis collationem pertinent, dicuntur quaternata, quicquid dixerit Affli. ſub clypeo Andr. nam verborum illius verum ſenſum nõ percepit, & nu. ſeqq. Hinc rectè dicebat Frecc. non dari feuda plana, niſi in Barone nu. 13.*

12 *Feudum quaternatum vnde ſic dictum.*

14 *Feudalibus conſuetudinibus deficiẽtibus in aliquo caſu, qui ſecũdum illas decidi deberet, recurrendum eſt ad ius ciuile Roman.*

15 *Dictio, ſi quæ de ſui natura conditionem importat, quandoq. ponitur pro quia,*

16 *Notatur Andr. de contrarietate. Hinc primò adducitur concordia Affl. ſed validè confutatur nu. 17. 18. & 19.*

20 *Qua exploſa affertur cõciliatio Loffredi, quæ pariter reijcitur ex multis, vt num. 21. vſque ad 25. Hac de re diſputat D. Author, quæ ſit verior Andr. opinio, & optimis rationibus concludit pro negatiua, quam habuit hic, & nu. 26. cum ſeqq.*

22 *Feudum ex pacto, & prouidentia nouum poteſt alienari in præiuditium ſucceſſorum, non ſic paternum, & ibi de ratione.*

23 *Feudum ſi donetur patri, & filio quomodò illis acquiratur recenſetur ſuper hoc Andr. diſtinctio.*

25 *Peculium aduentitium quò ad proprietatem filio, quò ad vſufructum*

ctum patri quæritur.

26 *Vſusfructus eſt pars rei, & eſt ius vtendi, & fruendi, &c. eſt ius in corpore; & in multis eſt pars dominij. Hinc rectè Bart. dicebat, eſſe dominij ſpetiem.*

27 *Vſu. fructus patris dicitur formalis, & non cauſalis, & ideò extenditur poſt filij obitum, & nu. 39.*

28 *Donationes Imperiales ſunt à lege alienari prohibitæ.*

29 *Feuda de eorum natura ſunt inalienabilia, idq. caret controuerſia, & intantum hoc eſt verum, vt neque ſeruitus, neque etiam vſusfructus ſuper eis conſtitui poſſit, & nu. 31. & 38. poterit tamen fieri fructuum diſpoſitio, dummodo non ad longum tempus, vt nu. 61.*

30 *Alienatione rei prohibita venit etiã vſusfructus & nu. 33.*

32 *Vſusfructus patri minimè quæritur, ſi expreſsè prohibeatur; idq. verum, ſiue hominis, ſiue legis ſit prohibitio.*

34 *Feudi diuiſio eſt adeò prohibita, vt nec Prorex hoc euentu poſſit ſuũ aſſenſum præſtare, ita diſponente Pragmatica nouem capitum. idque extenditur etiam reſpectu vſusfructus, & nu. 38.*

35 *Pater ſtipulando pro filio quando ſibi, & quando filio acquirat, ſuper quo notab. diſtinctio affertur, necnon declaratur text in l. quod dicitur ff. verb oblig. & §, ei, qui inſtit. de inut. ſtip. ex qua poſtmodum diſtinctione D. Author acutè infert, vt patri in feudo filio conceſſo nequaquam acquiratur vſusfructus, & num. 36.*

37 *Ad cuius comprobationẽ adducitur punctualis doctr. Iacob. de Belui. in cap. 1. §. ſi duo fratres de frat. de nou. benef. inueſt.*

40 *Et ad contrariæ opinionis deſtructionem recenſetur maximum abſurdum, quod ex ea proficiſceretur.*

41 *Hinc redarguitur Curt. in 3. part. qui cõtrarium profeſſus fuit, hallucinatus in intellectu verborum Bald. qui hoc nequaquam aſſeuerauit.*

42 *Extẽditur poſtea per Andr. hæc concluſio ad feudum maternũ, vt effugiat acquiſitionẽ vſusfructus, & ratio recenſetur, et contraria pulchra diſtinctione vitantur, et nu. ſeqq.*

43 *Peculium caſtrenſe mutatur mutata perſona: quia in illo eſt ea conſiderata, & nu. 44.*

44 *Dignitas eſt duplex realis, & perſonalis, & inter vtranque maximum conſtituitur diſcrimen.*

45 *Text. in §. ſi duo fratres de fratr. de nou benef. inueſt. ſedula interpretatione explicatur, & nu. ſeqq.*

46 *Fratres in feudo nouè per patrem acquiſito debent habere partem pretij ſoluti ſecundum Andr.*

47 *Feudatarius ſi æris alieni onere prematur, poterit fieri exequutio in fructibus feudi.*

48 *Peculium ſecundum Bald. aliud eſt caſtrenſe, & aliud paganicum, quod diſtinguitur inter ſollemne, & vulgare, & hoc vltimum eſt triplex.*

49 *Feudum, ſiue ſit caſtrenſe, ſiue paganum*

ganicum, eſt ſeruitus ſecundum Bald. iccircò ſecundum eum patri non acquiritur vſusfructus, ne ſeruituris ſeruitus cõſtituatur.

50 *Vſusfructus licet patri non quæratur in feudis filiofam. non à Principe conceſsis; debetur tamẽ commoditas Patriæ poteſtatis ſecundum Bald. ſe mouentẽ authoritate Iac. de Beluiſ. qui hoc nequaquam aſtruit, nec iura per Bald. allegata hoc probant.*

51 *Vſufructuarius non poteſt vendere vſumfructum; ſed benè ius vtendi, & fruendi, quod illius morte extinguitur, & nu. 53.*

52 *Vſusfructus filio, vel ſeruo relictus, patri, vel Dño acquiritur, nec ipſorum morte extinguitur.*

54 *Seruus quicquid acquirit, acquirit Domino, prout ſic etiam filius patri, quod tamen vltimum eſt admittendum cum diſtinctione.*

55 *Pater vt pater licet nõ habeat vsũfructum in feudalibus, nihilominus ſi vnà cum filio inhabitet, habebit fructuum commoditatem in communi ratione habitationis ſecundũ Aluar. cuius tamen opinio per D. Auth. euertitur.*

56 *Pater in illis euentis, in quibus ab vſusfructus emolumento repellitur, an habeat commoditatẽ vtẽdi, & fruendi, & num. ſeqq. ſed quicquid ſit, opinio affirmatiua nõ obtinebit in feudalibus, etiam ſi ſint feuda franca, nec in terminis auth. excipitur, et in omnibus illis caſibus, in quibus eſt probibita vſusfructus acquiſitio ex doctiſsimè conſideratis per D. Authorem, vt nu. 62. cum ſeqq.*

57 *Vſus idem, qui filio relinquitur, patri quæritur.*

58 *Vſufructu filio legato, non acquiritur patri vſusfructus formalis ſecundũ Bald. & ratio recenſetur.*

60 *Vſusfructus ius poteſt apud vnũm reſidere, & apud alterum fructuum perceptio: cum ex ea ius in re nequaquam conſtituatur ſecũdum Oldr. ſed declara, vt nu. 64.*

63 *Feudum conceditur feudatario, vt ex illius fructibus Domino ſeruire poſsit.*

LECTIO VII.

1 ANDR. in verb. Valua-
ſores declarat, quare
2 ſic dicantur, ſecũdò di-
cit, quod in hoc text.
nihil fuit dictum de
Imperatore, & Rege, ſi
poſſunt in feudum dare tanquam indu-
bitabile, dummodo ipſorum infeudatio-
nes nõ diminuant honorem, ſeu non ſint
in damnum coronæ iuxta regulam text.
in cap. intellecto de iureiur. & multa di-
cit de donat. Conſtantini, de quo non eſt
3 noſtrum tractare, & pariter de donatio-
ne huius Regni facta per Ludouicũ Ec-
cleſiæ, ex qua Eccleſia prætendit fuiſſe
Regnum hoc proprium ſuum patrimo-
nium, de quo per Andr. in prælud. in 3.
quæſt. fuitq́; demum de Regno ipſo facta
infeudatio ab Eccleſia in retro Reges
Regni huius, vt ex inueſtituris, de quibus
hodie tractare non deſeruit.

4 Tertio loco dum prædicta diſputat,
Andr. declarat, quod verbum relinquere
5 eſt proprium in teſtamento, & quod do-
nationem, & tranſlationem dominij im-
portãt verba ſancimus largitate noſtra,
tribuimus, contulimus, tradimus, & con-
cedimus, quæ ſunt menti tenenda: nam
in dies deſeruiunt ad ponderationẽ ver-
borum priuilegiorum.

6 Quar-

6 Quarto loco dicit Andr. quod cum in Regno Siciliæ Rex donet feuda nobilia, quaternata, & caſtra, propterea quia feuda dant nobilitatem, ideo nobilia dicuntur, & ſunt à publico, ſicut militia, & dicuntur de publico ſecundũ Andr. id eſt de patrimonio Regis: quia ſunt alia publica deputata ad vſum populi, de quibus latius per eundem Andr. in cap. 1. quæ ſint regalia.

7 Subſequenter Andr. ſumpta occaſione, quod regales infeudationes erunt ſicut Imperiales donationes, quęrit, vtrum in feudis filiofamil. datis per Regem, quæratur patri vſusfructus, & aduertatur ad verba: nam dicit, & ſic in feudis

8 filio datis per Regem, ſi ſunt quaternata, & nobilia, non quæritur vſusfructus patri, ſi ſit in poteſtate: quia ſunt, ſicut peculia caſtrenſia C. de bon. quæ lib. l. cum multa, & dicit, quod hoc non videtur dubium.

9 Ex his verbis Andr. videtur probari, quod non omnia feuda, quę à Rege conferuntur, ſint quaternata.

10 Et rurſus infertur, quod ea tantũ feuda, quæ ſunt quaternata, & nobilia, tanquam caſtrẽſia effugiunt acquiſitionem vſusfructus, quod videtur tenuiſſe Affli. in ſua deciſ. 282. & videtur etiam colligi ex verbis Camer. in cap. imperialem, quem allegant Moderni Addentes hic ad Andr.

11 Domini hoc eſt penitus falſum. & Andr. quem Affli. non intellexit, tradidit in ſpetie contrarium in cap. 1. nu. 9. de controu. feud. apud par. term. vbi pro regula tradidit, & dicit, quod Rex concedens feudum, dicitur quaternare illud, vnde feuda omnia ad collationem Regis per-

12 tinentia ſunt quaternata in quinternionibus Curiæ ſcripta: nam eo ipſo, quod concedebantur, erat in Curia regiſtrum, vel ſcriptura, ſeu liber in Archiuio, vbi hæc omnia feuda diſtinguebantur, & notabantur, quantam adhoæ quantitatem debebant, & propterea ſubſequitur Andr. & dicit, vnde ſecundum dictum Peritorum Regni omnia ſunt feuda quaternata pertinentia ad collationem Regis ſpetialiter, & idem Afflict. in d. Conſtitutione Regni poſt mortem dicit, & tradit pro regula, quod omnia feuda ſpectantia ad collationem Regis dican-

13 tur quaternata, & ob id iuſtè Marin. in quinta authoritate num. 7. deridet hanc opinionem, dicendo, quod non dentur feuda plana, niſi in Barone, omnia verò, quæ à Rege conceduntur ſint nobilia, & propterea quaternata, & ſi verus eſſet iſte intellectus, Andr. loqueretur contra caſum legis in d. l. cum multa, & contra alia iura loquentia de peculijs caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus: nam ſi tantum feuda quaternata per Regem donata eſſent præcipua, ſequeretur, quod ea, quæ non eſſent quaternata, & nobilia, ſubijcerentur acquiſitioni vſusfructus, & tamen iſtæ, ſicut illæ erunt Imperiales, & Regales donationes, & pariter ſi militando in Caſtris filiusfamilias dignus fuit tali donatione, quę inter peculium caſtrenſe, ſeù quaſi connumeratur, quare volumus dicere, Andr. voluiſſe dicere in tali caſu patri quæri vſumfructum contra omnia iura digeſtorum, &

14 Codic. maximè cum non habeamus de hoc in feudis particularem diſpoſitionem, ob quod ſtandum eſt diſpoſitioni iuris communis Ciuiliſtarum ſecundum regulam text. cap. 1. de feud. cognitione, & ob id notate verum intellectum Andreæ, cuius verba ſunt vera, vt verba Iuriſconſultorum, dicit enim Andr. & ſic in feudis filio datis per Regem, ſi ſunt feuda quaternata, & nobilia, non quæritur vſusfructus patri, ita quod dictio il-

15 la (ſi) quæ importat conditionem, facit difficultatem, hor notate, dictio, ſi, multoties ponitur pro quia ſecundum ſubiectam materiam, vt in l. videamus, ff. de in lit. iur. in l. Titium, & Mæuium, §. à matre ff. de adminiſtr. tut. Bart. ibiq; Doctor. in l. 3. de legat. 1. idem Bart. in l. 1. ff. de condit. & demonſtrat. exponendo igitur hic ſi pro quia, ſenſus erit planus, & dicemus, & ſic in feudis filio datis per Regem: quia ſunt feuda quaternata, & nobilia, non quæritur vſusfructus patri, & hanc opinionem in feudo à Re-

ge conceſſo omnes ſequuntur nemine diſſentiente.

16 Solus Andr. fuit ſibi contrarius in cap. 1. de alienat. feud. pat. nu. 13. quem Afflict. ibi voluit reducere ad concordiam, dicendo, quod loquutus fuit Andr. ibi in ſtipulatione paterna, qua mediante acquiſiuit feudum filio ex peculio aduentitio, & ideò nimirum ſi pater habet vſumfructum, in capitulo verò noſtro loquutus eſt Andr. in conceſſione facta ipſi filio ex cauſa caſtrenſi; & ideo iuſtè hic tenuit vſumfructum non acqui-

17 ri patri, quod nullo iure poteſt ſubſtineri; nam ſi Andr. hic non ſolum ponit quæſtionem in feudo per Regem filio conceſſo; ſed in feudo materno, ergo nihil dicit Affl.

18 Rurſus ſi Andr. ponit quæſtionem in conceſſione filio facta per Regem, & ſic in donatione: igitur loquutus eſt in peculio aduentitio iuxta regulam text. in l. cum oportet C. de bon. quæ lib.

19 Præthereà Andr. in d. cap. 1. de alienat. feud. pater. loquitur in ſpetie, non ſolùm in ſtipulatione; ſed in donatione facta patri, & filio, ergo ſua concordia eſt penitus erronea, & loquitur contra caſum text. in d. l. cum multa.

20 Loffred. in eodem cap. 1. de alienatione feud. pater. & in conſ. 10. nu. 19. ſaluando Andr. dixit, quod Andr. in cap. 1. de alienatione feud. pater. fecit quandam digreſſionem, & non eſt loquutus in feudo; ſed in allodio ſecundum ter-

21 minos generales iuris ciuilis, in quo ego multum elaboraui, & non potui me conformem reddere opinioni Loffredi, poſtquam Andr. ponit propriam quæſtionem in feudi conceſſione facta patri, & filijs, & diſputat, quomodo acquiratur filijs abſentibus, vel naſcituris, & ſi intellectus Loffredi procederet, Andr. non reſponderet quæſtioni propoſitæ, & propterea cum non poſſit ſaluari hęc contrarietas, videndum eſt, quæ nam verior ſit opinio.

Et ſi volumus dicere ſecundum opinionem Loffredi, quod Andr. loquutus fuit in allodio in terminis generalibus, & quod iam in num. 13. decideret per prius quæſtionem in feudo dato patri, & filijs an pater alienabit ſine conſenſu filiorum, tanquam feudum ex pacto, &

22 prouidentia, diſtinguit Andr. inter feudum nouum, & paternum, vt primo caſu poſſit fieri alienatio: quia omnes habent, vt hæredes primi acquirentis; ſecundo verò caſu ſecus: quia habent filij, non vt hæredes vltimi decedentis; ſed ex contractu primi acquiſitoris.

23 Facit ex hoc ſecundam quæſtionem in verſiculo videndum vſque ad verſic. vbicunque, quid ſi feudum eſt donatum patri, & filijs, ita quod filij ſint principaliter contemplati, quomodo acquiratur filijs per medium patris, & Andr. dicit, quod quando pater ſtipulatur pro filio, vel patri, & filio donatur, quod ſi filius eſt emancipatus, habetur tanquam extraneus, & nihil pater acquirit, niſi partem ſuam.

Si verò filius eſt in poteſtate, totum acquirit filio, & conſequenter ſibi ex regula text. in §. ei, qui inſtit. de inutil. ſtipulat. & quod habet locum in ſtipulatione, dicit etiam habere locum in donatione, & in hoc videtur terminare quæſtionem, dum poſtea ſequitur verſ. vbicunque, loquitur generaliter ſecundum legem communem, eò magis, quia dicit, quod proprietas remanet filio vſusfructus verò patri, & proprietas importat directum dominium, quod non datur in feudatario, vt diximus in præludijs.

24 Domini quæſtio propoſita per Andr. eſt in conceſſione facta patri, & filijs abſentibus, & naſcituris, & Andr. non adhuc reſpondet, quid in filijs naſcituris, & propterea poſt verſ. vbicunque Andr. loquitur in filio anniculo.

25 Præterea ſi volumus intelligere Andr. quod firmauit quæſtionem ante verſ. vbicunque, loquutus fuiſſet contra caſum legis: nam dum ex regula text. in §. ei, qui dicit, quod totum patri acquiratur, ille text. loquitur in peculio profectitio, & dum Andr. dicit. quod idem eſt in donatione, non ſolũ loqueretur contra

text.

text.in l.cum multa;ſed contra text.in l. cum oportet, per quem text.in peculio aduentitio prouiſum eſt,quod proprietas non acquiratur patri;ſed filio,quod pręſentiendo Andr.in verſ.vbicunque dixit acquiri tantum vſumfructum remanente proprietate, ideſt vtili dominio penes filium, vnde nullo pacto poteſt procedere intellectus Loffredi, & propterea videamus,in quo loco Andr.melius dixerit,& vltra diſpoſitionem text.in l.cum multa ponderatam per Andr.pondero ego alio modo.

26 Vſusfructus eſt pars rei, & proinde, qui ſtipulatur vſumfructum, deinde fundum dicit text.in l. qui vſumfructum ff. de verb.oblig.quod ſimilis eſt ei,qui partem fundi ſtipulatur,deinde fundum totum, ſicut è contra qui fundum ſtipulatus eſt,deinde ipſius fundi vſumfructum, ſimilis eſt ei,qui totum ſtipulatur,& deinde partem,& alibi dicit text. qđ vſusfructus eſt ius vtendi, & fruendi alienis rebus,& eſt ius in corpore,in l.1.& 2.ff. de vſufr. & in multis eſt pars dominij, dicit text. in l.4. eod.tit. & Bart.in d.l. qui vſumfructum dicit, quod eſt ſpecies dominij,quod dominium cõſiſtit ex proprietate nuda,& vſufructu, & reſpondet ad text.in l.rectè ff. de verbor.ſignif.qui text.voluit non eſſe partem dominij;ſed eſſe ſeruitutem: nam dixit Bart. text.illum intelligi debere de parte prædicatiua, & melius ibi gloſ.dicit, quod text. ille loquatur de vſufructu cauſali, text. verò in d.l.4. de vſufructu formali.

27 Si ergo vſusfructus eſt pars rei, & pars dominij, & in patre conſideratur vſusfructus formalis,non cauſalis,&proptereà mortuo filio durat vſusfructus penes patrem in l. quæcunque, C. de bon. quæ liber.& eſt ius in corpore, ſequitur, quod nullo modo poteſt acquiri in feudo patri vſusfructus, ſi text. in l. cum multa,non ſolum dicit, quod nõ habeat pater vſumfructum; ſed quod filijfamilias habeant huiuſmodi res omni acquiſitione abſolutas, & nemini eas acquirant.

28 Secundò ſi lex,vt vidimus,facit donationes Imperiales inalienabiles,quid mirum ſi eodem modo effugit acquiſitionem vſusfructus, ſi erit alienatio partis rei.

29 Tertiò,feuda non ſolum quia ex munificẽtia regali;ſed quia feuda ſunt inalienabilia, vt eſt iuris explorati,& vltra,
30 quod de iure communi ciuili vſusfructus veniat appellatione alienationis ꝓhibitæ, in l.fin. C. de rebus alien.non
31 alien.tamen in ſpetie in feudo ex regula text.in cap. imperialem eſt prohibita conſtitutio, non ſolum ſeruitutis; ſed in ſpetie vſusfructus in feudo, vt per Andr. in cap.imperialem in 1.col. in Conſtitutione conſtitutionem diuæ memoriæ per Curt.latè in 4.par.nu.106.verſ.decimoquinto quæro.

32 Si ergo dum in acquiſitione rerum, in quibus aliàs patri acquiritur vſusfructus, ſi hic prohibeatur, illum minime conſequitur iuxta text.in auth.excipitur C.de bon.quæ lib.igitur pariformiter, ſi hoc à iure prohibetur.

33 Si prohibita alienatione prohibetur acquiſitio vſusfructus,ſeù illius conſtitutio,ergo pater non habet vſumfructum: quia per hoc fieret alienatio.

34 Si eſt prohibita diuiſio feudi,& vſusfructus eſt pars feudi in tantum,quod ex diuiſione prohibita vetatur per Pragmaticã nouem capitum Proreges aſſentire, ergo pater non habet vſumfructum:quia eſſet diuiſio feudi.

35 Quartò, & ſubtiliùs pater ſtipulando pro filio,ex cauſa caſtrenſi,vel quaſi,vel ex cauſa aduentitia,filio, & non ſibi acquirit;ex cauſa verò profectitia ſibi glo. & Doctor.omnes in l.quod dicitur de verb.oblig.& ſecundum hanc diſtinctionem intelligitur text.in d.§.ei,qui inſtit. de inut.ſtipul.|& rurſus pater ſibi acquirit,quod filio ſtipulatur,quando illud eſt quid iuris, non autem factum explicandum per filium,ſeù in perſonam filij annexum,vt dicit text.in d.l.quod dicitur, & propterea Aretin. in d.§. ei, qui facit concluſionem, quod conſiſtens in facto per filium explicando, filio,& non patri quæratur,imò text.prædictus non ſolum

ponderat, quod ſit ius, & non factum ;
ſed addit, quæq; acquiri patri poſſint,
quaſi, quod non omnia, quæ ſunt iuris,
36 patri acquiri poſſunt, modò ſic, ſi feu-
dum datur filio, vt fidelitatem præſtet,
& inde ſeruiat, quod ſeruitium eſt reſpe-
ctiuè ad fructus, quos percipit, vt inde
ſeruire poſſit, & hoc eſt beneficium, gau-
dium tribuens capientibus, vt diximus
in definitione in genere, & in ſpetie, ergo
ſi factum eſt explicandum per filium, &
eſt in perſona filij annexum, quod factũ
explicatur ex commoditate fructuum ;
igitur nullo pacto poteſt dici, quod patri
vſusfructus acquiratur.

37 Et hoc eſt, quod voluit dicere Iac. de
Beluiſ. in cap. 1. §. ſi duo fratres de frat.
de nou. benef. inueſtit. vt ſiue militando
filius feudum acquiſierit, ſiue ſit aduen-
titium, videtur tamen acquiſitum ea
conditione, vt vſusfructus non præſtetur
ad hoc, vt poſſit ex fructibus feudi ſer-
uitium debitum Domino præſtari.

38 Quintò, ſi duæ regulæ ſunt indubita-
tæ, vna, quod feuda nõ poſſint diminui,
ſeruitus non poſſit imponi, alienatio ſit
prohibita, conſtitutio vſusfructus pari-
ter in tantum, quod per Pragmaticam
nouem capitum eſt vetita præſtatio aſ-
ſenſus Proregibus, quando ſit diſpoſitio
cum reſeruatione vſusfructus, tanquam
39 inducens diuiſionem feudi; & altera re-
gula etiam ſimiliter indubitata, vt vſus-
fructus in aduẽtitijs duret etiam poſt fi-
40 lij mortem; ponamus modò decedere
filium abſq; filijs, & feudum deuolui ad
Regẽ, nonne in caſu prædicto Rex abſq;
ſuo aſſenſu reperiret feudum diuiſum, &
cum proprietate nuda abſque vſufructu,
& ſi filius decederet cum filijs, nonne
præiudicatum eſſet directo Domino in
releuijs, & ſi aut erit pars dominij vſus-
fructus, aut erit ſeruitus, & ius in re, quo-
modo volumus dicere, ꝙ ſine aſſenſu ali-
quo in damnum Regis reperiatur feudũ
diuiſum, aut ſeruitus impoſita cõtra om-
nes regulas feudales, ex quibus conclu-
dendum erit veram hic eſſe opinionem
41 Andr. & malè loquutum fuiſſe Curt. in
3. par. nu. 46. verſ. 4. circa intelligentiam,
& allegat Bald. in d. l. cum oportet, qui
in feudis non habitis à Principe loquu-
tus fuit de commoditate fructuum, non
autem de vſufructu, vt ipſe Curt. dicit, &
malè, de qua commoditate inferiùs lo-
quuturi ſumus.

42 Subſequitur Andr. quid in feudo ma-
terno, cum lex multa loquatur in dona-
tione facta filio ab ipſo Principe, & di-
uerſum videtur; quando filius ſuccedit in
43 feudo: nam ſicut bona caſtrenſia deſi-
nunt eſſe talia mutatione perſonæ, ita pa
riter cum habeat filius, nõ ex donatione
principali; ſed ex ſucceſſione materna, nõ
poteſt conſiderari tali caſu ratio text. in
d. l. cũ multa, & res à perſona ſumit ſta-
tum, non è contra, tandem Andr. per di-
ſtinctionem ſoluit argumentum, & tenet,
ꝙ nullo pacto in feudo quomodocunque
quæſito pater habeat vſumfructum, &
ratio eſt: quia qualitas feudalis eſt illa
quæ effugit acquiſitionẽ vſusfructus pa-
tri, & ſicut primus conceſſionarius tene-
tur ad ſeruitium militare, ita tenentur
oẽs in feudo ſuccedentes, vnde non deſi-
nunt bona eſſe feudalia in ſucceſſione, ſi-
cut deſinunt eſſe bona caſtrenſia, & cum
rei inſit hæc qualitas, ppeà dicit ipſe per
diſtinctionem ſoluitur argumentum, quia
44 aut dignitas confertur perſonæ, aut rei,
in caſtrenſi peculio eſt conſiderata per-
ſona, & ppea mutata perſona, mutatur
rei cõditio, & ita procedit, quod dicitur,
quod res à perſona ſumit ſtatum, & nõ è
contra, qñ verò priuilegium, & dignitas
confertur rei, tunc eſt perpetua dignitas,
& non moritur, & perſona à re ſumit ſta-
tum, & non è contra, vt diximus in præ-
cedenti Lectione, & hæc eſt opin. & con-
cl. Andr. peroptimè per eum fundata, &
cõprobata; hanc eandem opinionẽ tenuit
Andr. in Conſt. Reg. in aliquibus in verſ.
ſi verò minores, & Iac. de Beluiſ. in d. §.
45 ſi duo fratres, de frat. de nou. benef. in-
ueſt. & licet opponatur de illo text. qui
vult, ꝙ ſi à duob. fratr. inſimul in cõi vi-
uentibus feudum acquiſitum ſit per vnũ
ipſorum ex communi pecunia, vt ibi per
gl. licet in proprietate feudi alter frater
nihil habeat, nec ius aliquod ſuper feu-

do

do acquirat intanrum, quod fratre mor-
tuo feudum ad Dominum deuoluatur,
tamen donec in communi habitauerint,
erunt pariter fructus feudi communes,
qui text.nihil facit ad caſum; non enim
illud eſt ex regula vſusfructus; ſed acci-
dentale ex communi habiratione, & cō-
munione bonorum,& propterea text.di-
cit donec habitauerint:nam conſtituitur
debitor frater ex communione, & habi-
tatione, & cum ex communi pecunia
feudum acquiſierit,pro rata fraterna de-
bitor erar pecuniæ, & intereſſe illius, ſi-
46 cut dicimus in fiatribus, qui in feudo
nouo acquiſito per parrem dicunt habe-
re partem pretij ſoluti,de quo per Andr.
in §.præterea Ducatus de proh.feu.alie.
47 per Frider.& ſicut in debitore, vt poſſit
fieri exequurio in fructibus feudi ex re-
gula texr.in l.cōmodis ff.de re iud.iuxta
notata per Doct.in cap.1.in §.quid ergo
de inueſti.de re alien.fact. & in Conſtir.
Reg.ſi quis poſt litem, ita dum in com-
munione fratres permanent,iuſtè fructus
diuidunt,& ob id text.dicir, fructus eſſe
communes,non vſumfructum,& conſide-
rabuntur fructus,vti à ſolo ſeparari,quos
duranre tantum communione frater cō-
municat cum fratre,vnde rext.ilic non
poteſt allegari in quæſtione,de qua agi-
tur: quia nullum ius eſt ſuper feudo ac-
quiſitum.
48 Bald. ibi poſt relatam opinionem, &
propria verba Iac.de Beluiſ.diſtinguit,ꝙ
peculium aliud eſt caſtrenſe, & aliud eſt
paganicum, & paganicum eſt duplex,
aliud ſollemne,vr quod ex publica cauſa
quæritur,& aliud vulgare,& vulgare eſt
triplex,quodam ex laboribus,quodam
ex beneficio fortunæ, & quodam profe-
ctitium,allegat text.in l.fin. C. de inoff.
teſt.& in l.fin.C.de Aduoc.diuerſ.iud. &
49 nihil aliud dicir; ſed idem Bald. in l.ſi
vxorem tuam C. de condit.inſert.tenuit
nullo modo acquiri vſumfructum:quia
eſſet ſeruitus ſeruitutis, dicendo feudum
eſſe ſeruitutem, ſiue ſit caſtrenſe, ſiue
paganicum.
50 Idē verò Bald.in d.l.cum oporter nu.
18.ſe inuoluit,allegando Iac. de Beluiſ.
quem dicit tenere, ꝙ in feudis non ac-
quiſitis à Principe acquiratur patri non
vſusfructus; ſed commodiras patriæ po-
teſtatis,allegat text.in l.fin. C.de vſufr.
in l.neceſſariò §.fin.ff.de peric.& comm.
rei vend.quod minimè dixit Iac. de Bel-
uiſ.in loco prædicto, & Bald.ſi rectè ad-
uertatur nihil concludit; ſed ſe remittit
ad intentionem concedentis, & iura, vt
ſupra allegata minimè faciūt ad caſum:
nam text.in l.neceſſariò,§.fin.ff.de peric.
51 & comm.rei vēd.diſponit,quod vſusfru-
ctuarius non poſſit vendere vſumfructū;
ſed ius vtendi,& fruendi, ꝙ per mortem
ipſius vſuctuarij extinguitur.
52 Sic pariter text.in l.fin.C.de vſufr.di-
cit,quod relicto vſufructu ſeruo,vel filio,
acquiratur patri, vel Domino, ira quod
morte ipſorum non extinguitur,& ſic iu-
ra præfata non merentur allegari:nam
53 vſusfructuarius non poteſt rransferre
plus iuris, quàm ipſe habet,& propterea
non poteſt vendere,niſi ius illud vtendi,
& fruendi extinguibile cum ſua vita;ſed
ſi à lege prohibeatur acquiſitio vſusfru-
ctus, ſi prohibeatur diuiſio feudi, ſi pro-
hibeatur conſtitutio ſeruirutis, nihil de
hoc in illo text. & ſic pariter in d.l. fin.
54 de vſufr.quid dubij,quod quicquid ac-
quirit ſeruus,acquirit Domino, & ſic fi-
lius patri,ex regula rexr.in l.placet ff.de
acq.hær. cum diſtinctione tamen bono-
rum maximè de iure codicis,quo iure
eſt cognitum peculium aduentitium.
55 Aluar.in d.cap.ſi duo in fin.dicit, qđ
pater vti parer non habebit vſumfructū;
ſed ſi inſimul cum filio habitat in com-
muni,habebit ratione habitationis com-
moditatem in communi prædictorū fru-
ctuum: nam ſi ibi in fratre hoc diſponi-
tur,dicit ipſe,multò fortiùs in patre; ſed
non eſt bona ratio: quia ibi in illo rexr.
bona omnia erant communia, & ex cō-
munibus bonis feudum acquiſitum, qđ
non procedit in peculio aduentitio, nec
conſideratur communio bonorum inter
patrem, & filium.
56 Alij renuerunt, quod non acquiratur
vſusfructus;ſed fecerunt concluſionem,ꝙ
in his, in quibus non habebit vſumfru-

Digitized by Google

ctum, habebit tamen commoditatem vtendi,& fruendi, de qua concluſione faciunt Author.Aretin.in §. 1. inſtit.per quas perſ.nob.acq. qui loquitur ſub dubio in tantum, quod dicit, quod ſi talis concluſio vera eſt,erit ſingularis limita-
57 tio,& iura,quæ allegat in l. filioſam. & in l.plenum,§.ſi vſus ff.de vſu,& hab.loquuntur in vſu relicto filio, & volunt,qđ
58 idem vſus patri acquiratur, & ſic pariter procedit concl.Bald.in l.1.C.de bon. mater. in legato vſusfructus facto filio, vt non acquiratur vſusfructus formalis patri; ſed commoditas:nam cum debeat ius remanere penes filium,acquirit pater ex iure id,quod acquirere poteſt.
59 Iaſ.in l.cum filioſam.de leg.1.nu.157. tenet hanc concluſionem de commoditate,& Boer.in deciſ.199.cum alijs relatis per Franch.in deciſ.10.pro quorum opinione allego ego gloſ.notab.in auth.idē eſt C.de bon.quæ lib.quę ſub dubio fortè in terminis text.in l.cum multa dicit, quod text.ille procedit quò ad formalitatem vſusfructus non autem quò ad cōmoditatem; ſed vt dixi,loquitur ſub du-
60 bio fortè,& alibi Doctor.dixerunt poſſe penes vnum reſidere ius vſusfructus, & penes alium fructuum perceptionem, ex qua minimè conſtituitur ius in re,vt per Oldr.in conſ.102.cum alijs latè cumulatis ad materiam per Molin. de hiſp.pri-
61 mog.lib.1.cap.20.& Andr. & communiter Docto.dixerunt in cap.imperialem in princ.& in Conſt.Reg.conſtitutionem diu. mem. quod licet non poſſit vſusfructus conſtitui ſuper feudo, poteſt tamen fieri diſpoſitio fructuum, dummodo non ad longum tempus,idem Neapod.in cōſuet.ſi quis habet de alim.præſt. nu.28. verſ.quid ſi,vbi in vſufructu formali vult procedere prohibitionem, non autem in diſpoſitione fructuum,ex qua nihil ſuper re conſtituitur; ſed Neapod.loquitur in alimentis omni iure debitis correſpectiuè ab bona,ita quod pater eſt debitor.
62 Ego verò Domini in caſu,de quo agimus,teneo prò indubitato,quod nec etiā pater commoditatem fructuum habebit, nec vidi adhuc legem, ſuper qua fundetur hæc limitatio, & ſi illa procederet, bona non eſſet differentia,quam Docto. prædicti faciunt inter feudum paganicū, & caſtrenſe, cum vtroque caſu vſusfructus non acquiratur, & in vtroque caſu eadem commoditas conſideretur.
63 Sed illud, quod penit gladium ad radicem,eſt ratio principalis conſiderata per Andr. & Iac.de Belu.vt ex fructibus feudatarius commoditatem habeat ſeruiendi Domino: igitur ſi ex hac ratione principali prohibetur acquiſitio vſusfructus,erit pariter prohibita acquiſitio cōmoditatis fructuum,quæ in idem reincidit,& eſſet impoſita lex verbis,& ex hoc ſit, vt concluſio procedat etiam qđ feuda non teneantur à Principe, & propterea in terminis text.in d.auth.excipitur, & in omnibus alijs caſibus,in quibus eſt prohibita acquiſitio vſusfructus, eſt pariter prohibita acquiſitio commoditatis fructuum, tanquam contra intentionem diſponentium, & ita tenuerunt Ludou. Suar.Greg.Lop.& alij,quos refert,& ſequitur Molin.de hiſp.primog.lib.1. cap. 19.n.33.& licet Molin. videatur tenere hanc opinionem in term. d.auth. excipitur,ſcilicet in expreſſa prohibitione vſuſfructus,non autem alienationis,tamen à ratione hic conſiderata idem dicendum eſt ex intentione concedentis.
64 Et nihil facit ad caſum, quod poteſt penes vnum reſidere ius vſusfructus, & penes alium fructuum perceptio:nam hic non tractamus de poſſibilitate, nec de materia indifferenti; ſed in materia prohibita,& de coacta acquiſitione,& ſecūdum hāc diſtinctionem procedit dictum Neapod.in conſuet.verum de alim.præſt. nu.43.ex quibus remanet firma concluſio,quod nullo modo pater in feudis filij poteſt habere vſumfructum,nec commoditatem aliquam, ſi filius ſeruire tenetur,& actum ab ipſo explicandum ipſius perſonæ eſt annexum, & his rationibus attentis dico idem eſſe in feudo frācho: nam vt fundauimus in præludijs, non erit franchum à ſeruitijs annexis fidelitati,& ſic per ipſum explicandis, & Minad.in Conſtit.in aliquibus 3.notab.nu.

78.

78. qui pro contrario ponderatur, aduertatis: quia non loquitur diſputando Andreæ doctrinam, nec penitus illum allegat; ſed diſputat ſuper ratione Afflict. & demum dicit, quod non intendit diſputare articulum, nec decidere illum, cum quibus ſit datus finis hodiernæ Lectioni.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, & Rex poſſunt inſeudare, item non concedenda concedere, ac nouas erigere dignitates, idque controuerſia caret, intelligendo tamen, vt nu. 39.*

2 *Cæterum limitat Andr. niſi inſeudationes eſſent tales, ex quibus diminueretur bonor Regis, & Coronæ, quo euentu nec iuramentum obſiſteret, præterquam ſi diſpoſitio eſſet collata in Eccleſiæ beneficium ſecundum Lucam de Pen. aduerſus Affl. & nu. 41.*

3 *Donatio à Rege facta, vt immoderata, vel non iudicetur, ipſius Principis eſt inſpiciẽda qualitas, cuius proprium eſt donare.*

4 *Donationum numerus pariter adhunc effectum coaceruatur, qui ſi iunctim eam ſummam caperet, quæ eſſet in diminutionem coronæ, omnes reſcinduntur, licet ſingulæ de per ſe grauamen Imperio non inferrent.*

5 *Sed declara, niſi donationes eſſent diuerſis temporibus factæ: quia tunc vltima tantum infirmaretur, dummodo Regis conſilium ab initio non fuerit donandi inofficioſè.*

6 *Regi non eſt permiſſum alienare partem Regni.*

7 *Sed quæſtionis eſt, an ſit ei conceſſa facultas alienandi Ciuitates, cæteraſq. Terras demaniales, vel alia bona demanialia, vtpotè Dobanas, Gabellas, & ſimilia, quæ dicuntur panes, ſeù annonæ ciuiles, & concluditur negatiuè, & bona ratio affertur, & nu. 16.*

8 *Rex poteſt habere bona fiſcalia, & patrimonialia, curialia, & demanialia.*

9 *Bona demanialia ſunt triplicis generis, nempe Regis, Baronis, et Vniuerſitatis, & nu. 15. & 38.*

10 *Bona fiſcalia pertinent ad Regem vti Regem; patrimonialia verò non concernunt titulum, & dignitatem regalem.*

11 *Bona Curialia, quæ dicantur, & quomodo diſtinguantur à demanialibus.*

12 *Dominium à demanio diſtinguitur, prout genus, & ſpeties.*

13 *Procurator Regis eſt duplex, vnus, qui dicitur Cæſaris, & alter Fiſci, & diſcrimen adeſt inter vtrunque.*

14 *Proreges ex Regum mandatis, quæ habẽt, poſſunt veluti ipſimet Reges vendere omiſſa baſtarum ſollemnitate, & ita aliàs iudicatum.*

17 *Priuilegia demanialium conceſſa etiam motu proprio, & ex certa ſcientia ſunt nulla, & præſumuntur ſubreptitia, niſi in ſpetie ſit derogatum iuribus contrarium dictantibus.*

18 *Demanialia ex cauſa poterunt alienari, dummodo huiuſmodi alienationes non vergant in diminu-* tionem

tionem Regni, & Imperij, & iuſtæ cauſæ recenſentur.

19 *Princeps ſuadente cauſa legitima poteſt aliena donare ſoluto tamen iuſto pretio, ante cuius ſolutionem dominium non transfertur reiecta Luc. de Pen. ſententia, & nu. 21. & 24.*

20 *Niſi per viam legis hoc ageret: quia tunc nec ad pretium teneretur; ſed declara vt nu. 32.*

22 *Qua cauſa poſt conceſſionem ceſſante res erit reſtituenda priori Domino, idq. firma ratione fundatur, & nu. 25. cum ſeqq.*

23 *Quinimò hoc euentu dominium reuertitur ad primam cauſam, prout legum, & Doctorum authoritate, & optimo ſimili confirmatur, & num. 28. cum ſeq. niſi effectus eſſet conſumatus, vel ex alia cauſa conceſſio reſolueretur, num. 30.*

26 *Cauſa redacta ad non cauſam habetur, ac ſi à principio non extitiſſet.*

27 *Princeps ceſſante cauſa nequaquam poteſt à ſuis ſubditis bona auferre nedum de ordinaria; ſed neque de abſoluta poteſtate ſecundum Fulgoſ.*

29 *Res ſi ex cauſa vnitæ fuerint, ea poſtmodum ceſſante vnio diſſoluitur.*

31 *Cauſa in Principe præſumitur; ſed iſthæc regula ceſſat in aliquibus caſibus ibidem enumeratis.*

33 *Rex an poſſit alienare Terram demanialem Vaſſallo contradicente. Dominus Author in hoc articulo diſtinguit, cuius diſtinctionem antiquus vſus comprobauit, & nu. 34.*

35 *Vaſſallus demanij dum venditur: quia redigitur in ſeruitutem, poteſt proclamare ad libertatem, dummodo Domino pretium offerat, vbi etiam nonnulla exponuntur de illius intereſſe. Sed Baronis vaſſallus non gaudet hac prælatione; licet contrarium ſit obſeruatum; illa tamẽ potietur Dominus directus.*

36 *Vniuerſitates in emptione ſecũdarũ cauſarum, portulaniæ, põderum, & menſurarum prælatione carent, & ita deciſum teſtè D. de Franch. ſed poſteà contrarium fuit ſeruatum.*

37 *Vniuerſitatibus de conſuetudine datur annus ad petendum demanium, quo effluxo gaudent infra quadriennium reſtitutionis beneficio, ſi fuerint proteſtatæ, & coactè Dominum receperint; ſed de iure ſecundum D. Authorem non præſcribitur iuri demanij, niſi per ſpatium triginta annorum à die emiſſæ proteſtationis.*

40 *Priuilegia continent verba triplicis generis, nempe narratiua, aſſertiua, & diſpoſitiua.*

42 *Text. in cap. intellecto declaratur, vt procedat tàm in alienatione proprietatis, quàm in infeudatione, & num. ſeqq.*

43 *Prælatus ſi non alienare iureiurando affirmauerit, nõ poterit de nouo in feudum dare.*

44 *Alienatione probibita cenſetur, & interdicta infeudatio.*

L E-

LECTIO VIII.

1 REaſſumendo cõcluſiones ex dictis Andr.habem⁹, quod Rex,& Imperator infeudẽt abſque dubio, concedant non concedenda, conſtituant,& fa
2 ciant nouas dignitates, dummodo infeudationes eorum non diminuãt honorem Regis, & coronæ ex reg.text. in cap.intellecto de iureiur. & ponderate verba Andr.nam non dicit, dummodò non ſint in damnum coronæ regalis: quia ſemper quod donatur, diminuitur patrimonium, & damnificatur; ſed dicit, non diminuãt honorem, non patrimonium Regis,& coronæ, & miſteriosè, & peroptimè loquitur: nam poſſunt Reges infeudare,& donare, aut aliter alienare; eſſet enim nimis amarum, vt non poſſent Reges donare benemeritis, dicit Io.Andr. in cap. grandi de ſuppl.negl.prælat. in ſexto; ſed hæ alienationes ſunt vetitæ, quæ diminuunt honorem coronæ,& Imperij, ideſt quando grauiter ex his lęderetur dignitas regalis, quo caſu nec etiam iuramentum obſtaret, vt per Innoc. Io.Andr. Abb.& cæteros Scrib.in d.cap.intellecto, declarat Oldra.in conſ.94.col.fin.Bart.in l.3. §. planè ff. quod vi, aut clàm cum concord.

3 Et donare moderatè, vel immoderatè in hac materia dignoſcetur ex qualitate Regis, cui ſemper eſt proprium donare, dicit Anchar.in d.cap. intellecto.

4 Sed cadit hic quæſtio, an ſi Rex fecerit plures alienationes, ſeù donationes, quarum primæ non inducunt grauamen coronæ, nec in eis conſiderari poteſt immoderatio; ſed omnes ſimul iunctæ ſunt in diminutionem coronæ, & in damnum honoris coronæ,& Imperij, an omnes reſcindantur, vel tantum vltimę Andr.tangit articulum in Conſti.dignum,& tenet omnes reſcindi, allegat notata in ſimili per gloſ.in l.1.C.de inoff. donat. quia per vltimum actum cognoſcitur, quod infirmetur præcedens.

5 Domini intelligatis Andr. ſecundum diſtinctionem gloſſæ, quam allegat: nam ſic Doctor intelligi debet, dicit Bart.in l. non ſolùm, §.ſi liberationis ff.de lib.leg. videlicet, quando vno, & eodem tempore ſunt factę donationes, vel omnes conſilio donãdi inofficiosè à principio, aliàs ſi eſſent factę diuerſis temporibus perfectæ abſque conſilio fraudandi, maximè perſonis diuerſis, tunc vltima tantum reſcinditur, eſt caſus in l.ſi libertus §.fin.ff. de iurepatr.ita Bald.Salyc.Paul. de Caſtr.& communiter Scrib. in d.l.1. Imol. in cap.2.de donat.qui Doct.inferunt ad text.in d.cap.intellecto, vt per Luc.de Pen.in l.quicunque C. de omn.agr. deſert.lib.11.Affl.in præludijs Conſtit.in 24.quæſtione.

6 Vnde remanet concluſio, quod Rex infeudabit,& donabit, niſi in diminutionẽ coronæ, ideſt Regni,& propterea partem illius Rex non alienabit, dixit Andr. loquens de iſto Regno in proœmio Conſtit.in verb.in prologo, liquet igitur.

7 Sed an Ciuitates, aliasq; Terras demaniales Rex alienabit, vel bona alia demanialia, vt ſunt panes ciuiles, Dohanæ, Gabellæ,& ſimiles, ex hoc, quod dicit Andr. hic, quod concedit etiam non concedenda, omnia poteſt,& nouas confert, & creat dignitates, an verò obſtabit regula text.in d.cap.intellecto.

Domini declaremus primò terminum hunc bonorum demanialium, & demum deſcendamus ad quæſtionem, ex qua capiemus multa vtilia, quę non vadunt per manus, & ad praxim aurea.

8 Habemus enim bona fiſcalia,& patrimonialia Andr.in proœm.Conſtit.curia-
9 lia, & demanialia; & hæc demanialia poſſunt eſſe triplicis generis, demanialia Regis, Baronis, & Vniuerſitatis, Authot damn.mem. diſtinguit benè, & latè in §.30.nu.170.

10 Dicit Andr.in Conſtit.dignum, quod differentia eſt inter fiſcalia, & patrimonialia, ſicut inter curialia,& demanialia: nam fiſcalia ſunt, quæ ad Regem ſpectãt, vti Regem; patrimonialia verò extra titulum, & dignitatem regalem, probat text.ad literam in l.bene à Zenone C.de

qua-

quadr.præſcr.in l.2.§.2.ff.ne quid in lo-
11 co publico, curialia etiam,& demania-
lia differunt: nam omnia,quæ ſunt Cu-
riæ, ſunt fiſcalia, & erunt propterea de-
manialia: nam vt declarauimus in arti-
culo illo,quomodo fiant bona de menſa,
oportet, vt nunquam ſint conceſſa, vel
ad minus tenta per annos 30. ſecundum
vnam opinionem,& 10. ſecũdum alterã,
ita quod terminus demanij erit genus:
nam erunt pariter bona Curiæ; ſed cum
qualitate demaniali,quæ facit bona ina-
lienabilia cum conditionibus, de quibus
infra,vt per Andr.in §.nec Dominus, de
prohib.feud.alien.per Frider. bona verò
curialia erunt omnia deuoluta,& ſpectã-
tia ad Curiam Regis,& ſic bona fiſcalia;
ſed non omnia fiſcalia, & curialia erunt
demanialia.
12 Et dicit Andr. notabiliter ad idem,
quod differentia eſt inter dominium, &
demanium in d.§.nec Dominus: nam nõ
omnia, quæ ſunt in dominio ſunt in de-
manio ex præallegatis, & propterea de-
manium erit genus, dominium verò ſpe-
ties.
13 Hinc dicimus,Reges habere duplicem
Procuratorem,videlicet Procuratorem
Fiſci,& Procuratorem Cæſaris,gloſ.in l.
1.C.de fid.inſtr.& iur.haſt.fiſc.lib.10. &
Procurator Cæſaris dicetur Procurator
ſuus, non tanquã Princeps reſpectu pro-
priorum bonorum,& negotiorum,decla-
rat optimè Iaſ.in l.Procurator C.de edẽ-
do,& in l.1.ff.de off.Proc.Cæſ.& propte-
14 rea Domini Proreges, qui tenent man-
data Regum, ſoliti ſunt vendere abſque
ſubhaſtationibus: quia reputantur,ac ſi
Reges ipſi venditiones celebrarent,dicit
text.in l.1.ff.de offic.Procur.Cæſ. tradit
hæc Iacob. in ſua inueſtit. in verb. Prin-
ceps 7.limit.Affl.in Conſt.Reg.Dohanæ
ſecreti 7.notab. eleganter Minad. in re-
pet. Conſtit.in aliquibus not.5. nu.7.&
ita fuit deciſum in Reg.Cam.facta rela-
tione in Collaterali,in cauſa ſigilli Reg.
Cancellariæ inter hæredes Franchi Lar-
carij, & Fiſcum, & ſic vidiſtis, quæ ſint
bona curialia, fiſcalia, patrimonialia, &
demanialia.

15 Hæc demanialia ſunt, vt dixi, Regis,
Baronum, & Vniuerſitatum; demania
16 Regis ſunt panes ciuiles,de quibus lo-
quitur text.in l.fin.§.præterea C. de iur.
dot.glo.in cap.ſciendum de feud.cognit.
dicuntur propriè annonæ ciuiles in l. iu-
bemus,nulli C.de ſacroſan.eccleſ.ſuntq;
quædam præſtationes pro viuere Regis,
& manutẽtione Regni introductæ, quod
latius declarat Zaſ. in tract.feud. 4.par.
text.in l.benè à Zenone C. de quadrien.
præſcr.loquitur de panibus ciuilibus,vbi
gloſ.exponit,ideſt præbendas, ſeù reddi-
tus, & hi panes, cæteraq; demania ſunt
inalienabilia: quia cum ſint deputata
pro viuere,& ſtatu Regum,illa demum
alienando oporteret poſteà grauare ſub-
ditos,Andr.in cap.1.Epiſc.vel Abb.verſ.
alij dicunt,in d.§.nec Dñs, & cap.ſimi-
liter 2.addit.de Cap.qui cur.vend.& ibi
inter hæc ponunt ſeruitia feudorum, vt
non poſſint diminui: quia inducta pro
Republica tuenda.
17 Vnde priuilegia conceſſa ſunt nulla
etiam motu proprio,& ex certa ſcientia,
niſi dicatur non obſtante tali lege, ſe-
quitur latè Auth.damn.mem.in §.1.glo.
5.num.54.hinc præſumuntur huiuſmodi
priuilegia ſubreptitia ex regula text. in
l.1.C.de pet.bon.ſubl.lib.10.in l.omnes,
& in l.nulli C.de fund.patr. lib. 11. quæ
intelligas tu ſemper, niſi Rex faciendo
conceſſiones derogaret iuribus in cõtra-
rium diſponentibus,& ſic procedit text.
in d.l.1.de pet.bon.ſubl. in l.apud Iulia-
18 num §.fin.de leg. 1. dummodo non fiat
in damnum coronæ, & ita declarat An-
dr.in d.Conſtit.dignum,ita quod poſſũt
alienari ex cauſa, dummodo non in di-
minutionem Regni,& Imperij,& cauſa
erit donare ſtrenuo Miniſtro, vel alteri
perſonæ benemeritæ Andr. in d. §. nec
Dominus,latè Affl.in d.24.quæſt.in pre-
ludijs, vel donare ob bonum publicum,
vel ex alia legitima cauſa,quæ latè pro-
ſequitur Bellug.in ſuo Spec.in 9.rubr. &
quod panes ciuiles,& ſimilia alienentur,
probat in ſpetie text.in d.l.bene à Zeno-
ne,in d.l.fin.§.præterea de iur.dot. in d.
19 Conſtit.dignum,& quando fiunt dona-
tiones

tiones ex huiuſmodi cauſis, tunc non ſolùm licet demanialia donare; ſed etiam bona aliena ſoluto tamen iuſto pretio ad text. in l. 1. C. in quib. cauſ. ſer. pro lib. prem. accip. Andr. in d. §. ſimiliter, & hoc quando non habet aliud, vt ibi per eum ante nu. 28. verſ. item dabit; de quo latiſſimè per Felyn. in cap. quę in Eccleſiarum de conſtitut. allegatur communiter text. in l. Lutius ff. de euiction. in l. item ſi verberatum §. fin. ff. de rei vend. & de iuſto pretio loquitur text. in l. ſi quis ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. fun. Bart. in procem. digeſtorum in l. quæcunque C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſc. lib. 10.

20 Et hoc de iuſto pretio intellige, quando Rex non per viam legis, & prouiſionis generalis hoc facit: nam tunc nec ad pretium tenetur, Afflict. in d. §. ſimiliter Ruin. in conſ. 60. 5. vol. Gozzad. conſ. 5. Alex. conſ. 47. 7. vol. latè Dec. conſ. 520. Reſtaur. Caſt. in tract. de Imper. q. 98.

Sed hic, Dñi, tres cadunt quæſtiones.

21 Prima an pretium debeat primò ſolui, vt dominium rei alienæ transferatur.

22 Secunda an ceſſante cauſa, ob quam conceſſio fuit facta, & res ablata, debeat illa primo Domino reſtitui.

23 Tertia an dominium ex cauſa ceſſante ipſo iure ad primum Dominum reuertatur, etiam quod iuſtam habuerit ſuæ rei æſtimationem.

24 Prima quæſtio eſt deciſa per Luc. de Pen. in l. prædia C. de loc. præd. ciuil. lib. 11. qui tenet transferri dominium, licet non ſoluatur primo, vel eodem contextu pretium; ſed verior eſt contraria opinio, vt per Bald. in l. venditor, in §. ſi conſtat ff. comm. præd. vbi Ang. de quo latè per Loffr. in d. §. ſimiliter: nam aut lex permittit hoc conditionaliter, aut ex quadam coacta conuentione, fingendo venditionem: in vtroque enim caſu debet pretium offerri, vt latè ibi per Loffr.

25 Circa ſecundam quæſtionem, an cauſa ceſſante debeat res reſtitui, & communiter tenent Doctor. quod ſic authoritate Innoc. in cap. quia plerię; de immun. eccleſ. latè Felyn. in d. cap. quæ in eccle-

26 ſiarum nu. 43. nam cauſa redacta ad nõ cauſam habetur, ac ſi à principio ſine cauſa fuiſſet conceſſio facta, & res ablata, dicit Andr. in rubr. quę ſint regal. quo

27 caſu de poteſtate ordinaria lex poteſtatẽ denegat, Bald. in l. reſcripta C. de precib. Imp. offer. Andr. in d. §. ſimiliter in 2. addit. & omnes in d. cap. quæ in Eccleſiarum, imò fuerunt Doct. qui dixerunt, eſſe communem opinionem, quod nec etiam de poteſtate abſoluta, vt per Fulgoſ. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. Socc. in conſ. 144. 2. vol.

28 Circa tertiam quæſtionem, an dominium reuertatur in priſtinam cauſam, vera eſt opinio, quod ſic ex tex. notab. in l. in tantum ff. de rer. diuiſ. ibię; Alber. in l. cum loca ff. de relig. & ſumpt. fun. per quæ iura Alber. dicit idem eſſe, ſi fuerit datum excambium, dummodo paratus ſit reſtituere in l. quod in littore, & in rubr. ff. de acq. rer. dom. decidit Andr. in cap. 1. §. & iterum in addit. de cap. Corrad. videtur enim ad tempus priuatus, donec illa cauſa durauerit, qua ceſſante reuertitur res in priſtinam cauſam, idem Andr. in cap. 1. Imper. Lotha. in pen. col. circa medium.

29 Sicut dicimus in vnione rerum, quæ fit cauſatiuè, vt per Io. de Plat. in l. 1. C. de metrop. Beryt. lib. 11. per Doctor. in cap. 1. ne ſede vacante, ita quod cauſa ceſſante redit res in priſtinam cauſam.

30 Sed hoc intellige, quando effectus nõ eſt conſumatus, & ex eadẽ cauſa res donata reuertitur, & ex eadem cauſa conceſſio reſoluitur; ſed ſi ex alia tunc ſecus: nam non quia reuertitur ad Regem, proptereà debet reſtitui; ſed quando ex cauſa eadem reſoluta, & tunc dicitur redire in priſtinam cauſam ex regula text. in l. voluntate, quib. mod. pign. vel hyppoth. ſoluatur, & in l. fin. C. de remiſſ. pig. Dec. not. in d. cap. quæ in eccleſiarum nu. 27. idem Alber. in l. homo liber ff. de ſtatu homin.

31 Sed Domini quæſtio iſta, quod Dominus debeat cum cauſa facere, aliàs nõ poteſt, ad quod deſeruiret, ſi ſemper cauſa præſumitur in Principe ſecundum tradita per Cyn. in d. l. fin. C. ſi contra ius,

vel

vel vtil.publ.cum alijs latiſſimè cumulatis per Felyn.in d.cap.quæ in eccleſiarũ nu.82. verſ.quinta concluſio, & propterea intelligatis quæſtionem, quando de cauſa apparet,& illa ceſſauerit, vel quãdo nulla cauſa ſubeſt, vel quando cauſa apparens non eſt ſufficiens,vt per Felyn. ibidem,vel quando Rex tractat contra proprium contractum, vel ad ſui cõmodum; tunc enim ei non creditur per Felyn. vbi ſupra, niſi cum conſilio, & hoc præſumptiuè,Andr.in cap.1.qui ſucceſſ. ten.nu.14.cum ſeq. idem ſi cum ſubſcriptione Quæſtoris,Andr.in cap.1.col.fin. de controu. apud par.term. niſi eſſemus in Principe mendoſo, vt per Andr.in locis allegatis,& vltimò intelligitur,quando per reſcriptum,ſeu conceſſionem non tollit ius tertij,Fulgoſ.conſ.62. Neuiza. conſ.12.inter conſ.Alber.Brun.nu.145.

32 Quæ omnia procedũt in perſonis ſubditis, ſecus verò in perſonis non ſubditis, vt per Doctor. communiter in locis prællegatis.

33 Sed quæſo aduertatis, dum dicimus, demanialia cum cauſa eſſe alienabilia,& hoc vult dicere Andr. quod Rex concedit non concedẽda;ſed quid ſi Rex alienat Terram ſui demanij, an poterit vaſſallus reſiſtere,& impedire vẽditionem, cum ſub Regis dominio dicatur permanere in libertate in auth.de hære. & falcid.in princ. Luc.de Pen. in l.1. C.de cap. ciu. cenſ.exim.lib.11.Fulgoſ.conſ. 62. probat text. expreſsè in Conſt.Reg. perſonas,quæ in ſpetie dicit,cum omnes meritò liberi cenſeantur, qui nullo medio ad Imperialem celſitudinem, & Regiam pertinent poteſtatem.

34 Domini iura dicũt,quod ſicut vaſſallus non poteſt feudum alienare ſine Domini cõſenſu,ita pariter non poterit Dominus vaſſallum ſui demanij alienare ſine illius conſenſu d. §. nec Dominus, de prohib.feud.alien.per Frider. in §.ex eadem lege de lege Cotradi; ſed communis intellectus eſt, quando Dominus vult vendere etiam proprietatem,vt per Andr.ibi Affl.& Loffr.

Sed ſi vult vendere in feudum, ſecus eſt, & hoc iure vtimur hodie ex conſuetudine immemorabili,quæ in hĩs caſibus præualet,vt latè per Loffred.in §.præterea Ducatus de prohib. feud. alien. per Frider.

35 Sed aduertatis notandum, nam in hoc caſu,quando vaſſallus demanij venditur,tunc ex actione formata: quia redigitur in ſeruitutem,poteſt proclamare in libertatem,& offerre Domino pretiũ, hoc decidit Andr.in ſpetie, ſi rectè ponderetur in d. Conſtitutione Perſonas in fin.ibi,vnde dicunt,quod homo demanij alij dari non poſſit, nec debeat, & ideo dicat ſe liberum,quod non audiatur,niſi det id,quod Regi debet dare, & in hoc caſu procedit deciſ. Io.Fab. in §. Dominus inſtit.de noxal. habet enim intereſſe in eum caſum vaſſallus ob ſubuentiones, de quibus in Conſtit.Reg.quamplurium, & ob alias ſeruitutes, quod non procedit,quando Terra eſt Baronis,illaq; venditur: quia non mutat ſtatum reſpectu ſeruitutis, & non reperitur in iure cautum,quod habeat prælationẽ, nec oblationem, benè Dominus directus illam habet iuxta text.in §.donare, qua.l.olim pot.feud.alien.in l.fin.C.de iure emphy.

36 licet contrarium ſit obſeruatum, & hac ratione deciſum eſt non habere prælationem Vniuerſitates in emptione ſecundarum cauſarum,portulaniæ, & ponderum,& menſurarum, vt per Dominum de Franch.in deciſ.17.licet poſteà aliter fuerit ſeruatum, quæ latiùs ſunt diſcuſſæ in opere de poteſtate Proregis in tit. de diuerſ.prouiſ. §.1. vbi videre poterit ad ſatietatem.

37 Ad quod demanium petendum, conſuetum eſt dari tempus anni ex regula text.in cap.Titius,ſi de feud.defun. milit. & ſi non petierit, datur infra quadriennium reſtitutio in cap. conſtitutus de in integ.reſt.& hoc ſi proteſtata fuerit Vniuerſitas, & coacta receperit Dominum, vel proteſtationi Dominus conſenſerit,Andr.in d.§.nec Dominus;ſed ſi ſponte receperit, tunc ſibi præiudicauit, & quod dicit ibi Andr. quod per ſpatiũ annorum 30. præſcribitur iuri demanij, intel-

intelligo à die contradictionis, ſi ea non obſtante, vel proteſtatione non obſtante per 30.annos pacificè poſſederit, & domanium non fuit petitum, ſicut omnis actio per tantum temporis ſpatium præſcribitur,& propterea de iure non teneo pro vero,quod infra annum oporteat petere, & text.in §. Titius non loquitur in terminis noſtris, & Capyc.in ſua inueſti. in verb. Imperator tenet idem, ꝙ Andr. circa proteſtationem, & in vaſſallis domanij,vt poſſint alienari ex cauſa imminentis neceſſitatis.

38 Adſunt demania Baronis, & Vniuerſitatis, de quibus per Marin. in 86.authoritate.

39 Secundò habemus ex Andrea, ꝙ Rex conſtituit, & facit nouas dignitates ex reg.text.in d.l.1.de metr.Ber.& propterea per illum text. in cap. 1. §. de manſo col.pen. ſi de inueſtit.feud.contr.fuer. dixit,ꝙ poteſt de vna Prouincia facere duas,& ſic de vno feudo, & in eo habet locum text.in l.quod in rerum, §.fin.de leg.1.poteſtq; nouas erigere dignitates, & idem in cap.1. 1.col.de Cap.qui cur. vend. nam ab eo fluunt, & refluunt omnes dignitates, dicit Bald.in cap.1. quis dicatur Dux,& ſolo verbo conſtituere Ciuitates, quod latiſſimè cumulat Frec. in principio ſui operis nu.27.quę omnia intelligatis vos procedere, quando Rex ex certa ſcientia facit,non errans,neque in iure, neque in facto, aliàs ex ſimplici denominatione nihil fieret, niſi diſpoſitiuè,non aſſertiuè loquatur,ſcitis enim,

40 ꝙ habemus in priuilegijs verba narratiua, aſſertiua, & diſpoſitiua, de quo per Oldr.in conſ.258.Calde.in conſ.2.in tit. de priuileg. eſt caſus in clem. ſi ſummus Pontifex in 2. reſp. de ſent. excommun. vbi gloſ.& Doctor. & ſic dicta Doct. intelliguntur, vt per Innoc. in cap.cum ab eccleſiarum 2.col.de off.ordin.Butr.quē refert Felyn.in procem.decret.nu.24. & hoc etiam tradidit Io. de Plat. in d.l.1. de Metr.Ber.

41 Tertia concluſio,quod non poteſt fieri diſpoſitio,quando tendit in damnum, & incommodum coronæ, niſi fiat in beneficium Eccleſiæ,quod eleganter proſequitur Luc.de Pen.in d.l.quæcunque de omni agr.deſer. quicquid dixerit Affl.in præludijs in 24. quæſtione, qui allegat Paul.de Caſtr.in quodam ſuo conſ.

42 Sed Domini,an text.in cap.intellecto procedat in alienatione proprietatis tātum, an etiam in ſubinfeudatione, quaſi ꝙ honor videatur ſeruari Regi,& Imperio,& ita limitauit Abb.in conſ.3.2.vol. quem ſequitur Afflict. in præludijs conſtitut.num.63.

Andr. verò hic loquutus eſt in ſpetie in infeudatione,ſic enim tollitur viuere, & diminuitur honor ex infeudatione, ſicut ex totali alienatione, quando eſt in exceſſu,vnde non video rationem diuerſitatis,& hæc eſt vera concluſio: nam vt

43 vidimus Domini cum Andr.Prælati,qui iurant non alienare, non poſſunt infeudare de nouo in cap.2.de feud. vbi om-

44 nes Doctor. item quod prohibitus alienare eſt prohibitus infeudare in cap.1.§. ſed & res, per quos fiat inueſtitura, vbi gloſ.& Scribentes communiter &c. Igitur etiam in infeudatione procedit diſpoſitio text.in cap.intellecto militante eadem ratione,quæ dixiſſe ſufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Feudi natura primordialis quæ fuerit quàm breuiſſimè ſubijcitur, & nu.35.*

2 *Gloſ.noſtra alioquin ſatis admodum clara,ſuper qua anſiè contorquent ſe Loffr.& Moderni,reaſſumitur,& ſedula interpretatione illuſtratur,& nu.ſeqq.*

3 *Frater fratri ſuccedit in feudo paterno in defectum legitimi hæredis ab inteſtato ſucceſſuri,qui debet eſſe filius maſculus, & non fœmina,& nu.6. & 14.*

4 *Heres extraneus quamuis inſtitutus à feudi ſucceſſione arcetur, & hæc eſt communis opinio, & ra-*

 tio

tio recenſetur, & obtinet etiam in feudo hæreditario; ſed an ſaltem debeatur æſtimatio, remiſſiuè, & nu. 9. & 13.

5 *Frater ſuccedit ex quacunque cauſa feudum amittatur, ſiue per mortem, ſiue per delictum, dum tamen ipſe culpam non contraxerit, vel ſi Dominum offenderit, ei ſatisfecerit, & n 10.12.et 16.*

7 *Filius vti proximior excludit fratrem à ſucceſſione feudi, niſi prædeceſſor ob feloniam feudum amiſerit: quia tunc vlterior excludit proximiorē, niſi ei Dominus fuerit gratificatus, & nu. 11.*

12 *Andr. verba ſuper glo. quæ Loffredo dubitationem iniecerunt, reaſſumuntur, & accuratè declarantur.*

15 *Agnati delictum in feudo antiquo an noceat agnato, obiter relatis opinionibus D. Author ſe remittit ad alibi per eum cumulata.*

16 *Prorex ad ſedandas contentiones, et tumultus pōt perſonas in carcerē contrudendas mandare, quæ & ſi poſteà in manus illius pacificantur, adbuc poterit pro iuſtitię cultu ſcelus admiſſum debitè vendicare.*

17 *Fęmina de iure cōi feudorum non ſuccedit in feudo, idemq. obtinet in eius filijs, & deſcendentibus, et diſpoſitionis rationes afferuntur; ſed de iure Reg. admittitur in defectum maſculorum, qui etiam in burgenſaticis præferuntur cum onere tamen dotandi ſorores de paragio, & nu. 18.*

19 *Hæcq. prælatio procedit etiam reſpectu bonorum maternorum ſecundum ſententiam Peritorum Regni veteri cōnſuetudine obuallatam aduerſus opinionē Andr.*

20 *Nec huiuſmodi prærogatiua fuit ab eodem iure cōi incognita, vbicunque feudum conceſſum reperiebatur, & maſculis, & fęminis.*

21 *Dominus non poteſt fęminæ gratiā facere, vt ſuccedat in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo in præiuditium agnatorum, & hæc eſt frequentiùs recepta ſententia.*

22 *Ad cuius confirmationē præ cæteris expenditur text. in cap. 1. ſi vaſſ. feud priu. ex quo aduerſaria Iac. de Beluiſ. opinio euertitur.*

23 *Nec ēt in feudo antiquo cum qualitate hæreditaria poterit gratiam facere poſt feudatarij obitum, idque optima fundatur ratione.*

24 *Poterit tamen in vita feudatarij, et ad illius petitionem hoc facere, et ibi de ratione.*

25 *Sed non ad inſtantiā filiæ nulla pręuia patris petitione, idque firmis rationum momentis ſuſtinetur, et innititur, & nu. ſeq.*

26 *Dominus directus feudatario inuito haud poteſt inueſtituræ formā alterare, cuius tenor eſt attendendus, & ſi cōfirmatoria abhorreat à prima inueſtitura, ad illius formam erit reducenda, & ita vſus forenſis admiſit.*

27 *Fęmina inſpectis terminis iuris cōis feudorum num ſuccedat in feudo materno; quæſtio hæc contrarias opiniones nacta eſt; ſed negatiuā, quæ fuit gloſ. & Andr. D. Author manifeſtiſſimo iure, & ſatis munitis*

munitis rationibus ſtabiliuit contrarijs faciliter confutatis, & nu. ſeqq.

28 *Feudum eius eſt naturæ, vt ad illius ſucceſſionem maſculi admittantur fœminis excluſis.*

29 *Conceſſio facta intelligitur, prout ius intelligit, & nu. 43.*

30 *Diſpenſatio ad vnum non protenditur ad aliud probibitum.*

31 *Venditione permiſſa non intelligitur conceſſa pignoratio, quæ eſt minor, ſi ambo ſint probibita ſecundum Andr.*

32 *Intereſſe voluntatis, ſi placet, vel diſplicet, attenditur in feudis.*

33 *Feudum ſuam innatam retinet naturam præterquam in expreſſis, illamq. aſſumit ex inueſtitura, & nu. 38.*

34 *Feudalis materia non eſt extendenda de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum ſecundum Andr.*

36 *Feudum fœmineum à materno in quo differat, multi ob ignorantiã horum terminorum in errorem rapti ſunt, ideo D. Author illos fuſè, & magiſtraliter declarat, & nu. 41. & 44. cum ſeqq.*

37 *Feudum licet ſit conceſſum naturali, vel ſpurio, nibilominus ab eius ſucceſſione repelluntur naturales, & ſpurij.*

39 *Feuda quo pacto dicantur naſci, viuere, & mori.*

40 *Feudum non aſſumit naturã à perſona Domini, cum apud eum nõ detur, nec à perſona conceſſionarij, cum ad libitum concedentis etiam ſeruus poſſit inueſtiri; ſed illam mutuatur ex lege inueſtituræ, quæ verſatur circa ſucceſſores, alienationem, & fidelitatem, & num. 42.*

45 *Fœmina licet ſuccedat in feudo fœmineo; vocatur tamen in defectum maſculorum.*

46 *Fœmina non debet eſſe magis priuilegiata, quàm maſculus. Hinc notabilis deducitur illatio.*

47 *Frater in feudo nouo non ſuccedit, niſi nominatim eſſet dictum in conceſſione, vel niſi frater illud emiſſet de communibus bonis com mune negotium gerendo cũ Domini ſciẽtia, vel vtriuſque nomine, quibus euentis feudũ vtrique acquiritur inſolidum, quæ omnia rectè declarantur, & nu. ſeqq.*

49 *Text. in cap. 1. de frat. de nou. benef. inueſt. explanatur.*

50 *Dominus non tenetur in vaſſallum alium recipere, quem ipſe nolit.*

51 *Feudum quod acquiratur vtrique fratri inſolidum, vel diuiſim, præ cæteris magni refert quò ad ſucceſſionem.*

52 *Feuda ſecundum Andr. non regulantur à diſpoſitione l. 1. C. ſi imper. liber. ſoc. ſin. bær. lib. 10. nec in eis babet locum ius accreſcendi ſecundum communem.*

53 *Aſſenſus Regis tacitus in Regno nõ ſufficit ſuper alienatione feudorũ, propter expreſſa verba Conſtitutionis conſtitutionem, quod ſecus eſt de iure communi.*

54 *Conſtit. præfata ingenioſè, & vltra alios limitatur, & declaratur.*

55 *Frater de iure Regni ſuccedit in feu do nouo, niſi conceſſio eſſet pro ſe, & bæredibus ex corpore; ſed quæ-*

ſtionis eſt, num ſtante huiuſmodi inueſtitura excludatur etiam à feudo empto de cōmunibus bonis, & geſto cōi negotio cum Domini ſcientia, & negatiuè concluditur ſatis munitis, & verisimilibus rationibus, & nu. 56. cum ſeqq.

57 *Expreſsio eius, quod tacitè ineſt, nil operatur.*

58 *Actus agentis non debet operari vltra, vel aduerſus illius intentionē.*

59 *L. non vnde originem C. ſi cert. pet. expenditur, & declaratur.*

60 *Succeſsio de iure communi feudorū protēditur inter transuerſales vſque ad ſeptimum gradum excluſiuè ſecundū opinionem Andreæ, quæ manifeſtiſsimis iuribus fundatur aduerſus communem.*

61 *In feudo ex pacto ſucceditur vltimo morienti, licet non iure hæreditario exploſa contrarium affirmantium opinione.*

62 *Succeſsio de iure Reg. nō datur inter collaterales vltimi morietis vltra tertium gradum, & per Capit. Ciuitati conceſſum vſq; ad quartum incluſiuè in deſcendentibus per lineam maſculinam; ſed quomodo gradus in biſce euentis ſit cōputandus, vel ſecundū ius ciuile, vel canon. remiſsiuè, et nu. 63.*

LECTIO IX.

1 SVmus in §. & quia vidimus, in quo tex. tractatur primordium conceſſionis feudorū, quomodo ad tps per annū, ad vitā, ad filios, & demum ad reliquos ſucceſſores feuda peruenerunt, cuius text. verba ſunt admodū cla-

2 ra, & ſic glo. ſuper text. ſed quia Loffr. & Moder. Add. in intellectu tàm gloſ. ſuper verb. frater, quàm etiam Andr. ſuper eadem gloſ. ſe inuoluerūt, declaremus gloſ. & demum theoricam Andr. ſuper ea.

3 Dicit gl. ꝙ frater fratri ſuccedit in feudo paterno, quādo ſine legitimo hærede deceſſerit, & legitimus hæres intelligetur, qui aliàs ab inteſtato eſſet ſucceſſu-

4 rus, & ppeà extraneus hæres non ſuccedet, licet inſtitutus, ſed frater à lege inueſtiturę vocatus ex principali prouidētia.

5 Subſequitur gl. per hæc verba, vnde intelligo fratrē fratri ſuccedere debere ex quacunque cauſa feudum amittat, dummodo culpari non poſſit is, qui ſuccedere intendit arg. ff. de interd. & releg. l. 3. ita tamen ſuccedit, vt ſi Dñm in aliquo offenderit, ei ſatisfaciat, alioquin tali beneficio indignus videtur.

6 Subſequitur gloſ. ſic ergo legitimus, veluti proximior fratrem excludit, hoc autem ita intelligitur, ſi fuerit maſculus, fœmina verò non ſuccedit in feudo, niſi ex pacto, &c.

7 Et demum gl. dicit, item hoc intelligatur, ſcilicet ſi non felonia prædeceſſor feudum amiſerit: nā tunc proximior expellitur, & vlterior admittitur, niſi Dominus gratificatus proximiori fuerit, & ei feudum conceſſerit, vt infra quemadmod. feud. ad fil. pertin. cap. 1. & inf. ſi vaſſ. feud. priu. cap. 1.

8 Glo. hæc eſt ſatis admodum clara, nam dixit primò, ꝙ frater ſuccedit fratri in defectum legitimi hæredis, qui ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, & declarat, quare præfertur fratri: quia proximior, & intelligitur de filio maſculo, non de fœmina.

9 Dixit ſecundò, ꝙ frater decedēs, & extraneum hæredem inſtituens, licet ille dicatur legitimus hæres, tamen non ſuccedit in feudo: nā intelligitur hæres legitimus, qui aliàs ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, ita ꝙ fratre decedente ſine filijs, frater ei ſuccedit, licet alio hærede inſtituto, ꝙ quomodo procedat etiā in feudo hæreditario, & an ſaltem debeatur æſtimatio, tractabimus in repet. text. in c. 1. de ſucceſſ. feud. vbi eſt ſua materia.

10 Dixit tertiò, ꝙ frater ſuccedit fratri in feudo paterno ex quacunque culpa, frater

frater feudum amiſerit, ita quod non ſolum per mortem; ſed etiam per delictũ, quod limitat, & ampliat; primò limitat, ſi qui ſuccedere intendit, non ſit in culpa, & ſublimitat, niſi paratus ſit Domino ſatisfacere, ſi in aliquo illum offenderit.

11 Ampliat, quod & ſi ſupra dixerit, qđ filius tanquam proximior excludit fratrem, vt non procedat, quando frater felonia feudũ amiſit ibi in verſ. item hoc, nam tunc dicit gloſ. quod proximior excluditur, atque repellitur, & vlterior admittitur, niſi Dominus gratificatus ei fuerit.

Apparet ex his, quod gloſ. eſt admodum clara, nec interpretatione eget, & firmat opinionem, quod ob feloniam deſcendentes feudo priuentur; non autem agnati, verùm quod Dominus poteſt deſcendentibus gratificari, de cuius veritate infra tractabimus.

12 Andr. pariter ſuper gloſ. ſi attentè legatur, apparebit, eius lecturam nullam habere difficultatem, cuius verba ſunt infraſcripta.

Quod autem dicitur in gloſ. quæ incipit, ſic ergo frater fratri ſuccedit, quod frater ſuccedit ex quacunque cauſa, vel culpa feudum amittat, dummodo culpari non poſſit, qui ſuccedere intendit; de alia culpa, quàm de felonia in Dominum intellige gloſ. vt ſequitur circa finẽ gloſ. ſed alij dicunt idem etiam tunc in feudo paterno, vel dato eo pacto, vt frater ſuccedat, vt ſi culparet contra Dominum per feloniam, nihilominus ad fratrem pertineat: quia delictum vnius non debet nocere alteri.

Patet igitur verba Andr. ſuper gloſ. eſſe admodum clara: nam intelligit gloſ. loqui in ſucceſſione fratris, quando ipſe non eſt culpatus, & rurſus, quod dùm gloſ. dicit, vt frater ſuccedat in caſum amiſſionis feudi propter quamcunque fratris culpam, quodq; felonia fratris licet priuet filium non priuet fratrem, intelligit enim Andr. gloſ. quando felonia non eſt in Dominum; ſed propter aliam culpam, & ſic non eſt locus dubitationi Loffredi, nec Modernorum Addentium, quod optimè declaratur ex verbis Ardiz. in ſua Summa in tit. de ſucc. feud. in verb. item ſi dixerit Dominus cart. mihi 171. quem indiminutè allegauerunt ſupradicti Moderni, qui ſi eius verba ponderaſſent, omnia erant plana, verba enim Ardiz. ſunt infraſcripta.

Vnde Pileus intelligit fratrem fratri ſuccedere debere ex quacunque cauſa feudum amittat, niſi ex delicto commiſſo in Dominum, dummodo etiam culpari non poſſit is, qui ſuccedere debet, & ita demum ſuccedit, ſi Domino ſatisfaciat, ſi in aliquo Dominum offendit. 181

Ex qua Ardiz. doctr. recipit intellectũ doctr. Andr. & ſic pariter firmatur intellectus gloſ. per Andr. datus, & nullus remanet dubitationi locus.

Ex gl. plures ſumuntur concluſiones.

13 Prima, quod extraneus hæres nõ ſuccedit, & hęc eſt omnium communis: quia in feudis nulla valet defuncti diſpoſitio, dicit text. in cap. 1. de ſucc. feud. ibi nulla diſpoſitione defuncti valente, vel manẽte, vt hic per Andr. col. fin. in princ. & rationem rationis reddit gloſ. quia potiùs principali prouidentia feudum ad fratrẽ peruenit, quàm iuditio vltimi decedentis, quod procedit non ſolum in feudo ex pacto non hæreditario; ſed etiam hæreditario: quia ſemper requiritur qualitas ſanguinis primi acquirentis, vt dicemus in repet. d. cap. 1. de ſucc. feud. & in hoc eſt prouidentia concedentis.

14 Secunda, quod in feudo paterno frater fratri ſuccedit filijs non exiſtentibus: quia dicit Andr. quod nõ eſt locus lineæ Collaterali, quando adeſt linea deſcendens, qui allegat text. in cap. 1. de grad. ſucc. in feud. vbi eſt caſus; in feudo nouo quando, & quomodo ſuccedat, dicemus in gloſ. ſeq.

15 Tertia, quod frater ſuccedit ex quacunque culpa, frater feudum amiſerit, ꝙ ſecundum Andr. poſt Ardiz. intelligitur de culpa, non in Dominum, ſecus ſi felonia fuiſſet contra Dominum, & ſic pariter hic Aluar. quæ quæſtio, an delictum agnati in feudo ex pacto antiquo noceat agnato, non eſt præſentis ſpeculationis,

tractabimus latè de ipſius veritate in repet.cap. 1. ſi vaſſ.feud.priu.gloſ.ſunt cōtrariæ Andr. tenuit æquiorem opinionē eſſe pro agnato; ſed communis eſt cōtra agnatum, de quo latius ibi diſcutiemus Deo dante, & quid de culpa in alienando, propter quam dicitur Dominum cōtemnere, an dicatur culpa in Dominum, & ſit etiam agnatus priuandus, latiùs tractabimus infra in repet.cap. 1. de ſucceſſ.feud.

6 Quarta concluſio, quod agnatus vt ſuccedat, nō debet eſſe culpa notatus, niſi paratus ſit Domino ſatisfacere arg.text.in cap.inſuper de proh.feud.alien.per Frid. vbi Andr.nu.56. dixit, quod ponit ſe in manus Domini, qui poteſt illum punire, ſicut poteſt Iudex pace facta, & eo ſibi reconciliato relegando extra Prouinciā, vel Terram Domini, quod notetur dum Prorex ad ſedandas diſcordias, & tumultus carcerat perſonas, & demum remiſſę in manus illius paciſcuntur, & nomine Regio Secretarius Regni recipit promiſſiones de pacificè viuendo, & de non ſe offendendo altrinſecus pro ſe, & adhærētibus; hoc enim non tollit, quin poſtea Prorex pro cultu iuſtitiæ procedere habeat ad debitam punitionem, licet mitius, vt ibidem per eundem Andr.

17 Quinta concluſio, quod fœmina deſcendens iure communi feudorum non ſuccedit, vt infra in §.hoc autem notandum, & reddit rationem Andr.ibi, quia pugnare non poteſt, & non ſolùm filia non ſuccedit; ſed nec eius filij, dicit text. tanquam deſcendentes ex ſtipite, & medio inhabili, quod habent repreſentare;

18 quod in Regno non procedit per Conſti.in aliquibus, per quam habilitatus eſt fęmineus ſexus in defectum tamen maſculorum, & tunc non ſuccedit ea ratione: quia non poteſt pugnare; ſed quia præfertur maſculus fęminæ, qui ſolus ſuccedere debet ſecundum Andr. hinc non ſolum in feudis; ſed etiam in burgenſaticis ſunt maſculi fęminis prælati per prędictam Conſtitutionem, cum onere ta-

19 men dotādi ſororem de paragio, & vtrū prælatio inducta per prædictam Conſtitutionem habeat locum etiam in bonis maternis, opinio hodie non eſt diſputabilis ſecundum Peritos Regni, & conſuetudinem iam inueteratam, licet Andr. contrariam tenuerit opinionem, & hoc

20 iure vtimur, quæ prælatio eſt etiam de iure communi, quotieſcunque feudum conceſſum reperitur maſculis, & fœminis: nam intelligentur vocatæ in defectū maſculorum, dicit text.elegans in §.filia verò dē ſucc.feud.& hæc eſt communis.

21 Hæc concluſio limitatur ſecundū glo. niſi Dominus gratiam fecerit, vel ipſa à Domino redemerit, aut conceſſerit in remunerationem ſeruitiorum patris, quę allegat text.in cap.1.ſi vaſſ.feud.priuet. quod intellige in feudo nouo: nam aliàs ſi eſſet paternū ſcilicet ex pacto, & prouidentia, nō poſſet in præiuditium agnatorum, Andr.in d.cap.1.quemadm.feud. ad fil.pertin.& hæc eſt communis ſecundum Aluar. ibi, & in hoc cap.noſtro poſt Bald.ex reg.text.in cap.1.de alien.feud. pat.ibi nec in filiam, vbi Andr. & decla-

22 rat in indiuiduo text.in d.cap.1.ſi vaſſ. feud. priu. loquens in filio delinquentis, quod ob patris delictū feudo veniat priuādus, cuius tex.infraſcripta ſunt verba. Vaſſalli feudum delinquentis, licet ad agnatos quandoq; pertineat; filius tamē ad id nullatenus aſpirabit, niſi id iterum à Domino licitè acquirat, ſibi gratiam faciente, verbi gratia ſi non ſunt alij ex latere, quibus aperiatur.

Ex quo text.cōfunditur, quicquid dixit Iac.de Beluiſ.in d.cap.1. prout benè confutat Aluar.& vt dixi, hæc eſt communis, quod elegāter ibi Bald.declarat, & reſpondet ad verbum parentibus, quod ex aduerſo ponderatur, & idem in feudo paterno, quando ex qualibet cauſa ad Dominum reuertitur, latè Curt.in tract. feud.3.par.nu.4.poſt Ardiz.in ſumma in tit.de ſucc.feud.cap.137.

23 Sed ſi feudum eſſet antiquum, verum cum qualitate hæreditaria, ita quod vnuſquiſque ſucceſſor habere deberet, vt hęres defuncti, an tunc in eum caſum Dominus gratiam facere poſſet, vt filia ſuccederet, loquendo de iure cōi feudorum,

per

per quod fœmina eſt excluſa: nam de
iure Regni fœmina deſcendens, ſi eſſet
ſola,ſuccederet, & gratia aliqua non in-
digeret.

Dico, quod aut Dominus vult facere
gratiam poſt mortem feudatarij, & non
poteſt: quia ius ſucceſſionis eſt iam ac-
quiſitum hæredibus, & nil facit ad caſũ
qualitas hæreditaria reſpectu Domini:
quia ſiue feudum ſit ex pacto,ſiue hęre-
ditarium, ſemper maſculus agnatus ſuc-
cedit,& eſt prælatus fœminę,quam dum
Dominus vellet habilitare ad ſucceſſionẽ
iam acquiſitam agnato, tolleret illi ius
acquiſitum, quod minimè facere poteſt.
24 Si autem Dominus gratiam faceret in
vita defuncti,& ad illius petitionem an-
te ſucceſſionem agnatis delatam, & vti-
que facere poteſt: quia in vita defuncti
nullum ius habent ſucceſſores in feudo
hæreditario, & ſicut defunctus potuiſſet
alienare cum Regis aſſenſu, ſic pariter
potuit impetrare ſucceſſionem filiæ nullo
exiſtente iure formato agnatorum.
25 Aut verò Dominus vult gratiam face
re ad inſtantiam filiæ, vt poſſit ſuccede-
re patri, non obſtãte legis prohibitione,
nulla præcedẽte patris petitione,aut ali-
quo conſenſu, & minimè facere poteſt:
26 quia eſſet alterare formam inueſtituræ,
& poſt factam feudi conceſſionem nihil
poteſt facere directus Dominus in præ-
iuditium, aut contra voluntatem feuda-
tarij vtilis Domini, qui ob conſeruatio-
nem bonorum in familia vult ſucceſſio-
nem maſculorum,& non fœminarum, in
quo ſunt regulæ,&communes deciſiones
Doctorum ſatis vulgatæ,quod tenor in-
ueſtituræ eſt attendendus,ab eo non po-
teſt recedi vaſſallo inuito,imò inueſtitu-
ra confirmatoria facta ſub alia forma eſt
cancellanda,& reducenda ad primam
inueſtituræ formam,vt practicatur,& tã-
dem vtile dominium eo modo,vt cõceſ-
ſum reperitur,non eſt alterandum,& na-
tura aſſumpta circa ſucceſſionem ex pri-
ma inueſtituræ forma eſt attendenda, &
minimè alteranda, & poſt conceſſionem
factam nil poteſt directus Dominus face-
re in præiuditium vtilis Domini, Andr.
in Conſtit.Reg. honorẽ noſtri diadema-
tis, & quæ latè habentur in lib.de pote-
ſtate Proregis in tit. de diuerſ.prouiſ. in
cap.de reformat.inueſt.fol.516.
27 Secundò, gloſ.tangit limitationem,vt
fœmina ſuccedat,ſi feudum eſt maternũ
ſecundum quoſdam, licet videatur con-
trarium per text.in cap.1.de benef.fęm.
vbi eſt caſus,& ſic gloſ. videtur reſidere
in hac vltima opinione:nam text.in cap.
1.de benef.fęm.eſt admodum clarus re-
probata ibi opinione Oberti,& Gerardi,
vbi etiam gloſ. requiritur enim pactum
ſpetiale,quod firmat hic,& ibi Iſern.mi-
litante ſecundum eum eadem ratione
de iure communi conſiderata, ꝙ fęmina
non poteſt pugnare,& ſi gratia fuit facta
matri, non extenditur vltra illius perſo-
28 nam,& intelligetur feudum ei conceſſũ
iuxta feudi naturam,quæ eſt de iure cõ-
muni, vt in eo maſculi, & non fœminæ
ſuccedant ad text.in §. & ſi clientulus de
29 alien.feud. & prout ius intelligit acqui-
ſitio,& conceſſio intelligitur, dicit ſæpè
ſæpius Andr.ex reg.text. in l.ſi cui ff.de
ſeru.& ideò hac ratione attẽta dicit An-
dr. ꝙ ſi pater redemiſſet feudum à Do-
mino,nec etiam tunc in eo fœminæ ſuc-
cedent: quia videtur cogitaſſe iuxta iu-
ris diſpoſitionem,ſucceſſionem maſculo-
rum,& non fœminarum,quæ regulariter
à feudorũ ſucceſſione repelluntur,vtrun-
que eſt prohibitum, & ſuccedere matrẽ,
& ſuccedere filiam, & omne fœmineum
30 genus, ergo diſpenſatio ad vnum non
extenditur ad aliud prohibitum,& ita
31 arguit Andr.in cap.imperialem de pro-
hib.feud.alien.per Frider.in quæſtione
illa, ſi permiſſa venditione intelligitur
permiſſa pignoratio, quod eſt minus, &
concludit minimè permiſſam:q̃a vtrunq;
eſt prohibitum,ſcilicet vendere,& pigno
32 rare, vt ibi nu.6.& in feudis,vt ibidem
per Andr.conſideratur intereſſe volunta-
tis,ſi placet,vel diſplicet,& hæc fuit opi-
nio gloſ.in d.cap.1.de benef.fœm. quic-
quid dixerit ibi Præpoſ.poſt Iac.de Belu.
& Bald.& cæteros,qui fatẽtur hanc opi-
nionem de iure veriorem;ſed aliã ęquio-
rem,quam dicunt eſſe communem,vt per
Aluar.

Aluar.& Præpoſ.ibidem;ſed Afflict.dicit opinionem Andr.& gloſ.veriorem,& cõmunem,loquendo de iure communi feudorum,non autem in Regno, in quo habilitatus eſt ſexus fœmineus, & erronea eſt illa ratio, in qua potiſſimè fundatur opinio cõtraria,dum præſupponitur feudum recepiſſe qualitatem fœmineam ſtatim, quòd fœminæ fuit conceſſum, & hæc qualitas in eſſe producta debet perdurare;negatur enim hoc aſſumptum, natura enim feudorum eſt,quod fœminę non ſuccedant, & propterea dum fœminæ conceditur, in hoc non eſt alterata ſucceſſio;ſed diſpenſata conceſſio, quæ à Domino poteſt cuicũque ad libitum fieri, aliud enim eſt, quod quis habilitetur ad acquiſitionem feudi, fiatq; illius capax, & aliud, quod in feudo ſuccedant perſonæ,quæ ſecundum feudorum naturam ſuccedere non poſſunt, & ſi in con-
33 ceſſione eſt alterata natura feudi, in reliquo remanebit in ſua propria qualitate,& eſſentia iuxta diſpoſitionem text.in cap.1.vbi Scrib.communiter de feud.nõ hab. propr. nat. feud. quæ latè diſcurrit Io. Thom.de Marin.in tit.de feud.non hab.propr.nat.feud.num.6. fœmina fuit habilitata ad poſſeſſionem feudi, quod acquiſiuit pro ſe, & hæredibus, ex hac cõceſſione, & ex hac inueſtitura feudum aſſumit ſuam naturam ſecundum Bald.in prælud.& in cap.1.de duob.fratr.circa ſucceſſionem,quid igitur commune conceſſio facta fœminæ cum ſucceſſione hæredum huic fœminæ, ergo alteratio ex inhabilitatione facta in concedendo fęminæ non extenditur ad alias perſonas inſucceſsibiles, quæ eſſe debent, quæ ex lege inueſtituræ, & quæ ſecundum leges feudorum ad ſucceſsionem ſunt vocatæ,
34 eſſet enim extẽdere materiam feudalem de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum,quod iura prohibent ſecundum Andr.in eodem cap.imperialem,eſſet,qđ diſpenſatio facta vni extendatur ad plures, & quod de ſtillicidio flumen fiat,& ratio, quæ potuit mouere concedentem ad concedendum huic fœminæ,non mi-
35 litabit in alijs, & vt ex text. noſtro apparet, diuerſæ fuerunt factæ gratiæ in feudis,& primordialiter circa conceſsionem,quæ erat per annum,poſtea in vita, & poſtea ad certos ſucceſſores,Rex concedendo facit gratiam eo ipſo,quod cõcedit,& in hoc effectus gratiæ eſt conſumatus, dum demum tractamus de ſucceſsione,hæc eſt alia gratia,vnde non ex eo:quia facta fuit gratia, vt fœmina habeat feudi conceſsionẽ,ſequitur ex hoc, ꝙ circa ſucceſsionem aliæ fęminæ habebũt habilitationem: quia diuerſum,quia aliæ perſonæ,quia non cognitæ, quia inhabiles,& contra naturam feudorum, quæ natura tantum in expreſsis,& non in alio non expreſſo alteratur, & ſi iura, & Doct.dicunt, quod, fœmina vt ſuccedat,oportet,hoc eſſe ex pacto expreſſum in inueſtitura,quomodo dicere volumus, quod abſque pacto contra naturam feudorum,& iuris præſcriptionem ex acquiſitione genericè facta fœminæ ſuccedãt ea ratione:quia fœmina acquiſiuit,aliud
36 enim eſt eſſe feudum fęmineum,& procedit text.in cap.1. de nat.ſucc.feud. & aliud feudum maternum,& vnum differt ab alio, & propriè fœmineum dicitur, quando eſt naturæ,vt in eo fœminæ ſuccedant,maternum verò,quod per matrẽ acquiſitum eſt,vt declarat Capyc.in ſua inueſti.in verb.fœmineum feudum, & in hoc conſiſtit deceptio Scribentium, qui confunderunt terminos feudi materni,& fœminei,idem diſtinctim declarat Alua. in prælud.in 7. & 8.diuiſ. & ibi Præpoſ. vbi feudum maternum dicit eſſe illud, ꝙ primò fuit acquiſitum per fœminam, & allegat text.in cap.1.de benef.fœm.fœmineum verò,quod per pactum ad fęminas tranſit,ergo vbi non eſt pactum,non eſt feudum fœmineum,& ceſſante pacto remanet acquiſitio facta per fœminam feudi,quæ intelligenda eſt ſecundum regulas,& naturam feudorum, quæ aliter alterata circa ſucceſſores nullo modo reperitur, ex quibus verior videtur opinio gloſ.& Andr.& text.in d.cap.1.de feud. fœm.vltimam opinionem ponit contra Obertum,& Gerardum,& pro ea arguit, ergo illam firmat ſecundum iuris regulas,

las, & hanc opinionem tenuit originaliter pater feudorum Ardiz.in ſumma ſua in tit.de ſucc.feud.cap.137.verſ.ſed dubitatur,& eleganter, & latè articulum ad partes diſputando Minad. in repetit. Conſtit.in aliquibus in princ. nu.9. qui allegat Paridem de Put.in tit.noſtro eãdem tenuiſſe opinionem,& Laud.hic ſequitur opin.Andr.nu.27.& Io.Thom.de Marin.in tit.de feud.fœm. nihil firmat; ſed tantum ponit opinionem,& idem Intrigl.cent.2.de feud.art.2.nu.72. cum ſeq.& ſic pariter Capyc. in ſua inueſtit. in verb.maternum feudũ recitat opiniones,ita quod non eſt mirandum,vt facit Piſtor. in ſuis quæſtionibus feud. tom.3. q.34.ſi Affl.dixerit communem eſſe cum Andr. ponderando auth.gloſ.Ardiz.Parid.& aliorum, & licet Piſtor dicat opinionem contrariam communem,quam ipſe ſequitur,& diſputat longioribus cõmentarijs opin.Minad. & intellectũ tex. in d.cap.1.de benef.fœm.& in cap.1.de nat.ſucceſſ.feud.apparet ex præallegatis vnico verbo omnibus reſponſum, non adhærẽdo intellectui Minad. & aliorum, quem dant prædictis iuribus;ſed firmiter inſiſtendo,quod aliud ſit eſſe feudum fęmineum, & aliud maternum, & in hac confuſione horum terminorum conſiſtit cardo,& fundamentum diſputationis Piſtoris:nam ſi feudum fœmineum verè illud eſt, quando conceſſum reperitur ſub natura, quod fœminæ ſint ſucceſſibiles; maternum verò,quando ſimpliciter matri eſt conceſſum pro hæredibus, & ſucceſſoribus, & aliud eſt ius acquiſitionis,
37 & aliud ius ſucceſſionis,ſicut ſi conceſſum eſſet feudũ naturali,ſeu ſpurio, quis enim dicet,quod propterea naturales,& ſpurij erunt ſucceſſores: nam non ex eo, quia fuit ex conceſſione habilitatus naturalis ad acquiſitionem feudi,& in hoc natura impropriatą erat,propterea habilitati erunt alij ſucceſſores inhabiles ad
38 ſucceſsionem,& regula illa indubitata, quod feudi natura impropriata non intelligitur, niſi in expreſsis, & in reliquo remanet feudum in ſua propria natura, hæc inquam regula confunderetur, & ſi admitteremus ſucceſsionem filiæ,ſequeretur, quod feudo in vno alterato remaneret in omnibus alteratum,quod eſt fal
39 ſum, vt ſupra demonſtrauimus, feuda enim,vt aliàs diximus,naſcuntur,viuunt, & moriuntur,naſcunrur,dùm conceduntur,viuunt, dum in ſucceſſores propagãtur,& moriuntur,dùm Domino aperiuntur, quid enim commune ortus cum vita, & propagatione ſucceſſorum, & proptereà diuerſi ſunt tituli acquiſitionis,
40 & ſucceſsionis feudorum,& notetur,penes Regem, ſeu Dominum non dari feudum, & conſequenter nec naturam, nec ſucceſsionem feudi, dum poſteà fit conceſsio in feudum,nõ aſſumit feudum naturam à perſona,cui conceditur, cum illa ſit ad libitum, & ideo dicit text. in c.1.§. ſed & res ver. perſonam per quos fiat inueſtitura,perſonam verò inueſtituram accipientis non diſtinguimus: nam etiam ſeruus inueſtiri poteſt,& ibi declarat Andr.& in verb. fœminam, nec Dominus habet regulam, aut normam, cui concedere debeat; ſed de re ſua poteſt diſponere,vt meliùs ſibi viſum fuerit,ſumit igitur naturam conceſsio ex lege inueſtituræ,& ex forma cõceſsionis,quæ conſiſtit circa ſucceſſores, & circa alienationem,& fidelitatem, quæ concernũt ipſum feudum, & non tangunt qualitatẽ perſonæ acquirentis, & hoc dicit hic in ſpetie Andr. ibi: nam ſi mater habuiſſet ex pacto, ſiquidem pactum fuit generale, vt fœminæ in illo feudo ſuccedant, ſuccedat filia, & quælibet, vt neptis, & deinceps ex prouidentia primi paciſcentis, non iſtius, cui ſucceditur, ſicut dicitur in feudo paterno,quod ex prouidentia defertur, & ex vi pacti, ſi igitur feudo in eſſe deducto per conceſsionem, & inueſtituram ex hoc deriuatur aſſumptio naturæ feudi, & inter naturalia eſt qualitas ſucceſſorum: quia ante conceſsionẽ non poteſt de natura tractari, ſi feudum non eſt adhuc in mũdo,& non entis nul-
41 læ poſſunt eſſe partes,ſequitur perneceſſe dicendum, quod ex conceſsione ſimpliciter fęminæ facta non ex hoc effectũ
42 eſt feudum fœmineum:quia feudum nõ

aſſumit

aſſumit naturam à qualitate conceſsio-
narij; ſed à qualitate inueſtituræ,ergo ſi
inueſtitura aliud non continebit, quàm
43 cõceſsionem ſimplicem pro hæredibus,
& ſucceſſoribus,intelligetur prout ius in-
telligit, quod minimè fœminæ ſuccedãt:
quia ſic eſt ſtatutum, vt maſculi, & non
44 fœminæ ſint in feudis ſucceſſores,& ad-
uertatur ad aliam notabilem pondera-
tionem:nam iura omnia minimè tractãt
de perſona feudũ acquirente in hac ma-
teria ; ſed de tranſitu ad ſuceeſsionem,
an fœmina ſit ſucceſsibilis,vt in cap.no-
ſtro,in §.hoc autem notandum in cap.1.
de benef.fœm.in cap.1. quemadm.feud.
ad fil.pertin.vbi gloſ.& ſic Andr.Aluar.
Præpoſ.& omnes,dum quærunt,quod ſit
feudum fœmineum,reſpondent illud,qđ
per pactum tranſit ad fœminas,& ſic de
tranſitu, & non de acquiſitione tracta-
tur, & ſic non concurro cum opinione
tenentium, quod in feudo fœmineo fœ-
minæ non ſuccedant : quia tunc milita-
bunt rationes de aſſumptione naturæ, &
45 reliqua per Doct.conſiderata, & fœmi-
neum intelligo,quando eſt facta conceſ-
ſio,vt hæredes maſculi, & fœminæ ſuc-
cedant, & habet hoc interpretationem
in defectum maſculorum, quod ſic de-
clarat Andr.in d.cap.1.de nat.ſucc.feud.
nu.9.verſ.item niſi eſſet fœmineum ; ſed
teneo conſtanter, quod feudum fęminæ
ſimpliciter conceſſum non ſumat naturã
à perſona,cui conceditur; ſed à qualita-
te conceſsionis,& conſequenter ſi non
adeſt alterario illa,regulabitur iuxta le-
ges feudorum, quæ fęminas à ſucceſsio-
46 ne feudorum repellunt:nam vt benè di-
cit Andr.noſter,non debet habere maius
priuilegium fęmina, quàm maſculus,cui
ſi feudum fuerit conceſſum,maſculi tan-
tum ſuccedunt,& nõ fęminæ,ergo idem
in fęmina, quæ ex conceſsione ſibi facta
fuit habilitata, ſicut maſculus in acqui-
ſitione feudi, & ſic illius conditionem
ſortiri debet.

47 Gloſ.in verb.nominatim limitat text.
in verb.ſin autem, qui diſponit, ꝙ frater
non ſuccedit fratri in feudo nouo, & ſi
communiter feudum à Domino accepe-
rint,niſi hoc nominatim ſit dictũ, & tali
caſu ſuccedet hærede legitimo non reli-
cto:nam ſi frater filio ſuperſtite deceſsiſ-
ſet,filius, & non frater ſuccederet.

48 Limitat igitur gloſ. text. niſi feudum
emptum fuerit de communibus bonis cũ
inſimul ſtarent, & Domino ſciente,alle-
gat text.in cap.1.de benef.frat.& reſpõ-
49 det ad text.in cap.1.de frat.de nou.be-
nef.inueſt.vt loquatur, quando Domino
ignorante de communi pecunia feudum
fuerit emptum,& ſic procedit ratio illius
50 text. ne fortè Dominus inuitus habeat
in vaſſallum alium, quàm ipſe velit,& ꝙ
dicitur, cum inſimul ſtarent, intelligitur
maximè,dicit gloſ.in d.cap.1. de benef.
frat.quam ſequitur ibi Andr.ſed ſufficit,
quod ſit emptum de communibus bonis
Domino tamen ſciente, & hoc eſt, dicit
Andr.in d.cap.1. plus requiritur in feu-
dis : quia non ſufficit emere de commu-
nibus bonis,vt docet gloſ.in d.cap. 1. de
frat. de nou.benef.inueſt. in verb.acqui-
ſierint;ſed commune negotium gerendo
cum Domini ſcientia,ratione,de qua ſu-
pra,ne habeat in vaſſallum alium,&c. &
51 notat Andr.ibi in d.cap.1.de benef.frat.
duos eſſe caſus, vel emere de communi-
bus bonis negotium commune gerendo
cum ſcientia Domini, vel vtriuſque no-
mine,in vtroque enim caſu feudum vtri-
que acquiritur inſolidum,& frater fratri
ſuccedit,vt dicit text. nam ſi frater fra-
tri non ſuccedit in feudo nouo, & iura
limitant, quando de communibus bonis
cõmune negotium gerendo,vt tunc fra-
ter fratri ſuccedat, & æquiparant tunc
caſum cum caſu, quando vtriuſque no-
mine feudum eſt emptum,ergo inſolidũ:
quia ſi diuiſim vnuſquiſque acquiſiuiſ-
ſet,eſſet penes quemcunque nouum feu-
dum,& alter alteri nõ ſuccederet, etiam
ꝙ infeudatio eſſet vtrique facta ſecundũ
52 Andr.quia in feudis ſecundum eum non
habet locum text. in l. 1. C.ſi imperial.
liber.ſoc.ſin.hær.lib.10. Andr. in cap.1.
de duob.frat.de benef.inueſt.& idem di-
cit in cap.1. de duob.frat.à Cap.inueſt.
latè Curt.2.par. verb.tertia principalis,
verſ.cadit dubitatio,& communis eſt,qđ

non

non habeat locum ius accreſcēdi, vt ibi, & ſi non eſſet acquiſitio in ſolidum, nil iuuaret etiam feudum de communi pecunia acquiſitum, cum de hoc non poſſet operari, niſi quò ad portionem pecuniæ fratris, non autem quò ad ſucceſſionem alteri fratri reſpectu ratę feudi empti de illius pecunia, in qua portione tanquam propria nil commune habebat alter frater, qui prætendit ſucceſſionem, & vt diximus gloſ. Andr. & omnes concludunt, nil deſeruire feudum etiam emptum de communi pecunia, niſi qui emerit communi nomine, fecerit Domino ſciente, & etiam ſi non de communi pecunia; ſed vtriuſque nomine, & ſic non iuuat inueſtitura iunctim facta, & propterea non habet locum text. in d. l. 1. C. ſi ſoc. imper. liber. ſed requiritur animus acquirentis cum Domini ſcientia, & non diſcretè; ſed inſolidum, hinc text. æquiparat hunc caſum cū caſu, quando per pactum in inueſtitura eſt dictum, quod frater fratri ſuccedat, vnde cum non ſit per viam iuris accreſcendi, nec per reg. text. in d. l. 1. non ex eo, quia Dominus vtroſque infeudauit, ſequitur perneceſſe, quod oportet intelligere, quod acquiſitio fuerit facta inſolidum, & eo animo cum Domini ſcientia, & ſic intelligatis vos gloſ. Andr. & Scrib.

Sed quæſo notetur aliud: nam tex. dicit, quod frater fratri non ſuccedit in feudo nouo, licet cōmuniter acceperint, niſi nominatim ſit dictum, & æquipollet huic nominationi ſcientia tantum Domini, quod de communibus bonis commune negotium gerendo, vel quod frater nomine vtriuſque acquiſierit, & ſic nominatim dicitur feciſſe, licet ex ſcien-
53 tia tacitus conſenſus oriatur, tamen in Regno in terminis Conſtit. conſtitutionē diu. mem. dicimus communiter tacitum aſſenſum non ſufficere ſuper alienatione feudorum; ſed requiri expreſſum propter verba Conſtit. ibi, niſi de expreſſa noſtra licentia.

Camer. in repet. cap. imperialem cart. 65. à terg. verſ. prima igitur concluſio latè examinat articulum; ſed iure communi tacitus conſenſus ſufficit, quid de iure Regni, & arguit in terminis noſtræ quæſtionis, vbi videri poterit: nam benè loquitur, & vos dicatis, quod caſus in materia feudali eſt expreſſus, vt conceſſio ſucceſſionis inducatur per ſolam ſcientiam, quę æquipollet, imò eſt caſus maior, dum tractatur tantū de aſſentiendo alienationi feudi alterius, & dum de ſcientia tantum tractatur, nulli dubium, quod tacitus eſt conſenſus reſpectu Regis, & propterea teneo opinionem de iure cōi
54 pro indubitabili, & rurſus, quando in Regno frater fratri non ſuccederet in feudo nouo, tenerem eandem opinionē: quia Conſtit. conſtitutionem diu. mem. tractat ſolùm de alienatione feudatarij iuris ſui, in quo requiritur expreſſa Domini licentia; ſed quando Dominus inueſtit, & concedit, eſt alius caſus, in quo non loquitur Conſtitutio, & conſequenter ſi nil eſt in Regno diſpoſitum, remanet tunc ſub diſpoſitione iuris communis feudorum, ita quod ſemper quod caſus accideret, decidēdus eſſet ſecundum iura præfata, quod menti teneatis: nam alibi non reperietis tactum.

55 Sed hæc diſputatio in Regno videtur ceſſare: nam ſecundum communem interpretationem, vt latiùs hic per Afflict. frater fratri ſuccedit in feudo nouo ex verbis expreſſis Conſtit. vt de ſucceſſ. niſi inueſtitura eſſet pro ſe, & hæredibus ex corpore, vt per Andr. & cæteros Scribentes in eadem Conſtitutione.

56 Sed videamus, an etiam, quod ſit inueſtitura pro hæredibus ex corpore, vigeat limitatio, de qua ſupra, vt frater ſuccedat fratri, dùm de communibus bonis, peracto communi negotio cum Domini ſcientia feudum fuerit acquiſitum, & licet videatur quodamodo abſonum, teneo conſtanter, fratrem ſuccedere non obſtāte quod inueſtitura ſit pro hæredibus ex corpore præſuppoſito præcedenti fundamento, quod inueſtitura, ſeu acquiſitio intelligatur facta in ſolidum acto communi negotio cum Domini ſciētia, ſi enim lex interpretata eſt inueſtituram, in qua frater fratri ſuccedit, vt intelligatur

190

tur non exiſtente hærede ex corpore, vt
in text. noſtro expreſsè cauetur, igitur
dum hæc inueſtitura ſit fratri, qui ac-
quirit de cōibus bonis, agendo commu-
ne negotium cum Domini ſciẽtia,& ac-
quiſitio, & conceſſio intelligitur inſoli-
dum,ſequitur, quod acquiſitio eſt facta
etiam pro fratre, & expreſſio pro hære-
57 dibus ex corpore eſt expreſſio eius, qđ
tacitè inhæret, quod nihil operatur ad
text.in l.3.de leg.1.ſtante voluntate ac-
quirentis, & inueſtientis, quæ fuit ſtante
communione bonorum acquirere, & in-
ueſtire fratres inſolidum, & vnum alteri
facere ſucceſſorẽ deficiente altero abſ-
que legitimo hærede, quod intelligitur
de maſculo deſcendente, & eſſe bona
communia, velle pro fratre inſolidum
acquirere,& velle Dominum concedere,
hæc omnia interpretantur inueſtituram
etiam pro hæredibus ex corpore, quate-
nus illi adfuerint mortis tempore: nam
aliàs eſſe bona communia,vel de commu
ni pecunia feudum acquiſitum non de-
ſeruiret,voluntas acquirentis operaretur
contrarium effectum,& Domini ſcientia
58 inutilis redderetur, & actus non debet
operari vltra, ſeu contra intentionem
agentium ad text.in l. ſi quis nec causã
ff.ſi cert. pet. cumq́; idem operetur hæc
inueſtitura,ac ſi per pactum dictum eſſet,
quod frater fratri ſuccedat in feudo no-
uo,igitur ſi hoc habetur pro expreſſo,li-
cet dicatur pro hæredibus ex corpore,
oportet interpretari modo, quo ſupra;
quatenus hæredes ex corpore reperian-
tur tempore mortis, ſi habetur, ac ſi di-
ctum eſt,concedo pro hæredibus ex cor-
pore, quodq́; frater fratri ſuccedat; vo-
luerunt enim acquirens, & concedens, ꝙ
frater ſuccedat, ergo oportet dari caſũ,
quod ſit hoc vtile,& non habeat inueſti-
tura in ſe contradictionem,& ſenſus erit,
quod extantibus hæredibus ex corpore,
illi præferantur, illis verò deficientibus
frater ſuccedit fratri: quia de communi-
bus bonis,& quia hoc actũ cum Domini
ſciẽtia,& fit interpretatio iuxta formam
59 iuris;licet.n.non inſpiciat lex, vnde pe-
cunia traxit originem ad text.in l.non
vnde originem, C. ſi cert.pet.ꝙ propriè
dixit hic Bald.procedere in feudo quan-
do qui cõtrahit, voluit fratri dominium
pecuniæ acquirere, & pro eo contrahere
cũ ſcientia eius,cum quo contraxit,tunc
communiter limitatur regula, & ſic in-
telligo,ꝙ hic notatur de pecunia dotali,
militari, ſeù pupillari, vt ſi de illa com-
paretur feudum, volens qui emit pupil-
lo,militi,ſeu vxori acquirere,& hoc cum
Domini ſcientia,tũc illis feudum acqui-
retur; ſed ſi vel nomine proprio ſit con-
tractum cum illorum pecunia,vel abſque
Domini ſcientia, tunc minimè illis feu-
dũ acquiretur, cum Dñs debeat habere
ſcientiam vaſſalli,ſcire cum quo contra-
hit, natio prouocat, & deterret,non ex-
tenditur in feudo aſſenſus de perſona
ad perſonam, & reſiſtunt omnes regulæ
poſitæ per Andr.in d.cap. imperialem,
quæ enim ſunt in libera hominum diſpo-
ſitione, & in libero commertio, poſſunt
per eaſdẽ partes vno, vel alio modo fie-
ri,& diuerſimodè acquiri;ſed in his,quę
pendent ab aliorum conſenſu,& diſpoſi-
tione, deficit poteſtas,& ſic intelligatis
vos gloſ.& Scrib.data voluntate partiũ,
& Domini ſcientia, aliàs intelligatis lo-
qui de iure cõi Romanorum, ex quibus
ſubſtantialiter expedita etiam eſt theo-
rica Andr. cum gloſ.in verb.nominatim.
60 Sumus in §. hoc quoque in quo tra-
ctatur articulus, an ſucceſſio tranſuerſa-
lium ſit vſque ad ſeptimum gradum in-
cluſiuè,vel excluſiuè,an verò vſque in
infinitum, vel tantum infinitas ſucceſſio-
nis detur in linea deſcendenti, vt Andr.
tenuit,& reſpectu tranſuerſalis tantum
vſq; ad ſeptimum gradum excluſiuè ſer-
uata ſententia Papæ Honorij, vos tenea-
tis opinionẽ Andr.quæ fundatur ex text.
noſtro,& ex text. admodum aperto in
cap.1. §. hoc quoque de ſucc.feud. quæ
ſunt iura aperta,& hoc, quod dicitur de
infinitate, procedit ſecundum verba ex-
preſſa text.noſtri in deſcendentibus,quæ
opinio,& ſi ſit valdè controuerſa,videa-
tis Cannet.in cap.ſi aliquem,in verb.de-
functo, qui eleganter opinionem Andr.
defendit,& reſpondet ad text.in cap.1.ſi
vaſſall.

vaſſ.feud.priu.& in cap.1.de nat.ſucceſ. feud. & idem ibi Cumia in verb. ad trinepotem poſt Bald.in cap.1. 2.not.de feud.March.Pariſ.in conſ.23.lib.1.Frãc. Aret.Iaſ.Dec.Gratus,Laud.Brun.Gozz. Socc.Hyer.Scurf.Ferr. cumulati per Piſtorem in ſuis quæſtionibus feudalibus q.19. vbi diffusè,licet referat communẽ opinionem eſſe in contrarium, quam ipſe ſequitur, & idem Io.Thom.de Marin. in tit.2.de feud.ex pact.& prou.antiquo in cap.incip. item feudum antiquum, & in tit.de feud.pat.in cap.quæro poſtquã Lodulph.Schr.in tract.feud.par.7.cap.7.
61 verſ. iuxta prædicta quæro , qui omnes ſe deceperunt,dum tractauerũt quæſtionem ſub fundamento , quod ſuccedatur primo, & non vltimo morienti, quod eſt falſum,vt benè aduertit Cannet.quod in feudo hæreditario non tenet dubium, & in feudo ex pacto pariter idem dicendũ erit : nam & ſi habeat iuditio primi acquirentis;tamen verum eſt ſuccedere vl-
62 timo morienti, licet non iure hæreditario,quæ quęſtio,vt per eundem Cannet. Andr.Affl.& omnes non procedit in Regno,in quo exploratum eſt per Cõſtitutionẽ Collaterales vltimi morientis non ſuccedere vltra tertium gradum , & per Cap.Ciuitati conceſſum vſque ad quartum gradum incluſiuè in deſcendentibus per lineam maſculinam.

63 Latè & Piſtor tractauit,quomodo gradus ſint computandi,an ſecũdum ius ciuile , vel canonicum ſeruata opinione Andr.fundata principaliter in iure canonico,& ſic etiam ſi excluſiuè,vel incluſiuè ſeptimus gradus erit conſiderandus , videatis illum, cum quo ſit impoſitus finis repetitioni huius capituli .

SVMMARIVM.

1 *Cõtinuatur titulus iſte ad pręcedẽtes, referuntur pariter tex. noſtri formalia verba,ex quibus nonnullæ q̃ſtiones diſcutiendæ proponũtur.*

2 *Foemina de iure cõi feud.non ſuccedit in feudo etiam in defectũ maſculorũ: quia pugnare non poteſt, quæ ratio licet impugnetur à glo. rectè tamen defenditur ab Andr. & num. ſeq. ſed limita quatuor modis,vt nu.8.& 9.*

3 *Idq. obtinet etiam in eius filijs maſculis, & ibi de ratione.*

4 *Nec,ſi pugnaret,ſuccederet: quia alię vigent rationes,quæ recenſentur, hinc à DD.eſt frequẽtiùs exploſa Andr.traditio in hoc articulo, quaſi fuerit Author affirmandi; ſed D.Auth. defendendo Iſer. ex eiuſmet verbis ingenioſè demonſtrat , hanc non fuiſſe illius mentem, & nu. ſeqq.*

5 *Feudatarius debet conſtantiã ſeruare, pollere conſilio,et fidelitatẽ iurare,quę oĩa in fęminis deficiunt.*

6 *Lex adaptatur ad ea, quæ frequentiùs accidunt.*

7 *Ceſſante vna rõne legis non ceſſabit illius diſpoſitio, ſi aliæ concurrãt.*

10 *Intellectus ad text in c.1.de grad.*

11 *Feudum fęmineũ quod dicatur, & in quo differat à materno, fusè,et eruditè vltrà alios ediſſerit D. Author, & nu.22.cum ſeqq.*

12 *Feudi natura nõ intelligitur quò ad ſucceſſores immutata , ſi ad illius poſſeſſionẽ fuerit fęmina habilitata, idq. multis rerum argumentis ſtabilitur , et confirmatur exploſa Iacob.de Belu. & ſequacium ſententia, & nu. ſeqq.*

14 *Text.in c.1. de benef.fęm.expenditur,qui pro hac parte vrget inrefragabiliter .*

15 *Vlt.opin. in dubio videtur recepta, qũ plures cõtrarię in tex.referuntur,maximè ſi arguatur pro illa.*

16 *Feudum conceſſum ea lege, vt ſuccedant maſculi, & fœminæ, intelligitur in defectum maſculorum.*

17 *Feudum neutiquam ſibi naturam aſſumit ex conceſsionarij perſona; ſed ex lege inueſtituræ.*

18 *Feudorum naturæ nunquam cenſetur derogatum, niſi in expreſsis. Hinc ſi fuerit immutata quò ad conceſsionem, firma manebit quò ad ſucceſsionem, & nu.20.*

19 *Feudo conceſſo naturali, vel ſpurio num ſuccedent omnes naturales, & ſpurij?*

21 *Fœminæ de iure Reg. ſecundum terminos Conſti. in aliquibus admittuntur ad feudi ſucceſsionē maſculis non exiſtentibus, qui ſi ſint ſuperſtites præferentur etiā in allodialibus cum onere tñ eas dotādi de paragio, et n.26. idq. obtinebit etiā in ſucceſsione materna, & ita aliàs iudicatum aduerſus contrariam Andr. ſententiam, vt n.27.*

23 *Zaſij lapſus notatur.*

24 *Tex. in c.1. de feud fœm. explicatur.*

25 *Andr in c.1. de nat. ſucc. feud. deprehēditur error in appellādo feudū fœmineū maternum; ſed ſaluatur.*

28 *Dos de paragio quanta ſit. vnà cum multis alijs quæſtionibus hāc materiam concernentibus, remiſsiuè.*

29 *Filij, vt ſuccedant in feudo, debent eſſe legitimi, & naturales. Hinc excluduntur adoptiui, & pariter naturales, niſi per Principē legitimati eſſent ex certa ſciētia ad ſucceſsionem feudorum, vel niſi ſubſequens matrimoniū eos reddidiſſet legitimos; ſed an hoc obtineat in præiuditiū filiorū legitimorū, & naturaliū, diſtingue vt n.31.*

30 *Feudalis inueſtitura etiam ſi ſit cōcepta pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, non repellet legitimatos per ſubſequens matrimonium, etiam ſi illud ſit putatiuum ſecundum Bald.*

32 *Filius naturalis ex frequētiùs recepta ſentētia legitimatur per ſubſequens matrimonium, ēt ſi medio tempore aliud ſit contractum, ex quo legitima proles ſit ſuſcepta: at tamen iſthæc legitimatio non operabitur in præiuditium iuris forſan hoc medio interuallo quæſiti præfatis filijs legitimis, nec in præiuditium primogenituræ.*

33 *Clericus in ſacris non ſuccedit in feudo; ſed in minoribus conſtitutus ēt ſi ſit beneficiatus, ſi re integra ante introductā feudi quæſtionē habitum dimiſerit, & beneficiū renuntiauerit, vtiq; ad illius ſucceſſionē admittetur, quæ oīa firmis nituntur rationibus, & nu ſeqq.*

34 *Beneficium de generali conſuetudine poteſt renuntiari etiam circūſcripta Superioris licentia.*

35 *Aſſenſus præſtitus ſuper obligatione feudaliū cum clauſula apponi cōſueta, ſi feudatarius habeat ſucceſſorem, erit ſanè validus iudicandus, etiam ſi ſucceſſor ſit Clericus beneficiatus, & ita deciſum.*

37 *Feudatarius ſtatim vt clericus efficitur feudū amittit, idq. manifeſtiſs. iure cōprobatur, nec, ſi habitū deinde dimitteret, poſſet ex hoc iuuari, & ibi de ratione.*

38 *Religionem vouentes à feudi ſucceſſione repellūtur. hinc hoſpitalarij,*

&

& Milites Hyeroſolimitani ſub eadem manent cenſura ſecundum Andr. & ita deciſum.

De ſucceſsione feudi. Lectio I. aliàs X. in ordine.

1 Quoniam inter naturalia feudorum eſt ordo,& materia ſucceſſionis, vt in cap.1.& toto tit. de nat. ſucc.feud.& in tit.præcedêti de nat. feudi dictum erat de natura ſtabilitatis ipſius;propterea continuando ſe text. ad præcedentia dicit,ſequitur de ſucceſſione feudi videre,ideſt de natura eius,quò ad tranſmiſſionem ſecundum Bald. & Aluar.

Dicit ergo tex.ſi quis deceſſerit filijs, & filiabus ſuperſtitibus, ſuccedunt tantum filij æqualiter, vel nepotes ex filio loco ſui patris nulla ordinatione defuncti in feudo manente,vel valente,& hoc dicit vſque ad text.in §.hoc quoque.

Et ſic primò admittit ad ſucceſſionẽ maſculos tantum, & nil dicit quid de fœminis, maſculis non exiſtentibus.

Secundò quid in feudo materno.

Tertiò q̃d in filijs naturalibus, adoptiuis, quid de legitimatis, & quid de Clericis.

Secundò principaliter dicit,ꝙ nepotes ſubingrediuntur locum patris, & nil dicit de pronepotibus,& alijs deſcendentibus in infinitum,ſecundò non aperit tex. quid exiſtente patruo, tertiò quid in linea collaterali.

Tertiò principaliter dicit,quod ſuccedunt æqualiter, & nil an ex hoc feuda diuidantur, an procedat in feudis dignitatum,& quid de iure francorum.

Quartò principaliter dicit nulla diſpoſitione defuncti in feudo manẽte,vel valente, & primò notate verbum illud ſpecificum in feudo, quaſi ſecus in alijs bonis, & ſignanter in officijs, ſecundò in feudo, quaſi in ipſo corpore feudi, quid autem in fructibus,

Rurſus an in omni feudo hoc procedat, nouo, vel antiquo, hæreditario,vel non hæreditario, & quid ſi eſt facta diſpoſitio iuxta formam iuris, & vltimò ſi non valet diſpoſitio in ipſo feudo,an ſuſtineatur in æſtimatione, tàm ſi fiat per viam legati,quàm per viam inſtitutionis.

Quintò dicit nulla ordinatione defuncti, an hoc procedat in vltimis voluntatibus tantum, an etiam in contractibus inter viuos.

Sextò dicit manente,vel valente,quid importent hæc verba, & in quo differãt.

Septimò, quid ſi fiat diſpoſitio cum aſſenſu.

Hæc omnia,Domini tractabimus gradarim Deo dante, & inſimul declarabimus theoricam Iſern.noſtri.

2 Circa primam q̃ſtionem Andr. noſter ponit caſum,opponit de text. in l.maximum vitium C. de filijs præter. & deinde ſoluit.

Dicit enim,ꝙ videbatur ſuccedere debere tàm maſculos, q̃ fęminas, ne ſimus accuſatores naturę,cur non totos maſculos procreauerit, deinde ſoluit, qđ ratio eſt: quia non poſſunt Dñi adiuuare per pugnam,allegat text.in 1.rubr. in §.hoc autem,qui text.hoc non dicit; ſed dicit Andr.ibi,ꝙ hoc erat in antiquis Codicibus; ſed benè ille text. repellit fœminas pariter à ſucceſſione feudorum,& ex hoc ſequitur ſecundum eum,ꝙ etiam ſi fęminæ ſolæ eſſent,non ſuccedunt, quod pro regula dat text.in d.§.hoc autem.

3 In tantum,ꝙ etiam ipſarum filij maſculi repelluntur:quia repræſentant perſonã à ſucceſſione excluſam,ꝙ notãter in materia ſtatuti tradidit Bald. in l.venia nu. 5. C.de in ius voc.in hoc à Doct.cõiter receptus,quam rationem impugnat glo. in d.§.hoc autem ex eo:quia filij fœminæ poſſunt pugnare,ob quod dixit,quod non ſuccedebant fęminæ ſecundum iura feudalia,& ſufficiebat pro ratione voluntas:tamen Andr.defendendo dicit,ꝙ defectus non eſt in perſona filij;ſed matris, cuius locum vult repræſentare filius,quã rationẽ ſequitur Nicol.de Neap.& Alu. ibid. & idem videtur ſentire Bald. in §.

& quia vidimus nu.14. ſupra in 1.rubr.
& in l.quoties C.de ſuis,& legit.& ob id
4 tradidit Iſern.ꝙ ſi fęmina pugnaret,ſuc-
cederet à ceſſante ratione, & hoc voluit
dicere Bald.in loco prælleg.vt ſuccedat
in feudo franco,ꝙ impugnat Nicol.de
Neap.& ſequitur Alu.in d.§.hoc autem,
5 præſupponendo,ꝙ concurrant plures ra-
tiones.ſ.conſtantiæ,& conſilij,quę ſẽper
deficiunt in fœmina carente conſtantia,
in §.1.inſtit.quib.alien.non licet,& cõſi-
lio in l.ſi patet C.de ſponſ.ꝙ vtrunque
requiritur in feudatario, vt in cap.1. de
form.fidel.& in c.1.de nou.form.fidelit.
& finaliter non vidẽtur in fœmina poſſe
impleri ea,quæ concernunt fidelitatem,
ipſiusq́; iuramentum,vt cõſiderat Zaſ.in
tract.feud.par.8.nu.36.& Curt.in 3.par.
col.4. verſ.ſeptimò limitari, & ſic etiam
hanc opinionem impugnat Mart. Laud.
in §.hoc autem,& Iacob.in verſ.& fęmi-
nis,verſ.ſeptimò fallit,eaſdemq́; rationes
aſſignat Præpoſ.in 1.rubr. in §.& quia
nu.11. verſ.ſed quantum.
6 Sed Dñi defendendo Andr.à communi
impugnatione Doct. aduertatur ad eius
verba:nam verba ſunt infraſcripta,dic,ꝙ
habebit feudum,licet ad eam iura non
aptentur.ſ.vt fiat lex de talibus, ex qui-
bus verbis Iſern. vult dicere, ꝙ mulier à
ceſſante ratione debet habere feudum,
ſubdit tamen,ꝙ iura ſunt contraria,& ob
hoc ſubnectit, & dicit,qđ debet fieri lex
de talibus,vnde ipſe concurrit cum cęte-
ris Doct.quod ſecundum iura feudalia,
fœmina nullo modo ſuccedat,& ego di-
co, qđ iuſtiſſima fuit lex,quæ adaptatur
ad ea, quæ frequentiùs accidunt ad tex.
in l.nam ad ea,ff.de leg.vnde cum com-
muniter fœmina non ſit apta ad pugnã-
dum, & ad cætera alia ſeruitia Domino
explicanda, ſuper quo facto præſumpto
eſt lex iam facta; ꝓpteà tanquam in præ-
ſumptione iuris,& de iure non eſt admit
tenda alia probatio in contrarium,vt ſic
ſemper fęmina remaneat iuſtè excluſa,&
cum vltra rõnem pugnæ conſiderentur,
& alię circa cõſilia,circa ſecreta,& circa
7 conſtantiam,meritò ex reg.tex.in §.affi-
nitatis,inſtit.de nup um reliquæ rões
vigeant,remanebit eadem diſpoſitio,& ſi
pugnæ ratio ceſſaret, & ponderate vos
text.in c.1.in fin.an mutus,vel aliter im-
perfe. vbi traditur pro regula, quod qui
ſeruire non poteſt,non debet habere feu
dum,inter quos ponitur fœmina.
8 Stat ergo concluſio,& regula,ꝙ proles
fęminei ſexus eſt à feudo omninò exclu-
ſa,ad idem cõcordat text.in c.1.de gra-
dib.ſucc.in feudum,in d.§.hoc autem in
1.rubr.in cap.1. de nat.ſucceſſ.cum alijs
iuribus concordantibus,ꝙ fallit, quando
inueſtitura, ſeu pactum aliter dictaret,vt
in §.filia eod.tit.noſtro,concordat tex.in
d.c.1.de gradib.ſucceſſ.in feudum.
9 Secundò ſuccedet,ſi à Dño feudum fi-
lia redemerit, tertiò, ſi Dominus gratiã
fecerit, in quibus duobus caſibus loqui-
tur text.in cap.1. quemadm.feud.ad fil.
pertin. quartò ſi ſit feudum eius condi-
tionis,vt fœminæ ſuccedant,quas omnes
fallentias ponit Andr.in d.§.hoc autem,
& in cap.1.de nat.ſucc.feud. nu.9.
10 Et hoc modo intelligo ego id, quod
dicit text.in cap.1.de gradibus, qđ ſuc-
cedunt fœminæ, vel ex pacto, vel quan-
do feudum eſt eius conditionis, & hoc
propriè feudum dicetur fœmineum, vt
ſic illud appellat text. in cap. 1. de nat.
11 ſucceſſ.feud.ibi,niſi ex pacto,vel niſi ſit
fœmineum,& propterea aduertatur, qđ
non ſufficit, quod feudum tranſierit ad
fœminam;ſed oportet,vt ſit feudum eius
conditionis,quod fœminæ omnes ſucce-
dant, & ideo in feudo materno fœminæ
non ſuccedunt: quia matri intelligitur
conceſſum ſecundum leges feudorum,&
12 non quia ipſa fuit habilitata ad poſſeſſio
nẽ feudi;ꝓpea mutata eſt natura quò ad
ſucceſſores,ita probat text.ſecundum ve
rum intellectum in c.1.de feud.fœm.vbi
declarat peroptimè Andr.& idem tradit
in 1.rubr.in verb.ſed quia vidimus n.15.
& hanc opinionem tenet gl. in d.c.1. de
feud.fœm.& Ardiz. in tit.de ſucc.feud.
3.col.verſ.ſed ſi dubitatur.
13 Contrariam tamen opinionem tenuit
Iac.de Beluiſ.in d.cap.1. de benef.fœm.
vbi Præpoſ.& Aluar.& idẽ tenuit Curt.
in tertia parte principali in princ. nu.3.
&

& Iacob.in d.cap.& fœminis verſ.ſecun-
dò fallit, hanc q. ſi reminiſcamini, latè
diſputauimus in vltima Lectione repet.
text. in cap. 1. de his, qui feud.dar.poſſ.
vbi tenuimus opin.gloſ.& Iſer.& demon-
ſtrauimus, hanc eſſe veriorem, & magis
communem: tamen non erit inutile ali-
qua de nouo diſſerere,& addere pro cõ-
firmatione eiuſdem opinionis.
14 Domini non video, quomodo poſſit
reſponderi d.text.in c.1. de benef.fœm.
qui ponit caſum,& primo loco opinionẽ
Oberti,& Gerardi volentium ſufficere
feudum fuiſſe ſemel conceſſum fœminæ,
vt ex hoc ſine alio pacto ſpetiali ſint ad-
miſſæ fęminæ deſcendentes ad ſucceſſio-
nem,demum text.ponit aliam opinionẽ,
15 quod requiratur pactum ſpetiale, & qñ
aliud non dixiſſet,hæc vltima attenditur
iuxta gloſ.in l.qui filium §.Sabinus in
gloſ.fin.ff.ad trebell. ſed vltimò text.ar-
guit pro iſta parte, quo caſu non eſt du-
bium intelligi determinare pro hac par-
te, pro qua arguit Bart. in l. bona fides
per illum text.ff.depoſ. latè Iaſ.in l.cum
fundus §. ſeruum tuum ff. ſi cert.pet. &
arguit duobus medijs validiſſimis, quo-
rum primum eſt:nam ſi feudum datum
eſſet maſculo,fœminæ non ſuccederent:
quia intelligeretur datum, prout ius in-
telligit ad text. in l. ſi cui ff.de ſeruit.&
eodem modo debet intelligi in fœmina,
nec debet habere maius priuilegium,
quàm habet maſculus.
Secundum fundamentum eſt: quia ſe-
queretur, quod ſi feudum eſſet fęmineũ,
tranſiret in fęmineam prolem etiam ma-
ſçulis extantibus, quod eſt falſum dicit
16 text. quia ſecundum iura omnia feuda-
lia & ſi feudum ſit conceſſum ea natu-
ra,vt poſſint ſuccedere maſculi,& fœmi-
næ,tamen ſemper intelligitur in defectũ
maſculorum,videtur text.in cap.filla eo.
tit.noſtro, & in cap.1.de eo, qui ſibi, &
hæredibus ſuis,& Iac.de Beluiſ.qui tenet
contrarium, nihil allegat, nec Bald. ibi
diſputat articulum, nec firmat quæſtio-
nem; ſed ponit caſum text. ſecundum
opinionem Oberri, & demum notat, qđ
in feudo materno deficientibus maſculis
ſuccedant fœminæ, & ego intelligo in
feudo materno eius conditionis, vt fœ-
minæ ſuccedant in eo, & Præpoſ. & Al-
uar.qui tenent contrariam opinionem,
fundantes ſe in eo, quod ex conceſſione
facta fœminæ, aſſumpſit feudum quali-
tatem fœmineam, quod ego nego: nam
17 feudum non aſſumit naturam ex perſo-
na,cui conceditur; ſed ex tenore inueſti-
turæ,vt dicit Bald.in præludijs,& in c.1.
de duobus frat. & quando inueſtitura
aliud non exprimit,ſtamus naturæ feudo
datæ à lege cõmuni feudorum,nec aliud
operatur conceſſio facta fœminæ, quàm
habilitatio,& diſpenſatio facta à Domi-
no,vt poſſit ipſa poſſidere feudum, quod
non video, per quas regulas poſſit dici,
18 quod extendatur ad alias perſonas,& ſi
natura feudi in hoc eſt alterata,non cen-
ſetur in alijs, itaque remanebit feudum
ſemper in propria ſua natura in omnibus
præterquam in expreſſis, text.eſt in c.1.
de feud. non hab.propr.nat. feud. Andr.
eleganter declarat,in §.huius autem ge-
neris nu.12.ex quib.cauſ.feud.amitt. vi-
deatis latè Addent.ad Affl.in deciſ.112.
19 & ſi hoc attenderetur,poſſet inferri, qđ
conceſſo feudo naturali, ſeu ſpurio per
Regem, quod ex hoc eſſet aſſumpta na-
tura,vt in feudo prædicto ſuccedere poſ-
ſint omnes naturales, & ſpurij, quod eſt
abſurdiſsimum.
20 Rurſus habemus naturam feudorum
diuiſam, tàm in conceſsione ipſorum,
quàm in ſucceſsione, & ſic non ex eo,
quia eſt alterata natura in conceſsione,
ſequitur, quod eſt alterata in ſucceſsio-
ne, vt latiùs declarat Cannet. in reper.
cap.volentes in princ.in cap.& cum ſci-
re leges,& propterea præfati Doct.dixe-
runt,quod opinio Andr.eſt de rigore iu-
21 ris verior; ſed ſecunda eſt æquior, ſed
Afflict.in eodem cap.1.de feud.fœm.ſe-
quutus eſt opinionem gloſ.& Andr.& il-
lam dixit eſſe communem,& licet poſteà
dicat,quod aliorum opinio in Regno eſt
verior, intelligatis vos hoc eſſe vigore
Conſtitutionis,quæ habilitauit ſexum in
defectũ maſculorum,vt in Conſtit.in ali-
22 quibus, nec Capyc. in ſua inueſtitura

contrarium tenet; ſed refert Doctor. pro vtraque parte,& ibi declarat,quæ ſit differentia inter feudum maternum,& feudum fœmineum,ibi in verbo fęmineum, vbi quod in plus habet ſe feudum fœmineum,quàm maternum,ex quo maternũ feudum eſt,quod primò per matrem acquiritur, fœmineum verò, quod eſt eius cõſuetudinis,vt fœmina ſuccedat,& hoc modo reſpondetur ad text. in cap.1. de nat.ſucc.feud.qui vult,vt ſuccedant fœminæ, quando feudum eſt fœmineum, quia aliud eſt eſſe feudum fœmineum,&
23 aliud feudum maternum,& ſic etiam confunditur opin.Zaſ.contraria in tit.de
24 ſucceſſ.par.8.nu.36. & licet in d.cap.1. de feud.fœm.appelletur ibi feudum fœmineum , loquitur ibi text. impropriè,ſi vera eſt concluſio,quod loquitur in feudo materno,& dicitur maternum,quãdo à matre eſt acquiſitum, fœmineum verò
25 quando per ſucceſſionem,ex quibus patet,quod malè ſentijt Iſern. in d. cap.1. de nat.ſucc.feud.in princ. dum appellauit feudum fœmineum feudum maternum,& voluit, quod fœminæ in eo ſuccederent, niſi ad euitandam ſuam contrarietatem,velimus ipſum intelligere in feudo materno fœmineo.

26 Hæc omnia,vt dixi,non procedunt in Regno,in quo fœmina ſuccedit maſculo non exiſtente,& ſic non eſt perpetuò excluſa; ſed habet maſculus prælationem, & hoc tàm in feudalibus, quàm in allodialibus cum onere tamen dotandi ſoro-
27 rem de paragio; ſed fuit aliàs dubitatũ, an ſicut hanc pręlationem habet maſculus in bonis paternis,illam habeat etiam in maternis,cum Conſtitutio prædicta in aliquibus non videatur hoc aperire, qđ gloſ.ibi tenuit; ſed Andr.fuit in contraria opinione iam reprobata per Peritos Regni,& ſic iudicatum,cum Conſtitutio illa habeat locum tàm in ſucceſſione paterna,quàm materna, ita quod maſculis exiſtentibus fęminæ ſint ab vtraque ſucceſſione excluſæ, vt per Affl.in 3.notab. & hoc iure vtimur, & Andr. in d.§. ſed quia vidimus in fin.in 1.rubr.dicit,quod ita eſt de generali conſuetudinę Regni, quod Domini intelligatis reſpectu bonorum allodialium: nam reſpectu feudaliũ, iam Doct.omnes, etiam in feudo materno dant prælationem maſculis,vt d.c.1. de feud.fœm.in d.cap. filia tit.noſtro, in c.1.§.quin etiam Epiſc. vel Abb.

28 Quantum verò ſit hoc paragium, & quid in magnis Dominis, & an ſint excluſæ fœminæ præciſè, vel conditionaliter,quatenus frater maritet eas, & quid in maritata, ſi poſtea ſuccedat, & quid exiſtentibus ſororibus in capillo,& quid facta renuntiatione,& quæ actio detur, & an contra tertium poſſeſſorem,& quid ſecundum conſuetudinem noſtræ Ciuitatis,dicemus,dante Domino,in repetit. cap.1.de nat.ſucc.feud. & multa de hoc in libro de poteſtate Proregis in tit. de ſucceſſ.mulier.

29 Tertia,& vltima quæſtio huius primę quæſtionis fuit, an hæc ſucceſſio filiorũ maſculorum extendatur ad filios naturales,legitimos,adoptiuos, & clericos,quę in propria quæſtione quæſiuit Andr.in cap.1.de nat.ſucc.feud.nu.4. verſ.item intelligitur, vbi ad declarationem illius text. vocantis filios maſculos, & excludentis fœminas dicit, quod debet intelligi de filio legitimo,& naturali,non autem legitimato,etiam quod ſit per Principem , niſi ex certa ſcientia,item quod filius talis poſſit ſeruire,ſecus ſi natus eſſet imperfectus, vt cæcus,ſurdus,mutus, vel claudus,vt in c.1.an mutus,vel aliàs imperf.ibiq; latè Andr.& in c.1. §. mutus,Epiſc.vel Abb.& tàm ſi hoc fuerit à natiuitate,quàm ſi ſuperuenerit,quando tamen impedimentum eſt perpetuum:nã feudum datur propter ſeruitium,& tunc cauſa reducitur ad non cauſam; ſecus ſi impedimentũ eſſet temporale:tunc enim ſeruiret per ſubſtitutum, vnde concluſio eſt indubitata,nec adoptiuum,nec naturalem etiam legitimatum in feudo ſuccedere,prout vtrunque determinat text. in cap.naturales,& in cap.ſi adoptiuus, ſi de feud.def.mil.vnde dum text. noſter vocat maſculos, & excludit fęminas,intelligitur de legitimis,& naturalibus,niſi legitimati eſſent per Principẽ ex certa ſcien-

ſcientia ad ſucceſſionem feudorum, vel niſi eſſent legitimati per ſubſequens matrimonium ex regula text. in cap. tanta,
30 qui filij ſint legit. & eſt in tantum potẽs hæc legitimatio per ſubſequens matrimonium, quod operabitur etiam ſi inueſtitura feudi ſit pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, ſecundũ Andr. in d. cap. naturales, & etiam in matrimonio putatiuo, quod eſt notandum ſecundum Bald. in eodem cap. de quo vertitur lis hodie in Reg. Cam.

31 Sed an hoc procedat in præiuditium filiorum legitimorum, & naturalium, & ſecundum Andr. in d. cap. naturales ſit diſtinctio inter legitimationem factam per Principem, aut factam per ſubſequẽs matrimonium, primo caſu tenet, ꝙ non ſuccedat, niſi legitimatio fuiſſet facta ante natiuitatem filiorum legitimorum, & naturalium; ſecundo verò caſu indiſtinctè ſuccedet, quæ procedunt etiam in feudo materno ſecundum eum, de quo latiſſimè per Ciuiliſtas in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, de lib. & poſth.

32 Sed pulchra quæſtio eſt, quid ſi pater habet filium naturalem, & demum producit legitimos, & poſteà mortua vxore contrahit matrimonium cum prima concubina; an igitur filius naturalis primo loco natus legitimetur per ſubſequens matrimonium, & communis opinio eſt, ꝙ legitimetur: quia fingitur illud contractum à principio, & data poſsibilitate extremorum à quo, & ad quod fictio hęc tranſlatiua ſuum operatur effectum, qđ tamen non erit in præiuditium iuris fortè medio tempore quæſiti prædictis filijs legitimis, & naturalibus: quia nunquam lex fingit in præiuditium tertij, & ex hoc infert Auth. damn. mem. ad pulchram quæſtionem, in §. 8. gloſ. 1. nu. 34. quod ſi feuda deuenire deberent ad primogenitum, quod ius primogenituræ acquiritur ſtatim in ortu filiorum, tunc & ſi naturalis primò natus fuerit: quia tamen legitimus, & naturalis acquiſiuit hoc ius ante legitimationem ſubſequutã ex matrimonio, non operari in præiuditiũ primogenituræ acquiſitæ, filio legitimo, & naturali, de qua primogenitura, & quomodo ſit tranſmiſsibilis, dicemus inferius in quæſtione illa, an nepos excludat patruum, quando inueſtitura feudi eſt, vt ſuccedat primogenitus.

33 De filio verò Clerico habemus plura iura, vt in cap. qui Clericus, ſi de feud. def. mil. in cap. 1. de benef. fœm. in cap. 1. de vaſſ. mil. qui arm. bell. depoſ. in cap. 1. in fin. an mutus, vel aliter imperf. & non vagando in ſuperfluis Docto. diſputationibus, & omittendo dicta per Ciuiliſtas in auth. ingreſsi C. de ſacroſ. eccl. & per Canoniſtas in cap. in præſentia de prob. & per Docto. in tot, & tantis conſilijs, & tractatibus, de quibus per Alex. in conſ. 105. vol. & Alber. Brun. in conſ. 16. Caſſan. in conſu. Burg. Barb. in tract. de præſtantia Cardinalium, Curt. in ſuo tract. feud. Nam verè ſalua pace feudales terminos ignorauerunt, & loquuti fuerunt contra iura feudorum expreſſa, reaſſumendo breuiter concluſionem ſub vera diſtinctione, dicatis, quod aut Clericus vult ſuccedere feudatario, aut verò dum eſt feudum delatum, vel poſsidet quis ſe clericatur habitum clericalem aſſumendo, vel religionem intrando, aut nullum iſtorum fecerit; ſed vouerit Deo religioſum eſſe, vt in iſtis hoſpitalarijs, & Equitibus Hyeroſolimitanis, & ſimilibus.

Primus caſus, quando Clericus vult ſuccedere, aut eſt in ſacris, & quia non poteſt dimittere habitum, tũc nullo modo ad ſucceſsionem admittitur, aut eſt Beneficiatus, & pariter non ſuccedet ſecundum Bald. communiter receptum in d. cap. naturales, aut eſt in minoribus ordinibus, & tunc dimittendo habitum ante quæſtionem, ſeu conteſtationem litis ſuper ſucceſsione feudi, admittitur talis Clericus ad ſucceſsionem; ſed requiritur, vt dixi, quod dimittat habitum: nam iura ponderant aſſumptionem habitus, vt in d. c. 1. de vaſſ. mil. qui arm. bell. depoſ. ibi, habitumq; religionis aſſumpſit, & in c. 1. de feud. fœm. ibi poſteaquam habitũ religionis aſſumpſerit poſtpoſuerit, & in his terminis loquitur Andr. in d. cap. 1. de vaſſall. mil.

Et

Et hoc etiã procedit,ſi eſſet Clericus beneficiatus; ſed re integra non ſolùm habitum dimiſit; ſed beneficium renuntiauit:nam ſicut poteſt habitus dimitti,
34 ita de generali cõſuetudine abſque alia licentia Superioris poteſt beneficium renuntiari,vt per Hoſt.cæteroſq; Canoniſtas communiter in cap. admonet extra
35 de renunt. & ita iudicatũ in Reg.Cam. in cauſa Marchionis Briatici cum Regio Fiſco,imò fuit articulus in caſu ſatis fortiori:nam tractabatur de aſſenſu prſtito obligationi bonorum feudalium cũ clauſula ſolita,ſi habet ſucceſſorem,& ſucceſſor erat Clericus beneficiatus, qui prædeceſſerat Marchioni in ſtatu clericali, & cum beneficio; ſed quia habitum fuit pro vero,quod erat habilis ad ſuccedendum potentialiter, cum tempore delatæ ſucceſsionis poterat habitum dimittere, & beneficium renuntiare; propterea fuit deciſum aſſenſum eſſe validum, & obligationem tenere, & in his terminis declarat Andr.vbi ſupra procedere dictum Ardiz.in ſumma in tit.vtrum vaſſ.amitt. feud.ſi Clericus efficiatur,vt quãdo tractatur de ſucceſsione,& re integra,&hoc modo intelligi, & ſaluari poſſunt dicta Doct.tractantium,vt Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus poſsit ſuccedere: nam intelligũtur re integra,dimittendo habitum,& ſic è contra intelligũtur dicta per Barb.cæteroſq; in tract.de præſtant.Cardin.in 5.q.vt Clericus in minoribus non ſuccedat,ſcilicet quando poſt delatam ſucceſsionem perſtiterit in habitu,& alij ſucceſsio fuit acquiſita,qđ iura feudalia probant irrefragabiliter,dũ ponderãt aſſumptionem habitus,ex quo declaratur animus, velle Deo ſeruire,&
36 arma bellica deponere;&miles Dei non poteſt eſſe miles ſæculi, & ſi eſt indubitatum, quod dimiſsio habitus clericalis nõ poteſt fieri poſt ordines ſacros ſuſceptos:quia eſt character infixus,& text.in d.cap.1.de feud.fœm.dicit, quod etiam quod habitum dimiſerit, non ſuccedet, igitur oportet loqui de minoribus ordinibus, & hoc voluit gloſ.in d.cap.naturales per iſtum text.tradens, quod ſicut naturalis licet legitimetur, non ſuccedit in feudo,pariter Clericus, qui per clericatum feudum amiſit, licet poſtea deſinat eſſe Clericus, & ob id tradidit And. in locis præallegatis, qđ ſi quis intrauit Monaſterium, & infra annũ probationis exierit, ꝙ pariter minimè feudum recuperabit,ſemper intelligendo re non integra, loquendo de Clerico ſucceſſore, & ratio viua eſt:quia feudum datur,vt Dominum defendat, fidelitatẽ præſtet, Dominoq; ſeruiat, & eſt datũ gratia vtriuſque, ſtatim igitur, quod perſona mutat ſtatum,& verum eſt dicere, quod medio tempore ex propria voluntate non vult prædicta præſtare, non videtur dubitandum de veritate opinionis Andr. & propterea Bald.in d.cap.naturales loquẽdo in Clerico minore,non ſolùm dicit,quod dimittat habitum;ſed hoc faciat per viã reſtitutionis in integrum:nam ſi perſiſtit in habitu,argumentum euidens eſt,quod non intendat renuntiare clericatui, & in hoc ſunt omnia iura prædicta, quæ Clericos à ſucceſſione feudorum expellunt.

Et ſi votum tantũ religionis facit beneficium perdere dicit text.in d.cap.qui clericus,& ſic cõſideratur animus,quantò magis inceſſio in habitu, nec poterit in dubium refricari,quin Clericus in minoribus ordinibus cõſtitutus non ſit verè Clericus,prout latè cumulat Barb.vbi ſupra, vnde habemus verba expreſſa iurium,habemus rationem, & conſequenter diſpoſitionem ipſorum iurium.

37 Secundo verò caſu, quando quis poſt feudum acquiſitum efficitur Clericus,ex præallegatis apparet non habere dubiũ; nam dicit text.in d.cap.qui clericus, qđ hoc ipſo feudum amittit,& ſic ipſo iure, vt ponderant ibi Doct. & ita procedunt dicta Andr.in d.cap.qui clericus,& in d.cap.1.de feud.fœm. & ob id eadem iura dicunt, quod non deſeruit poſtea depoſitio habitus: quia effectus amiſſionis feudi reperitur iam conſumatus, vt ſcitis Domini communis, & vulgaris eſt regula, ꝙ ceſſante cauſa non ceſſat effectus cõſumatus ex ea,& ius alteri medio tempore quæſitum nõ poteſt ab illo ſine

eius facto tolli,& in hoc ſunt omnes pōderationes factæ in primo caſu à fortiori, quis enim dubitare poterit de animo renunriationis feudi,dum illo delato aſſumo clericalem habitum.

38 Tertius,&vltimus caſus eſt in vouentibus religionem, & in hoc ſunr verba text.in d.cap.qui clericus,vt ita amittat, qui votum religionis aſſumat,ſicut amittit, qui clericus efficitur, & ob id Andr. ibi inferr ad iſtos hoſpitalarios, vt ſunt Equites Hyeroſolimitani, qui minimè feuda poſſidere poſſunt, & licet aliqui conrrarium videantur tenuiſſe authorit. Bald.in cap.1.de vaſſ.mil. vt ibi per Alu. & Præpoſ.& per Affl.in d.cap.qui clericus nu.12.tamen Andr.ſequuntur Barb. in d.tract.de præſtant.Cardin.in 5.q.nu. 7.Caſſan.in conſu.Burg.in rubr.en coſes feudales §.5. 9.lim.Curr.in 2.par.3.par. princip. nu.29. & ratio viua eſt:nam iſti Hyeroſolimirani ſubſunt eorum magno Magiſtro,ſũt verè religioſi,& quod plus eſt,emittunt tria vota,ſuntq; obligati ad reſidentiam,& ad perpetua ſeruitia perſonalia,imò dico,quod Bald.Aluar.Præpoſ.& omnes hanc tenent opinionem:nã loquuntur,quando honor tantum eſt auctus,& cauſa iuris non eſt mutata; ſecus dicunt prædicti,ſi cauſa iuris ex ipſorum Conſtitutionibus eſſet mutata, vt indubitatè mutata eſt, vt ex illorum Conſtitutionibus impreſsis eſt videre, ſecũdum hanc opinionem fuit deciſum in Regia Camera in cauſa Regij Fiſci cum Marchione Vaſti menſibus non longè decurſis, & hæc ſufficiant pro interruptione ſilentij tanti temporis.

SVMMARIVM.

1 *Epilogo eorum, quæ diſcuſſa ſunt in præcedenti, quàm breuiſſimè habito,commemorat D.Author ſingula capita,ſuper quibus hæc præſens verſabitur diſceptatio.*

2 *Filius, vt iam eſt dictum, ſuccedit in feudo, & ſi plures ſint, omnes æqualiter, & pro indiuiſo ſuccedant:poterunt nihilominus ad diuiſionem prouocare: quia de iure communi feudorum feuda diuiduntur, & nu.8.*

3 *Seruient pariter omnes,ſed eo tamen modo,prout notabiliter diſtinguit Andr.*

4 *Iurabunt quoque ſinguli, niſi vnus pro omnibus iuramentum præſtiterit.*

5 *Feuda de iure communi feudorum poſſunt inter hæredes,ac conſortes diuidi;imò totum vni aſsignari; ſed hoc vltimum intellige circumſcripta fraude:quo loci præſumptæ fraudis eximium ſubijcitur, & nu.10.idq. declaratur, vt n.11.*

6 *Felyn.in cap.quæ in Eccleſiarum de Conſtit.ſub Panorm.authoritate in errorem labitur,dum opinatus fuit, hanc feudorum diuiſionem fieri neutiquam poſſe vno ex cohæredibus diſcrepante.*

7 *Argumentum à contrario ſenſu non rectè ducitur,vbicunque iuris cõmunis ſequeretur correctio.*

9 *Feudum ſi in actu diuiſionis fuerit vni aſsignatum vltra ſuam portionem reſpectiuè ad omnia bona, licet huiuſmodi diuiſio non ſit à lege approbata, firma tamen manebit quò ad iuſtam ratam ſecundum Andr. & ibi de ratione.*

12 *Doctr. Andr.in cap.1.qui ſucc.ten. volentis aſſenſum Domini præſtitum ſuper feudi alienatione facta à feudatario filijs carente prolem habenti, nulla mentione facta de illorum carentia, iuuare emptorem, eiuſq. hæredem, multifariã declaratur, & n.13.vſq; ad 16.*

13 *Vica-*

13 *Vicarius Regis, & ſi poſſit aſſentire, non tamē poterit alienare rem, vel ius Domini ſecundum And. ad quorum verborum dilucidationem inſignis Camer. interpretatio adnotatur.*

14 *Proreges non poſſunt aſſenſum præſtare legitimo ſucceſſore in feudo carentibus etiam circumſcripta Pragmatica nouem capitum, & ibi de ratione.*

15 *Aſſenſus Vicarij dicitur aſſenſus legis, qui diſtinguitur ab aſſenſu hominis ſecundum Andr.*

16 *Dominus aſſentiendo nunquam intelligitur iuri ſuo præiuditiū parare; ſed id præſtat, vt feudatarius poſſit abſque obſtaculo ſuum vtile dominium transferre.*

17 *Teſtator poteſt in ſuo teſtamento æqualiter diuidere feudalia inter ſuos hæredes, et etiam vni totum feudum aſſignare, & alteri totum allodium; ſed declara vt nu. 29. & 30.*

18 *Hinc cauendum eſt à Capy. qui ſub clypeo Oldr. & Alex. in negatiuam abijt opinionem, imò tātum abeſt, vt præfati Doctores hoc aſtruant, vt potiùs contrarium tueantur, atque defendant.*

19 *Et ad text. noſtrum, qui irrefragabiliter Capyc. ſententiam confirmare videtur, germanus affertur intellectus, ac fusè, & magiſtraliter declaratur, & nu. 32. cum ſequ.*

20 *Feudi alienatio in proximè ſucceſſurum eſt vſquequaque permiſſa.*

21 *Alienatione inter viuos prohibita, cenſetur etiam vetita, quę per teſtamentum inducitur.*

22 *Hæredis extranei inſtitutio ſpeties eſt alienationis ſecundùm Andr.*

23 *Diſpoſitio l. fin. C. de edict. diu. adr. tollen. obtinet etiam in feudis ex frequentioribus Doctorum placitis, & nu. 27.*

24 *Teſtamēti vitium ſi ſit viſibile impedit immiſsionem inductam ex d. l. fin. prout in hanc ſententiam itum eſt frequentiſsimè.*

25 *Feudatarij teſtamentum validum eſt præuio Domini aſſenſu ſecundum Bald. idque procedit etiam in feudo ex pacto, quo euentu filius tenetur, niſi faciat inuentariū ſecundum Andr. & ibi de ratione, & nu. ſeqq. & nu. 33.*

26 *Teſtator prout poteſt rem alienam legare, ſic de re hæredis diſponere.*

28 *Agnatum non ſuccedere in feudo ex pacto, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato, quomodo intelligatur.*

31 *Intellectus Camer. ad text. noſtrum neutiquam admittitur, et pugnat cum illo Andr. & gloſ.*

34 *Hæres nō tenetur habere ratum factum defuncti nullum ad limitationem regulæ l. cū à matre C. de rei vind. quo euentu etiam eius autbor reuocare poterit, & num. 37. circa finem.*

39 *Hæres non tenetur ſtare alienationi feudi factæ per defunctum, nec aſſenſus ſuperueniens iuuabit; ſed requiritur nouus hæredis contractus, & ſuper hoc nouo contractu nouus aſſenſus ſecundum Andr. opinionem quam D. Autbor firmis rationum momentis comprobat*

bat atque confirmat, & nu.40. cum pluribus ſeqq.

36 Dotarium ſuper feudo an poſſit in teſtamento relinqui, & nu.41.

37 Teſtator ſi inæqualiter inter filios diſponat de feudalibus, vel in extraneum, iſthæc ſuprema voluntas adeò effectu carebit, vt nec quò ad feudi æſtimationem ſit attendenda ſecundum Andr. ſententiam, quæ manifeſtiſſimo iure, et acutis, conquiſitisq. rationibus comprobatur per D. Authorem, referentem pariter ſic nouiſſimè deciſum iunctis omnibus Tribunalibus, & nu.38. vſque ad 58. ſed declara, et limita, vt nu.ſeqq.

38 Alienatio facta aduerſus legis prohibitionem nequaquam deuincit contrahentem, neque hærēdē eius ad intereſſe ſecundum Andr.

39 Promiſſio de vendendo feudū adeò viribus eſt deſtituta, vt promiſſorem ad nihilum obſtringat, et ita deciſum.

44 Feudū abſque aſſenſu dicuntur eſſe extra commercium, & nu.46.

45 Res alienari vetita per legis decretum cum periculo amiſſionis in caſu contrario, dicitur eſſe extra commercium ſecundum Bald.

47 Feudatarius feudum alienãdo abſq; Domini aſſenſu illud amittit.

48 Feudi conceſſio cum facultate alienandi abſque aſſenſu, abborrere dicitur ab illius natura.

50 Alienatio feudi ſpreto Domini aſſenſu non poteſt præſcriptione iuuari, & ibi de ratione.

51 Diſtinctio Camer. de primaria, & ſecundaria intentione in articulo illo an legato feudo debeatur æſtimatio non eſt ſubnixa iuribus, et per D. Auth. ingenioſè repellitur, eiuſq. locis facillimè reſpondetur, quæ diſtinctio multò fortiùs confutatur in contractu inter viuos, & nu.ſeq.

52 Res dicitur eſſe extra commercium, dū illius diſpoſitio pendet à Principis beneplacito.

53 Tex. in l vxor patrui C. de leg. perperam à DD. inducitur ad deciſionem quæſtionis, nū legato feudo debeatur ſaltim illius valor.

54 Feudalis conceſſio eſt contractus ex tribus conſiſtens perſonis, ſuper qua propoſitione conflatur viua ratione, cur legato feudo abſque aſſenſu minimè debeatur æſtimatio, & nu ſeq.

55 Dominus non tenetur recipere in vaſſallum, quem nolit, & aſſentiendo dicitur contrahere.

56 Aſſenſus ſollemnitas eſt ſubſtantialis, & eſſentialis, & non effectualis quicquid dixerit Camer.

57 Text. in l fin ff. com. præd. præ alijs inducitur ad deciſionem articuli.

58 Legatum de re aliena rectè cōſiſtit; ſed non ita inſtitutio de hæreditate alterius, & ibi de ratione.

59 Hæres in feudo hæreditario poteſt grauari vſque ad quantitatem valoris illius. Cæterum ſi eſſet feudum ex pacto, conficiendo inuentarium, ad nil teneretur, niſi eſſet nouum, & ibi de ratione.

60 Epilogus ſubnectitur eorum, quæ in præſenti Lectione explanata ſunt.

L E.

LECTIO II. aliàs XI. in ordine.

SVccedunt tantum filij æqualiter, vel nepotes ex filio, nulla ordinatione defuncti in feudo manẽte, vel valente.

Vidimus Domini in an-
1 tecedenti Lectione, quomodo fœminæ
ſint à feudorum ſucceſſione excluſæ, &
qui filij ad ſucceſſionẽ feudorum vocen-
tur, ſupereſt in hodierna Lectione vide-
re, ſi plures ſint filij, ſi inquã omnes ſuc-
cedunt, & ſi ſuccedant an prodiuiſo, vel
indiuiſo, & ſi pro indiuiſo, an poſſit feu-
dum diuidi, & quid in feudis dignitatũ,
& quid de iure francorum tàm reſpectu
ſucceſſionis, quàm diuiſionis, & vltimò ſi
omnes ſuccedere debent, quid ſi pater
inſtituit eos hæredes iuxta iuris formã,
an teſtamentum valeat, & ſi inæqualiter
inſtituit, ſi non valet in corpore feudi,
valeat quò ad æſtimationem, & dabi-
mus verum intellectum huic text. quo-
modo intelligatur nulla ordinatione de-
functi manente, vel valente, & ſi de feu-
do non hæreditario, vel etiam hæredita-
rio, & de ſucceſſione nepotis loquemur
in ſequenti Lectione.

2 Si ergo plures ſint filij, omnes ſucce-
dent: nam text. noſter loquitur in nume-
ro plurali, & etiam declaratur per verbũ
illud æqualiter, & eſt text. ſpecificus in
cap. omnes filij, ſi de feud. def. mil. ibi om
nes filij eius, qui feudum acquiſierit, fi-
delitatem facere debent, & ibi latiſſimè
per Andr. & communiter Scrib. idem
text. in 1. rubr. in §. & quia vidimus, ibi,
quod hodie ita ſtabilitum eſt, vt ad om-
3 nes filios æqualiter pertineat, quod quo-
modo intelligatur, quod omnes ſeruiant,
diſtinguit ibi peroptimè Andr. quando
ſeruitium eſt perſonale, vel conſiſtit in
dando, vt in pecunia, vt primo caſu vnus
eligatur, ſecundo verò diuidatur inter
4 ſucceſſores, & quò ad iuramentũ omnes
iurabunt, niſi vnus pro omnibus iuraue-
5 rir, quod intantum eſt verum, vt iura cõ-
munia feudorum voluerint feuda poſſe
inter hæredes, & conſortes diuidi, imò in
diuiſione hæreditatis totum vni aſsigna-
ri, vt dicit text. in d. cap. omnes filij, & in
cap. prætereà Ducatus de prohib. feud.
alien. per Frider.

6 Et licet Felyn. in cap. quæ in Eccle-
ſiarum de conſtit. in penult. col. nu. 128.
author. Panorm. in conſ. 82. tenuerit, qđ
hæc diuiſio tunc fiat, quando omnes vo-
luerint, ita quod vno ex conſortibus di-
ſcrepante minimè fieri poſsit, ponderan-
do text. in d. cap. prætereà Ducatus ibi ſi
conſortes voluerint; tamen vana eſt pon-
deratio, & contrarium ibi tenuit Andr.
nam text. ibi narrat contigentiam facti,
quando cõſortes omnes diuiſionem vo-
luerint, an debeant manere in commu-
7 nione inuiti, hoc eſt ſumere argumẽtum
à contrario ſenſu, inducendo iuris com-
munis correctionem, quod eſt à lege im-
probatum, ita reſpondet Alex. in conſ.
25. 5. vol. & in conſ. 7. eod. vol. cum alijs,
quos congerit Curt. eandem ſequendo
opinionem in 4. par. nu. 124. Capyc. idẽ,
& latius in ſua inueſti. in verb. feudorum
8 diuiſio 4. ampliat. & propterea remanet
firma concluſio, quod de iure communi
feudorum ſuccedant filij omnes pro in-
diuiſo, quodq; ad diuiſionem prouocare
poterunt: quia illo iure feuda diuidũtur.

9 Sed cum text. noſter dicat, quod filij
æqualiter ſuccedunt, propterea ſi ex di-
uiſione fuerit plus vni, quàm alteri aſsi-
gnatum, non valebit: quia tunc non erit
hæc diuiſio à lege approbata; ſed cadit
in ſpetie alienationis, & pro ea rata in-
ualidatur firma remanente quò ad iuſtã
portionem, vt per Andr. in d. cap. præte-
reà Ducatus, & ſtabit firma ſecundum
eum pro iuſta rata; quia in feudis vtile
per inutile non vitiatur, idemq; tradidit
in §. profecto de lege Corradi, de quo
articulo alia die diſcurremus, & intelli-
gatis vos hoc facta computatione, & di-
uiſione omnium bonorum inter hęredes,
ita quod vt dicit tex. in d. cap. omnes fi-
lij, ſi diuiſa hæreditate per corpora feu-
dum vni cõtigerit, tunc non dicetur aſsi-
gnatum vltra ſuam portionem reſpectiuè
ad omnia bona, ꝙ eſt notandum, & hoc
vult dicere text. ibi, ſi ex diuiſione feu-

dum

dum ad vnum peruenerit, in quo text.
omnes hæ tres concluſiones probantur
ſecundum Andr. videlicet omnes filios
ſuccedere, feuda diuidi, ac per diuiſionẽ
bonorum poſſe illud vni tantum aſſigna-
10 ri, ꝙ declarat idem Andr. debere intelli-
gi; dũmodo hoc ſine fraude fiat, & frau-
dem declarat idem Andr. in d. cap. præ-
terea Ducatus, vt ſi vnus hæredum non
haberet filios, & aſſignauit ſuam portio-
nem filios habenti, pręſumitur. n. tunc fa-
ctũ in fraudẽ ſpei proximè deuolutionis.
11 Sed notate, & menti teneatis: nã Andr.
ſe declarat, dicens hoc procedere, qñ iu-
ſtè ſperabatur non debere habere filios,
ſecus ſi rationabiliter ſperabat habere,
quam limitationem Andr. ſequitur Ca-
pyc. in ſua inueſtit. in verb. feudorum di-
uiſio, verſ. ſublimito quintò, & Curt. in
4. par. nu. 122. verſ. hæc prima regula
poſt Aluar. in d. §. præterea Ducatus.
12 Ex qua declaratione inſero Domini ad
intelligentiam doctr. Andr. in cap. 1. qui
ſucc. ten. in illa ardua, & notabili quæ-
ſtione, ſi non habens filios vendat filios
habenti cum aſſenſu Domini, nihil ex-
preſſo de carentia filiorum, vt aſſenſus
iuuet pro emptore, & hęredibus: nam in-
telligo, qñ non erat venditor de filijs de-
ſperatus; aliud enim eſt, ſi reſoluto iure
datoris reſoluatur ius acceptoris, & in
illa quæſtione cum dator habeat pro ſe,
& hæredibus, eodem iure trãſtulit in ac-
ceptorem, ineſt feudo, & eſt de natura
acquiri pro ſe, & hæredibus, Dñs aſſen-
tit, & áſſenſus intelligitur, prout ius in-
telligit, & cõſequenter nimirum ſi aſſen-
ſus iuuat emptorem, & hæredes: quia ni-
hil eſt ſurreptum, & poterat Dominus eſ-
ſe tàm in commodo, quàm in incõmodo,
cum potuerint filij emptoris decedere,
& potuiſſet ẽt venditor filios procreare;
ſed qñ de filijs venditor eſt diſperatus,
& lex ex hoc præſumit actum fraudulen
tum; tunc aſſenſus annullatur, non ex ip-
ſius defectu, nec ex defectu iuris venden-
tis; ſed ex fraude præſumpta, quæ actum
annullat, & aſſenſus iuuare non poteſt: nã
non interponitur ad aliud, niſi ad tollen-
dum obſtaculum, ita qđ ſi actus extra
qualitatem feudalem eſt nullus, aſſenſus
nihil iuuat, & propterea erit ex hoc ſub-
reptitius, ꝙ notate: quia, ni fallor eſt ve-
13 rus intellectus ad doctr. Andr. quã aliàs
Domini declaraui vobis intelligi debere
tantum in aſſenſu Regis, non autem Pro-
regis: nam dicit Andr. in cap. imperialẽ
in 1. addit. in 4. col. ſecundum primã im-
preſſionem de proh. feu. alien. per Frid. in
quæſtione illa, an Vicarius poſſit aſſenti-
re, ſi fuerit prohibitus alienare, cõcludit,
inquã, vt poſſit aſſentire: quia nihil alie-
nat; ſed tantum permittit, vt vaſſallus ſuũ
vtile dominium in alium transferat, non
autem dicit Andr. alienat aſſentiendo rẽ
Domini, vel ius Domini, vbi Camer. in
verſ. quinta concl. cart. mihi 79. in 4. col.
ſecundum primam impreſſionem, decla-
rando prædicta verba, dicit rem Domi-
ni. i. proprietatem, ius Domini. i. ius pro-
ximum fortè de feudo aperiendo.
14 Propter quod infert, non poſſe Proreges
aſſentire his, qui filijs carent: quia aliena
rent ius Domini. ſ. ius deuolutionis pro-
ximum, & hoc ſecundum erit verum ẽt
citra Pragm. nouem capit. ſecundũ quam
indubitatum eſt in Regno Proreges aſſen
15 tire non poſſe, vltra qđ aſſenſus Vicarij
eſt aſſenſus legis, cũq; lex de alieno con-
ſentiat, ſtrictè interpretatur, ꝙ non eſt in
aſſenſu hominis, qui de ſuo conſentit, vt
diſtinguit, & declarat idem Andr. in d. c.
1. qui ſucc. ten. ob quod tantò magis di-
cemus quæſtionem illam procedere in
16 aſſenſu Regis tantũ, & vltimò declaretis
vos, & intelligatis Andr. qñ alienatio fit
eodem iure, quo ipſe feudatarius tenet, ſi
iure diuerſo, tunc aſſenſus non iuuaret:
quia Dominus nunquam aſſentiendo in-
telligitur concedere ius ſuum, ius nouũ,
ac ſibi præiudicare, vt per eũdem Andr.
in eodem loco, & ſignanter quando non
intendit aliud facere, quàm aſſentire, idẽ
Andr. in d. cap. imperialem in princ. col.
fin. & per aſſenſum dicit ibidem Andr. in
4. col. quod non facit aliud Rex, niſi qđ
feudatarius abſque obſtaculo transferat
dominium vtile, quod habet, prout li-
quet ex regula text. in l. qui tabernas ff.
de contrah. empt.

17 Sed quæſo aduertatis ad pulchrũ paſ-
ſum, ſi ergo eſt iuris indubitati, qđ fiet
diuiſio feudorum inter ſucceſſores legi-
timos, & vnuſquiſque ad diuiſionẽ pro-
uocare poteſt, vtrum ꝙ ſucceſſores facere
poſſunt, hoc idem per teſtamẽtum poſſit
facere teſtator:non.n.eſt nouum,ꝙ teſta-
tores præueniant diuiſiones bonorum
inter ſucceſſores,& inter ipſos æqualiter
diuidant iuxtà text.in l.quoties,& in l.ſi
cogitatione C.famil. erciſc. & ſic poſsit
etiam totum feudum vni aſsignari,& al-
teri totum allodium , & videtur obſtare
text. noſter ibi,nulla ordinatione defun-
18 cti valente,vel manente, Capyc.vbi ſu-
pra in verb.ſublimita primò verſ. ſecũdò
noto, tenet, ꝙ conſuetudo diuidendi in-
ducta per actum inter viuos , non poſsit
extendi,vt per eam licita ſit diuiſio in
teſtamento,allegat Oldr.in conſ.237. &
Alex.in conſ.65.vol. quæ non meruerũt
allegari; imò ex intentione prædictorum
DD.contrarium eſſet concludendum:nã
loquuntur in terminis conſuetudinis vo-
luntariæ diuiſionis inter viuos , vt ppeà
non extendatur ad neceſſariam,prout eſ-
ſet,dicit Oldr.qñ teſtator diuideret,& ſic
intelligit prędictos DD.Curt.in d.30.q.
verſ.ſecundò limitatur,ergo data cõſue-
tudine neceſſarię diuiſionis,non procedit
dictum Capyc.& videtur concludẽdum,
poſſe teſtatorem facere per teſtamẽtum,
ꝙ Iudex,& ſucceſſores facere poſſent,qđ
19 eſt diuidere æqualiter, remanet tantum
difficultas , quomodo reſpondeatur ad
text.noſtrum,per quem Capyc.ibidem
dixit,teſtatorem non poſſe vni totum,vel
partem inæqualem aſsignare,& multa
Camer.vt infra,& ponderatur etiam An-
dr.in princ. noſtri Capituli.

Domini,verus intellectus eſt, text.no-
ſtrum procedere , qñ ordinatio à defun-
cto fit alio modo, quàm illo à lege feudi
ſtatuto, & propterea cõis eſt ſchola Do-
ctorum, non procedere, quando inſtitui-
tur legitimus ſucceſſor gloſ.eſt notabilis
in Conſt.Reg. hac edictali, vbi notanter
Affl.& idem Affl.in cap.noſtro,& in de-
ciſ.119.vbi Moder.Addentes.

Probat hoc tex.noſter:nam primò di-
cit.ꝙ filij tantum ęqualiter ſuccedunt,&
poſteà ſubſequitur nulla ordinatione,&c.
quaſi velit dicere de illa ordinatione ,
quæ ſucceſsionem æqualem filiorum al-
teraret,ergo à contrario ſenſu valere de-
bet,qñ ſecundum iuris diſpoſitionem or-
20 dinatio fit,& ratio eſt prõpra: quia pro-
hibitio hæc oritur à prohibitione aliena-
tionis,quæ cum ſit permiſſa in immedia-
tè ſucceſſurum ex reg.text. c.1.de alien.
feu.pat.ergo ꝙ poteſt facere per contra-
ctum inter viuos,poterit etiam & in vlti-
21 ma voluntate, ſicut per prohibitionem
alienationis inter viuos prohibetur etiã
illa, quæ induceretur per teſtamẽtum,vt
notat gl.in Conſt.cõſtitutionẽ diu.mem.
22 & Andr.in cap. noſtro in verb. filij tan-
tum æqualiter dicit,non ergo extraneus
hæres,videtur.n.alienare,qui extraneum
inſtituit,allegat tex.in l.peto §.fratre de
leg.2.& in prædicta Conſt.Reg.hac edi-
ctali,& in Conſt.conſtitutionẽ diu.mem.
non tenuit contrarium ; ſed oppoſuit, &
dubitauit de textu noſtro,& ita per præ-
dicta tenuit Capy.in repet.c.imperial.in
gl.2.verſ.limitate tertiò poſt Io.Rayn.ibi
in §. habito igitur nu.36. verſ.quæro, &
Iacob.in verb.& cum pacto, idemq; tra-
didit Curt. in eadem 4. part. principali
30.q. nu.129.

23 Et ſi Doct.cõiter concludunt, ꝙ habet
locum in feudo ex teſtamentaria diſpoſi-
tione text.in l.fin. C.de edict.Diu.& per
Io.Andr.in addit.ad Specul.in §.penult.
in tit.de teſtam.quã deciſionem cõi cal-
culo omnes Doct.ſequuti fuerunt in ead.
l.fin. vt ibi per Alex. Iacob. Iaſ.Curt.&
alios tradit in ſpetie Andr.in cap.1.ſi de
feud.defunct.milit. Frecc.in 3.lib.in 17.
differ. Capyc.in cap.imperialem in loco
ſupra allegato,& in ſua inueſtit.in verb.
feuda bonorum appellatione poſt Curt.
in 3.par.21.q.

24 Si ergo habet locũ miſsio in poſſeſsio-
nem vigore teſtamenti, ergo teſtamentũ
tenet in feudis: nam ſi non teneret, eſſet
vitium teſtamenti viſibile , quo caſu di-
cunt Docto. ꝙ non daretur ex tali teſta-
mento immiſsio, & plus dico,& notate,
ꝙ & ſi multi Doctor. fecerint differẽtias
inter

inter feudum hæreditarium, & feudũ ex pacto, tamen ego intelligo text. tam in feudo ex pacto, quàm in feudo hęreditario: nam aliud eſt, ſi diſpoſitio tenet, & aliud eſt, ſi obligat ſucceſſorem, & ſi ille
25 tenetur ſtare: dixit enim Bald. in §. donare, qual. olim pot. feud. alien. quod valet teſtamentum cum aſſenſu, & ſi idem dixit Andr. in cap. 1. de nat. ſucc. feud. 3. col. verſ. quid ergo, & in Conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, & Andr. hoc dixit etiam in feudo ex pacto, & propterea aduertit, quod filius faciat inuentarium, idemq́; tradidir in cap. 1. an agna.
26 & ratio eſt prompta, Domini: nam nulli dubium, quod poſſit teſtator diſponere de re hæredis, ſicut poteſt rem alienã legare ad text. in l. cum alienam C. de legat. adeò quod dum ceſſat legis prohibitio, vel quia adeſt aſſenſus, vel quia diſponitur ſecũdum legem, ceſsat etiam
27 ratio annullatiua diſpoſitionis, & propterea eleganter Frecc. in d. 17. differẽtia in fin. dicit, quod poteſt vti teſtamento, & remedio text. in l. fin. Agnatus ad ſui commodum, quod explicitè, & bene tradidit Afflict. in cap. noſtro loquens in
28 feudo ex pacto, & dum idem Author in 20. differ. ponit, quod in feudo ex pacto agnatus non ſuccedat, neque ex teſtamẽto, neque ab inteſtato, quod ſecus eſt in feudo hæreditario, benè inquam dicit non ex eo: quia teſtamentum eſt nullum; ſed quia poteſt agnatus ex propria perſona ſuccedere iure feudorum ſucceſſorio, & hoc modo intelligitur Iacob. de Belu. & intelligitur Bald. & ſunt etiam intelligendæ oẽs aliæ deciſiones, quodq́; valeat teſtamentum cum aſſenſu, tradidit in ſpetie Iac. de Belu. in noſtro capit. in princ. ibi, ſi non eſt Domini voluntate habita.
29 Ex quibus concludo indubitanter, ꝙ non ſolùm filij poſsunt diuidere æqualiter; ſed & etiam teſtator.

Et poterit etiam vni aſſignare feudũ, diuidendo æqualiter totam hæreditatẽ, & vt non deſit authoritas, dico, ꝙ Andr. dicit in ſpetie in d. cap. omnes filij, niſi lex, & pactio feudi aliud dicat, & ponit ipſe exemplum, quãdo feudum eſset naturæ, vt primogenitus tantum ſuccedere deberet, vel quando eſsemus in feudo ex pacto, ꝙ in præiuditium agnarorum non conſentientium fieri non poſset, & ſic ſe declarat, & intelligitur Andr. in cap. 1. in verſ. nec filiam de alien. feud. pat. & in cap. 1. in 3. col. in 1. addit. in verſ. quid ergo de nat. ſucc. feud.
30 Et rurſus non poterit pater feudum vni aſſignare, quando æqualis diuiſio non fuerit facta habito reſpectu ad alia bona hæreditaria, & ſic iura concordantur, quicquid dixerit Camer. in cap. imperialem cart. mihi 24. & ibi plures refert intellectus ad text. noſtrum, inquo nõ immoror; ſed teneatis intellect um ſupra traditum, qui eſt verus, & indubitatus, & ſic pariter ſe inuoluunt, & nihil dicunt Addentes ad Andr. in d. cap. omnes filij,
31 durum. n. eſt, quod vult Camer. contra Andr. vt text. in cap. noſtro intelligatur non ex defectu aſſenſus; ſed ex deficientia poteſtatis, cuius contrarium voluit gloſ. in d. cap. imperialem in verb. alienare, & Andr. in d. cap. 1. de nat. ſucc. feud.
32 & notate quæſo, ne cõfundemus terminos, aliud enim eſt prælegare vni ex filijs, & inter eos inæqualiter diſponere, & hoc minimè fieri poteſt, reſiſtit hic text. & procedit doctr. Andreæ hic, aliud verò eſt diſponere, prout ius diſponit, æqualiter diuidendo, & hoc lex permittit inter filios, prout primum denegat, & conſequenter ex præallegatis poteſt hoc idem facere pater, cum qua diſtinctione omnia dicta Doctor. reſoluuntur, & confunduntur, quos latiſſimè refert Curt. in 4. par. princip. n. 131. qui punctum non deguſtauit, & ſic etiam Iacob. in verbo, & cum pacto, quod de ipſo feudo, & Loffr. in conſ. 1. nu. 146. & ſeq. & ſic reſidemus ſub concluſione firma, quod omnes filij ſuccedant æqualiter, diuidant ęqualiter, aſſignennt vni, dummodo omnia bona æqualiter computato feudo diuidantur inter eos, & iſtud idem poteſt facere pater per viam diuiſionis æqualis, & iuridicæ diſtributionis, & ſic text. noſter, dum dicit nulla diſpoſitione defun-

cti manente, vel valente, intelligitur de omni feudo tàm ex pacto, quàm hæreditario deficiente aſſenſu; ſi tamen diſpoſitio non erat iuxta formam iuris; ſed ſi iuxta formam iuris, tunc cum non ſit alienatio, quod poteſt facere in vita, poſſet etiam facere per viam vltimæ voluntatis, & dixi procedere hoc etiam in omni feudo, & ſi hæc opinio eſt vera, oportet cogitare, ſi pater poterit aſſignare totum feudum vni, æqualãdo in reliqua hæreditate: nam ſi filij capiunt ex propria perſona, & habent ius radicatum, non videtur, quod pater poſſit illud ab eis tollere, niſi dicamus, quod non tollit; ſed præuenit iuditium Iudicis, cui lex hanc facultatem dedit diuidendi, & ſic ipſis etiam filijs, & aſſignandi partẽ, vel totum vni, ita quod facit id, quod lex diſponit, & ſic iuridicè, de quo alia die latiùs dicemus.

33 Si verò diſponeret cum aſſenſu, pariter text. iſte non procederet ſecundum Andr. poſt gloſ. in d. Conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, & in d. cap. 1. de natura ſucceſſionis feudi, & per Bald. in §. donare, qualit. olim feud. pot. alien. & notate, quod hoc procedit in feudo ex pacto, non hæreditario, & Andr. dicit in d. Conſtit. conſtitutionem diu. mem. dum tradit teneri primogenitum, quãdo cum aſſenſu pater diſponit, niſi conficiat inuentarium, ergo tenet teſtamentum, & non eſt nulla diſpoſitio; ſed ex defectu poteſtatis: quia res eſt aliena, diſpoſitio non ſortitur effectum in præiuditium filij conficientis inuentarium, vel agnati, & Aluar. dum declarat verba illa manẽte, vel valente, dicit: quia in feudis nulla valet diſpoſitio teſtamentaria, & ſi ñat, non poteſt manere, hoc inquam non procedit ſecundum omnes in feudo hæreditario, quando adeſt aſſenſus; igitur totus punctus conſiſtit in aſſenſu, & propterea aſſenſu deficiente etiam in feudo hæreditario habet locum ille tex. quia verum

34 eſt dicere nullam eſſe diſpoſitionem, & quando diſpoſitio eſt nulla, non habet locum text. l. cum à matre C. de rei vendic. Andr. in cap. imperialem in 2. addit. vbi latiſſimè Camer. cart. 90. & ſicut idẽ diſponens nullam diſpoſitionem poſſet ipſemet reuocare, ita pariter ipſemet hæres ex regula text. in l. poſt mortem, de adopt. in l. 1. C. de liber. cauſa, in l. quemadm. C. de agric. & cenſ. lib. 11. iura ſunt

35 peculiaria Andr. per quæ ſic tradidit in cap. imperialem in princ. 7. col. in artic. illo, an teneat aſſenſus impetratus poſt

36 mortem alienantis, & melius in cap. 1. §. donare poſt nu. 8. qual. olim pot. feud. alien. in illo artic. an poſſit in teſtamento relinqui dotarium in feudo.

37 Ex his corrolariè infero, & notate quæſo, ad veram deciſionem articuli, ſi teſtator, vel inæqualiter inter filios diſpoſuerit non per viam diuiſionis, vel ſi diſpoſuerit in extraneum, quod non ſolũ diſpoſitio ipſa in feudo erit nulla; ſed nec etiam æſtimatio debetur authoritate Andr. in locis prællegatis, qui loquitur non ſolum in feudo ex pacto; ſed etiam in feudo hæreditario, & reddit rationem: quia de iure non eſt ſubnixa hæc voluntas dicit ipſe, vnde non tantum: quia confertur diſpoſitio ad tempus, quando dominium eſt alterius, quod communiter allegatur in feudo ex pacto; ſed quia ius diſpoſitioni reſiſtit, vt peroptimè tradit in d. §. donare, & in d. cap. imperialem dicit, quod ex eo: quia contractus eſt nullus, hæres in feudo hæreditario ad aliquid non tenetur, nec ad aliquid illud inualidum, & nullum hæredem obli-

38 gauit, & hæc ſunt verba Andr. & proptereà idem Andr. in cap. 1. §. item ſi fuerint num. 35. quibus mod. feud. amitt. tradidit, quod quando lex inhibet alienationem, tunc intantum non valet diſpoſitio, quod nec etiam ad intereſſe tenetur, tàm contrahens, quàm eius hæres vltra tradita in §. commercium, de prohibit. feud. alienat. per Lothar. hinc

39 deciſum eſt, promiſſionem de vendendo feudum nullam, & promittentem ad nihilum teneri, ob quod ipſe decidit duas quæſtiones; vna eſt, quod in

40 feudo hæreditario non tenetur hæres confirmare alienationem feudi per defunctum factam, & aſſenſus ſuperueniens

ſuperueniens non iuuat; ſed requiritur nouus contractus hæredis, & ſuper nouo conſenſu nouus aſſenſus, & alia propria
41 ad quæſtionem noſtram eſt, quod legato dotario ſuper feudo, & ſic etiam debito in quantitate, hæres præſtare non tenetur, vnde multo minus non tenetur æſtimationem ipſius feudi.
42 Quod fundabo irrefragabiliter,& queſo aduertatis,nō enim eſt dubium, quod per mortem ſecundum opinionem omniū amiſſa eſt ſpes reconualidationis cuiuſlibet diſpoſitionis feudalis, & hoc tenendo,quod à principio non ſit nulla; ſed quod ſtet in pendenti, de quo inferius dicemus, & videbimus de veritate doctr.Io.Fab. in §.non ſolùm inſtit.de leg.& aliorum traditorum per Camer.in hoc articulo in cap. imperialē poſt alios Doct. dico inquam, quod nulli dubium eſt per mortem amitti ſpem prædictam reconualidationis,&purificatam eſſe vndiq; nullitatem contractus, & ſecundum Andr.habetur, ac ſi factus non fuiſſet ex illa regula,quod paria ſint,quid non eſſe factum,vel inutiliter factum.
43 Dico vlteriùs, quod poſt mortem impoſſibiles ſunt aſſenſus: quia non iuuant, & propterea non conceduntur,& vltimò
44 dico,quod de feudis non admittitur cōmercium abſque aſſenſu, & non ſolùm alienatio inhibetur;ſed text.in cap. 1.de prohib.feud.alien. per Lotha.dicit,quod ſine aſſenſu non poteſt quis diſtrahere, vel aliquod commercium aduerſus tenorem noſtræ Conſtitutionis excogitare,& ſiquis ad tale illicitum commercium acceſſerit,vel aliquid in fraudem huius legis machinari tentauerit,pretio,ac bene-
45 ficio ſe cariturum agnoſcat,& Bald.notanter in l.3.C.de iur.dot. declarat, q͏̃d res non dicitur eſſe in commercio,quando per diſpoſitionem legis non eſt naturæ alienabilis, & eſt ſubiecta amiſſioni per ipſam alienationem.
46 His ſic præſuppoſitis,videamus, ſi queſtio iſta eſt deciſa per caſū legis ab omnibus ponderatæ; ſed non per hos terminos,dicit.n.text.in l.idem Iulianus, aliàs incip.apud Iulianum §. conſtat de leg.1. quod prædia Cæſaris, ſi legenter, non debentur etiam quò ad æſtimationem, quoniam commercium eorum, niſi iuſſu Principis non eſt, cum diſtrahi non ſoleant,& Docto. ibi illud diſtrahi non ſoleant,intelligunt, vel quando nullo modo,vel cum magna difficultate;nunc ſic, ſi res feudalis, niſi cum aſſenſu alienari non poſſit, & poſt mortem alienantis aſſenſus nullo modo præſtari ſoleat,& abſque aſſenſu commercium rei feudalis, quodcunque excogitetur, eſt reprobatū, ergo habemus caſum deciſum,ex quo ſit, vt rationes adductæ per Camer. q͏̃ contractus feudalis non eſt omninò nullus, quod ſtat in pendenti,quod aſſenſus ſunt ſoliti præſtari,quod datur commercium, quod non æquiparatur Campo Martio, vel rei ſacræ.

Hæc omnia ceſſant poſt mortem:quia diſpoſitio non ſtat amplius in pendenti: nam hoc cauſat ſpes futuri aſſenſus,quæ per mortem dicit Andr.in d.loco eſt extincta,& alibi dicit notabiliter Andr. q͏̃d non dicitur ſtare quid in pendenti propter ſpē reconualidationis,quando actus eſt præteritus,& non futurus in c. 1. Imper.Loth.pen.col.vnde cum per mortem actus nullitatis eſt præteritus, & conſumatus, & non ſtat in pendenti, aſſenſus non conceduntur, & ex defectu impoſſibilitatis aſſenſus non datur cōmercium, & quod dixit Io.Fab. in d.§.non ſolùm, quod debetur æſtimatio: quia de ſe res eſt alienabilis; ſed impeditur p͏p quandam cauſam extrinſecam,apparet,quod eſt contra omnia iura feudorum; quia
47 feuda abſque ſpecifico aſſenſu ſunt de per ſe inalienabilia,& hæc eſt natura ipſorum feudorum, in tantum quod per alienationem amittuntur iuxta text.in cap.1.de prohib.feud.alien. per Lothar. & in cap. imperialem de proh.feud.alie.
48 per Frider.& quando conceditur feudū cum poteſtate alienandi abſque aſſenſu, dicitur feudum conceſſum contra propriam feudi naturam iuxta text. in cap. 1.de feud.non hab.propr.nat.feud.quod tenent omnes Siculi in repet. c.volētes.
49 Et quid eſt aliud dicere deberi æſtimationem,

tionem, quàm colludere legis diſpoſitionem, & per indirectum habere feudum, & hoc vult dicere text. diſtrahere, vel aliud cõmercium excogitare, aut aliquid aliud in fraudem legis machinari, & in cap. imperialem, ibi, ne tale figmentum, vel aliud vlterius in fraudem legis excogitetur, & alia pro hac opinione per verba noſtræ Conſtitutionis, ibi, nullam omninò firmitatem habere, conſideraūit doctiſſimus Anna ibi in repetitione illius Conſtitutionis, vbi hanc noſtram tenuit ſententiam.

50 Et rurſus text. in d. cap. imperialem, dum excludit præſcriptionem aduerſus alienationem ſine aſſenſu factam, reddit rationem: quia quod ab initio de iure non valuit, tractu temporis conualeſcere non debet, & idem tradidit gloſ. in cap. præterea de capit. Corrad. & hanc rationem etiam latè explicat Andr. in eodem cap. imperialẽ in loc. præalleg. ergo quomodo ſuſtinetur opinio illa, ꝙ contractus ſtet in pendenti, ſi text. dicit, ꝙ ab initio

51 de iure non valuit, & quod Camer. dicit de ſecundaria intentione, hoc eſt excogitare figmentum, commercium, & fraudem, & hi ſunt termini ſui, non autem iure fundati in materia, de qua tractatur, vbi diſpoſitio eſt penitus nulla, & text. in l. cætera §. ſi duob. de leg. 1. procedit in his, quæ ſunt in commercio, ſunt de per ſe alienabilia, & propter certam cauſam legari impediuntur, & ſic pariter procedit text. in l. filiusfam. in §. ſi quid eod. tit. vt Doct. vtrobique declarant, & præſertim in d. §. conſtat, quod ſecus eſt in feudo, & in noſtra materia noſtram tenens opinionem ſic reſpondet ad prædicta iura Iacob. in verb. & cum pacto, quod de ipſo feudo nu. 6.

Nec metetur allegari Andr. in §. è cõtrario in fin. de inueſt. de re alien. fact. nã vel ponit opinionẽ Modernorum, & non ſuam, cum dicit, Moderni dicunt, vel & meliùs, vt ipſe ſe declarat in fine, quod illud intelligatur, dummodo ſit bonæ fidei acceptor, remittendo ſe ad dicta in principio ipſius capituli, vbi diſtinxit inter ſcientem, & ignorantem, & loquitur Andr. in contractu inter viuos, & dat propter bonam fidem recuperationem pretij tanquam re euicta, prout diſtinxit in cap. imperialem §. callidis, & in cap. 2.

52 de feud. dat. in vic. leg. comm. & in contractu inter viuos non habet locum punctus æſtimationis iux. text. in l. multum intereſt, ibiq; Doctor. ff. de verb. oblig. & pro indubitato tradit Iaſ. in d. §. conſtat nu. 26. vbi Aret. nu. 5. author. Bald. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. tenuit, quod feudo legato non debetur æſtimatio: quia ſecundum eum, dum diſpoſitio eſt impoſſibilis, & prohibita abſque conſenſu Superioris, ſemper militabit diſpoſitio text. in l. apud Iulianum §. fin. vbi Doct. cõmuniter firmant, rem dici non eſſe in cõmercio, quando alienatio eſt prohibita abſq; Principis aſſenſu, & propterea tali caſu non deberi æſtimationem, vt præ cæteris ibi per Aret. poſt Imol. in princ. & in penult. col. circ. med. verſ. & aduerte, & oẽs hoc firmant, & rurſus ſi rectè aduertatur, loquitur Andr. in emphyt.

53 Et ſic non fundo ego opinionem hanc ſimpliciter in eo, quod confertur diſpoſitio poſt mortem, quo tempore res eſt in dominio alterius: nam in feudo hæreditario hoc non procederet: quia vt aliàs Domini declarauimus, ſucceſſor eſt hæres in ipſo feudo, & habet tranſmiſſione à defuncto in hæredem, & non poſſunt adaptari termini tex. in l. vxor patrui C. de leg. & alij qui per Doct. in hac quæſtione tractantur; ſed fundo opinionem in nullitate omnimoda ipſius actus, quæ venit purificanda poſt mortem, ex qua nullitas à principio detegitur, ac diſpoſitio facta contra legem, cum impoſſibilitate aſſenſus pariter per mortem firmata, propterea gloſ. in Conſti. conſtitutionem diu. mem. malè ſentijt; dùm tenuit deberi æſtimationem, niſi dicamus, ꝙ non firmauit opinionem, imò contrarium tenuit, dum vltimò pro contraria parte arguit, & aliud non dixit.

54 Sed quæſo attendatur motiuum, ꝙ non poteſt habere congruum reſponſum: cõtractus feudalis cõſiſtit ex tribus, ex perſona dantis, ex perſona recipientis, & ex con-

conſenſu Domini: nam non poteſt dubitari infeudationem ipſam eſſe contractũ, vt aliàs diximus in præludijs, & dum vaſſallus vigore primi contractus inueſtituræ eſt obligatus Domino, quãdo demum vult alienare, & vult ſe à cõtractu, & obligatione eximere, & alium ſui loco ſubrogare, & ſic quod Dominus alium
55 habeat obligatum; hinc quia Natio prouocat, & deterret, dicit Andr. in cap. imperialem in 1. addi. debet Dominus proſpicere, cum non teneatur recipere in vaſſallum, quem non vult iuxta reg. text. in cap. 1. de frat. de nou. benef. inueſtit. & aſſentiendo tandem contrahit cum hoc alio, & vnico conſenſu primum contractum reſoluit quò ad obligationem primi infeudati, occultando vnum actum ad text. in l. licet §. quoties, vbi gloſ. in verb. datum ff. de iure dot. in l. ſingularia ff. ſi cert. pet. vt ſic omni iure ſit dicendum, quod tres ſunt contrahentes in diſpoſitione feudi formati, quod formaliter tradidit Camer. in d. cap. imperialem cart. 24.4. col. lit. S, nunc ſic, dum cõtractus perficitur ex conſenſu contrahentiũ, & anteà non eſt contractus: quia deficit ſubſtantia, & eſſentia, & hoc modo poteſt dici ſtare illum in ſuſpenſo, in incerto, & in ſpe ſcilicet perfectionis, & concluſionis, quæ omnia reſoluuntur ex defectu, & impoſſibilitate cõſenſus poſt mortem, igitur nihil poteſt ex tali contractatione deberi: quia non adeſt diſpoſitio, non habuit perfectionem, non interuenerunt omnes, qui interuenire debebãt ad eſſe, & perfectionem illius, vt ſic dici debeat non fuiſſe in mundo, & propterea nullo modo poteſt tractari de æſtimatione, aut aliquo debendo ex contractu, ſeu diſpoſitione imperfecta, non tantum ratione ſollemnitatis, ſed etiam ratione defectus interuentus Regis contrahentis, & ſic ex imperfectione contractus.

56 Et ex hoc Domini, dũ Camer. tenuit, quod ſollemnitas aſſenſus eſt ſollemnitas effectualis, non benè dixit: nam dico, cum ſit illa, quæ perficit contractum ex ratione, de qua ſupra, quod eſt ſollẽnitas eſſentialis, & ſubſtantialis.

57 Videtur caſus pro prædictis in l. fin. ff. com. præd. q̃ maximè, vt ibi dicitur procedit in vltima diſpoſitione, quæ oportet habere perfectionem in ipſo actu diſpoſitionis, & reddit rationem text. quia non ſicut viuentium, ita & defunctorum actus ſuſpendi receptum etiam eſt.

Ibi enim erant plures Domini, qui oẽs conſentire debebant, dicit ibi text. quod non eſt actus perfectus, niſi omnium interueniat conſenſus, ita quod ex defectu vnius, dicit in ſpetie text. quod nihil eſt actum, & cum poſtremus cedit, perinde habetur, ac ſi omnes eodem tempore ceſſiſſent, ita quod tunc actus ſit, cõtrahitur, & perficitur; ſed text. noſter, qui penitus annullat diſpoſitionem, nonne decidit articulum, ſiquidem ſi diſpoſitio eſt nulla, nõ poteſt ex ea aliquid deberi.

Et hanc opinionem Dñi, tenuit Capyc. in repet. cap. imperialem, vbi cumulat alios, & Curt. idem in 4. par. princip. nu. 12. verſ. quintò videtur limitanda, licet ſibi fuerit contrarius in conſ. 30. vbi loquitur in inſtitutione, quod ſecundum meam opinionẽ parum refert, in quibus etiam terminis loquuta fuit glo. in dicta
58 Conſti. Reg. nam aliud eſt inſtitui, quem in aliena hæreditate, & facere illum alterius hæredem, & hoc fieri non poteſt, intantum, quod nec æſtimatio debetur iux. text. in l. fin. C. de hæred. inſtit. legatum verò poteſt fieri rei alienæ, & pariter quem facere hæredem meum in re aliena, & rationem reddit Bald. ibi in 18. oppoſitione: quia legatum reſpicit principaliter, & ſecundariò rem legatam; inſtitutio verò perſonam, quæ non poteſt redimi, nec obliquari, quem ſequitur Iaſ. in d. §. conſtat, & hanc eandem opinionẽ tenuit Aluar. in d. §. donare, Iacob. Neapod. & alij, quos refert Camer. vbi ſupra, & licet contra hanc opinionem fuerit aliàs iudicatum, vt refert Minad. in repet. Conſtit. in aliquibus; tamen nouiſſime iunctis omnibus Tribunalibus fuit iudicatum ſecundum hanc noſtram ſententiam, quam Domini intelligatis, vt dixi, in diſpoſitione, quę ſit in ipſo feudo abſque aſſenſu; ſed ſi diſponeretur de feudo

cum

cum aſſenſu, vel grauaretur hæres in pecunia, tunc aliud eſſet dicendum; ceſſant enim rationes nullitatis diſpoſitionis, ceſſant rationes commercij prohibiti, hæres quilibet poteſt grauari ad quantitatẽ ſoluendam iuxtà vires hæreditarias, ſi confecerit inuentariũ, & vltra vires abſque illius confectione, & propterea in eum caſum benè diſpoſitio teneret, niſi in fraudem ſucceſſoris illa facta fuiſſet, & hic fuit punctus diſputatus in cauſa Diuæ Annunciatæ cum Pignatellis, de quo facit primam ſuam deciſionem D.
59 de Franch. hinc Loffr. dixit, quod poteſt hæres grauari vſque ad quantitatem valoris feudi in conſ. 46. nu. 17. in fi. & hoc in feudo hæreditario; ſi verò eſſemus in feudo ex pacto, non eſt dubium, ꝙ hæres conficiendo inuentarium ad nihilum teneretur, & dico in feudo ex pacto antiquo, non autem nouo: nam reſpectu primi acquirentis omnes habent, vti hæredes iuxta tradita in cap. 1. an agnatus, in cap. 1. de alien. feud. pat. cum concordãt. ſed ſi diſponeret quis cum aſſenſu in feudo hæreditario eſſet hoc indubitatũ ſecundum Andr. in d. Conſtit. conſtitutionem diu. mem. & in feudo ex pacto, notate, ſi non valeret diſpoſitio reſpectu feudi, ex quo eſt alienum, valebit tunc reſpectu æſtimationis, tanquam legatum rei alienę: nam ex aſſenſu eſt res in commercio, eſt alienabilis, & nihil aliud impedit, niſi alienum dominium, quo caſu habet locum diſpoſitio text. in l. cũ alienam C. de legat. cum diſtinctione, de qua ibi per Docto. & hoc præſuppoſito, quod adſit hęres vniuerſalis ex teſtamẽto ſuper alijs bonis.

60 Et ſic habetis, Domini, declaratum, in quo feudo text. noſter intelligatur, ſi valet teſtamentum, ſi valet legatum, ſi debetur æſtimatio; & ſi pater in teſtamento poſſit ſic diuidere, prout poſſunt ſui ſucceſſores, & pariter habuiſtis declarationem diuiſionis feudorum, & quod limitatur in viuentibus iure francorum, ſecundum quod ius non eſt dubium, feuda ad vnum deuenire, & eſſe indiuiſibilia, vt per Andr. in d. cap. omnes filij, in d. §. præterea ducatus, & in alijs locis concordantibus, quæ ſufficiant pro hodierna Lectione.

SUMMARIUM.

1 *Summa eorum, quę D. Author tradidit in præcedenti Lectione.*

2 *Filij de iure cõmuni feudorum ſuccedunt pro indiuiſo, etiam in feudis dignitatum, & nu. 4.*

3 *Niſi viueretur iure frãcorum, quod eſt probandum: nam tunc primogenitus ſolus admitteretur, limita ſecundo de generali conſuetudine, vt nu. 6.*

5 *Feuda dignitatum de eorum natura ſunt indiuiſibilia; ſed id non obtinet in Regionibus Lombardiæ, & Alemaniæ.*

7 *Feudum dignitatis caſu, quo in eo omnes fratres ſuccederent, et prohibita eſſet diuiſio, an poſſit totum vni aſſignari in actu diuiſionis, & alteri totum allodium?*

8 *Bald. in hac quæſtione, de quo Aluar. non meminit, fuit Author affirmandi.*

9 *Capyc. negauit.*

10 *D. Author diſtinguit multa capita, & in omnibus ſatis doctè loquitur.*

11 *Nepotes in ſucceſſione Aui ſuccedunt in proprium parentis locum cum prærogatiua prælationis, & nu. 16. & 43.*

12 *Ita quoque in ſucceſſione patrui, intantum, vt excludant patruum ex vno latere, ſi ipſi ſint ſuſcepti ex fratre vtrinque coniuncto.*

13 *Pater, et filius iuris fictione dicuntur vna, & eadem perſona.*

14 Ne-

14 *Nepotes veniunt liberorum, ſeu filiorũ appellatione, idq. fusè exornatur, & nu. ſeqq. iunctò nu. 40.*

15 *Priuilegium conceſſum filijs regulariter eſt ad nepotes tranſitorium ſecundum Bart.*

16 *Nepos ex filio excludit Amitam à ſucceſſione Aui ſtante ſtatuto, quod filia non ſuccedat exiſtentibus filijs maſculis.*

17 *Subingreſſio habet locum in infinitum in linea deſcendenti de iure communi Romanorum, feudorum, Regni, & municipalis huius Ciuitatis, & nu. 33. & 42.*

18 *Sed in linea collaterali non datur poſt fratrum filios, quo loci habetur, quando nepos ſuccedat unà cum patruo in feudo, & quando vnus ab altero excludatur iuxta opinionem Andr. & num. 21. & 34.*

19 *Succeſſio in linea collaterali datur vſque ad 10. gradum de iure cõmuni Romanorum; ſed ſecundũ terminos conſuetudinum feudalium vſque ad ſeptimum in feudo antiquo, & quid de iure Regni, & nu. 33.*

20 *Subingreſſio ſecundum conſuetudines huius Ciuitatis datur in infinitum etiam in linea collaterali.*

21 *Frater de iure communi feudorum non ſuccedit fratri in feudo nouo, ſecus de iure Regni, niſi inueſtitura eſſet pro hæredibus ex corpore, & nu. 26.*

23 *Frater ſecundum interpretationem Peritorum Regni ſuccedit in feudo etiam quod non ſit coniunctus ex latere, vnde feudum prouenit, & ita deciſum.*

24 *Nepos non ſuccedit patruo in feudo nouo, idq. eſt expreſſum in Conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus, quicquid dixerit Frecc. aſſerens hunc caſum fuiſſe omiſſum à dicta Conſtit.*

25 *Patruus de iure Regni non ſuccedit nepoti in feudo nouo, idq. multis rationibus confirmatur, & num. ſeqq.*

27 *Correctio legis non eſt admittenda, niſi de ea conſtet manifeſtè.*

28 *Extenſio ab vno conceſſo ad alterum prohibitum omninò denegatur, licet vtrunque per priùs fuiſſet prohibitum.*

29 *Feudum paternum quod dicatur.*

30 *Aſſenſus denegatur feudatario carenti legitimo ſucceſſore; ſed an Amita dicatur legitima ſucceditrix.*

31 *Inueſtitura pro hæredibus ex corpore non præſumitur in Regno, licet iſta ſit communis forma.*

32 *Aſſenſus an ſit iudicandus ſurreptitius, ſi feudatarius alienet pro ſe, & hæredibus, & ita Dominus aſſentiat, ſi ille tenebat pro hæredibus ex corpore.*

35 *Nepos primogeniti excluditur à patruo ſecundogenito in terminis Conſtit. Reg. vbicunque viueretur iure frãcorum ſecundum opinionem Andr. quæ tamen reuocatur in dubium.*

36 *Doctores hinc inde longa ſerie referuntur, quorum aliqui atteſtantur quæſtionem eſſe deciſam aduerſus Andr. de generali conſuetudine, & nu 36. 37. 38. & 53.*

39 *Quæ*

Digitized by Google

39 *Quæ Andr. ſententia quando eſſet vera limitatur, vbicunque nepos eſſet maior patruo ſecundum eoſdem Doctor. qui Andr partes ſuſtinuerunt.*

40 *Ex qua limitatione per D. Authorem principale fundamentum pro patruo fundatum ſuper proximitate, & filiatione ſatis ingenioſè ex multis euertitur, & nu. ſeqq.*

43 *Succeſsio filiorum eſt ius de per ſe, & diſtinctum à filiatione, & eſt ſpes approbata à iure ſecundum Bart. communiter receptum.*

44 *Primogenitura non prouenit à Patre; ſed à Deo, & fortuna, eſt ius in babitu, & in ſpe, & acquiritur filio non tranſmiſsione, & ſucceſsione; ſed ex priuilegio legis, vel conſuetudinis, & nu. 50. & 51.*

45 *Trāſmiſsionem effugit ius delatum, & non quæſitum; ſed id non obtinet in feudis.*

46 *Primogenituræ ius primogeniti proprium filiatione extincta non deficit; ſed tranſmittitur ad filios, & filias, non autem extraneos, eſt pariter ceſsibile, & affertur exemplum ſacræ ſcripturæ, & nu. 51.*

47 *Ius ceſsibile eſſe tranſmiſsibile eſt iuris regula conſtitutum.*

48 *Succeſsionis ius, & ſucceſsio ipſa diuerſa ſunt.*

49 *Ius poteſt perfectè acquiri, & eius effectus in mortem differri, idque donationis exemplo fit perſpicuum.*

52 *Priuilegium perſonale perſonæ conceſſum ex certis cauſis eſt tranſitorium ad hæredes ſuos, non extraneos.*

54 *Nepos ex fratre primogenito etiam in linea tranſuerſali excludit patruum tertiogenitum, & multò fortiùs eius filios in terminis Conſtitut. Reg. vbicunque viueretur iure francorum, & ita vſus forenſis obtinuit.*

LECTIO III. aliàs XII. in ordine.

1 VIDIMUS in præcedenti Lectione, quomodo filij ſuccedant, an omnes, an pro indiuiſo, & vtrum poſſint inter ipſos feudum diuidere, & fuit concluſum, omnes filios ſuccedere pro indiuiſo, & poſſe demum feudum inter ipſos diuidi: imò compelli, & prouocari vnumquemque ad diuiſionem, & quod fortiùs poſſe in vniuerſali hæreditate feudum vni aſſignari, ſic dicit text. in cap. omnes filij, ſi de feud. def. mil. ſic gloſ. & Doct. in cap. ſi quis miles Imper. Loth. & in l. ſi familiæ, C. famil. ercif. ſed hæc omnia, fuit dictum, quod fieri debēt æqualiter, & non inæqualiter, item quod fiant ſincerè, & bona fide, & non in fraudem, Authore Andr. in d. cap. omnes filij, & melius in cap. imperialem in §. prçterea ducatus.

Ex his concluſionibus fuit facta illatio, quod idem poſſit facere pater diuidendo inter filios çqualiter, imò aſſignare vni totum feudum, æqualatis tamen alijs in hæreditate vniuerſali, ita ꝙ computato feudo vnuſquiſque habeat ſuam portionem, quod in ſpetie dixit Andr. in d. cap. omnes filij, quem non intellexerūt Moder. Add. ibi, nec aliquis Docto. quos ipſi allegant, nec eſt ſibi contrarius Andr. dictis per eum hic, dum ipſe loquitur, quando inæqualiter diuidit, & in alijs locis loquitur in feudo ex pacto, nō hæreditario, & fuit ex his datus verus intellectus text. noſtro, vt loquatur in omni

ni feudo,& etiam limitetur in omni feudo,ſcilicet tàm hæreditario,quàm non hæreditario,quodq; tex.fundetur in nullitate actus,non autem impotentia diſpoſitionis, & propterea ſi teſtator diſponit contra ius, vt putà in extraneum hæredem,non eſt dubium apud omnes diſpoſitionem eſſe nullam ex regula iſtius tex. etiam in feudo hæreditario: quia dicitur alienare,& propterea tex.non contentus fuit dicere, quod non permanet diſpoſitio, quod non eſt ſtabilis, quod non eſt firma; ſed dicit, quod non valet,& hoc important illa verba manente, vel valente.

Dixi,quod pariter fuit adducta generalis limitatio in omni feudo: nam ſi cũ aſſenſu diſponit, non procedit text. noſter:quia ius non reſiſtit,& idem ſi diſponit, prout ius diſponit: quia adeſt tunc aſſenſus legis, nec eſſe feudum ex pacto non hæreditarium refert aliquid ad validitatem diſpoſitionis,& tunc procedũt regulæ poſitæ in teſtatore diſponente de re aliena,hinc Andr.in locis adductis dicit, quod oportet, quod faciat inuentarium, & ſignanter in Conſtit.conſtitutionem diuæ memoriæ.

Ex quibus fuit firmatum,quid in quęſtione illa ſi diſpoſitio de feudo, vel per viam inſtitutionis, vel per viam legati, vel alio modo in perſonam non immediatè ſucceſſuram, ſi inquam diſpoſitio tenet ſaltim quò ad ęſtimationem,& fuit facta trimembris diſtinctio, quod aut ſit diſpoſitio ſine aſſenſu, & in omni feudo illa non tenet, ex nullitate actus præciſa ex diſpoſitione,quæ confertur poſt mortem ex impoſſibilitate aſſenſus eodem tempore,& vltimò ex commercio prohibito in eum caſum,propter quod nec ad æſtimationem hæres obligatur, aut verò adeſt in diſpoſitione aſſenſus, & tunc in feudo hæreditario quæſtio non procedit: quia tenetur ad traditionem iuxta gl.& Andr.in d.Conſtit. in feudo verò ex pacto tenetur ad traditionem, ſi non facit inuentarium,dicit ibi Andr. & inuentario facto tenebitur ad æſtimationem, tãquam in legato rei alienæ cũ diſtinctione Ciuiliſtarum, & hoc pro concurrenti quantitate bonorum hæreditariorum.

Et vltimum membrum fuit,ꝙ ſi diſpoſitio non eſt de feudo; ſed de quantitate, tunc ſemper hæres ad eam tenetur, quicunque ſit hæres, niſi in fraudem, & hæc eſt prima Deciſ. Sac.Conſ. loquendo tamen hoc vltimo caſu in feudo hæreditario, & etiam ex pacto pro concurrenti quantitate iurium hæreditariorum confecto tamen inuentario.

2 Viſo igitur,quod filij ſuccedunt, atque diuidunt,& propoſui vobis, quid in feudis dignitatum,& hic duo ſunt articuli; primus,ſi omnes filij ſuccedunt,& alius, ſi feuda talia diuiduntur, & quò ad primum verum eſt,omnes ſuccedere pro indiuiſo,vt declarat Andr.in cap.1.de feu.
3 March. & ſuccedere maiorem natu non procedit, niſi quando viuitur iure fran-
4 corum,quod probari debet, ob qđ dixit Andr.in d.S.præterea ducatus, ꝙ omnes filij erunt hæredes, & habebunt Comitatum, vel Marchionatum pro indiuiſo, idemq; tradidit Capyc.in ſua inueſtit.in verb.feudorum diuiſio in 6.limit. in fin.
5 Quò ad ſecundum articulum, non eſt dubium hæc feuda de ſui natura eſſe indiuiſibilia,dicit tex.in d.S.præterea Ducatus, quod limitatur ſecundum Andr. cæteroſq; Doct.in partibus Lombardiæ, & Alemaniæ,in quibus de generali conſuetudine non ſolum omnes ſuccedunt in
6 feudis dignitatum;ſed diuidunt,& etiam primum dictum circa ſucceſſionem extra prædictas partes Lombardiæ, & Alemaniæ limitatur de generali conſuetudine, ſecundum quam ſolus primogenitus in talibus feudis ſuccedit, de qua teſtatur Oldr. conſ. 237. Iacob. in verb. quid ſi Rex,& Capyc. in loco præallegato verſ. ſublimito quintò.
7 Sed Domini, in caſu, in quem in dictis feudis omnes ſuccedunt,& eſſet prohibita diuiſio iuxta diſpoſitionem iuris cõis, an poſsint fratres diuidere hoc modo,vt ad vnum deueniat tota Marchia, & ad alium totum allodium, quaſi ꝙ hoc non ſit diuidere feudum,imo fortiùs vnire,& videtur ceſſare ratio alienationis prohi-

tæ,

8 tæ,ſi oẽs erant legitimi ſucceſſores, quã
quæſtionem poſuit Aluar.in d.§.prętereà
Ducatus, & tenuit hoc fieri poſſe poſt
Bald.ibidem, quem ipſe non allegat, &
9 Aluar.reprehendit Capyc.vbi ſupra in
verſ. limita primò, & bene iuditio meo
10 conſiderando quæſtionem ſimpliciter:
nam & ſi diuiſio conſiderari non poteſt,
conſideratur tamen ſucceſſio, quæ alte-
tur, & ſi dicatur, quod fit hoc, non per
viam ſucceſſionis; ſed aſſignationis poſt
effectum conſumatum ſucceſſ. dico non
procedere, ſi ſucceſſor fratris eſſet ipſius
filius, aliàs non dato filio, & frater, cui
totum feudum aſſignatur,eſſet immedia-
tè ſucceſſor, tunc ſuſtineretur actus per
viã refutationis factæ in immediatè ſuc-
ceſſurum,& ſic non benè dicit Alua. nec
Bald. quia non conſideratur in eum ca-
ſum terminus diuiſionis;ſed ſucceſſionis,
& minus bene reprehendit Capyc. per
terminum diuiſionis:quia illa non adeſt;
ſed vt dixi per viam refutationis actus
poteſt ſuſtineri, & ſi viueretur iure fran-
corum,tanto minus ſi feudum aſſignetur
fratri, qui nullam in eo haberet partem:
quia fieret Dominus,qui aliàs non erat,
& eſſet tunc ſpecies alienationis,ita An-
dr.in d.§. præterea ducatus, quod intel-
lige, quando haberet filios frater diſpo-
nens,aliàs fieret diſpoſitio in immediatè
ſucceſſurum.

Hæc omnia,Domini,intelliguntur re-
ſpectu diuiſionis totalis ipſius corporis
feudi,aut dignitatis,non autem reſpectu
iuriſdictionis, & aliorum remediorum
introductorum per iura reſpectu commo-
dioris poſſeſſionis,vt poſſidere per regio-
nes,& corpora diſtincta, vel alternis an-
nis,vel fieri locationem,& diuidere pen-
ſiones,de quibus latè per Doctor.in d.§.
prętereà ducatus,per Curt.in 3.par.prin
cip.in 30.q.nu.123.& per Capyc.vbi ſu-
pra in 2.& 3.limit. & in feudis dignita-
tum,vt poſſint diuidi redditus, & admi-
niſtratio, videatis pulchrum conſ.Alex.
25.in 5.vol.notabiliter Alber.in ſuo Di-
ctionario in verb.feudum,& loquor de
exercitio iuriſdictionis, & vſu tempora-
liter, & ſic cõciliantur omnes opiniones
hinc inde ex latè adductis per Tiraq.de
iur.primog.in 4.q.nu.50. nam contraria
omnia loquuntur in diuiſione totali, &
diſtincta, atque perpetua iuriſdictionis,
aut corporum feudorum, quod non pro-
cedit in diuiſione adminiſtrationis tem-
poraliter,ac perceptionis pariter fructuũ
arbitrio Iudicis ſecundum caſus contin-
gentes,author.Bart.in l. inter tutores ff.
de admin.tut. ſemper enim quod non
tangitur dominium feudi, & fit ſimplex
diuiſio quò ad adminiſtrationem facti,
& temporaliter negotium non habet dif-
ficultatem,& ſic procedunt latè adducta
per Capyc.in verb.feudorum diuiſio,vbi
poteritis videre, ſi autem conſtitueretur
ius in re, tunc eſſet verè diuidere, eſſent
actus diuiſionis à lege prohibitæ,& pro-
ptereà non poſſunt ſuſtineri; hinc eſt,qđ
exiſtente vnico Domino feudi titulati
cõſiſtentis in diuerſis Caſalibus,fuit præ-
cticatum admitti diuiſionem adminiſtra
tionis iuriſdictionis,& licere conſtituere
diuerſos Officiales per caſalia,prout fuit
factũ in Terra Giſoni,& è contrario fuit
denegatum in Ciuitate Nuceriæ Paga-
norum; ſed vt dixi hæc omnia ſunt Iudi-
ci arbitraria ex qualitate factorum, &
poſſunt vno tempore fieri, & alio dene-
gari,& ſic è contra.

Ex quibus remanet benè declarata
ſucceſsio filiorum.

11 Cumq; text.noſter loquatur etiam de
ſucceſsione nepotũ,præmiſi vobis, quid
dicendum eſſet de ipſorum ſucceſsione,
item quid de cæteris in vlteriori gradu
poſitis, & tertiò,& vltimò quid exiſten-
te patruo.

Quò ad nepotes multa iura dicunt,ꝙ
ſuccedunt,vt in 1.rubr.in §.hoc quoque
in cap.1.de feud.March.in cap.1.de nat.
ſucc.feud.& alijs;ſed per verba expreſſa,
ꝙ loco patris,in vicem patris, in ius pa-
tris,in prælatione,& priuilegio patris,&
text.noſter dicit,quod ipſi, videlicet ne-
potes ex filio Auo loco ſui patris ſucce-
dunt,idem dicit text. in cap. ſi quis mi-
les Imper.Loth.ibi,in beneficium Aui in
patris vicem ſuccedit,& text.in l.1. §.ſi
filius ff.de ſuis,& legit.dicit,ſi filius ſuus

hæres

hæres eſſe deſijt,in eius partem ſuccedūt omnes nepotes,& in §.ſi quis igitur in auth.de hæred.ab inteſt. venientibus,dicit, quod filij filiorum in proprium parentis locum ſuccedunt,& tantam parētis partem hæreditatis habebunt, quantam haberet eorum pater, ſi viueret, &
12 text.in §.ſi igitur il ſecondo,eod.tit.ponit caſum,quādo defuncto ſuperſūnt nepotes ex fratre vtrinque coniuncto,& ex altera parte exiſtit frater ex vno latere tantum coniunctus, & dicit ibi text. q̄d nepotes ſuccedunt, & patruo præferuntur,licet ſint in tertio gradu: quia ſubingrediuntur locum patris, qui ſi viueret,
13 prædictum fratrem excluderet, & alibi text.in l.fin.C.de impub.& alijs ſubſtit. dicit,quod natura pater, & filius eadem eſſe perſona penè intelligantur, hinc ap-
14 pellatione liberorum,ſeu filiorum nepotes continentur ad text.in l.liberorum in l.iuſta ff.de verb.ſignif.

Hinc gloſ.in verb.ſolus in cap.1.de nat.ſucceſ.feud.dicit, quod inter liberos connumerantur nepotes, & Barto.in d.l. liberorum tradidit pro regula, quod in conceſſionibus ſemper appellatione filiorum cōtinentur, & licet diſputetur quęſtio an hoc ſit ex propria ſignificatione,
15 an verò ex interpretatione,tamen dicit Bart.vbi ſupra, quod ſemper beneficium datum filijs,priuilegium, & honor trāſit
16 regulariter ad nepotes, & nepos filio ſublato locum filij dicitur tenere, & licet in veritate ſit in ſecundo gradu; tenebit tamen primum, vnde aſſumet priuilegium patris ſui, ob quod ſtante ſtatuto, quod filia non ſuccedat ſtantibus filijs maſculis,erit nihilominus excluſa ſtantibus nepotibus maſculis ex filio, vt ibi per Iacob.Butr.Bart.& cæteros,& in fauorabilibus regula eſt, quod ſemper nepos veniat filij appellatione, vt latiùs ibidem per Alciatum,& in ſucceſſione feudi,vt appellatione filij comprehendatur nepos,glo.notab.in §.& ſi clientulus de alien.feud. in verb. Dominum in fin. vnde nimirum ſi in text.noſtro,& in materia feudali nepos in locum patris ſuccedet, ipſiusq́; perſonam in omnibus repræſentabit,& nulla erit differentia inter ius feudorum,& ius Romanorum,& Cōſti.Reg.vt de ſucceſſ. in verb. filij autem fratrum,ibi idem ius, quod pater eorum habeant,vnde firma remanet concluſio, quod per verba expreſſa iurium feudalium,& communium Romanorum, ac ēt Regni nepotes locum, vicem patris ſubingrediuntur cum prętogatiua pręlationis,& ſucceſſionis in eiuſdem patris iure, & Andr.ad propoſitum adducit text. in auth. vt fratrum filij in princ. ibi filij filiorum ad hæreditatem vocentur,paternum adingredientes gradum, & illius ſe rentes portionem,& propterea ipſe dicit in cap.noſtro,vt filius filij,idemq́; nepos tantum habeat,quantum haberet pater, ſi viueret:quia in hoc ordine non quærimus gradum, & demum ſe remittit ad notata in cap.1.de nat.ſucc.feud.vbi nu. 14.idem tradidit in cap.1.§.his verò de grad.ſucc.in feud.

17 Hoc dictum Andr.ampliate Dñi,non ſolùm in nepote ex filio;ſed in deſcendētibus in infinitum,vt oēs locum patris aſſumant, vt declarat text.in 1.rubr. in §. hoc quoque in fin.in d.c.1. de nat.ſucc. feud.in c.1.de grad.ſucc.in feud.& idem procedit de iure authenticorum,vt in iuribus præalleg.quia,vt benè dicit Andr. in linea deſcendenti non quærimus gradum,& hanc etiam ſucceſſionem in infinitum in prædicta linea dat Conſtit.prędicta,vt de ſucceſſ. & ſic non eſt differētia inter ius cōe Romanorum, & ius cōe feudorum,& ius commune Regni, quod eſt ius Conſtitutionum, & concordat ēt conſuetudo noſtra Neapolitana in tit.de ſucc.ab inteſt.incip.ſi moriatur.

18 In linea verò collaterali in feudo antiquo datur ſubingreſsio quò ad nepotem tantum, ita q̄ de iure cōi feudorum ſuccedit nepos inſimul cū fratre,ſeu patruo, q̄ñ viuunt iure Longobardorum, ita declarat text.in d.c.1. de gradib. in feudo verò nouo,ſecus: q̄a nec frater ſuccedit, & ſic pariter nec filius fratris,dicit text. in §.fin aūt in 1.rubr.vbi declarat And. in §.hoc quoque,& aduertatur quæſo:nā loquimur in materia ſubingreſſionis,non

K autem

19 autem ſucceſſionis: quia de iure cõi feu-
dorũ in feudo antiquo ſucceſſio eſt in li-
nea collaterali vſq; ad ſeptimũ gradum,
vt in §.ſin autem,licet de iure Romano-
rum ſit vſq; ad 10.ſed quò ad ſubingreſ-
ſionem dico non extendi vltra nepotẽ,
& ſic procedit text.in d.c.1. de gradib.
& ita eſt de iure authenticorum,vt in d.
authen.fratrum filij, & declarat Andr.in
eod.c.1.de grad.in §.his verò,ꝙ latè ex-
plicauit de iure cõi Romanorum Dec.in
conſ.1.vbi quid in materia fideicommiſ-
ſaria,& in feudis dicit Andr.vbi ſupra,ꝙ
ſubingreſſio regulatur, ſicut de iure Ro-
manorum,ita ꝙ poſt fratrum filios vnuſ-
quiſque agnatus ſuccedet, ſicut proxi-
20 mior eſt,quod non procedit in terminis
conſuet.huius Ciuitatis, per quas datur
etiam in linea tranſuerſali ſubingreſsio
in infinitum.
21 Ex his per iura ſupra allegata habe-
mus,ꝙ tàm in linea deſcendenti,quàm
collaterali nepotes ſuccedunt in locum
parẽtum,in tantùm,ꝙ etiam patruis exi-
ſtẽtibus inſimul ad ſucceſſiones admittũ-
tur,niſi natura feudi repugnaret, vel qa
eſſent feuda indiuiſibilia,& naturæ talis,
ꝙ ad vnum deuenire deberent:nam tunc
nepos patruum excluderet;ſed ſi feuda
eſſent naturæ, qđ deuenire deberent ad
primogenitum, ꝙ intelligitur ſecundum
Andr. de illis, qui inuenientur primoge-
niti tpe mortis patris, tunc patruus ex-
cluderet nepotem, prout vtrũque tradit
Andr.in d.c.1.de nat.ſucc.feud.& in hoc
cap. noſtro in hodierna Lectione, & pro
abſoluto tradidit Andr.in repet.Conſti.
Reg.Comitibus,& idem eſt ſecũdum eũ,
ſi ex inueſtitura feuda deuoluerẽtur pri-
mogenitis; vel proximis in d.§. his verò
de grad.& in c.1.ſi quis miles Imper.Lo-
th.ob ꝙ in locis prǫallegatis tenet,quod
in Regno in terminis noſtræ Conſtit. vt
de ſucceſſ. dum viuitur iure francorum,
ſecundum ꝙ primogenitus tantum ſucce-
dit,tenet ipſe,ꝙ patruus præfertur nepo-
ti,& ſic ſubingreſſio,quæ per prædictam
Conſti.datur filijs filiorum,vel filijs fra-
trum non procederet ſecundũ Andr.exi-
22 ſtente patruo,& hæc omnia,vt dixi, ha-
bent locum in feudo antiquo de iure cõi
feudorum;ſecus verò in feudo nouo.ꝙ in
Regno non procedit:nam ſecundum prǫ-
fatam Conſti.in feudo nouo frater fratri
ſuccedit,niſi cõceſſio eſſet pro hǫredibus
ex corpore,vt ſunt cões formæ inueſtitu-
ræ,vt in ead.Conſtit.per Andr.& ita de-
23 ciſum refert Affl.in deciſ. 293. qđ latè
proſequutus eſt Loffr.in c.1.de nat.ſucc.
in quæſt.illa, an in feudo paterno ſucce-
dat frater vterinus,& è contra in mater-
no frater conſanguineus,ita quod etiam
ꝙ non ſit coniunctus ex latere,vnde feu-
dum prouenit, frater fratri ſuccedat ſe-
cũdum interpretationem Peritorum Re-
gni, ſecundum quam ẽt fuit iudicatum,
24 quæ pariter explicat Frecc.in 2.lib.in
diff.feud.quat.plan.& de tabul.in 21.dif
fer.qui dixit in feudo nouo ſecundũ prǫ-
dictam Conſtit. dari ſucceſſionem fratri
tm̃,non autem filio fratris:quia eſt caſus
omiſſus,& ego dico,ꝙ eſt caſus expreſſus
in Conſtit. nam ibi datur ſubingreſſio in
feudo antiquo in verb. filij aũt fratrum,
ſubſequitur poſtea, & dicit in acquiſitis
autem patruo ex largitione noſtra, vel
quolibet titulo nepotes ex fratribus non
ſuccedunt,& ita intelligit ibi glo.& An-
dr.qui dicit hoc eſſe iniquum.
25 Sed pulchra quæſtio eſt Dñi,ſi frater
ſuccedit fratri in feudo nouo de iure Re-
gni,an ita pariter ſuccedat nepoti,q ſuc-
ceſſit in feudo patris,eiuſdemq; fratris,&
in feudo nouo loquor: quia in antiquo
quæſtio eſt deciſa per Andr.in d.c.1.Im-
per.Loth.& ẽt per Capit.conceſſa Ciui-
tati, & eſt declaratum, tàm in patruo,q̃
in amita,& videtur dicendum,ꝙ poſtquã
eſt admiſſus ad ſuccedendum fratri,eadẽ
ratio ſit cum filio fratris,qui ſuccedit in
bonis, in quibus ipſe frater eſt vocatus,
& alius eſt legitimus ſucceſſor.
Verior, Domini, eſt pars negatiua: nã
ſi nepos non ſuccedit patruo, nec etiam
debet patruus ſuccedere nepoti, & ita
arguit Andr. pro patruo in d.cap.1.Im-
per.Lothar. ad æqualitatem ſeruandam.
26 Sed fortiùs de iure communi feudo-
rum frater, filius fratris, & cæteri om-
nes ſunt excluſi à ſucceſsione in feudo
nouo,

nouo,vt in 1.rubr.in §.ſin autem, & in cap.1.de benef.frat.dum igitur per con-
27 ſtitutionem frater admittitur ſucceſſioni fraternę,remanet prohibitio legis cõis in cæteris, dum expreſsè non reperitur correcta, vt ſæpè ſæpiùs arguit Andr.q.a quod non mutatur ſtare non prohibetur ad text.in l. præcipimus C. de appellat.
28 & in l.ſancimus C.de teſtam.vtrumque eſt prohibitum ſuccedere fratri, & ſuccedere nepoti, ergo permiſſo vno non extenditur ad aliud, & ita arguit Andr. in cap. imperialem in princ. de prohib. feud.alien.per Frider.& ea ratione, qua nepos non ſuccedit patruo in feudo nouo:quia Conſtitutio non loquitur de nepote, eadem ratione non ſuccedit patruus: quia Conſtitutio non loquitur de eo,imò quod frater ſuccedat fratri eſt ex interpretatione prudentum, quæ ſi fuit recepta in vno caſu, non erit ad alium extendenda contra iuris diſpoſitionem, imò in correctionem iuris cõmunis, quæ quæſtio deciditur per caſum text.in cap. 1. de gradibus: nam ſemper eſt feudum nouum reſpectu patrui, qui non poteſt
29 ſuccedere nepoti,niſi in feudo paterno, vel antiquo, & paternum dicitur, quod fuit parẽtis agnationis communis reſpectu tàm ſuccedentis, quàm eius, cui ſucceditur,de quo etiam Andr. in cap.1. in princ.de alien.feud.pat.

30 Hinc punctus hodie cõtrouertitur per Fiſcum in quodam aſſenſu, qui petitur à nepote alienationi feudi per eius patrẽ acquiſiti, & prætendit habere ſucceditricem legitimam Amitam patris ſororem iam admiſſam per Capitula Ciuitati nouiſſimè conceſſa,licet inueſtitura ſit pro hæredibus ex corpore.

31 Et notate ad inueſtituram pro hæredibus ex corpore:quia, & ſi ſit communis forma inueſtituræ,in Regno tamen communis omnium opinio eſt,qnod non præſumatur ſecundum illam feudũ conceſſum; ſed pro hæredibus,& ſucceſſoribus ſeruata forma Conſtit. Reg. & ita Andr.in d.Conſtit. vt de ſucceſſ. in cap. 1. in §. huius autem generis, ex quibus cauſ.feud.amitt. in cap.imperialem, in §.prætereà ducatus de prohib.feud.alie per Frider.Affl.in cap.noſtro, vlt.notab. Luc.de Pen.in l. r. C.de imponend.lucr deſcript.lib.10.Paris de reintegr.in verbo quando eſt facta conceſſio,Loffred.in
32 conſ.1. nu. 118. quod deſeruit ad multà maximè in materia ſurreptionis aſſenſus, quod quotidiè practicatur, vtputa, ſi quis rem alienat, & dicit alienare pro hæredibus,& ſucceſſoribus, dùm tenebat feudum pro hæredibus ex corpore, & Rex aſſentit expreſsè pro hæredibus, & ſucceſſoribus, an aſſenſus ſubreptitius iudicetur, vel non iuuet,niſi pro hæredibus ex corpore, poſtquam Dominus aſſentiendo præſumere non debebat communem formam inueſtituræ;ſed formam à iure Conſtit.Reg.traditam,vt ſic in nihilo ſibi præiudicauerit,de quo pendet hodie quæſtio, & hæc omnia menti teneatis:quia ſunt quotidiana,& ad praxim vtilia.

33 Remanemus igitur ſub concluſione, quod nepotes, & deſcendentes in infinitum ſuccedunt in locum patris,in vicem in ius, & in priuilegium illius in linea deſcendenti,in linea verò collaterali nepos tãtum per viam ſubingreſsionis, per viam verò ſucceſsionis vſque ad ſeptimũ gradum de iure communi feudorum; de iure verò Regni vſque ad tertium incluſiuè, & demum per Capitula conceſſa vſque ad quartum incluſiuè in fratribus conſobrinis deſcendentibus tantum per
34 lineam maſculinam;& rurſus firmata eſt concluſio ſecundum Andr.& omnes, qđ exiſtente patruo in linea deſcendenti, & in feudo antiquo nepos ſuccedit inſimul cum patruo in feudo diuiduo, & in feudo indiuiduo, in quo vnus tantum eſſet ſucceſſor,nepos filius primogeniti ſuccederet in totum patruo excluſo, ſicut è contra nepos filius ſecundogeniti à patruo filio primogenito excluderetur.

35 Sed remanet videre de veritate opinionis Andreæ vbiq; firmatæ, quod in terminis Conſtitut.Reg. quando viuitur iure francorum, ita quod primogenitus tantum ſuccedit,in eum caſum filius primogeniti mortui in vita patris excluda-

tur à filio ſecundogenito patris ex eo:
quia primogenitus dicitur ille, qui repe-
ritur primò natus tempore mortis eius,
de cuius ſucceſsione agitur, & verum eſt
dicere tempore mortis ſecundogenitum
reperiri primò natum, idem ſecundum
Andr. ſi inueſtitura dicat ad proximum:
nam magis proximus eſt filius, quàm ne-
pos, quod maximè dicit Andr. procedit
in ſucceſsione Regnorum, quæ ordine
genituræ deferuntur.

36 Hæc quæſtio eſt ſatis vulgata, poſita,
& diſputata per innumeros, & grauiſsi-
mos Doctores, & ſufficeret dicere, quod
in ea appoſuit manus Tiraqu. in tract. de
Iure primogeniorum in 40. quæſtione,
vbi omnes Doctor. adducit pro, & con-
tra, & pro vtraque parte omnes ratio-
nes, & tandem inclinat pro nepote, Co-
uarr. latè, & eleganter pract. quæſt. cap.
38. qui pariter opinionem pro nepote
firmat, & præ cæteris Molin. de hiſpan.
primogen. lib. 3. cap. 6. vbi latiſsimè, &
eleganter eãdem pro nepote firmat opi-
nionem, Bart. in authent. poſt fratres C.
de legit. hæred. decidit pro patruo filio
ſecundogenito, qui erat Rex Robertus, in
ſucceſsione huius Regni, Bald. verò de-
cidit contrarium in l. liberti, libertæq; C.
de oper. libert. & ſic Io. Andr. in addit.
ad Speculat. in tit. de feud. in princ. licet
idem Bald. in l. cum in antiquioribus C.
de iure deliber. diſputauit articulum ad
partes, & tandem dicit, ſoluat Apollo, &
quod ad Principem eſſet recurrendum,
& Iacob. in tractat. feudorum in verbo
Carolus Dux verſ. quid ſi Rex nil deter-
minat, ſic Iaſ. in l. maximum vitium C.
de liber. præteritis, & in l. is poteſt ff. de
acquiren. hæredit. & propter dubietatem
multi Doctores noluerunt decidere, &
Antiqui referunt, quod iuditio gladiato-
rio aliàs per Reges fuit caſus deciſus, vt
tempore Imperatoris Ottonis, & alio-
rum, & ſemper vicerunt nepotes ſecun-
dum prædictos Doctores, & ipſemet Rex
Robertus, qui à Papa Bonifacio obtinuit
ſententiam contra nepotem filium pri-
mogeniti, ipſemet in Comitatu Sancti
Seuerini pro nepote iudicauit, vt refert
Oldrad. in ſuo amplo conſ. 224. licet ibi
verba inueſtituræ eſſent ſatis ampla, vt
conſiderat Oldrad. in fin. conſ. & tàm
Oldrad. quàm Alberic. in procem. dige-
ſtorum in §. diſcipuli loquuti fuerunt in
terminis noſtræ Cõſtitutionis de ſucceſſ.
idemq; tradidit Soccin. in terminis no-
ſtræ Conſtitutionis in conſ. 252. in 2. vol.
qui omnes articulum diſputauerunt ad
partes, & tenuerunt opinionem pro ne-
37 pote contra patruum, & Afflict. in cap.
noſtro latè pariter diſputauit articulum
ad partes, & tenuit opinionem pro pa-
truo contra nepotem, licet dicat in Re-
gno contrarium ſeruari, & iudicari, pro-
ut eſt veritas, & in reliquis partibus mũ-
di viget pariter contraria conſuetudo,
ſcilicet, vt filius primogeniti excludat
patruum, de qua vniuerſali conſuetudi-
ne teſtantur leges partitarum Hiſpaniæ
relatæ, & deſcriptæ per Molin. in loco ſu-
pra allegato vltra Authores adductos
per Tiraq. de conſuet. teſtantes, & Gra-
mat. in deciſ. 1. cumulat, & refert iudi-
catum pro nepote vltra cumulata per
Moder. Add. ad Andr. in §. his verò de
grad. ſucceſſ. in feud. vbi quod in Regno
eſt conſuetudo pro nepote, & numerare
Doct. hinc inde eſſet laboriosum, & abſq;
fructu.

38 Domini, ego non intendo diſputare
articulum ad partes, poſtquam à tot, &
grauiſsimis viris reperitur ille exactiſsi-
mè diſcuſſus, & Conſulentes hinc inde
ſunt innumeri, tangam ſolum infraſcri-
pta, ſuper quibus vos cogitetis, non
quod deſeruient ad quæſtionem, ſiqui-
dem eſt deciſa contra Andr. per genera-
lem conſuetudinem; ſed vt videar pun-
ctum degustaſſe.

39 Difficultas principalis huius articuli
pendet ab eo, quod filius ſecundogenitus tẽ-
pore mortis reperitur primus, quod con-
ſuetudo admittit filium primogenitum,
& verum eſt dicere nepotem non eſſe
filium, & filiationem per mortem extin-
gui, & deficiente qualitate primogeni-
turæ, ac filiationis, meritò patruus de-
bet præcedere, quod latiùs explicat
Decius in conſilio 443. cum alijs cu-

mulatis

cumulatis per Tiraq.in quo, quæſo,Domini attendatis,Doctores declarãr quæſtionem pro patruo procedere, quando ſit ætate maior nepote: nam ſi nepos eſſet ætate maior patruo,tunc ipſe diceretur primogenitus, & patruum excluderet, ita Alex.in l.is poteſt ff.de acq.hær. Dec.in d.conſ.443.Afflict.in cap.noſtro in 2.limit. & alij,quos cumulat Tiraqu. qui tenuerunt opinionem pro patruo, & eam ſic limitauerunt.

40 Ex hac limitatione communi iſtorum Doctor. qui pro patruo tenuerunt, corruit fundamentum proximitatis:nam nõ ex eo: quia nepos eſt anteà natus, filius non erat proximior,& ſic attenditur tantum ius primogenituræ,& non proximitatis, & ex hoc confunditur etiam fundamentum filiationis: nam ſi fundatum eſt ſupra, quod inter filios vocentur nepotes, & appellatione filiorum ipſi veniant, & dicantur ſuccedere in ius, locum, prærogatiuam, & prælationem paternam,ergo deficit motiuum filiationis & proximitatis.

41 Præterea ſi aliàs nepos ſuccedit Auo pro portione patri competente in feudo, & pro ea excludit patruum ſecundum iura,& Doctor.omnes, ergo nec filiatio, nec proximitas attenditur.

42 Et ſi in hoc ordine ſecundum Andr. non quærimus gradum: quia datur ſubingreſſio, & filius patrem per omnia repræſentat, & tantum ipſe debet habere, quantum habere debuiſſet ipſius pater, ſi viueret, dicit Andr. ergo ponderationes filiationis,& proximitatis ſunt vanę, ſunt contra omnia iura, quæ per ſubingreſſionem,& repræſentationem hæc omnia ſubſtulerunt, vnde tota vis conſiſtit in vidẽdo,ſi ius primogenituræ per mortem filij ſit extinctum: nam ſi illud non extinguitur; ſed tranſmittitur, quæſtio pro nepote non habet dubium.

43 Bart.in l.is poteſt ff.de acqu.hær. nu. 8.dicit,quod ius ſuccedendi filiorum eſt quid ſeparatum, & diſtinctum à filiatione,& eſt ſpes conſiderata, & approbata à iure,& arguit:quia licet filiatio extinguatur, tamen nepotes ſuccedunt in locum patris, ergo eſt ius de per ſe ſecundum Barto.dum dicitur, quod locum illius,& ius aſſumit,& hæc opinio Barr.eſt communis,vt refert Soccin.in conſ.allegato, & Iaſ.in eadem l.is poteſt, ſi ergo ius ſuccedendi eſt quid ſeparatũ,& trãſmittitur, & filius, idemq́; nepos in ipſo iure ſuccedit, ergo ius erit, prout filius primogenitus habebat, & per hoc ponderaui iura à principio,quod lex admittit filium, eundemq́; nepotem ad ius, ad locum, ad priuilegium, & ad prælationẽ paternam:nam aut dicere oportet,nepotem non ſuccedere,& non ſubingredi locum patris, aut ſi ipſum admitrimus, vt iura admittunt,oportet,vt ad ius patris, prout erat,& non ad aliud diuerſum admittatur, ius ergo filij primogeniti erat cum prælatione,ergo in ius iſtud ſic ſuccedit filius filij repræſentando patrem, & non conſtituendo differentiam inter patrem,& filium iuxta text.in d.l.fin.de impub. & alijs ſubſt. imò ſi non daretur ſucceſſio in primogenitura, nepos non ſuccederet.

44 Sed fortiùs,& attendatis,& hic eſt cardo negotij,& omnia ſub iſto fundamento reſoluuntur, primogenitura non eſt à patre;ſed eſt à Deo,& fortuna, ita quod ortus primus, & poſterior conſtituit inter fratres legem primogenituræ, & acquirirur in ipſo ortu, non tranſmiſſione, non ſucceſſione; ſed priuilegio prodito à lege,vel conſuetudine,eleganter hæc explicat Paul.de Caſtr.in conſ.164.6.col. 2.volum.& Abb.in conſ.85.1.par.dicit, quod eſt proprium acquiſitum filio per legem ſtatim, quod venit ad lucem, & quod eſt ius in habitu, & in ſpe; ſuſpenſum tamen in actu vſque ad mortem patris,& Andr.in cap.præterea ſi vaſſallus, quæ ſit prima cauſa benef.amitt.poſt nu. 14.tradit, quod primogeniturã dat lex, vel conſuetudo,non autem pater, ob qđ Doct.dixerunt, quod ius primogenituræ non eſt quid hæreditarium; ſed eſt ius acquiſitum filio vigore ſtatuti,conſuetudinis,vel conſtitutionis, & eſt ius conditionale,quod ſtat in ſuſpẽnſo, donec pa-

45 ter viuit; hinc ſi pater aliter diſponeret,

nihil ageret, & regula, quod ius delatum & non quæſitum non tranſmittatur, de qua in l.vnica §.pro ſecundo C. de cad. toll. non procedit in his, quæ ſunt debita, & in quibus non eſt voluntas defuncti ambulatoria vſque ad mortem, vt in feudis, ita docuit in noſtris terminis Oldr. in d.conſ. 224. & Alber. in d.§.diſci-
46 puli in procœm. digeſtorum, ex quibus Author damn. mem. dicit, quod eſt ius actualiter competens, & proprium ipſius primogeniti, & propterea concludit eſſe träſmiſſibile ad filios per dicta per Bart. & communiter Doctor. in d.l. is poteſt, hinc ſecundum eum filio moriente, & filiatione extincta nõ extinguitur ius primogenituræ proprium ipſius filij in vita ipſi acquiſitum; ſed tranſmittitur ad filios, & ad filias, non autem ad extraneos ita in gloſ. 3. in §.8. & in gloſ. 1. §.8. & Abb. eleganter ante alios in d.conſ. 85. dicit, quod poſtquam hoc ius acquiritur filio, vel per priuilegium, vel per legem, vel per conſuetudinem, debet ipſe, & poteſt hoc tranſmittere, ſicut quamlibet ſpem ex contractu conditionali iuxta text. in §.ex conditionali inſtit. de verb. oblig. & ſi hoc ius eſſet ceſſibile iuxta illud de Eſaù, & Iacob, de quo in canon.
47 quàm periculoſum 7.q.1. ergo eſt träſmiſſibile in l. ex pluribus ff. de adminiſtr.
48 tut. Rurſus vnum eſt potentia, & ius ſuccedendi, ſeu ius prælationis in ſucceſſione, & aliud eſt ipſa ſucceſſio, per quam deducitur ad ius ipſum ſucceſsionis, &
49 non eſt nouum, quod fiat acquiſitio iuris perfectè; ſed effectus dilatetur in mortem, de quo per Oldrad. in conſ. 114. & 139. in quæſtione illa donationis factæ ex nunc pro tunc ſequuta morte, vnde actus perfectus, & ius acquiſitum non poſſunt inualidari, nec annihilari; ſed ius hoc à lege inueſtituræ, vel conſuetudine conſtitutum, & acquiſitum, prout eſt, intactum tranſmittetur in poſteros.

50 Præterea ſi omnes concludunt nepotem ſuccedere in locum patris, & ius primogenituræ non habet nepos ſucceſſione ab Auo; igitur quid repugnat ſubingreſſioni, & ſucceſsioni.

51 Igitur ſi proximitas, vel filiatio non attenditur, in quo ſunt caſus iurium, & ſi ius primogenituræ non extinguitur: quia non à patre; ſed à lege filio eſt collatum, & eſt ius acquiſitum in ipſo ortu, ita quod effectus eſt conſumatus, & eſt in eſſe deductum potentialiter, in quo iure filius tanquàm filius patri ſuccedit, ſequitur propterea, quod exiſtente iure primogenituræ in perſonam nepotis, non poteſt idem ius eſſe in perſonam ſecundogeniti, & conſequenter tempore mortis patris communis nepos reperitur primogenitus, ob quod ſicut abſque hac qualitate primogenituræ nepos patruũ excluderet in totum in feudo indiuiſibili ſecundum Andr. ita pariter in caſu prædicto, ſi ius primogenituræ reſidens in filio primogenito tranſmiſſum eſt ad ne-
52 potem, nec eſt nouum, vt priuilegia perſonalia data ex certis cauſis tranſeant in hæredes ſuos, non autem extraneos ſecundum glo. per illum text. in l. maritum cum l. ſequenti ff. ſolut. matr. & in l. aſsiduis in verb. exceptis C. qui pot. in pign.
53 hab. & ſic opinio Andr. eſt de iure communi, Domini, dubitabilis; ſed hodiè propter contrariam conſuetudinem, nec in Regno, nec extra practicabitur, & hæc ſufficiant attigiſſe in tam alto Doctorum
54 pelago, & varietate opinionũ, quæ opinio intantum ex rationibus, & iuribus ſupra ponderatis admiſſa fuit pro vera, quod etiam communis eſt, & ſic practicata, & in Regno noſtro indubitata, vt illa habeat locum etiam in linea tranſuerſali, vt ſi frater decedat ſuperſtite filio fratris ſecundogeniti, & ſic ipſius nepote, & ſuperſtite alio fratre tertiogenito patruo prædicti nepotis, vt pariter in eum caſum nepos patruum excludat: quia ſubingreditur locum patris ſui, illumq; in omnibus repreſentat, & ſic pariter excludet multo fortiùs filium patrui, etiam quod viuatur iure francorum contra Andr. opinionem, quod latè explicauit Tiraq. in q.41. in tract. primog. cumulatiſsimè Cõſiliarius Fab. de Ann. in conſ. 125. qui refert ſic deciſum, & in hoc eſt particulare conſ. Aret. 162. Socc. Sen.

Sen.251. vol.2. Corn. 199. vol.2. Couar.pract.quæſt.q.38. & Afflict.in Conſtit.Reg. vt de ſucceſsion. nu. 18. refert hanc eſſe omnium opinionem, cum quibus ſit impoſita finis hodiernæ Lectioni.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallo in eius teſtamento de feudo diſponente contra legem, & naturam feudorũ, inualida, ac nulla erit diſpoſitio, & ratio adducitur per Andr. num. 4. ſed per D. Auth. melior adnectitur nu. 14. & 17.*

2 *Text. noſter ex Andr. ſententia loquitur de feudo ex pacto; ſed D. Auth. illum intelligit in omni feudo, vt nu. 6.*

3 *Fideicommiſſum ab arrogatore factum filio arrogato, vel à liberto patrono in illis portionibus, quæ de iure ad ipſos pertinent, nullius eſt roboris, & ibi de ratione.*

4 *Agnatus hæreditatem repudiando, & feudum paternum retinendo, hæreditarijs creditoribus reſpondere nullo ſanè pacto compellitur.*

6 *Lucrum alicui à lege tributum à priuato auferri neutiquam poſſe iuris regula eſt conſtitutum; ſed declara, vt nu. 20.*

7 *Feudi diſpoſitio ſi non ſit munita Domini aſſenſu adeò eſt viribus euacuata, vt nec hæredes in feudo hæreditario ad aliquid teneantur, & ſic limitatur vulg. text. in l. cum à matre.*

8 *Legatum rei alienæ validum eſt, idque obtinet etiam in feudis.*

9 *Feudum hæreditarium ſecundum Andr. dicitur pariter ex pacto, & prouidentia.*

10 *Feuda paterna ſecundum eundem diſtinguuntur in hæreditaria, & non hæreditaria.*

11 *Feudum ſiue ſit hæreditarium, ſiue non hæreditarium, ſemper tamen hæres tenetur eſſe deſcendens ex ſanguine primi acquirentis.*

12 *Feuda, quæ ab inueſtituræ tenore ſunt alterata, conditionata appellantur.*

13 *Feuda hæreditaria, & non hæreditaria minimè differunt quò ad fidelitatem, & ſeruitia, alienationem, & culpas.*

15 *Feudum paternum non hæreditarium ſi alienetur cum aſſenſu, alienatio valebit durante vita alienãtis, & pariter poſt eius mortem, ſi ſucceſſor conſentiat.*

16 *Feudi paterni alienatio facta etiam cum conſenſu Domini non tenet in præiuditium iuris agnatorum.*

18 *Feuda ex pacto acquiruntur ſucceſſione; hæreditaria verò tranſmiſſione à defuncto in hæredem.*

19 *Feudi hæreditarij ea eſt natura, vt ſuccedens in eo dicatur eſſe hæres feudi, & in eo ſuccedere tãquam hæres inſtitutus à principio generationis ipſius. Hinc pulchra deducitur illatio rei etiam iudicatæ authoritate roborata.*

20 *Filius exhæredatus an ſuccedat in feudo. In hoc articulo Feudiſtæ in diuerſas trahuntur ſententias.*

21 *Ardiz. hac de re opinio negatiua primo loco adducitur; ſed huic contraria adnectitur nu. 23.*

22 *Capyc. & Frecc. addubitant.*

24 *Andr. videtur notari de contrarietate; ſed traditiones illius conci-*

liantur

liantur per Loffre. & melius per D. Auth. qui ſatis apertè demonſtrat, ſemper illum negatiuas partes ſuſtinuiſſe, quas ipſe acutis, cõquiſitisq. rationibus, ac manifeſtis iuribus comprobat, atque confirmat, & nu. 25. cum pluribus ſeqq.

26 *Feudum ex pacto conſideratur bifariam; ſed iſthæc conſideratio per D. Authorem ſatis doctè refellitur nu. 41.*

27 *Feuda regulantur à diſpoſitione legum Romanorum in defectum conſuetudinum feudalium.*

28 *Filij quando ſuccedant in iurepatronatus, vel operis libertorum, etiam ſi non ſint patris hæredes, & num illis per exhæredationem priuari poſſint, & nu. 30.*

29 *Stipulatio facta pro ſe, & hæredibus longè diſtat ab ea, quæ fit pro ſe, & liberis.*

31 *Filius exhæredatus habetur pro mortuo reſpectu patris exhæredantis.*

32 *Filij ſi non ſint ingrati, non poſſunt legitima excludi, nec illius reſpectu aliquo onere prægrauari.*

33 *Feuda amittuntur propter ingratitudinem, & ex illis cauſis, ex quibus permiſſa eſt exhæredatio.*

34 *Filius in feudo ex pacto eſt deterioris conditionis, quàm agnatus: quia compellitur eſſe hæres in hæreditate allodij; ſed limita, vt nu. 53.*

35 *Filius non poteſt exhæredari, quando in vita patris eſt illi ius quæſitum, & ibi de ratione, & nu. 38. & 40.*

36 *Delictum patris quando filio non noceat in feudo ſecundum Andr. & nu. 39.*

37 *Feudum ex pacto filijs defertur ex legis prouidentia, & non à patre; ſed à primo acquirente.*

42 *Feudum ſimpliciter conceſſum abſque mentione hæredum, & ſic in dubio de iure cõmuni feudorum eſt ex pacto, & prouidentia, licet tranſitorium ad hæredes, id eſt filios maſculos; idem ſi ſit conceſſum pro te, & filijs, vel pro te, & liberis ſecundum Andr. exploſa Modernorum ſententia, & nu. 52. & 54.*

43 *Text. in l. ſi quis Titio ff. de vſufr. accr. in cuius intellectu lapſus eſt Andr. declaratur.*

44 *Legatum factum Titio vnà cum ſuis filijs non debetur ordine ſucceſſiuo; ſed filij concurrunt cum patre ex frequentioribus Doctor. placitis.*

45 *Sed conceſſio ſemper intelligitur facta ordine ſucceſſiuo ſecundum Andr.*

46 *Nepos filij exhæredati num ſuccedat Auo non obſtante patris delicto.*

47 *Ardiz. quem cæteri ſequuntur, diſtinguit.*

48 *Andr. eandem ſequens diſtinctionẽ, coarctat eam duobus modis.*

49 *D. Author differentiam conſtituit inter ius ciuile, & conſuetudines feudales, hinc obſeruans, Andr. loquutum fuiſſe de iure ciuili, illum laudat, damnando Ardiz. formantem queſtionem in feudo, & num. ſeqq.*

50 Pa-

50 Pater non ſuccedit in feudo nouo; ſed vtiq. in paterno, & antiquo.

51 Feuda effugiunt acquiſitionẽ vſuſfructus reſultantis ex patria poteſtate.

LECTIO IV. aliàs XIII. in ordine.

POſuit Andr.noſter caſũ ad text. oppoſuit, ampliauit,& limitauit, & demũ hodie ponit rationem decidendi in vltimo dicto, ſicut per prius poſuit in primo, & ſecundo dicto: nam dum text.excluſit fœminas, poſuit rationem: quia non poſſunt Dominum adiuuare per pugnam,dum ſecundò tractauit ſucceſſionem nepotum in locum filiorum,dixit hoc eſſe ea ratione:quia in hoc ordine non quærimus gradum, & cum illi patris locum ſubingrediantur; eandem patris portionem habere de-
1 beant: propterea hodie, dum in text.dicitur,quod ſi vaſſallus aliter diſpoſuerit de feudo in teſtamento,inualida,ac nulla erit diſpoſitio,reddit rationem pariter Andr. & dicit rationem eſſe: quia feudũ dat liberis lex, & legis prouidentia ſupra in 1.rubr.in §.cum verò ff.de leg.2. in l.cum patronus ff. de adopt. in l.ſi arrogator §.ſed an impuberi,infra an agn. in princ. in gloſ. in verb. retinere, & ſic quod lex tribuit, priuatus (idest alius, quàm lex) non aufert in auth. de nupt. §.ſed hęc quidem,& hæc ſunt verba An-
2 dr.qui verè intelligit hunc text.in feudo ex pacto non hæreditario,quod probant iura per ipſum allegata,& præcipuè tex.
3 in l.ſi arrogator, vbi fideicommiſſum factum à teſtatore in portione debita filio arrogato,dicit Iureconſultus non deberi: quia nõ iuditio teſtatoris ad filium peruenit;ſed principali prouidentia,& idem probat text. in d.l. cum patronus iuncta gloſ. vbi patronus ex debita parte inſtitutus fideicommiſſum ab eo relictũ præſtare non cogitur,& eſt ratio:quia cum ſit illi debita, debet habere eam abſque aliquo grauamine ſecundum gloſ.& pariter gloſ.in d.§.cum verò in verb.frater hanc eundem tradit rationem, dum ille text. ponit propagationem ſucceſſionis feudalis in deſcendentes feudatariorum, & inter cætera,quod frater fratri ſucce-
4 dit in feudo antiquo; propterea gloſ. ibi in verb. frater quærit, quid ſi frater extraneum inſtituit hæredem, & dum determinat,quod non poſſit hoc fieri, reddit rationem:quia potiùs principali prouidentia, quàm eius iuditio feudum ad fratrem perueniat, & idem dicit gloſ. in verb.retinere in d.cap.1. an agnat. dum
5 ille text.tradit,agnatum poſſe hæreditatem repudiare, ac feudum paternum retinere, & debitoribus hæreditarijs nihil
6 dare, & propterea regula eſt generalis, quod quando à lege aliquid defertur,alius, quàm lex auferre non poteſt, vt dicit per propria verba text.in d.§.ſed hęc quidem,ibi quod enim ex lege datum eſt lucrum, priuatus auferre modis omnibus non valebit.

Sed Domini,antequam vlterius tranſeamus,aduertatis, quod & ſi Andr. intelligat text. in feudo ex pacto non hæreditario, & hæc ratio ſit propria in eo feudo;tamen dum fundauimus in precedentibus,quod text. iſte habeat locum in omni feudo,ſiue hæreditario,ſiue non hæreditario,ſiue antiquo,vel paterno,ſiue nouo,& ſic pariter limitetur in omni feudo,ponderando principaliter verba illa tex.manente,vel valente:nam vnum reſpicit inualiditatem, aliud verò nulli-
7 tatem, & deficiente aſſenſu in omni feudo, diſpoſitio eſt nulla, vt latè fundauimus, & diximus per veros terminos, & deciſiones Andr.hæredes in feudo hęreditario ad nihilum teneri vigore cuiuſlibet diſpoſitionis abſque aſſenſu, & text. in l.cum à matre nõ procedere in diſpoſitione nulla, & ſicut poſſet principalis reuocare, & venire contra proprium factum,poſſit etiam & hæres,& text.iſte reſpectu nullitatis diſpoſitionis non benè ſe applicaret in diſpoſitione feudi ex pacto,quando adeſt aſſenſus:quia aliud eſt, diſpoſitionem eſſe nullam,& aliud non

eſſe

8 eſſe alteri præiuditialem, & legatum, &
diſpoſitio rei alienæ valet, & in feudis
habemus titulum de inueſti.rei alie.fact.
propterea in omni feudo procedit text.
& hæc ratio decidendi, licet procedat et
in feudo hæreditario, quãdo illius diſpo-
9 ſitio fit ſine aſſenſu: nam pariter feudum
hæreditarium dicitur ex pacto, & proui-
dentia ſecundum Andr. in cap. 1. de alie-
nat. feud. pat. 1. col. ex quo concurrit pro-
uidentia dantis, & æquè principaliter
10 pactum, & propterea dixit Andr. in c. 1.
col. fin. qui ſucc. ten. quod habemus feu-
da paterna hæreditaria, & paterna non
hæreditaria, & qualitas non hæreditaria
non prohibetur concurrere cum qualita-
te ſanguinis, ſuper qua prouidentia legis
fundatur, quæ latè proſequitur Camer.
in cap. 1. an agnat. & declarauimus aliàs
11 in præludijs ſemper enim oportet, quod
hæres ſit deſcendens ex ſanguine primi
acquirentis, ſiue feudum ſit hæreditariũ,
ſiue non hæreditarium, & vnus habebit
cum qualitate hereditaria, & alius abſq;
prædicta qualitate ſecundum legem in-
ueſtituræ, quæ accidentaliter alterare
ſolet naturam determinatam à communi
lege feudorum ſecundum Bal. in prælud.
in 4. diuiſ. & in cap. 1. de duob. fratr. &
12 ideo ſolent appellari hæc feuda condi-
tionata, vt in cap. 1. §. fin. quid ſit inueſt.
13 & ad eandem fidelitatem, eademq; ſer-
uitia ſunt obligata vtraque feuda, & ſic
pariter ipſorum alienatio eſt vetita, eiſ-
14 demq; culpis amittuntur, vnde qualitas
hæc hæreditaria, vel non hæreditaria
non inficiatur pactum, & prouidentia;
ſed benè refrenat poteſtatem diſponen-
tium, quatenus filijs, vel agnatis præiu-
dicaretur, & ſic eſt vera ratio decidendi,
Andr. in ſe ipſa reſpectu præiuditij filio-
rum, & agnatorum; ſed non eſt generalis
quò ad text. qui dum non ſolùm inuali-
dat; ſed annullat diſpoſitionem, non tan-
tum reſpexit inualiditatem diſpoſitionis
propter ius acquiſitum ſucceſſoribus; ſed
etiam nullitatem ipſius diſpoſitionis, qñ
defunctus abſque aſſenſu diſpoſuiſſet cõ-
tra legem, & naturam feudorum, quo ca-
ſu diſpoſitio non ſolùm non permanet;
ſed non valet, ideo vera ratio decidendi
erit prohibitio, & repugnantia legis di-
ſpoſitionis cuiuſlibet feudorum abſque
aſſenſu, maximè in præiuditium agnato-
rum, quæ ratio omne feudum reſpicit, ſi-
quidem defectus aſſenſus reſpicit nulli-
tatem, & præiuditium agnatorum, reſpi-
cit inualiditatem, & vtrumque dictum
conſiderauerunt iura feudalia, nullitatẽ
in cap. 1. de prohib. feud alien. per Frid.
15 inualiditatem verò quò ad præiuditium
tantum agnatorum poſuerunt iura feu-
dalia, dum ponendo caſum alienationis
feudi paterni non hæreditarij factæ cum
aſſenſu voluerunt valere durante vita
alienantis, vel etiam poſt mortem acce-
dente conſenſu ſucceſſoris, donec pariter
ille viuat, de quo in §. hoc quoque in
tit. noſtro, vbi latè gloſ. in verb. partem,
& in verb. inueſtiri, quod declarat An-
dr. hic in verb. & olim ex regula text. in
§. profectò de leg. Corrad. non enim de-
ficit qualitas ex nullitate alienationis;
ſed ex reſolutione iuris, vt bene declarat
16 Andr. vbi ſupra, & ſic intelligitur text.
in cap. 1. de alien. feud. pat. dum voluit
alienationem talis feudi non valere in
preiuditium agnatorum etiam cum con-
ſenſu Domini, intelligitur enim reſpectu
iuris prædictorum agnatorum, vt ibi per
gl. dùm tractat ſucceſſionem fœminæ.
17 Et ſic faciamus concluſionem, quod
non ex iure tantum debito filijs, & agna
tis diſpoſitio eſt nulla; ſed ex reſiſtentia,
& repugnantia iuris vetantis diſpoſitio-
nem abſque aſſenſu contra legem feudo-
rum, aliàs ſequeretur, quod in feudo hæ-
reditario valeret quælibet diſpoſitio,
poſtquam ſucceſſores non habẽt ius for-
matum ex contractu, niſi tanquam here-
des vltimi morientis, & dicuntur in feu-
do hæreditario hæredes in ipſo feudo, vt
aliàs declarauimus in 1. rubr. & in præ-
18 lud. feuda enim ex pacto habentur ſuc-
ceſſione, feuda verò hæreditaria trãſmiſ-
19 ſione, & vti hæres venit vnuſquiſque ſic
ordinatum à principio generationis feu-
di ſecundum Pern. & alios; hinc fuit iu-
dicatum teneri ad onera in feudo hære-
ditario ſucceſſorem etiam non hæredem
inſtitu-

inſtitutum ab vltimo moriẽte: quia dum feudum hæreditarium habet,eſt inſita,& innata qualitas; dum genetatur,vt vnuſquiſque ſucceſſor ſit hætes in ipſo feudo; ſed quia, vt dixi, diſpoſitio eſt nulla ex defectu aſſenſus, propterea non eſt ratio generalis,quod feuda tranſeant ex legis prouidentia; ſed verè quia eſt diſpoſitio contra legem,illiq; lex reſiſtit.

20 Andr.ſequendo eandem rationem,cũ dixerat, quod id,quod lex tribuit,alius, quàm lex non aufert,infert,quod ſi filius fuerit ingratus patri,exhæredabit eum pater, & reddit rationem: quia tunc lex aufert, quod procedit in feudo, dicit ipſe,& allegat ſummam, quæ eſt Ardiz.in tit.de ſucceſſ.feud.& fundat dictũ ſuum: quia in rebus quas habet neceſſe patens filio relinquere de nuptialibus lucris exhæredabit ingratum filium,allegat text. in l.fœminæ, in l.hac edictali, in l.fin. & in auth. hæ res C. de ſec.nupt. & Andr. Domini, vt videtis,loquitur in feudo ex pacto nõ hęreditario,& ad hoc ſunt propria iura per ipſum allegata, loquuntur enim in bonis filijs debitis, ſiue ſint,ſiue non ſint matris,vel patris hęredes,& tamen permittitur propter ingratitudinem etiam in prędictis bonis exhęredatio ibi, in l. fin. & in l.hac edictali ſtatuitur, vt pater, vel mater tranſiens ad ſecunda vota nõ poſſit alter alteri plus relinquere,quàm vni ex filijs,imo minimam partem, reliquum verò totum remaneat filijs reſeruatum,& illæſum,ſuper quo fieri diſpoſitio aliqua non poſſit, & tamen propter ingratitudinem in eiſdem iuribus diſponitur, quod poſſint per eoſdem parentes filij priuari,ſic in l. fœminæ ea, quæ tenetur mater reſeruare filio ex primo matrimonio,declaratur ad eos pertinere, qui digniſſimi à lege iudicantur, ideſt non ingrati,quod in d.auth. hæ res explicitè declaratur.

Domini hæc quæſtio an in feudo poſſint filij exhæredari non habuit dubium penes aliquem in feudo hæreditario; ſed difficultas fuit in feudo ex pacto non hęreditario,& tractauerunt Doctor.articulum vnitè, tàm in filio, quàm in nepote ex filio exhæredato.

21 Iacob.de Ardiz.in ſumma in 3. parte princip. in tit.de ſucc.feud. verſ. ſed adhuc quæritur 4.col.licet non diſtinguat, tamen ex iuribus, quæ allegat, videtur loqui in feudo ex pacto non hæreditario, & tener, quod poſſit in feudo filius exhæredari, quando teſtamentum validum,& non irritum factum fuerit,& quò ad nepotem tradit, quod ſuccedat Auo, exhæredato patre, ſi vel pater exhæredatus præmortuus fuerit, vel adhuc viuat; ſed non ſit in eius poteſtate,& hoc, quod dicitur de filio, procedit,quando fuit mala mẽte exhæredatus, ſecus quãdo bona mente ſecundum Ardiz. ſed ſi nepos eſſet in poteſtate patris: tunc quia per eum acquireretur ius patri exhæredato,meritò tali caſu non ſuccedit.

Doctrinam hanc Ardiz. ſequitur Aluar.in §.& quia in 1.rubr.vbi Mart.Lauden. & Præpoſ. Curt.in 2.par. 3. partis principalis, Iacob.in verb. præſentes,ſequitur Aluar.Zaſ.in 8.par.idem Afſl.hic ſequitur eandem concluſionem etiam in feudo ex pacto,Camer.eleganter in cap. 1.an agnatus,& Tiraq.in tract.de retra. lignag.gloſ.8.§. 1.nu.45.ſequitur, & cumulat eoſdem Doct. cum eadem diſtinctione bonæ,vel malæ mentis.

22 Capy.verò in cap.imperialẽ,& Frecc. in 23.diffet.inter feudum hæreditarium, & feudum ex pacto firmant eandem cõcluſionem in feudo hæreditario; ſed in feudo ex pacto non hæreditario dubitãt, & non ſoluunt,Author verò damn.mem.
23 in gloſ.3. §.8. tenet in feudo hæreditario nocere exhæredationem, ſecus verò in feudo ex pacto,& hanc eãdem diſtin-
24 ctionem videtur facere Andr.in c.ſciendum de feud.cognit. idem videtur tenere in cap.1.in §.vbi verò,an agnatus,cuius contrarium firmat in text. noſtro, & in cap.1.Imper.Lothar.in 9.col.in nouis nu.5.in cap.omnes filij,ſi de feud.defun. mil.in cap. 1.in §.& ſi libellum 3.col. de alien.feud.pat. in cap. præterea ſi vaſſallus num. 24. quæ ſit prima cauſa benef. amitt. diſtinguendo inter exhæredationem bonæ, vel malæ mentis ſecundum Ar-

Ardiz.iuxta text.in l.pen. ff.de curat.fu-
rioſ.& propterea Loffred.in conſ. 1.num.
160.ſequendo hanc opinionem,vti com-
munem , vult concordare dicta per An-
dr. vt in locis, vbi dicit poſſe exhæreda-
tum ſuccedere , loquatur in exhæreda-
tione facta ſine cauſa,vel quando feudũ
eſt datum Titio , & Petro filio nomina-
tim,quo caſu ſecundum opinionem Mo-
dernorum relatam per Andr.hic, & in
cap.1.an agnatus exhæredatus ſuccedit.
25 Domini hic articulus apud me paruã,
aut nullam habet dubitationem , & Au-
thor prædictus damn.mem. pro ſua opi-
nione nihil penitus allegat,& Andr.non
eſt ſibi contrarius; firmat enim opinionẽ
etiam in feudo ex pacto, quod filius ex-
hæredatus non ſuccedat,& dum ponde-
rantur eius deciſiones , vel tangit arti-
culum,& poſtea ſe remittit ad hic nota-
ta,vt fecit in d.cap. 1. §. ſciendum de
feud.cognit. vel loquitur diſputando, &
non firmando opinionem , vel tandem
loquitur ſecundum ſententiam Moder-
norum,referendo ipſorum dicta,quorum
opinionem ſemper reprobauit , dum vo-
luit tractare articulum feudi ex pacto,&
prouidentia funditus,& non pertranſen-
nam, & hoc benè tenuit, & declarauit,
ſi rectè perlegatur in cap.noſtro, & in
d.cap.1.de alien. feud. pat. & in cap.1.
an agnatus , vltra alias deciſiones ſupra
ponderatas,quæ opinio fundatur per ca-
ſus legum expreſſos,& particulariter per
noſtras conſuetudines feudales cum di-
ſtinctione , & declaratione , in quibus
quæſo aduertatis.
26 Dupliciter poteſt conſiderari feudum
ex pacto, aut quando feudum eſt cõceſ-
ſum pro te,& liberis,ſeu filijs,vt inferiùs
declarabimus,vel quando eſt conceſſum
tibi,& Petro filio nominatim.
27 Primò caſu, Domini , ſiue tractemus
articulum ſecundum ius ciuile Romano-
rum, ad quod eſt recurrendum, quando
non reperitur deciſum per ius commune
feudorum,vt pro regula tradit text.in d.
cap.1.de feud.cognit. aut verò volumus
articulum tractare ſecundum iura feuda-
lia,præſuppono,quod ſecundum omne
ius ſit deciſum , filium exhæredari poſſe
etiam in feudo ex pacto,& ex tali exhę-
redatione excluſum etiam à feudali ſuc-
ceſſione, quando tamen mala mente, &
non bona mente,& ex valida diſpoſitio-
ne,& iuſta cauſa exhæredatus reperitur.
28 Non eſt dubium,quod dum iuſpatro-
natus, vel operæ libertorum promittun-
tur,& ſtipulantur per aliquem pro ſe, &
liberis, quod liberi ſuccedant, etiam qđ
patris non ſint hæredes,nec pater poteſt
in præiuditium filiorum aliquid diſpone-
re,vt docet Iureconſult.in l.vt iuriſiurã-
di §.ſi liberi,& l.cum patronus,in §.cum
libertus, & l. ſi operarum ff. de oper.li-
29 bert.& faciunt prædicta iura differẽtiã,
ſi ſit ſtipulatum pro ſe, & hæredibus,vel
pro ſe,& liberis, quam diſtinctionem fe-
cit Bart. communiter receptus in d.l.vt
30 iuriſiurandi §.ſi liberi, & tamen eadem
iura ſtatuerunt poſſe filium in operis, &
bonis libertorũ exhæredari,& omni ſuc-
ceſſione libertorum priuari per patrem ;
dummodo teſtamentum ſit iure factum ,
cauſæ ſubſiſtant,& exhæredatio ſit facta
mala mente, ita text. elegans in l.ſi pa-
tronus teſtamento, & in §. ſi quis non
mala mente, & in §. ex teſtamento de
bon.libert.vbi gloſ.reſpondet ad text.in
l.Paulus §.fin.eodem tit. & idem probat
tex.in l. ſi ex patronis per totum eodem
tit.& in l.ſi operarum in final.verb.ff.de
oper.libert. nec refert, quod habeat ius
quæſitum ex ſtipulatione, & non habeat
vti hæres, & ex pacto , & prouidentia
primi acquirentis , ſi eadem lex dat ac-
quiſitioni hanc naturam , & hanc ſubie-
ctionem, vt id, quod acquiritur, ſit ſub-
miſſum ingratitudini, & cauſis iuſtis ex-
hęredationis propter reuerentiam,quam
filius debet habere erga patrem , à quo
31 habet eſſe,& addit Ardiz.verbum vnum
ſumptum ex text. in l. 1. §. ſed & ſi pa-
truus ff.de coniung. cum emancip.liber,
quod exhæredatus habetur pro mortuo
reſpectu patris exhæredantis , ob quod
dicit ibi text. quod nepotes admittun-
tur,& ſic ſi mortuus eſt,iuſtè non poteſt
tractari amplius de illius ſucceſſione, &
vltra adducta hic per Andr.in lucris nu-
ptiali-

Digitized by Google

ptialibus, & alijs, quæ à lege filijs deferuntur, & non iuditio teſtatoris, & quæ non capiunt, vti hęredes, vt poſſint parentes filios etiam in his bonis exhære-
32 dare, non ne lex defert legitimam filijs in bonis paternis, qua parētes ipſos priuate non poſſunt, nec aliquod onus imponere,& tamen propter ingratitudinem remanent filij priuati, & parentes ipſos exhæredare poſſunt iuxta text. in l.liberi,& l.omnimodo C.de inoff.teſtam.quia vt dicit Andr. & benè,eadem lex, quæ confert beneficium,eadem inquam confert conditionatum in caſum ingratitudinis, illudq́; tollit, & pater tanquam miniſter,& organum legis propter ingratitudinem pactum legis exercet, & hæc Domini ſecundum iura ciuilia.

33 Sed ſecundum iura feudalia quid dubij articulus iſte habere potuit, ſi præcipuè in feudis ingratitudinis cauſæ notātur ad feudi amiſſionem,vt in cap.1.in quibus cauſ.feud.amitt. & ob id notabiliter text. in c.1 S.prædictis modis, quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. tradit pro regula,quod ex cauſis, ex quibus poteſt quis exhæredari, ex eiſdem poſſit feudo priuari, & ideo in proprio articulo fecit aſſumptum Aluar. in d. S. & quia, quod quælibet cauſa, quæ eſt ſufficiens ad exhæredationem, erit etiam ſufficiens ad feudi priuationem,per quem tex.ſic decidit Camer.in repet. d.c.1.an agnat.in prima oppoſitione nu.11.& lex feudalis præſumit eum, qui natura fuit ingratus, multò faciliùs futurum eſſe Domino, & iura feudalia, vt dicit Camerarius, ſolam præſumptionem infidelitatis conſiderant.

34 Sed quæſo,attendatis motiuum, non ne in feudo ex pacto filius non poterit habere feudum,niſi ſit hæres patris in hæreditate allodiali iuxta regulam text. in cap.1. an agnatus, cum ergo exhæredatus nullo modo poſſit eſſe hæres, & notate: quia non poteſt eſſe ex ſua culpa; igitur non poterit ſuccedere in feudo, & vt ſcitis deterioris eſt conditionis filius, quàm agnatus, ex quibus remanet hæc concluſio firmata in feudo etiam ex pacto non hæreditario.

35 Sed ſi nominatim eſſet facta conceſſio videlicet patri,& Petro filio,vel contemplati liberi, ſeu deſcendentes principaliter, proptereà quod ius eſſet quæſitum in vita patris, tunc ex regula text. in l.fin. C. vſufruct. in l.dedit dotem ff. de collat. bonor. in l. quodcunque S. ſi quis ita ff.de verbor. obligat. filij non poſſent exhæredari:quia habēt ipſi principaliter, non per ſucceſſionem patris; ſed ſunt ipſi principaliter contemplati, & tanquam bona propria non habet qd commune pater;& ſic intelligitur Andr. in cap.1. S.& ſi libellum maximè in colum.fin. de alienat.feud.pater. & hic eſt caſus poſitus per Modernos, quos refert Andr.hic, & ibi, & in d.cap.1.an agnatus,& ita diſtinguit Camer.vbi ſupra, & Loffred. in dicto ſuo ampliori conſi-
36 lio; hinc Andr.in cap.1.ſi vaſſall.feud. priuet. tenet, quod quando feudum eſt datum patri,& filio nominatim,tunc delictum patris filio non nocet: quia filius eſt etiam Dominus, & hoc etiam procedit,quando eſt datum pro ſe, & deſcendentibus,quando probatetur, hos eſſe principaliter contemplatos,& ipſis principaliter datum.

37 Sed attendatis, ſi vera eſt concluſio primo loco firmata, quod etiam in feudo ex pacto procedat exhæredatio, non obſtante, quod dicatur feudum hoc deferri filijs ex legis prouidentia, & non à patre; ſed à primo acquirente, quodq́; dicantur eſſe tot donationes ad tempus factæ ſingulis deſcendentibus, vt poſt mortem primi perueniat ad ſecundum, dicatur feudum tale eſſe reſtitutioni ſubiectum,vt latiùs diſcurremus cum theorica Andr.in ſequentibus Lectionibus in verſ.& olim,& hoc quia eadem lex conſiderauit ingratitudinem,& diſpoſuit, vt filij priuentur ex obligatione, quàm patri,& naturæ habent maximè in feudis, vt dictum eſt,præſumendo,quod qui fuit ingratus patri, multò magis erit Domino.

38 Si non attenditur ius quæſitum de per ſe, ergo, quod ſit filius nominatus,

nihil releuare debet,vt ex hoc ſtatuatur
ius diuerſum,niſi ea ratione:quia acqui-
ritur filio ius,& dominium feudi pro me-
dietate in vita patris, ita quod non ex-
pectat reſpectu huius portionis mortem
patris ex regula text.in d.l.ſi quis Titio
de vſufruct.accreſcend. & in l. fin. C.de
39 impub.& alijs ſubſtit.& Andr.in d.cap.
1. ſi vaſſall. feud.priue.hoc ſpecificè tra-
dit,dum vult,quod in feudo taliter con-
ceſſo delictum patris non noceat filio
pro medietate,quam ipſe habet in vita;
ſed pro alia,quam haberet,vt ſucceſſor,
& hoc quod habeat medietatem pluries
Andr. affirmat, vt in capitulo noſtro, in
cap.1.an agnatus,& in cap.1.de alienat.
feud.pater.& eandem opinionem, quod
habeat medietatem filius nominatus in
vita patris, & ſic delictum patris non
noceat, tenuit Aluarot. in §. denique
octaua concluſione,quæ fuit prima cau-
ſa benef. amitt. Iacob. in verbo dictiq;
vaſſalli promiſerunt non committere fe-
loniam, Curt. in quinta parte principali
3. colum.

40 Nunc ſic ſi ratio, quare exhæredatio
non nocet,eſt illa: quia filius eſt Domi-
nus in vita patris, & non habet, vti ſuc-
ceſſor;ſed quia ſibi principaliter ex nunc
eſt conceſſum feudum, ſequitur propte-
reà,quod non eſt bona limitatio: nam
ea debet eſſe de regula; ſi ergo non da-
tur ſucceſſio,ergo non poteſt dari exhæ-
redatio,& ſi non datur dominium penes
patrem,non poteſt dari priuatio eiuſdem
dominij in filium; vnde cum eiuſdem
generis debeat eſſe exceptio, & limita-
tio ad text.in l.1. §.excipiuntur ff.de fe-
rijs,propterea non eſt hæc limitatio,nec
conuenit in articulo,& ita reprehendit,
& arguit Andr. in ſimili in cap. 1. qui
41 ſucceſſ. teneantur,imò plus dico, quod
nec etiam tale feudum poteſt dici ex
pacto,& prouidentia, ſi non expectat fi-
lius ſucceſſionem pro medietate,quam
ſtatim acquirit ex conceſsione, quæ ſibi
42 à principio facta intelligitur, & in re-
liqua medietate non tractabitur articu-
lus inueſtituræ pro te, & filijs nomina-
tim; ſed de feudo ſimpliciter conceſſo,
an quia vnuſquiſque acquirit pro ſe,
& hæredibus, ſi intelligatur in dubio
feudum ex pacto,vel hæreditarium;ita
quod expreſsio hæredum faciat feudum
hæreditarium, vt aliquid operetur, &
an conceſsio ſimplex faciat feudum ex
iuris interpretatione tranſmiſsibile ad hę
redes, & ſic quod non ſit perſonale,
& verbum hæredes interpretemur filium
maſculum ſecundum naturam feudorum
ad text.in cap.1. §. & ſi clientulus de
alienat. feud. ita quod in dubio feudum
ſit ex pacto non hæreditarium,quæ quę-
ſo aduertantur: quia non vadunt per
manus, & non reperiuntur vbiq; & de
hoc vltimo tractabimus inſimul cum An-
drea loco ſuo,& videbimus etiam quan-
do feudum eſt conceſſum tibi, & primo-
genitis, tibi, & deſcendentibus, tibi, &
hæredibus ex corpore, ita quod maior
natu ſuccedat.

43 Non omittam vobis dicere,quod tex.
in l.ſi quis Titio de vſufruct.accreſcend.
non probat id, ad quod Andr. ipſum al-
legat,cum ſit reprobata opinio Ioannis,
de qua ibi in gloſ.& legatum ibi fuit fa-
ctum Titio,& hæredibus ſuis,ideſt teſta-
toris,non legatarij, & ideo nimirum, ſi
tam Titius, quàm hæredes teſtatoris ha-
bent ſtatim portionem diſcretam in re-
legata, & hic eſt communis intellectus
traditus per gloſſam in l. fin. C. de im-
pub. & alijs ſubſtit. prout poſt Bart.cæ-
teroſq; Scrib.refert ibi Decius.

44 Sed benè communis eſt opinio in
terminis dictæ legis finalis, quod facto
legato Titio vnà cum filijs ſuis, quod
inquam legatum hoc diuidatur inter fi-
lios,& non intelligatur factum ordine
ſucceſſiuo, de quo facit amplum conſi-
lium Decius 320.in quo ſatis laborauit
45 Andr. in c.1. §. & ſi libellum de alien.
feu.pat.inter vltimas voluntates,& con-
tractus, & quod ſecundùm communem
interpretationem, à qua non debet re-
cedi, conceſsio ſemper intelligatur ordi-
ne ſucceſſiuo, & reſpondet ad iura, quæ
in contrarium allegantur,de quo fortaſſe
dicemus in repetitione illius capituli,
cum non ſit hæc noſtra propria materia.

46 Et

46 Et quia Andr. in hoc eodem articulo filij exhæredati quærit in fine, an nepos ſuccedat, vel ei obſtet paternum delictũ, & remittit ſe ad notata in cap. 1. §. præterea ſi vaſſallus, quæ ſit prima cauſ. ben. amitt. & ſupra authoritate Ardiz. cõmuniter recepti vidimus, nepotem ſuccedere Auo, quando, vel pater præmortuus eſt, vel nepos eſt à patre emancipatus, aliàs non ſuccederet: quia per talem nepotem acquireretur eius patri exhæredato, videamus propterea de veritate articuli.

47 De iure ciuili Romanorum in bonis indifferentibus caſus eſt deciſus, vt exhæredatio patris eius filio non noceat in bonis auitis, tàm ſi Auus exhæredet filium, quàm ſi pater nepotem, eiusq; filium, prout eſt caſus in l. ſi ex patronis §. 1. & ſequentibus, & in l. quod ſi pater ff. de bon. libert. quod intelligendum eſt, vel patre præmortuo, vel filijs, ſeu nepotibus in poteſtate patris non exiſtentibus, vt probant iura præallegata, & melior text. in l. quæritur eodem titulo, & ſecundum iura prædicta fundatur opinio Ardiz. quæ videtur communis.

48 Andr. verò in d. §. præterea loquendo de filio exhæredato facit eandem diſtinctionem ſi nepos ſit, vel non ſit in poteſtate per rationem, quam reddit text. in d. l. quæritur, ne filius exhæredatus, quod ex ſua perſona conſequi non poteſt, conſequatur ex perſona filij, qui patri acquirit ad text. in l. placet, ff. de acquiren. hęredit. quod fallit ſecundum eum, quando Auus inſtituerit nepotem, cui licet pater exhæredatus ſuccedat, imputet ſibi Auus, qui hoc ſcire debebat, & hæc in filio exhæredato, & ſecundum iura ciuilia; ſed in nepote ex filio culpante, & committente feloniam, ſecus erit ſecundum iura feudalia: quia ex inhabilitatione filij ſunt omnes ex eo deſcendentes inhabiles effecti.

49 Domini aduertatis, & ponderate quæſo verba, ſi Andreas loquitur de iure communi ciuili, vt videtur ſe declarare ibidem ante num. 8. ibi; ſed videamus, quid mouent in contrarium iura ciuilia, bene enim loquitur; ſed ſi volumus intelligere eum, quod loquatur in filio exhæredato etiam ſecundum iura feudalia malè loquitur, prout etiam malè loquitur Iacob. de Ardiz. cum ſuis ſequacibus; dum ipſe ponit quæſtionem in feudo, & aduertatis Domini, quod articulus eſt diſputabilis in cauſis ingratitudinis erga patrem, non etiam ex culpis in Dominum, ex quibus pater poteſt filium exhæredare: nam ex reg. text. in l. quiſquis, & ex conſuetudinibus feudalibus filij, & omnes deſcendentes ſunt effecti inhabiles, & inſucceſſibiles, vt bene Andr. aduertit.

50 Sic ergo loquendo in terminis feudorum circa nepotem filij exhæredati, dico, quod dum Ardiz. dicit, quod filius in poteſtate patris non ſuccedit Auo: quia per eum acquireretur filio exhæredato, hic duplex cadit dubitatio, vna eſt, quomodo hæc procedat de iure feudorum, ſi pater non ſuccedit filio iuxta text. in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud. & hæc dubitatio Domini tollitur notabiliter per Ardiz. eodem titulo de ſucc. feud. 1. col. in verb. & quod dicitur, vbi declarat notanter regulam illam procedere in feudo nouo, non autem paterno, & antiquo, ſicut dicimus in ſucceſſione paterna, & cæterorũ deſcendentium à primo acquirente, quod latiùs declarat Frecc. in 12. q. lib. 2. nu. 7.

51 Secunda verò dubitatio eſt, quod in feudis pater nec etiam habet vſumfructum ſecundum veram opinionem Andr. quam nos firmauimus in prima rubrica, ſiue feudum habeat filius ex ſucceſſione, ſiue ex regali conceſſione: nam ſemper feudum eſt cum ſua qualitate ex regula text. in l. cum multa C. de bon. quę liber. vnde cum ceſſet ratio acquiſitionis ex patria poteſtate, cum in feudo filij nihil pater acquirat, videtur etiam tali caſu, quod ceſſare debeat diſpoſitio iuris ciuilis Romanorum fundata ſuper acquiſitione paterna, quod argumentum eſt fortiſſimum, & hoc decidit Andr. loquendo de iure ciuili in materia indifferenti in d. cap. præterea num. 10. & iura ciui-

lia conſiderauerunt acquiſitionem in vita, non autem ſucceſſionem poſt mortem: nam loquuntur in nepote emancipato,& ſui iuris,vt tunc ſuccedat Auo, & non eſt dubium, quod pater ſuccedit filio emancipato, cum emancipatio, vel alio modo filium eſſe ſui iuris non reſpiciat ſucceſſionem;ſed liberam contractationem,& acquiſitionem, ex quo diſtinctio Ardiz.in materia feudali,in qua ipſe loquitur,non videtur tuta, ſuper quo cogitetis.

52 Sequitur Andr.& dicit, quod Moderni ſubtiliùs intuentes tradiderunt, quod ſi feudum eſt ſimpliciter conceſſum, vel ſi conceſſum eſt pro ſe, & filijs, vel pro ſe, & liberis, ſemper erit feudum hæreditarium: nam quando eſt conceſſum ſimpliciter,ſemper vnuſquiſq; ſibi,ſuiſq; videtur proſpexiſſe ex regula text.in l.ſi pactum ff.de probat.& in cap.1. de duobus fratr. & ſic pariter, quando eſt conceſſum patri,& filijs,videtur datum filijs contemplatioñe patris, & conſequenter ſuccedent, ſi patris ſint hæredes, & in hoc caſu exhæredati non ſuccedunt in feudo.

Si autem eſſet datum feudum patri,& Petro filio nominatim; tunc etiam filius exhæredatus ſuccedit:nam videtur tunc feudum datum contemplatione filij, ex quo illum nominauit proprio nomine ex reg.text.in l.fin.C.de vſufr.imo habebit medietatem in vita patris,d.l.ſi quis Titio ff.de vſufr.accreſc.quæ ſi vera eſſent, dicit Andr.raro eſſet feudum ex pacto,& prouidentia, & propterea ſe remittit ad dicta in cap.1. an agnatus, & in cap.1. de alienat.feud.pater. vbi reprobat opinionem horum Modernorum,& tàm ibi, quàm hic in verſ. & olim firmat, quod feudum datum pro ſe, & hæredibus eſt

53 hæreditarium, & pro te, & liberis, ſeù deſcendentibus eſt ex pacto,& habebunt illi agnati etiam,quod non ſint hęredes, non autem filius, qui eſt deterioris conditionis, niſi feciſſet inuentarium, quod limitatur in feudo nouo: quia cum ſemper concedatur cõtemplatione primi acquiſitoris, omnes hæredes illius eſſe tenētur,quæ omnia Domini declarauimus latè in præludijs; ſunt enim regulæ, & termini, & propterea breuiter me expediam:nam hæc latè,& optimè declarantur per Camer.in d.repet.c.1. an agnatus,& per Capyc.in ſua inueſtit.in verb.

54 feudorum clauſulæ; tamen breuiter dicatis, feudum ſimpliciter conceſſum eſſe ex pacto, & prouidentia, non hæreditarium:nam de iure communi feudorum feuda à principio erant reuocabilia ad nutum, poſteà ad annum, deinde ad vitam feudatarij, & demum ex beneficio legis propagatur ſucceſſio in linea deſcẽdentium in infinitum,& in linea trãuerſali vſque ad ſeptimum gradum, ita qđ ſtatim, quod feudum acquiritur, vocantur beneficio legis omnes ſucceſſores; ſed quia habent mediante perſona primi acquirentis;propterea omnes debent eſſe hæredes iſtius primi acquirentis, & hoc verè voluit Andr. licet ſæpè ſæpiùs dicat feudum intelligi acquiſitum pro ſe,& hæredibus,& multoties dicit,intelligitur acquiſitum pro ſe, & liberis, & propterea Andr.in §.huius autem generis num. 11. ex quibus cauſ. feud. amittatur hoc notanter declarat, dum dicit,quod ſi non probatur, quomodo fuit datum feudum,intelligitur,prout ius intelligit, ſcilicet ſibi, & hæredibus; ſed ſubnectit,quod hoc eſt ex iuris interpretatione, non autem tranſmiſſione in hæredem,quaſi hoc donator expreſſerit, & ſi ſit hoc inſitum, & de natura,ſi exprimitur, aliquid operabitur, & ſic vult dicere, quod non eſt perſonale; ſed tranſmiſibile: quia ſic ius intelligit,non quod ab homine tranſmittatur; ſed ſi exprimitur, dicit hoc à iure ſubintellectum aliquid operari, & propterea qualitas hæreditaria, quæ non aderat, ex expreſsione imprimitur, vnde ſi non habet tranſmiſsione in hæredem; ſed ab intellectu iuris, ergo non habet à patre; ſed à lege, & à primo acquirente,& ob id ſi expreſsè dicitur pro te, & hæredibus, vt operetur expreſſio, erit tunc feudum hęreditarium,& ita notabiliter tradit Iac.de Belu.in cap.1.de eo,qui ſibi,& hære-

hæredi ſuis, imò Bald. ibi voluit, etiam quod ſit dictum hæredibus, feudum eſſe ex pacto; ſed malè, & rurſus intelligere debemus Andr. loquentem in materia feudali, prout iura feudalia loquuntur, quæ dum de hæredibus faciunt mentionem, intelliguntur de liberis, vt ſupra dictum eſt, & dum multoties dicit promiſcuè loquendo, quod ſi feudum ſit conceſſum pro hæredibus, vel liberis, quod dicantur feuda hæreditaria, debet intelligi ſecundum opinionem Modernorum, qui in hoc non conſtituerunt differentiā, ita quod reſidemus, quod ſemper quod feudum eſt ſimpliciter conceſſum, eſt feudum ex pacto, & prouidentia; ſi verò pro te, & liberis idem, vel pro te, & filijs, in quibus caſibus loquitur text. in l. ſi qs operas, in l. vt iuriſiurandi §. ſi liberi, in l. cum patronus §. cum libertus, in l. ſi operarū cum cæteris iuribus ff. de oper. liber. nulla habita ratione opinionis Modernorum, quæ nullo iure fundatur, & in materia feudali verbum hæres conuertitur in verbum liberos; non autem è contra, & propterea notate fuiſſe neceſſariū, vt ſpecifica lex fieret, quæ filios arctaret ad adeundam paternam hæreditatem, ſi in feudo ſuccedere non erat neceſſarium non erat, ſi ab intellectu iuris in feudo eſſent hæredes, & illud, quod dicitur, quod ex eo, quia pater acquiſiuit, & illius contemplatione eſt datum, vt propterea debeant omnes eſſe illius hæredes; ego fateor contrarium, & dico, quod in omni feudo omnes ſunt hæredes primi, & vti hæredes primi feuda capiunt, & tenentur ad omnia onera, & ad omnia diſpoſita per primum acquirentē, & in hoc cap. noſtro poteſt intelligi dictum Modernorum in feudo nouo; ſed quicquid ſit: quia Andr. tàm hic, quàm in cap. 1. an agnatus, & in d. cap. 1. de alienat. feud. pat. intelligit Modernos loqui etiam in feudo antiquo; propterea vos non recedatis à ſupra declaratis, & ex his ſit expedita theorica Andr. vſque ad verſ. filij tantum æqualiter, & pro declaratione horum terminorum videatis Modernos Addentes in dicto §. huius autem generis, & latè Loffre. in ſuo primo conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Hæres extraneus nō ſuccedit in feudo, huiuſue diſpoſitiōnis rationes commemorantur nu. 5. cum ſeqq. & ſi fuerit inſtitutus, nullitatis vitio ſubiecta erit diſpoſitio propter duplicem rationem, quæ adnectitur nu. 14.*

2 *Hæredis extranei inſtitutio licet ſpecies ſit alienationis; nihilominus alienare prohibitus, non cenſetur prohibitus hæredem inſtituere, & ibi de ratione, nec hoc euentu poterit conſiderari dolus, vel fraus, & nu. 3. ſed declara, vt nu. 4.*

5 *Hæredis appellatione in feudis intelligitur filius, cæterum declara, vt nu. 11.*

6 *Actui ineſſe videtur, quod eſt de eius natura.*

7 *Feuda cur dentur, & de eorum denominatione.*

8 *Feudi vas, atque ſubſtantiam eſſe fidelitatem dictum eſt Andr ſatis vulg.*

9 *Feudi ſucceſſor debet eſſe de iuſto ſanguine deſcendenti, & ibidem cur fœminæ non ſuccedant.*

10 *Filiū ſuccedere iure ſucceſſorio feudorum iuxta Bald. doctrinam quo pacto intelligendum.*

12 *Frater ſuccedit in feudo antiquo in defectum legitimi hæredis.*

13 *Hæres legitimus quis dicatur de iure communi ciuili, & quis de iure communi feudorum; & ex his quinam propriè, & qui ex interpretatione.*

15 *Hæres extraneus an poſſit inſtitui in feudo, de quo non præſtatur ſeruitium perſonale; ſed reale.*

16 *Bald. in obiecta controuerſia fuit Author affirmandi.*

17 *Speculat. opinio eſt huic contraria, quæ ſecundum D. Authorē manifeſto iure comprobatur, & firmis rationibus ſuſtinetur.*

18 *Limitatio gloſ. ad Conſtitu. Reg. vt de ſucceſſionibus, quam ſequutus eſt Andr. euertitur.*

19 *Feuda parua de iure antiquo non cenſebantur iure feudi, nec illius habebant naturam; ſed de iure nouo fuit hoc immutatum.*

20 *Feudum verè dicitur res conceſſa in feudum ſub annuo cenſu, & affertur exemplum in hoc Regno.*

21 *Hæres extraneus an ad ſucceſſionem aſpirare valeat ſtante inueſtituræ tenore pro ſe, & hæredibus quibuſcunque. D. Author in hoc articulo relatis hinc inde Doctorum opinionibus, & notatis Bald. & Iacob. de contrarietate affirmatiuè cōcludit, & teſtatur de cōi, & nu. ſeqq ſed ingenioſè declara, vt nu. 28. cum ſeqq.*

22 *Hæredum tripartita diuiſio.*

23 *Verbum quibuſcunque adiectum in diſpoſitione hominis nullam admittit reſtrictionem, nec de habilitate.*

26 *Ius quandoq. reſiſtit, quandoq. nec aſſiſtit, nec reſiſtit, & quandoq. aliquid præſumit, quæ omnia inter ſe diuerſa ſunt.*

27 *Verba legis debent intelligi de habilibus, idque fusè exornatur.*

29 *Inueſtituræ tenor ſi ſit expreſſus pro maſculis, & fœminis, iſtæ vocatæ intelliguntur in illorum defectū, prout in hanc ſententiam ab omnibus itum eſt.*

30 *Bald. reſtrictio quamuis communis ad §. quin etiam Epiſc. vel Abb. expenditur, & confutatur.*

31 *Hæres extraneus vtrum ſuccedat in fructibus feudi, cumulatè de hoc agit D. Auth. & nu. ſeqq.*

32 *Fructus pendentes quomodo diſtinguantur à fructibus à ſolo ſeparatis.*

33 *Teſtator prout poteſt de re hæredis diſponere, ita pariter illum grauare in fructibus feudi hæreditarij iuxta punctualem deciſionem Bald. quæ firma ratione fulcitur, & ita aliàs iudicatum; ſed quid in fructibus feudi ex pacto, tangitur nu. ſeqq.*

35 *Fructus pendentes de iure communi Romanorum pars ſoli cenſentur; ſed quam fundi partem conſtituant?*

36 *Fructus rei venditæ emptoris emolumento cedunt.*

37 *Fructuum ſucceſſio non eſt vniformis, & vnica; ſed multiplex, prout multi ſunt illorum ſucceſſores, qui obiter adnotantur.*

38 *Fructus diſtinguuntur in naturales, induſtriales, & ciuiles, de quibus remiſſiuè, & nu. 46.*

39 *Feudo ad Dominum deuoluto, fructus erunt, vel hæredum vaſſalli, vel Domini ſeruata diſtinctione §. his conſequenter. Cæterum noſtris DD. dubitatio exorta eſt, num extra hunc caſum procedat diſpoſitio præfati text.*

40 *Alex.*

40 *Alex. ſub clypeo Cuman. negauit.*
41 *Eiuſdemq. opinionis ſectator fuit D. Lanarius, cuius conſiderationes recenſentur; ſed illis reſpondetur nu. 47. & 48.*
42 *At contrariam opinionem ſuſtinuit Camer. quam roboratam fuiſſe authoritate rei iudicatæ teſtatur D. de Franch. & hanc multis rerum argumentis confirmat D. Author contrarijs nullo negotio confutatis, atque conuictis, & nu. ſeq. vſque ad fin.*
43 *Creditores feudatarij actionem habere ſuper fructibus feudi, qua fuerit ratione conſtitutum, & nu. 46.*
44 *Fructus feudi de hæreditate cenſentur ſecundum Andr. & ibi de ratione.*
45 *Rem vnam, eandemq. eodem tempore diuerſo iure cenſeri, leges refragantur.*
46 *Text. in d. §. bis conſequenter qualiter limitetur per Andr. quoue modo per Anch. & nu. 49.*
48 *Releuij ſolutionem, ſeruitijq. præſtationem nequaquam concurrere ſorenſis vſus admiſit.*

LECTIO V. aliàs XIV. in ordine.

1 BI in text. ſuccedunt tantum filij æqualiter, dicit Andr. non ergo extraneus hæres, videtur
2 enim alienare, qui extraneum inſtituit l. peto §. fratre de legat. 2. vbi diſponitur, quod facta prohibitione ne domus alienetur ad hoc, vt in familia remaneat, dicit Iureconſultus, quod ſit caſus fideicommiſſi, ſiue quis explicitè alienauerit, ſiue hæredem aliquem extra familiam inſtituerit, idemq; tradidit Andr. in d. cap. 1. in princ. de feud. March. quaſi velit Andr. dicere; feuda ſunt prohibita alienari, & dum quis extraneum inſtituit, alienat: ergo extraneus ſuccedere nõ poteſt.

Domini concluſio hæc, quod per hæredis inſtitutionem dicatur quis alienare, nullum habet dubium, de qua in l. ſi quis prioris §. certum C. de ſec. nupt. in l. 1. ff. de fund. dotal. in l. ex hoc edicto §. alienare ff. de alienat. iudit. mutan. cauſ. fact. in l. ſi ita quis §. ea lege ff. de verb.
3 oblig. ſed non ſequitur, dicitur alienare, ergo eſt prohibita hęredis inſtitutio, imò regula eſt in cõtrarium ex eo: quia cum oporteat, decedentem habere hæredem, dicitur alienatio facta ex neceſſitate iuxta text. in auth. res, quæ C. commun. de legat. & videtur tranſire cum vniuerſitate iuxta text. in l. quædam, vbi bona gloſ. ff. de acqu. rer. dom. & ita procedit text. in d. l. 1. ff. de fund. dotal. & tali caſu non conſideratur dolus, vel fraus, & ita procedit text. in d. §. alienare dę alienat. iudit. mutan. cauſ. fact. & hæc eſt cõmunis ſchola Doctorum, ſequendo diſtinctionem Bart. tàm in d. l. peto §. fratre, quàm in d. l. ſi ita quis in §. ea lege, opor-
4 tet enim, quod prohibitio alienationis ſit limitata, vel cum cauſæ expreſſione, vel vt certæ tantum perſonæ ſuccedant iuxta terminos text. in d. §. fratre, & melior text. in l. filiusfam. §. diui lo 2. de leg. 1. vbi hoc diſtinguitur cum ſuis con-
5 cordantibus, & propterea declaretis vos dictum Andr. ſecundum legem, quam allegat, & dicatis, quod ex eo: quia in feudo appellatione hæredis intelligitur filius iuxta text. in cap. 1. §. & ſi clientulus de alienat. feud. & gloſ. notab. in l. ex facto §. fin. ff. ad trebell. & ſic regulantur conceſſiones factæ pro ſe, & hæredibus, ſcilicet filijs, vbi Paul. de Caſtr. Imol. Alex. Rip. & cæteri communiter, Bart. vbi cæteri Scrib. in l. Gallus §. etiam ſi
6 parente ff. de liber. & poſthu. & cum hoc ſit de natura, ſemper hoc videtur ineſſe, dicit Bald. in l. liberti, libertæq; C. de oper. liber. nu. 19. & ita refert iudicatum Pariſ. Cyn. ibidem ſequendo Dyn.

in

in l.in conuentionibus de verb.ſignif.certæ enim ſunt perſonæ vocatæ ad feudorum ſucceſſionem, propterea extraneus ſuccedere non poteſt, dicit idem Andr. in cap.Imperialem in 1.col. de proh.feu. alien.per Frider. & melius declarat in d.§.& ſi clientulus,latè cumulat Capyc. in ſua inueſtit. in verb. feudatariorum hæredes, & hoc voluit dicere gloſ. in d. cap.imperialem in verb.alienare,dantur
7 enim feuda militiæ cauſa ob ſperatam fidem iure iuſti ſanguinis deſcendentis, de fide apparet in cap.1. §.fin. per quos fiat inueſtitura: nam denegatur inueſtitura ei, qui fidelitatem facere recuſat, cum à fide feudum denominetur, & feudum datur, vt fidelites Domino ſeruiat, dicit text. in §. huius autem generis ex
8 quibus cauſ.feud.amitt.hinc ſæpè ſępius Andr.dixit,quod vas,& ſubſtantia feudi
9 eſt fidelitas,de ſanguine apparet in cap. adoptiuus, ſi de feud. fuerit contr. de ſanguine iuſto apparet in cap. naturales eo.tit.quodq; debet eſſe ſanguis deſcendens,apparet in cap.1. §.cum verò Corradus verſ.ſin autem in 1.rubr.& in c.1. de nat.ſucc.feud. & dixi ratione militiæ ad excluſionem fœminarum,quæ ex eo: quia militare non poſſunt, à ſucceſſione repelluntur, vt aliàs declarauimus in præcedenti,& hoc eſt, qđ tradidit Bald. in cap.1.de eo,qui ſibi, & hæred.ſuis,vt hæredes ſucceſſores in feudis intelligantur hi,qui ſunt de ſanguine:quia ſanguinis contemplatione feuda conceduntur, idem Bald. in 1.rubr. in §. & quia vidimus,& in cap.quæ in eccleſiarum in fin. extra de conſtit. quæ omnia peroptimè, & eleganter explicat Camer.in cap. im-
10 perialem cart.mihi 21.in liter.S, & hoc vult dicere Bald. hic, dum tradit, quod filius ſuccedit iure ſucceſſorio feudorum, ideſt iure ſanguinis:nam ſanguis eſt con-
11 templatus principaliter,intelligendo tamen hæc omnia in feudo nouo, in quo natura eſt,vt deſcendens tantum maſculus ſuccedat; in feudo verò antiquo intelligetur de fratre, & de reliquis vocatis ad ſucceſſionem per legem communem feudorum,& in Regno etiam in feudo nouo hæres intelligitur frater, & intelligetur etiam filia in defectum maſculorum:quia per Regni Conſtitutionem ſunt vocati,& ea ratione, qua verbum hæres in feudo nouo intelligitur de filio ſcilicet: quia natura noui feudi eſt,vt filius,& deſcendens tantum ſuccedat, eadem,& pari ratione,quando natura eſt, vt ſuccedat frater,& ſuccedat fœmina, intelligetur verbum hæres ſecundum ſubiectam materiam,& naturam ipſius feudi,vt explicat, vbi ſupra Camer. authoritate Andr.qui hoc eleganter tradit hic paulò ante verſiculum; hoc etiam ibi, & ſecundum diuerſitatem materiæ,de qua loquitur, diuerſificatur ſignificatio verbi.

12 Et licet text.in d.§.cum verò Corradus dicat, quod frater fratri ſuccedit in feudo antiquo, quando frater ſine legi-
13 timo hærede deceſſerit,& legitimus hęres dicitur etiam extraneus in teſtamento inſtitutus l. lege obuenire ff. de verb. ſignif.tamen vt dixi,verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam, & propterea legitimus hæres intelligetur is, qui ab inteſtato eſt vocatus ad ſucceſsionem feudorum, vnde cum extraneus hæres non ſuccedat:quia certæ sũt perſonæ vocatæ, meritò dum dicitur in text. ſi deceſſerit ſine legitimo hærede, non intelligetur de hærede extraneo,ita Andr.Aluar.Præpoſ.& cõmuniter Scrib. poſt gloſ. in d.§.cum verò Corradus, & Iacob.de Belu.& vos vltra dicta per eos dicatis, quod & ſi quilibet hæres in teſtamento inſtitutus dicatur legitimus hęres, tamen ille propriè dicitur hæres legitimus, qui ab inteſtato ſuccedere poteſt,caſus eſt in l.3.§.de illo ff.pro ſocio, & hæres extraneus inſtitutus dicitur hæres ex interpretatione, & mediatè vigore teſtamenti,quando verò quis ſuccedit ab inteſtato dicitur ſuccedere immediatè,& magis propriè, & verba debent intelligi ſecundum proprium, & immediatum ſignificatum,ita Fulg. notab.in l.1. §.1.ff.pro ſocio,notat,& declarat Alcia. in d. l. lege obuenire, melius, & latius Alex.in conſ.59.2.vol.

14 Re-

14 Redeundo nunc ad declarationem Andr. dicimus, quod cum certi ſint ſtatuti hæredes,& ſucceſſores in feudo,propterea extraneus hæres non ſuccedit, & ſi fuerit inſtitutus, nulla eſt diſpoſitio: quia dicitur alienare in eum caſum, quod à iure communi feudorum eſt prohibitũ abſque aſſenſu,& ſic ratio, quare extraneus non ſuccedit,eſt:quia à lege feudorum filij tantum ſunt vocati, ratio poſtea,quare inſtitutio extranei non tenet, ſi fuerit facta, eſt ex eo: quia inducitur ſpecies alienationis per talẽ hæredis inſtitutionem,quæ eſt prohibita;poſtquam prohibitio alienationis eſt facta in beneficium certarum perſonarum, & vos addatis in feudis rationem eſſe præcipuam: quia Dominus concedens certam legem appoſuit conſiderando perſonam,& ſanguinem,dum cõceſſit, & cum natio prouocet, & deterreat, dicit Andr. ad propoſitum in cap. imperialem in 1. addit. meritò ſpecies hæc alienationis fieri non poteſt abſque ſpetiali Domini conſenſu, & facta non tenet, ob quod nullo modo extraneus hæres ſuccedit.

15 Sed quid in feudo, de quo non præſtatur ſeruitium perſonale;ſed reale tantum, putà ſub annua præſtatione in pecunia,vel frumento,& ſimilibus,an tunc in eo feudo poſſit inſtitui extraneus hæres,quaſi non ſit feudum, & habet in eo locum ius commune Romanorum,quod

16 tradidit,& tenuit Bald.in tit.de pace Conſtant.in verſ.libellarii in fin. & idem tradẽdo idem Bald.in l.liberti,libertæq; col.fin.nu.36.C.de oper.libert.dixit, quod erit potius iſte contractus emphyteoticus,vel innominatus, & Baldum ſequuti fuerunt multi Doctores, non tamen deguſtando punctum,nec diſtinguendo terminos,aut ponderando iura,vt fuit Aretin.in l.Gallus,§.etiam ſi parente ff.de lib.& poſth.vbi Iaſ.Alex.in l.etiam ff.ſolut.matr. Iaſ.in præl.feud. col.4. in 2.q. princip.& alij.

17 Ex aduerſo Specul.in tit. de locat. & conduct.ſub rubr.de emphyt. in §. nunc & aliqua n.108.q.85.appellat hæc feuda conditionata,& quod ſubiaceant cõſuetudinibus feudalibus,quem ſequutus fuit Roman.in conſ.70. & idem Alex.in conſ.9.5.vol.Socc.in d.§.etiam ſi parente nu.6. vt in qualitate tantum alterata non habeant propriam feudi naturam, in reliquis verò propriam feudi naturam obtineant, & hæc eſt vera,& indubitata opinio deciſa per caſum tex.in cap.1.de feud.non hab.prop.feud. nat. vbi Andr. qui propterea facit regulam, quod facta conceſſione in feudum cum pactis cõtra naturam feudorum,non per hoc non remanet verè feudum, præterquam in exceptuatis,& expreſſis, in quibus tantum natura alterata intelligitur, & non in reliquis,de quo per eum in cap.1. nu.2. de capit.Corrad. in cap.1. §.ſed nec eſt alia iuſtior nu.35. quæ ſit prima cauſa benef.amitt. in d.§.huius autem generis nu.12.& 15. ex quibus cauſ.feud.amitt. idemq; probat text. ad literam in §.feudum ea lege, vbi gloſ.ſi de feud. defun. milit.latè Dec.in conſ.185. 3.col.nu.5. & in conſ.193.ante num.5.verſ.ſecundò præmitto.

Aliud enim eſt, quod feudum improprietur,& hoc concedo; ſed in qualitate tantum alterata, & aliud eſt,quod propter talem qualitatem totum feudum alteretur, & mutet ſuam totalem conditionem,& in hoc fuit error Scribentium, & dum Bald.& in præludijs in 4.diuiſ.& in cap.1. de duob.frat.à Cap.inueſt.tradidit,quod inueſtitura feudi deroget omni naturæ feudorũ,præſuppoſuit ex hoc, quod per hanc qualitatem innatam à principio generationis feudi detur noua natura;ſed quod remaneat tamen feudum, & multa iura feudalia tractant de diuerſis pactis appoſitis contra naturam feudorum,quæ ſeruari debent; ſed non propterea in alijs non expreſſis non remanet feudum in propria ſui natura, vt in feudo franco,in feudo, in quo ſunt ſucceſſibiles tam maſculi, quàm fœminæ, in feudo exempto à iuramento fidelitatis, & ſimilibus.

18 Eadem glo.in Conſtit.Reg.vt de ſucceſſ.in princ. & in verb. in omnibus tradidit Conſtitutionem illam non habere locum

locum in feudis ruſticis,& planis,ex quibus debetur redditus panis, aut carnis, pecuniæ,aut annonæ, ſeu præſtatio operarum, quam ſequutus fuit ibi Andr.di-
19 cens illa gloſ.quia hęc parua feuda non cenſentur iure feudi ex reg.text.in §.notandum,de his,qui feud.dar.poſſunt,nec habent feudi conſuetudinem in cap. 1. quis dicatur Dux.

Aduertatur,nam aliud eſt tractare, ſi Conſtitutio illa comprehendat feuda plana ponderando verba eiuſdem Conſtitutionis, quæ in fine præſupponit feuda,de quibus in ipſa Conſtit. deuolui ad Dominum,& dat prælationem agnatis, & de hac quæſtione tractabimus alia die, & aliud eſt, quod Conſtitutio illa non comprehendat talia feuda:quia ſunt parua feuda:nam & ſi text.in d.§.notandum,& in cap.1.quis dicatur Dux diſpoſuerit,hæc feuda non cenſeri iure feudi; tamen,vt ſcitis Domini,hoc erat de iure antiquo; poſtea verò hoc fuit correctum per text.in cap.1.de nat.feud. vt eodem iure reputentur,& magna, & parua feuda,& ita declarauit gloſ. per illum text. in d.§.notandum,vbi Andr.& quæſo videatur,quomodo eſt fallax argumentum gloſ.prædictæ: nam præſupponamus, qđ feudum planum eſſet magnum feudum, & à Barone tantum teneretur, & conſiſteret in maximis redditibus, & eſſet cōceſſum ſub ſeruitio perſonali, poſſet per hoc dici, quod Conſtitutio haberet locum,& quid commune hoc,quod ſit feudum parui redditus cum quæſtione illa, an Conſtitutio comprehendat feuda, quæ non tenentur in capite à Rege, & poſſunt etiam eſſe parua feuda,& tamen eſſe vera feuda ſecundum propriam naturam,cum nihil inferat ad naturam feudorum eſſe feudum paruum,vel magnū, ſi verū eſt, quod ex lege inueſtiturę feuda verām aſſumant naturam, & propterea tota vis conſiſtit, an res fuit conceſſa in feudum,vel ſimpliciter, & hanc diſtinctionem facit text.in d.cap.1.de feud.
20 non hab.propr.feud.nat. quæ concluſio probatur ad literam in cap. ad Apoſtolicæ de ſent.& re iudic.in ſexto,vbi tex. loquitur de hoc Regno conceſſo ſub annuo cenſu,& quod ſit verè feudum:quia eſt conceſſio in feudum, dicit ibi text.nā partes fidelitatis ſunt multæ affirmatiuæ,& negatiuæ,vt declarauimus in præludijs, & ſi quis eximitur à ſeruitio perſonali in faciendo, non propterea eximitur à cæteris partibus fidelitatis,quæ latiùs proſequitur,& declarat Camer.in cap.imperialem cart. mihi 40. qui hanc tenet opinionem poſt Curt.in prima parte ſexta quæſtione.

21 Sed quid ſi inueſtitura feudi eſt pro ſe,& hæredibus quibuſcūque,an tali caſu ſuccedat extraneus hæres, quæ quæſtio eſt ſatis ventilata,& diſputata,& diuerſę fuerunt opiniones,qui enim tenuerunt venire extraneum hęredem, ea mouētur ratione:quia extraneus hęres legi-
22 timus eſt hęres, & lex diſtinguit inter hæredes ſuos, neceſſarios, & extraneos ad text. in §.1. inſtit.de hæred. qual. & differ. Io.Fab. & Ang.in §.cæteri eo.tit. nam & ſi verbum hęres adaptetur ſecūdum ſubiectam materiam, vt ſupra dixi-
23 mus,tamen verbum illud quibuſcunque eſſet inutile, & nihil operaretur, & hæ ſunt potiſſimę rationes,quę pro hac parte adducuntur,addendo, quod quando hæc verba proferuntur ab homine,& nō à lege,dicunt Doctor.qui hanc partem tenuerunt,quod non recipiunt reſtrictionem,nec etiam de habilitate, cuius opinionis author fuit Bald. in cap. imperialem nu.19.de prohib.feud.alien.per Frider.& in l.1.34.q. ff.de rer.diuiſ. & hæc videtur communis opinio relata per Rip. in l.ex facto §.fin.ad trebell.nu.16.& latè Camer. qui omnes cumulauit in cap. imperialem cart. mihi 30.

24 Contrariam verò opinionem tenuit idē Bald.in c.1. §. donare qual.ol.pot.feud. alien.& in l.cum virum C.de fideicomm. & Bald. in d. §. donare ſequuti fuerunt Mart.Laud. & Præpoſ.intelligendo de hæredibus habilibus,qui aliàs eſſent ſucceſſores ab inteſtato, & idem Iacob.in verb. & quibuſcunque hæredibus, qui fuit ſibi contrarius dictis per eū in verſ. & cum pacto, quod de ipſo feudo.

Ca-

Capyc.verò in cap.imperialem in princ. in verſ.amplio ſexrò refert opiniones, & idem in inueſtitura ſua in verb.feudorum clauſulæ,idemq; fecit Curt.in 7.par.in fi11.nu.62.licet in conſ.1. videatur tenere partem affirmatiuam,& partem negatiuam ſequendo Bald.in §.donare renuit Aret.in l.Gallus in §. eriam ſi parente ff.de liber.& poſthum.quem ſequitur ibi Socc. & Dec.in cap.in præſentia nu.48. de probat. taliter quod Domini quæſtio eſt dubia,& rationes,& authoritates sũt hinc inde, & rationes præcipuæ tenentium,quod non ſuccedant extranei:quia intelliguntur verba de habilibus, & ſecundum ſubiectam materiam, illorum verò,qui tenenr cõtrariam partem,ſunt: quia ſumus in diſpoſirione hominis, & verba eſſent inutilia.

25 Domini, ſi non adeſſet verbum illud quibuſcũque,procederer motiuum,quod verbum hæres intelligererur ſecundun ſubiectam materiam,& ſi rractaretur per hæc verba,quod ſuccederet perſona prohibita ſuccedere in feudo legibus, moribus,vel natura,vt fœmina,ſpurius, clericus, mutus, vel aliter imperfectus, tunc procederet motiuum inhabilitaris; ita eleganter Bald.in conſ.207.2.vol.non enim eſt huiuſmodi extraneus hęres:quia de per ſe eſt habilis, nullumq; haber impedimentum,quod peroptimè ponderat, & conſiderat Socc.in d.§.etiam ſi parente, & in materia ſucceſſionis docet eleganter Andr.in §.præterea ſi vaſſall.quę ſit prima cauſ.benef.amitt. poſt num.10. verſ. verius dicitur, vt inſpicere debeamus aptitudinem,& naturam rei,& poſ-
26 ſibilitatẽ acquiſitionis de per ſe,& aliud eſt habere quem iuris reſiſtentiam, & aliud,quod lex non aſſiſtar,nec reſiſtat,& denique quod lex quid præſumat iuxta tradita in terminis text.in cap. cum perſonæ de priuileg.in ſexto,in cap.ad decimas de reſtir. ſpol. in ſexto,in cap. 1. vt lite pendente, in cap.cum veniſſent de inſtir.& alia, quæ dicuntur in materia poſſeſſionis, & interim.

27 Et ſic procedunr termini text. in l. 2. §.quod ait prætor,vbi gloſ.& Bart.ff.qui ſatiſda. cog. ibi qualiſcunque fideiuſſor, ſcilicet etiam non locuples,non aurem de furioſo,vel pupillo:nam requiritur ſecundum Bartol. quod ſit ralis,qui poſſit pro alijs fideiubere,& ſic infert ad ſtatutum volens, quod qualiſcunque fuerit ſententia arbitri, mandetur in exequutionem, vt intelligi debeat de eo, qui poſſir eſſe arbirer,& ſic pariter intelligetur dictum gloſ.in l.3.C.de fide inſtrum. & iur.haſtæ fiſcal.lib.10. ibi quibuſcunque probationibus,ſcilicet idoneis,& eadem gloſ.in l.1.C.de fide inſtrum.& hoc etiam modo intelligo dictum gloſ. in l. 1.C.de ſacroſ.eccl.vr vnuſquiſque licentiam habeat diſponendi in beneficium eccl.intellegatur de habili ad teſtandũ, quæ in extraneo non procedunt, qui de per ſe ſemper eſt habilis ad ſuccedendũ, nec habet iuris reſiſtentiam,& inueſtitura,quæ derogat omni naturæ feudorum, facir extraneum habilem ſucceſſorem, cum verba illa quibuſcunque aliàs eſſent inutilia, & ſic hanc partem reneo veriorem.

28 Sed quia inquantum poteſt, debemus reſtringere alterationem naturæ feudi,& correctionem iuris communis,properea ſicut in terminis text.in cap. 1. de feud. non hab.propr.feud.nat. tenemus, quod & ſi de iure communi feudorũ conceſſio illa facta pro te,& cui dederis,non intelligitur in feudum:quia aliàs de iure com muni feudorum vnuſquiſque poteſt ſubinfeudare eodem iure, quo ipſe habet, & verba eſſent inutilia,tamen tenemus, quod in Regno hoc non procedat, in quo etiam eſt prohibira ſubinfeudatio, & ſic verba non ſunt inutilia ſecundum Andr.ibi,& Camer.vbi ſupra,ita pariter in caſu iſto,dico, & intelligo quæſtionẽ, vt procedat non exiſtentibus hæredibus legitimis à lege feudorum vocatis, ita quod intelligamus per hanc inueſtituram venire extraneos in defectum legitimorum hæredum ſecundum naturam feudorum.

Et ſic ceſſat ratio inutilitatis verborum:quia verba operantur, & ceſſat pariter motiuum inhabilitatis,ſi extraneus

de

de per ſe eſt habilis, & propter quodam extrinſecum impeditur, ſicut dicimus in materia alienationis rei feudalis, quę nõ eſt nulla, dum expectat ſpem reconualidationis ex aſſenſu impetrando iuxta dictum per Io. Fab. in §. non ſolum inſtit. de leg. de cuius dicti veritate tractauimus in Lectionibus antecedentibus.

29 Fundatur hæc opinio, & hic intellectus per caſus iurium in §. filia verò in tit. noſtro in cap. 1. in §. quin etiam, vbi bona gloſ. Epiſc. vel Abb. gloſ. in cap. 1. in verſ. niſi ex pacto de nat. ſucceſſ. feud. vbi facta inueſtitura pro maſculis, & fęminis, volunt iura prędicta, quod propter naturam feudorum copula, &, non coniungat; ſed intelligatur vocata fœmina in defectum maſculorum, ſtetq; copula in vi ordinis, non in vi copulæ, & copulet verba, non ſenſum, & ratio eſt, vt dixi, aperta natura feudorum, & hæc eſt communis omnium opinio, vt per Bald. & cæteros omnes in d. §. quin etiam, Capyc. in verb. feudorum clauſulæ, verſ. & hæredibus vtriuſque ſexus poſt Bart. notabiliter in l. vt iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de oper. liber. ergo pari modo facta conceſſione pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, intelligetur in defectum hæredum à lege feudorum vocatorum; dicunt enim Doct. quod hoc eſt verbum extenſiuum, & ſic ſi extendit, non corrigit, nec immutat, quod erat; ſed vltra addit, vnde ſi verbum hæres antecedens neceſſariò comprehendebat hæredes ſanguinis, verbum poſtea ſubſequens, quibuſcunque nil aliud facit, niſi vltra iſtos facere etiã alios hæredes ſucceſſores, & ſicut lex feudum, quod erat ad maſculos tranſitotiũ, intelligit, quando eſt conceſſum maſculis, & fœminis, conceſſum in quam in defectum maſculorum, vt minus ius cõmune lædatur, & inquantum poſſit reſtringatur alteratio naturæ ipſius feudi, ita pariter, & non aliter dicendum eſt in caſu, de quo agitur, ſic interpretando mentem inueſtientis, quod peroptime probat text. in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis, vbi tractans ſemper prælationem maſculorum, reddit rationem; quia cenſentur ipſi primo loco inueſtiti, ſic hic cenſentur vocari, & inueſtiti ſemper primo loco ſucceſſores legitimi vocati à lege feudorum, & etiam ab inueſtitura, quæ dicit primò hæredibus, & poſtea ſubdit quibuſcunquę.

30 Et licet Bald. communiter receptus in d. §. quin etiam velit reſtringere diſpoſitionem illius text. & aliorum in feudis rectis datis cum ſeruitio perſonali indeterminato, non autem in feudo conditionato dato ad certum ſeruitium, vbi Aluar. Præpoſ. Laudenſ. & Afflict. quos ſequutus fuit Socc. in conſ. 257. 2. vol. & Corn. in conſ. 16. 1. vol. vos tamen teneatis conclusionem prædictam indiſtinctè, ſtante opinione firmata in præcedenti quæſtione, quod feudum remaneat rectum, & in ſui propria natura in omnibus, præterquam in eo, in quo expreſsè eſt facta alteratio; aliud enim eſt, quod improprietur feudum reſpectu ſeruitij; aliud quod fœminæ ſuccedant, & aliud quod ſuccedant inſimul cum maſculis, vel in ipſorum defectum: ſi enim lex feudalis dat regulam, quod fœminæ non ſuccedant, quid hoc commune cum ſeruitio certo, & ſi lex feudalis dicit, quod admiſsis fœminis ad ſucceſsionem debet intelligi in defectum maſculorum, quid hoc ad feudum conditionatum, & ſi ratio in feudo recto eſt natura feudorum, à qua nõn receditur, niſi in caſibus expreſsis, dicit idem Bald. in §. quin etiam, ergo idem in feudo conditionato in his, in quibus iura dicunt, quod remanet feudum in ſua propria natura, ex quibus remanemus ſub concluſione firma in feudo conceſſo pro ſe, & hæredibus quibuſcunque ſuccedere hæredes etiam extraneos, & limitari text. noſtrum; ſed cum modificatione, quatenus hæredes vocati ex lege feudi non adeſſent.

31 Sed an id, quod dicimus in feudo, vt
non ſuccedat extraneus hæres, procedat
32 etiam in fructibus feudi, & non loquor
de fructibus ſeparatis: nam cum hi inter
allodialia reputentur, non eſt dubium,
quod in his ſuccedat extraneus hęres, dicit Andr. in cap. 1. §. hæredes poſt nu. 5.

de

de pac.tenen.& in Conſtit.Reg.poſt mor
tem, Capyc. latè in ſua inueſtitura in
verb.feudorum fructus,reaſſumpſit arti-
culum Camer. in cap. imperialem cart.
mihi 17.in lit.O, verſ. prima igitur con-
cluſio,hinc Bald. in cap. 1. in fin. princ.
de pac. tenen. tradidit, quod ſicut fru-
ctus pendentes iudicantur quid immo-
bile, vt fundus, & ſunt eius, ſic ſeparati
iudicantur, & ſunt ſtatim quid mobile,
& propterea non ſunt feudum, nec poſ-
ſunt habere illius naturam,quod pro no-
tab. adduxit Author damnatæ memoriæ
in gloſ. 1.§.1.tit.1.poſt nu.35.& hoc te-
nuerunt omnes, vt fuit Paris de reinteg.
in rubr.de fin.feud.verſ.nunc videndum,
Curt.1.par.q.6. Boer.deciſ.199.Loffred.
33 conſ.46. & cæteri indifferenter; nec e-
tiam loquor in feudo hæreditario, data
diſpoſitione per defunctum:quia poterit
diſponere de fructibus ſeparandis à ſo-
lo tanquam de re propria hæredis, de
qua poteſt teſtator diſponere, & hære-
dem in feudo grauare; deciſio eſt Syno-
dalis Bald.hic in text.noſtro in final.co-
lum.vbi Præpoſ.& cæteri, Alex. in conſ.
18. 5.vol. Capyc.in cap. imperialem de
prohib.feud.alien.per Frider. & in ſua
inueſtitura in d.verb.feudorum fructus,
verſ.futuri fructus, ibi quinimò Bald.vbi
peroptimè declarat hoc debere intelli-
gi in feudo hæreditario, non autem in
feudo ex pacto,& prouidentia.nam ſem-
per quod non conſtituitur ius in re; ſed
hæres ſucceſſor grauatur in actione per-
ſonali ad aliquid dandum,vel faciẽdum,
ſemper,inquam, diſpoſitio erit valida,&
ita aliàs iudicatum in cauſa Vniuerſita-
tis Seminariæ cum Duce me referente
in Regia Camera,nec habent in hoc q̃d
commune termini vſusfructus locationis
ad longum tempus,& alia, quæ tractan-
tur per Andr. & Doctor.in d.cap. impe-
rialem in princ. nam, vt dixi, tractamus
de fructibus percipiendis ab hærede,
& à ſolo ſeparandis, de quibus vt de
re hæredis diſponit teſtator, hæredem
grauando,& ſic non tangitur feudum,
nec vllum ius ſuper illud conſtituitur.
34 Loquor igitur, & pono quæſtionem
in fructibus pendentibus feudi ex pacto,
& prouidentia non hæreditarij,vel etiam
feudi hæreditarij nulla facta diſpoſitio-
ne per defunctum; ſed tantum facta in-
ſtitutione hæredum in bonis allodiali-
bus, an igitur inter ea computentur di-
cti fructus pendentes, ita quod omnes
hæredes ſuccedant; an verò cenſeantur
pars feudi,& conſequenter ad feudi ſuc-
ceſſorem pertineant,& non ſuccedat ex-
traneus hæres,ſicut in feudo.

Hæc quæſtio de iure communi Ro-
manorum nullum haberet dubium per
regulas notorias, quòd fructus penden-
35 tes pars ſoli eſſe cenſentur iuxta notata
in l. fructus pendentes ff. de rei vendic.
hinc text. in l.fin. §. fructus ff. quæ in
fraud.cred.dixit,quod fundus, & fructus
ipſius faciunt vnam, eandemq; rem, &
ob id quæritur, ſi faciant partem inte-
gralem, quotatiuam, vel numeralem rei
iuxta notata per Bart.& cæteros in l.qui
36 vſumfructum ff. de verbor. obligat. &
propterea fundo diſtracto, fructus ad
emptorem pertinent, in l. Iulianus §. ſi
fructibus ff.de action.empt. & in re con-
ceſſa in feudum tradiderunt Docto.qua-
lis fuit Odoffred. in ſumma feud. in pe-
nult.rubr.Bald.in cap.1.an agnatus,vbi
Præpoſ.& in l.1.quæſtione 14. ff. de re-
37 rum diuiſ. & ſic etiam habémus diſpo-
ſitiones iurium diſtinctas in ſucceſſori-
bus in fructibus dotium iuxta notata in
l.diuortio ff.ſolut.matrimo. in fideicom-
miſſ. in l.Herennius ff.de vſur. in vſufru-
ctuario in l.defuncta ff.de vſufructu,in
fructibus beneficiorum, & Commenda-
darum,in fructibus emphyteuſis,& ſimi-
libus, de quibus latè per Couarr. lib. 1.
var.reſol.cap.15.& per Molin.de hiſpan.
primog.lib.3.cap.11.
38 Nec intendo tractare diſtinctionem
fructuum, videlicet, naturalium, indu-
ſtrialium,& ciuilium, de quibus per Do-
cto.vbi ſupra, & peroptimè per Authorẽ
damnatæ memoriæ in tit.1. gloſ.1. §.1.
num.33.
39 Non enim eſt hæc materia noſtra;ſed
difficultas oritur ex particulari deciſio-
ne iurium feudalium; habemus enim

text.in cap. 1. §. his conſequenter in titulo hic finitur lex, vbi deuoluto feudo ad Dominum, dicit text. quod fructus erunt hæredum vaſſalli, ſi deceſſerit poſt Kalen. Mart. ſin autem antea, erunt Domini, & pariter habemus text. in cap. 1. an agnatus, qui loquitur in feudo ex pacto, in quo agnati non hæredes ſuccedunt, & vult text. quod de fructibus ſatisfiat creditoribus feudatarij mortui ſecundum diſtinctionem, de qua ſupra, vt ibi per gloſ. Andr. & cæteros Scrib. ſed quia diſpoſitio eſt exorbitans à iure communi, & iura prædicta loquuntur in caſibus ſuis, quando feudum deuoluitur ad Dominum, vel ad agnatum, videndum erit, vtrum extendantur ad omnem caſum, ita quod decedens feudatarius, & ſi relinquat ſucceſſores in feudo, de quo nō poteſt diſponere abſque aſſenſu, poſſit inquam de fructibus diſponere, tāquam de re allodiali, & non feudali, vel rectius ſi plures hæredes instituti fuerint, omnes in fructibus ſuccedant etiam extranei.

40 Alex. authoritate Cuman. in l. diuortio ſolut. matrimon. tenuit diſpoſita per text. in §. his conſequenter procedere tātum in caſu ſuo, quando feudum ad Dominum deuoluitur, in alijs verò caſibus ſeruari diſtinctionem text. in l. diuortio, quem ſequutus fuit Albet. Brun. in conſ. 106. Soccin. verò ibidem impugnauit dictum Alex. & præfati Doct. nullam fecerunt mentionem de diſpoſitis in cap. 1. an agnatus, vbi extra caſum deuolutionis, de quo loquitur text. in §. his conſequenter, traditur, quod ſuccedente agnato, creditores feudatarij mortui habent actionem ſuper fructibus feudi cum diſtinctione tamen, de qua in §. his conſequenter; ſed tamen diſpoſitio illa eſt exorbitans, non extenditur extra caſus ſuos, & multi Docto. dixerunt eſſe diſpoſitionem irrationabilem, & propterea voluerunt non eſſe trahendam, nec extendendam.

41 Addebat D. Lanarius Feudiſta celebertimus, & vir nunquam ſatis laudatus, quod cum feudum detur propter ſeruitium, & fidelitatem ad text. in cap. 1. in §. huius autem generis, ex quibus cauſ. feud. amitt. meritò cum ad ſucceſſores tranſeant fidelitates, & ſeruitia, debent propterea pariter ad illum tranſire commoda feudi, ſcilicet fructus ex regula legis ſecundum naturam ff. de reg. iur.

Dicit inſuper, quod feudatarius tenetur de iure communi feudorum proprijs ſumptibus vſque ad fructus feudi exhibere ſeruitium Domino ſecundum Andr. Bald. Aluar. & alios, quos idem Author cumulat in §. huius autem generis, ergo poſſet dari caſus, quod Dominus fraudaretur ſeruitio, ſi feudatarius fructibus careret, maximè cum teneatur etiam ſoluere releuium.

42 Domini contrariam opinionem tenuit Camer. in repet. c. 1. an agnatus in verb. quæto 1. nu. 100. & ſecundum hanc refert deciſum D. de Franch. in ſua deciſ. 19. & tota vis deciſionis conſiſtit, ſi Rex, lex, aut conſuetudo, quæ omnia poſſunt, voluerint donare hos fructus feudatarijs, & conferre liberam diſpoſitionem ipſi feudatario, vt poſſit de illis diſponere, & ſicut potuiſſet Rex, lex, aut conſuetudo donare extraneo, ita pariter conferre illos in beneficium feudatarij, eiuſq; ſucceſſoris, & cum poſſit Rex de feudo facere allodium, & lex, & conſuetudo poſſint inducere onera, & exemptiones, quid mirum, ſi in caſu, de quo agitur, non conſiderantur amplius fructus, vt feudum, nec vt pars feudi; ſed vt à ſolo ſeparandi conſiderantur, vti burgenſatici, & eſt propriè donatio fructuum per-
43 cipiendorum, & hæc eſt vera ratio, quare creditores defuncti habent ius in illis, aliàs penitus actione carerent, cum ex reſolutione iuris debitoris eſſet etiam reſolutum ius creditoris, qui nec vllum vnquam habuiſſet ius deficiente aſſenſu,
44 & propterea notate deciſ. Andr. in cap. 1. an agnatus, qui in ſpetie dicit, quod de fructibus feudi ſolui debet debitum hæreditarium: quia fructus de hæreditate cenſentur, & loquitur in feudo ex pacto deuoluto ad agnatos.

Si

Si hæredibus conceduntur fructus feudo deuoluto, ergo hæredibus extraneis, & omnes dicuntur extranei, quando non ſunt legitimi ſucceſſores in feudo.

Si fructus cenſentur de hæreditate, queſtio eſt expedita, & de hæreditate, oportet, quod ſint: poſtquam hæreditarij creditores habēt in illis actionem, vt dicit ille text. & ratio, quare ſunt in hæreditate, eſt: quia lex conceſſit illos feudatario, ipſiusq; hæredibus per text. in §. his

45 conſequenter; non enim poteſt vnico tempore quid iudicari feudale, & burgenſaticum: nam ſi propter lineam finitam fructus iudicantur hæredum feudatarij, & vt allodiales, creditores in his habent actionem, quomodo poſtea volumus dicere, quod ijdem fructus reſpectu hæredum inſtitutorum ſint feudales, & ſic vt vna, eademq; res eodem tempore diuerſo iure cenſeatur contra text. in l. eum, qui ædes ff. de vſucap. vlterius do-

46 ctrina Andr. in cap. his conſequenter tollit omnem penitus dubietatem: limitat enim textum illum in fructibus naturalibus, & declarat eſſe omnes, qui ab arbore producuntur abſque cultura, vt in eis non procedat diſtinctio illius text. ſed ſi ſunt percepti, ſint hæredis feudatarij, aliàs ſecus; in fructibus verò induſtrialibus, vt ſunt ſegetes, vina, olea, & ſimilia, dicit procedere diſtinctionem illius text. quia intelliguntur percipi tempore, quo coluntur, allegat text. ſatis notabilem in d. l. diuortio §. non ſolum, ibi nam & hic fructuum toto tempore, quo curantur, non quo percipiuntur, rationem accipere debemus; ſi ergo non attenditur perceptio; ſed cura, ex qua ſit, vt habeantur, ac ſi percepti eſſent, & in fructibus perceptis, & ſeparatis articulus non habet dubium, igitur non eſt in caſu, de quo agitur, hæſitandum, an quilibet etiam extraneus hæres ſuccedat, ſi habentur pro ſeparatis, & perceptis, quod idem notat Afflict. num. 17. & Andr. ſequitur ibi Aluar. & latius Capyc. vbi ſupra verſ. limita diſtinctionem, dixitq; Andr. in eodem loco, quod ſicut in viro lex propter onera matrimonij fecit diuiſionem fructuum pendentium, vel perceptorum; ſic pariter in feudatario in fructibus induſtrialibus propter ſeruitium, & induſtriam; ergo ſi lex habet fructus tanquam perceptos, & dedit illos ex ſpeciali iure feudatarijs, & non fuit diſceptatio inter Doctor. ſi diuiduntur; ſed quomodo diuiduntur, an ſeruata forma text. in §. his conſequenter, an pro rata anni, iuxta opinionem Cumani, & Alexan. in d. l. diuortio, adeo, quod ſemper fructus debentur: quia lex habet illos tanquam à ſolo ſeparatos, & perceptos à tempore culturæ, igitur ſi ſunt fructus percepti, ſunt allodiales, & conſequenter omnes ſuccedunt.

47 Nec erit hoc extendere iura prædicta de caſu ad caſum; imò fundatur articulus ſub propria iurium deciſione: nam poſtquam iura prædicta diſponunt, quod fructus ſint feudatarij in tantum, quod creditores in his habent actionem, igitur perneceſſe, cum iudicentur vt ſeparandi, & ſicut quid mobile, erunt allodiales, & ob id ex iure communi Romanorum omnes erunt ſucceſſores: quia non tractatur amplius de feudo.

Et ratio fidelitatis, & ſeruitij nihil vrget; ſiquidem idem eſt, quando creditores ſuper fructibus agerent, & tamen non dubitatur habere ſuper illis actionem.

48 Præterea feudi ſucceſſor non tenetur ad ſeruitium in anno mortis, dum ſoluitur releuium, ne duplici onere grauetur, & ita hodie practicatur, & ſi Rex eligeret ſeruitium, eximeretur à prçſtatione releuij omni iure debiti.

49 Vlterius ſi non ſunt fructus totius anni iſti; ſed poſt Kal. Mart. vſque ad menſem Septembris, & rurſus limitatur textus in §. his conſequenter in fructibus naturalibus, & Ancharan. in conſ. 193. quem ſequitur Author damnatæ memoriæ in titulo 1. gloſ. 8. §. 1. num. 10. etiam limitat in fructibus ciuilibus, quod an ſit verum, & quid ſibi dicant prædicti Doctor. dicemus alia die in ſua materia.

Digitized by Google

50 Igitur tollitur ratio ſubtractionis ſeruitij, tollitur motiuũ extenſionis iurium prædictorum, quę nullo modo extenduntur, & non licet arguere ex iuribus ciuilibus Romanorum, dum habemus in feudis particularem prouiſionem, & ſic teneo indubitanter ſuccedere in fructibus hæredes extraneos, tanquam in allodialibus, & hæc ſufficiant pro præſenti Lectione.

SVMMARIVM.

1 *Hæres extraneus an ſuccedat in emphyteuſi, quã quis acquiſiuit pro ſe, & hæredibus, Mart. de Fano hac de re diſtinctio, quam amplexus eſt Andr. adnotatur, & nu. 16. ſed quò ad primum caput reuocatur in dubium, vt nu. 20. cum ſeqq. & tãdem reijcitur admiſſa Abb. ſententia, & ita pluries iudicatum nu. 31. & 32.*

2 *Fęmina, eiusq. deſcendentes num admittantur ad iuris emphyteotici ſucceſſionem? pro vtraque parte arguit Andr. & demum reſidet in affirmatiua contraria confutando, & nu. ſeqq.*

3 *Immunitas conceſſa generi non extenditur ad deſcendentes ex fęmina, & ratio aſsignatur per Andr. nu. 13.*

4 *§. fin. inſt. de pat. poteſt. diſpoſitio recenſetur, eiuſdemq. declaratio adnectitur nu. 6.*

5 *Text. in §. emphyteuſim in auth. de non alien. ſanctio ſubijcitur vnà cum declaratione Andr.*

7 *Argumentatio rectè ducitur de pacto ad legem affirmatiuè.*

8 *Vir, & vxor regulariter non ſuccedunt in emphyteuſi.*

9 *Emphyteuſis eccleſiaſtica hodie nedum poteſt concedi ad tempus; ſed in perpetuum ſecundum Andr. & nu 17 & pertinet tàm ad maſculos, quàm fęminas, & etiã ad deſcendentes ex fęminis num. 18. & hæc eſt communis reprobata Bald. ſententia nu. 34.*

10 *Text. in l. 1. ff de iur. immun. declaratur per Andr.*

11 *Liberorũ appellatione veniunt maſculi, & fęminæ.*

12 *Conditio ſi ſine liberis quis deceſſerit expirat vitam functo filio ſuperſtite nepote ex filia.*

13 *Deſcendentes ex fęmina ſecundum Andr. non ſunt de genere.*

14 *Verbum genus, poſteri, & proles an deſignet maſculos, & fęminas, et nu. 35.*

15 *Verbi ſignificatio intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, & nu. 20. & 35.*

19 *Priuilegium conceſſum generi, poſteris, vel proli non comprehendit fęminas ſecundum Andr.*

22 *Emphyteuſis perpetua includitur ſub permiſſione, vel prohibitione alienationis.*

23 *Diſpoſitio text. in §. emphyteuſim, & in §. alienationis an ſit correcta per text. in §. licentiam, diſcrepantes hac in re ſunt ſententiæ.*

24 *Alber. & ſequaces negant.*

25 *Bart. & ante eum Accur. cum ſuis ſectatoribus contrarium docuerunt; & pro hac parte arguit D. Author, & nu. 27.*

26 *Praxis dandi ad emphyteuſim ad 29. annos cum pacto ad renouandum vndè deſumpta, & quare*

adycia-

adijciatur hoc pactum, bona aſſertur ratio confutata illa, quam attulit Andr.

Emphyteuta nunquam præſcribit aduerſus Dominum directum.

28 *Io. Andr. quem cæteri frequentius ſequuntur, eius fuit opinionis, vt text. in d. §. licentiam corrigat text. in d. §. emphyteuſim quò ad quædam, & quò ad quædam nequaquam; ſed iſte intellectus ſat rectè refellitur nu. 29.*

30 *Exploſo Io. Andr. intellectu adducitur concordia Felyn. & aliorum, quæ pariter euertitur.*

Prælatus poteſt ad modicum, non autem ad longum tempus locare bona Eccleſiæ, & ibi de ratione.

31 *Reiecta opinione Felyn. adducitur ſententia Abb. quam Dominus Autbor extollit, atque commendat.*

Imperatoris leges diſponentes de rebus Eccleſiæ ſunt firmitatis robore deſtitutæ ex defectu poteſtatis.

Alienatio rerum Eccleſiæ tàm vtilis, quàm directi dominij regulariter eſt vetita, niſi in quatuor caſibus.

33 *Emphyteuſis per Rempublicã conceſſa non excludit extraneum hæredem, quicquid dixerit Andr.*

34 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim ceſſat quandoq. vt hic.*

Emphyteuſis conceſſa pro maſculis, & fœminis admittit ſimultaneum concurſum, quod non eſt in feudis.

LECTIO VI. aliàs XV. in ordine.

1 ANDR. noſter ſequendo idem thema de extraneo hærede in feudo non ſuccedente, quærit in hodierna Lectione, an idem ſit in emphyteotica re data Titio, & hæredibus eius, nunquid ſuccedat extraneus hæres, an filius tantum, vt in feudo, & dicit, quod hæc quæſtio tractatur per Martin. de Fano in vltima quęſtione de iure emphyteotico, & tradidit, quod in Eccleſia, & Republica verbum hæres intelligitur de filio, prout exponitur in l. ſi quis Titio ff. de vſufr. accreſc. in priuato, & Vniuerſitate fungente iure priuati intelligitur etiam de extraneo hærede, & nil aliud Andr. allegat; ſed tranſit ad ſecundam
2 quæſtionem, an fœmina ſuccedat in iure emphyteotico; & deſcendentes ex ea,
3 & arguit primò, quod fœmina non ſuccedat ex reg. text. in l. 1. de iur. immun. ibi, ſed & generi poſteriſq; datæ immunitates ad eos, qui ex fœminis nati ſunt,
4 non pertinent, ſecundò dicit, quod deſcendentes ex filia ſequuntur patrem ſuum, non auum maternum, vt dicit text. in §. fin. inſtit. de patr. pot. vbi text. ad literam, qui non indiget inductione, & allegat etiam text. in l. nam ciuium ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. qui text. loquitur tantum in deſcendentibus per lineam maſculinam; ſed gloſ. fin. ibi dicit, quod tradit Andr. per text. in d. §. fin. & ratio dicit Andr. quare deſcendentes ex fœmina non ſuccedunt: quia videntur extranei, quantum ad auum maternum, cum ergo extraneus hæres non ſuccedat ſecundum dicta in præcedenti quæſtione, ergo nec etiam deſcendentes ex fœmina.
5 Pro contraria parte Andr. adducit tex. in §. emphyteuſim in auth. de non alien. vbi in ſpecie text. admittit ad ſucceſſionem emphyteuſis tàm maſculos, quàm fęminas, & admittit etiã nepotes vtriuſque naturæ, & declarat Andr. ſcilicet natos ex maſculo, vel fœmina, vel de poti-

6 potibus maſculis,vel fœminis,& reſpondet ad text.in §.fin. de patr.pot. vt procedat reſpectu paternæ poteſtatis,vt deſcendenrcs ex fœmina ſequantur patrem, ſeu auum paternum, non autem maternum, non autem quantum ad ſuccedendum.

7 Arguit ſecundò,nam cum fœmina mater ſucceſſerat, ſtatim vt fuit admiſſa,intelligitur pro ſe,& filijs admitti ad text. in vulgara l. ſi pactum, de probat. quæ lex (vult dicere Andr.) ſi hoc diſponit in ſtipulatione,idem dicendum erit,quādo quid à lege defertur : quia quod pacto fieri poteſt,idem erit legis authoritate,allegat text.in l.fin.C.de fideiuſſ.aliàs eſſemus accuſatores naturæ cōtra diſpoſitionem text. in l. maximum vitium C. de libet. præt.

8 Tertiò ponderat Andr. iterum text. in §.emphyteuſim,dum vult, quod etiam intelligatur accepta emphyteuſis pro viro,aut vxore,ſi hoc expreſsè dictum ſit, ergo dicit Andr.cum non requiſierit eādem expreſſionem de filijs,& filiabus fœminis, ſequitur, quod intelligebatur, & non erat neceſſarium.

Et antequam Andr.veniat ad ſolutionem text.in l. 1.de iur.immun. dicit primò,quod hoc de fœmina non habet locum in feudo : quia ipſa non ſuccedit,&
9 dicit ſecundò, quod id, quod dictum eſt in §. emphyteuſim, vt intelligatur conceſſa pro duobus hæredibus tantum, ſcilicet filijs, & nepotibus ſit correctum per text.in §.licentiam in tit.de alienat. & emphyteuſ. vbi permiſſa eſt in perpetuum conceſſio in emphyteuſiſi, non ſolum ad tempus.

10 Reſpondet vltimò ad text.in d.l. 1.de iur. immunit. quod intelligitur reſpectu priuilegiorum,& immunitatum, non autem quò ad alia ſecundum gloſ.ibi:nam in hæreditatibus,& ſucceſſionibus veniūt tàm maſculi,quàm fœminæ, allegat tex. in l.cognoſcere §. liberorum, in l. quiſ-
11 quis, in l.non eſt de verb.ſignif. in quibus iuribus liberorum appellatione veniunt tàm fœminæ,quàm maſculi, & ad
12 idem allegat text. in l. 1. C. de condit. inſer.vbi conditio,ſi ſine liberis quis deceſſerit, deficit mortuo filio ſuperſtite nepote ex filia.

13 Ponderat etiam Andr.quod text.in d.l. 1.loquitur de immunitate conceſſa generi,& natus ex filia ſecundum eum
14 nō eſt de genere,item dicit,quod adeſt verbum poſteris, & hoc verbum de filijs intelligitur, allegat text. in l. quod his verbis in fin.de leg.3.& in l.fin. §.non autem licentiam C.de bon.quæ lib.ſicut dicimus de verbo prolis ſecundum eum, quod ad filios refertur, allegat text.in l.Officiales C.de Epiſc. & Cler.

15 Vltimò vult dare Andr. aliam ſolutionem,& dicit; quod ſecundum diuerſitatem materiæ,de qua loquimur,diuerſificatur ſignificatio verbi,allegat text.in l.ſi vno ff.locat.& ſubiecta intelliguntur talia, qualia prædicata demonſtrant, allegat text.in l. 1. §. 1. ff. depoſit. & hæc eſt theorica Andr. in præſenti Lectione, ex qua infraſcriptæ eliciuntur concluſiones.

16 Prima, quod emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſit ad extraneos hæredes,ſecus verò in priuato.

17 Secunda, quod conceſſio emphyteuſis eccleſiaſticæ poteſt fieri in perpetuum,per text.in §.licentiam, per quem dicitur correctum eſſe text.in §. emphyteuſim.

18 Tertia concluſio eſt, quod in emphyteuſi eccleſiaſtica ſuccedunt tàm maſculi,quàm fœminæ, & etiam deſcendentes ex fœminis.

19 Quarta concluſio, quod priuilegium conceſſum generi, vel conceſſum poſteris,vel conceſſum proli,non comprehendit fœminas;ſed maſculos tantum.

20 Quinta,& vltima concluſio,quod verbum hæres intelligitur ſecundum ſubiectam materiam.

21 Quò ad primam concluſionem, an emphyteuſis eccleſiaſtica tranſeat ad extraneos hæredes, Domini, hæc quæſtio eſt ſatis trita, & ventilata per Doctores tàm Ciuiliſtas,quàm Canoniſtas, & ſuper eadem innumera emanauerunt conſilia,& ex varietate gloſſarum,& ponderatio-

ratio-

Digitized by Google

ratione diuerſorum iurium, quæ inuicem videtur altercari, & ex varietate opinionum quæſtio redditur in pũcto iuris valde dubia, & perplexa; nos autem pertractabimus eam breuiter, attendendo veritatem, & diſtinguendo opiniones.

Difficultas huius articuli habuit ortũ à varietate iurium authenticorum, quæ interdum prohibent perpetuam emphyteuſim, interdum admittunt vſque ad tertiam generationem, & interdum eam permittunt in perpetuum: nam ſi perpetua conceſsio valeret, & fieri poſſet indifferenter, non eſt dubium, quod ſuccederent hæredes extranei ſecundum omnes Doctores.

22 Habemus titulum de non alien. aut permut. rebus eccleſ. immobilibus, in quo titulo ſituatus eſt text. in §. alienationis, & §. emphyteuſim: dicit enim text. in §. alienationis, quod ſub hoc verbo non tantum comprehenditur, & prohibetur venditio, donatio, aut permutatio; ſed etiam perpetua emphyteuſis, & per eadem verba loquitur text. in cap. nulli, in §. alienationis extra de reb. eccl. non alienan.

23 Text. in §. emphyteuſim dicit poſſe eam fieri in accipientis perſonam, & in duas eiuſdem perſonæ hæredum, videlicet filijs, & nepotibus, quaſi quod hæc non ſit conceſſio perpetua, intelligendo text. in d. §. alienationis iuxta terminos text. in §. adeo inſtit. locat. & in l. 1. ff. ſi ager vectigalis, in quibus iuribus dicuntur dara prædia in perpetuam emphyteuſim, quando ſunt data eo tenore, quandiu penſio, ſiue redditus Domino pro his præſtetur, dicitur enim tunc conceſſio in infinitum, & hoc vetuit text. in d. §. alienationis, ne inducamus incontinenti iurium correctionem.

Habemus titulum de alienat. emphyt. & locat. rer. ſacr. in quo titulo in principio diſponitur idem, quod in d. §. emphyteuſim, ſequitur poſtea text. in §. locationes, qui dicit, quod poteſt fieri locatio vſque ad annos triginta, & demum ſequitur text. in §. licentiam, in quo traditur, quod poteſt fieri conceſſio rei Eccleſiaſticæ, & ad tempus, & in perpetuum; per quem text. videtur corrigi text. in §.

24 alienationis, & pariter text. in d. §. emphyteuſim: nam aliàs ſi vellemus intelligere hunc text. de conceſſione vſque ad tertiam generationem, vt illa dicatur perpetua, prout aliqui dixerunt, vt fuit Alber. in proœm. Cod. Calder. in conſ. vlt. in tit. de verb. ſignif. quem refert, & quitur Dec. in cap. in præſentia de probat. Neapod. in conſuet. in bonis in verbo in emphyteuſim in tit. in quibus rebus habeat locum quarta, cuius contra-

25 rium tenuit Bart. in l. quibuſcunque C. de ſacroſ. eccleſ. ſi inquam hoc vellemus tenere, inutilis eſſet diſpoſitio §. licentiam.

Nam non ſolum, vt dictum eſt, diſpoſitum erat per §. emphyteuſim de permiſſione alienationis vſque ad tertiam generationem; ſed etiam per text. in §. 1. eod. tit. de alien. emphyt. vbi eſt ſituatus text. in d. §. licentiam.

Imò præcedit text. in §. locationes, vt dixi, eod. tit. per quem permittebatur locatio per 30. annos, & ſic licet verbum perpetuò poſſit diuerſimodè accipi, vt per Alber. Dec. & alios, vbi ſupra, tamen hic attentis prædictis non videtur poſſe verbum hoc reſtringi, & impropriari, & ob hoc gloſ. in §. alienationis in auth. de non alien. aut permut. tradidit omninò per text. in §. licentiam induci correctionem prædictorum iurium, & ſic procedit etiam text. in auth. perpetua C. de ſacroſan. eccleſ. in auth. ſi quas ruinas eod. tit. & vtrobique gloſſa, & hoc tenuit hic Andr. vt vidiſtis Domini in 2. concluſ. & idem tenuit in cap. 1. in verb. libella-

26 rio, quib. mod. feud. amitt. ex quibus iuribus dixit ibi Andr. notabiliter habuiſſe ortum conſuetudinem dandi in emphyteuſim ad 29. annos cum pacto ad renouandum, quæ conceſſio ſecundum eum dicitur perpetua, & idem dixit in §. donare in fin. qualit. olim feud. pot. alien. & licet Andr. ibi dixit, quod ſit renouatio ad tollendam præſcriptionem, mihi autem hoc non placet; ſiquidem ex recognitione dominij continuati, quam facit em-

emphyteuta, nunquam dicitur præſcri-
bere contra eum, quem recognoſcit in
Dominum, ita Bart.in d.auth. perpetua
ex regula text.in l. malè agitur C. de
præſcript.30.vel 40.annorum,meiior er-
go erit ratio, quod fiat ad euitandam
deuolutionem,& ad euitandam diſputa-
tionem opinionis, ſi finita emphyteuſi
per generationem teneatur Dominus in-
ueſtire hæredem iuxta theoricam Bart.
in l.1.§.permittitur ff.de aqu.quotid. &
æſtiu.de quo latè per Gozzad.in ſuo cõſ.
39.& hoc modo dicitur conceſſio ad 29.
annos cum pacto ad renouandum perpe-
tua, ideſt habet vim, & effectum perpe-
tuæ conceſſionis.

27 Eandemq; opinionem,quod text.in
§. licentiam corrigat alia iura prædicta,
tenuit Bart.in d.auth.perpetua,& Bald.
in d. auth. ſi quas ruinas reprobato in-
tellectu Io.Andr.de quo inferius hic tra-
ctabimus, & Zabar. idem tenuit in cap.
in præſentia de prob. & idem in effectu
tenuit Specul.in §.nunc &aliqua in 7.q.
in tit.de emphyt.

28 Io.Andr.verò tàm in addit.ad Specul.
in loco præalleg. in quæſt.113. quàm in
d.cap.in præſentia tenuit,quod text.in
§. licentiam corrigat text. in §. emphy-
teuſim quò ad numerum, & tempus ſuc-
ceſſorum, non autem quò ad qualitatem
illorum, ita quod intelligatur conceſſio
perpetua pro deſcendentibus,non ſolum
vſque ad tertiam generationem,quo ca-
ſu non venirent extranei hæredes, & eſt
ratio ſecundum Salic.in authent.ſi quas
ruinas poſt Iacob.de Beluiſ.quia text.in
§. licentiam cum veniat continuatiuè ad
præcedentia, permittit perpetuam em-
phyteuſim in his, quibus ad tempus da-
ri poterat,non in his,quibus nullo modo
concedi poterat,& ſic cum cõceſſio per-
miſſa erat in deſcendentes tantum, venit
poſtea text.in §.licentiam ampliatiuè,&
extenſiuè ad omnes deſcendentes; ſed
quò ad extraneos remanet incorrectus
text.in §.alienationis, & ſic iura iuribus
concordantur, & euitatur inquantum
poteſt legum correctio, quod ſequutus
fuit Paul.de Caſtr.in l.etiam ff.ſolu.ma-
trim. & idem videtur tenuiſſe Butr.in d.
cap.in præſentia,& hunc intellectum di-
cit eſſe communem Dec.in d.cap.in præ-
ſentia, quem pariter ipſe ſequitur,& hoc
modo poteſt procedere opinio tenentiũ,
quod emphyteuſis eccleſiaſtica non trã-
ſeat in extraneos ſucceſſores, quam te-
nuit gloſ. vbi Bart.in l.etiam ſolut. ma-
trim.& Specul. in d.q.113. & hæc vide-
tur communis opinio iuxta cumulata
per Dec.in cap. in præſentia, & per Co-
uarr.in lib.2.var.reſol.cap.17.

29 Hic intellectus Io.Andr. à multis im-
pugnatur,cum ſit nimis reſtringere text.
in §. licentiam; nec eſt verum, quod ve-
niat text.ille continuatiuè ad diſpoſita
in §. emphyteuſim; imò adſunt diuerſæ
aliæ diſpoſitiones,& ſignanter quod po-
teſt fieri locatio vſque ad 30. annos,
quam,non eſt dubium,poſſe fieri in quẽ-
30 libet etiam extraneum, & propterea
alij diſtinxerunt,quod aut conceſſio in
emphyteuſim vult fieri ſine cauſa,& hoc
eſt prohibitum per §. alienationis, niſi
vſque ad tertiam generationem, aut ve-
rò vult fieri cum cauſa, & tunc procedit
text.in §.licentiam, vt poſſit fieri in per-
petuum,& ſuccedunt extranei hæredes,
ita Felyn.in d.cap.in præſentia,licet ter-
minos confundat,& hoc vltimum, quod
quando fit conceſſio ex cauſa neceſſaria,
& approbata, quod inquam ſuccedant
extranei hæredes, tenuerunt omnes, vt
fuit Butr.cæteriq; Canoniſtæ in d.cap.in
præſentia,Alex.cum alijs per eum cumu-
latis in d.l.etiam.

Sed Domini, vbi reperitur de iure,
quod Prælatus abſque cauſa poſſit con-
cedere in emphyteuſim vſque ad tertiam
generationem? ad modicum tamen tem-
pus poteſt bene locare ad text. in cap.
fin. ne Prælati vices ſuas;ſed conſtituere
ius in re minimè,vt eſt locare ad lõgum
tempus, per quam locationem transfer-
tur vtile dominium ad text. in d. l. 1. ſi
31 ager vectig. & ob id Domini teneo ve-
riorem opinionem Abb.in d.cap.in præ-
ſentia, vbi relata opinione Butrij tenuit
non eſſe habendam rationem prædicta-
rum authenticarum in diſpoſitione rerũ
Eccle-

Eccleſiæ, poſtquam habemus iura canonica particularia ſuper hoc diſponentia, & ſuper rebus Eccleſiaſticis deficit poteſtas Imperatoris iuxta tradita in cap. Eccleſia S. Mariæ de cõſtit. quicquid dixerit Dec. ibidẽ authoritate Aret. & propterea dicit Abb. quod cum de iure canonico prohibita ſit omnis alienatio tam vtilis, quàm directi dominij ex regula text. in d. cap. nulli, quæ tamen ex quatuor tantum cauſis eſt permiſſa iuxta gloſ. in 12. q. 2. in ſumma ſeruata ſolemnitate, de qua in canon. ſine exceptione, in cap. placuit, & in cap. Abbatibus eadẽ cauſa, & quæſt. & in clem. 1. de reb. eccl. non alien. meritò dum Eccleſia vult cõcedere in emphyteuſim, capi debet informatio, ſi adeſt aliqua ex prædictis cauſis, & tunc fiet conceſſio, & ſuccedet etiã extraneus hæres: quia ſi poteſt ex cauſis prædictis alienare in totum, multò magis poterit alienare vtile tantum dominium, idemq; tenuit ibi Imol. tacito Authore poſt relatam opinionem gloſ. Specul. Io. Andr. & Ant. de Butr. & Alex. in d. l. etiã, idem videtur tenere, licet confusè loquatur, & idem Dec. in d. cap. in præſentia, latiſſimè Iul. Clar. lib. 4. ſentent. in §. emphyt. q. 28.

32 Remanemus igitur ſub concluſione, quod opinio relata per Andr. videlicet, Emphyteuſim Eccleſiaſticum non tranſire in extraneos hæredes, non poteſt in puncto iuris ſuſtineri; ſed verior eſt opinio Abb. eiusq; diſtinctio, vt abſque cauſa nulla ſit permiſſa conceſſio, & cum cauſa omnes etiam extranei ſuccedant: quia ſi poteſt alienare in totum, poterit ex eadem, & fortiori ratione concedere in emphyteuſim, ita quod omnes ſuccedant, nec dicatur præiuditium Eccleſiæ generari: quia videtur amitti ſpes deuolutionis: nam idem præiuditium eſt in totali alienatione, & rurſus dico, quod non remanet ex hoc dominium inutile Eccleſiæ, cum alijs modis poſſit emphyteuſis reuerti, & extingui, & ita reſpondet Dec. in d. cap. in pręſentia, defendendo Abb. ab impugn. Andr. Siculi, & Romani, qui Roman. in d. l. etiam tenuit nullo modo poſſe fieri conceſſionem rei Eccleſiæ in perpetuum etiam ſeruatis omnibus iurium ſollemnitatibus per text. in d. §. alienationis, & dicit, quod text. in d. §. licentiam eſt correctus per text. in d. cap. nulli, & ob id nunquam ſuccedere extraneos hæredes; ſed dictum ſuum non fundat, nec benè reſpondet rationibus Abb. & hæc omnia, Domini, intelligatis non data aliqua conſuetudine, quæ in his eſt præcipuè ſeruanda ſecundum omnes præfatos Doctores, & ſecundum hãc opinionem videlicet, quod capta informatione, ſi in euidentem, &c. valeat conceſſio, ita quod etiam hæredes extranei ſuccedant, Sac. Conſ. pluries, & antiquis, & Modernis temporibus iudicauit, de quo poſt Afflictis latè per D. de Franch. in ſua deciſ. 235. vbi determinationes factas recenſet.

33 Sed Andr. dixit vnum verbum, videlicet, quod in conceſsis per Eccleſiam, & Rempublicam, non ſuccedit extraneus hæres, & hoc de Republ. non video, vbi fundatur; ſed Specul. in d. q. 113. in ſpetie tradit, quod in emphyteuſi conceſſa per priuatum, vel Rempubl. quæ vice priuati in hoc fungitur, ſuccedit extraneus hæres, & id, quod dicitur de Eccleſia, eſt ratione prohibitionis, & diſpoſitionis prædictarum authenticatum, tenendo opinionem communem, & in Ciuitatibus diſpoſitum eſt, vt poſsint in perpetuum concedere, & loco priuatorum habeantur, & primum probat text. in d. l. 1. ſi ager vectig. & ſecundum text. in l. eum, qui vectigal ff. de verb. ſignif.

Ex his habuiſtis expeditam ſecundam concluſionem, ſi poteſt, vel non poteſt concedi emphyteusis Ecclesiaſtica in perpetuum, & ſit correctus tex. in §. emphyteuſim per text. in §. licentiam.

34 Deueniamus nunc ad tertiam concluſionem, ſi fęminæ, & deſcendentes ex fęmina ſuccedant, & ex diſpoſitione text. in d. §. emphyteuſim communis eſt opinio, fœminas, & deſcendentes ex ea ſuccedere reprobata opinione Bald. in cap. 1. quibus modis feud. conſtit. poteſt, cum non procedat tali caſu argumentum de feu-

feudo ad emphyteuſim, cum ſit feudorum ius particulare, & contra ius commune, ita Alex.in l.quod dicitur nu.24. de verb.obligat.cum alijs cumulatis per Couarr.in lib.2.var.reſolut. cap.28. vbi quid ſi emphyteuſis ſit conceſſa Titio,& filijs, & pariter cumulat deciſiones, ex quibus videtur eſſe cõmunis opinio ſuccedere etiam fœminas.

Et ſic etiam ſi fuerit conceſſa emphyteuſis pro maſculis, & fœminis, vt concurrat fœmina cum maſculo, & non intelligatur in defectum,ſicut in feudis iuxta deciſionem Bart. in l.iuriſiurandi §.ſi liberi ff.de oper.libert.

35 Quò ad quartam concluſionem idem, quod hic, & in præcedenti quæſtione tenuit,& tradidit Andr. in cap.1. col.1. de grad.ſucc.in feud.ſed aduertatis Domini, quod vnienda eſt hæc concluſio cum quinta, & vltima concluſione,dum dicit Andr. quod ſecundum diuerſitatẽ materiæ,de qua loquimur,diuerſificatur ſignificatio verbi,voluitq; ex hoc dicere Andr. & reſpondere tacitæ obiectioni, quod & ſi verbum generi, verbum poſteris, verbum prolis ad maſculos dixit referri;tamen quia gloſ.iura, & Doctor. communiter dixerunt hæc verba referri in dubio tam ad maſculos,quàm ad fœminas, vt per Hoſtienſ. Io.Andr. & Butr.in cap. nouit de iudic. per illum text. pulchra deciſ.Paul.de Caſtr.in l.1.C.de condit. inſert. qui allegat Specul. in §. nunc & aliqua q. 155. pulchrum conſ. Imol.62.& Fulgoſ.in conſ.132.in fin. & Alex.dixit,quod de propria ſignificatione comprehenduntur tam maſculi,quàm fœminę in conſ.61.col.fin. 1.vol.Dec.latè in conſ.223.& 269. Luc.de Pen. eleganter in l.fin.col.vlt. §.iure igitur de loc.præd.ciuil. lib. 11. Pariſ.in conſ.88. 2.vol. & reſpondent omnes cõmuni calculo ad text. in d.l.1. de iur. immun. & ad alia iura, & in prole loquitur text.in l.liberorum in fin.ff.de verbo.ſignif. in cap.1. de grad. vt procedant in honoribus,in priuilegijs,in immunitatibus contra ius commune,& in pęnalibus, & ſic iura iuribus concordantur, quæ latè cumulauit Tiraq. de retr.lign. gloſ.9. §.1. nu.236.cum ſequ.

Andr.igitur ſentiendo difficultatem, & ſi primò dixerit, quod hæc verba non comprehendant fęminas,ſubſequitur tamen,& dicit, quod hæc erunt ſecundum diuerſitatem materiæ,& propterea Ant. de Butr. in conſ. 9. loquendo de verbo poſteritatis dixit,quod de proprietate verbi comprehenduntur maſculi, & fœminæ,niſi ſubiecta materia aliud demonſtret,vt in immunitatibus,priuilegijs,honoribus,& in pęnalibus,& ita defendit, & declarat Andr. Præpoſ. hic in §. hoc quoque, & Curt. in 3. par. 26.q. vt ſic concludamus in emphyteuſi tranſitoria de ſui natura ad fœminas per dictum §. emphyteuſim, & ſi conceſſa ſit ad tertiam generationem,vel vltra,comprehẽdantur deſcendentes per lineam fœmininam: quia verba ſunt apta,& ſubiecta materia non repugnat, idem in feudo in Regno,in quo fœminæ ſunt admiſſæ, q̃d ſecus eſſet de iure communi feudorum, & tunc verba intelligerentur ſecundum ſubiectam materiam, vt hic dicit Andr. ex quibus ſit expedita cum laude Dei hodierna Lectio.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ſi inter fratres diuidatur, ſtatim ex diuiſione plura feuda diſtincta conſtituuntur ſecũdum Andr.ſed iſthæc opinio refellitur, & contraria,ſuper quibus fundatur,remouentur nu.7.*

2 *Feudi diſtractio de iure antiquo erat permiſſa vſque ad medietatem ne ceſſitatis cauſa ſuggerente ſecundum Iſern. ſed de iure nouiſſimo eſt in vniuerſum vetita abſque expreſſo Domini conſenſu, pęna, vt ſubijcitur, imminente in caſu contrafactionis, & nu. 4. ſed declara, & limita, vt nu. 9.*

3 *Dominus directus habet prælationẽ*

ſuper

ſuper feudo per vaſſallum vendito; ſed excluditur agnato concurrente.

5 *Feudum ex pacto, & prouidentia ſi à feudatario alienetur, quo pacto ſit conſultum deſcendentibus, & agnatis ſecundum Andr.*

Vaſſalli culpa in alienando feudum ſpreto Domini aſſenſu an maneat ſub cenſura, §. ſi vaſſallus culpam, ſi de feud. defunct. milit.

6 *Intellectus Andr. quod text. noſter intelligatur de feudo diuiſo, & de fratre, qui partem dimidiam ſuæ partis alienauit, reprobatur. Hinc alius germanus, & communis ſubnectitur ſenſus, numero 8.*

7 *Text. in l. ſi quis duas §. ſi quis partem ff. commun. præd. quo pacto procedat in feudis.*

9 *Refutatio feudi in proximum ſucceſſorem eſt permiſſa, tam de iure communi feudorum, quàm huius Regni.*

10 *Feudo euicto ex reſolutione iuris datoris an emptori cōpetat actio ad pretium recuperandum.*

11 *Afflict. negat.*

12 *Gloſſa diſtinguit.*

13 *D. Authbor indiſtinctè ſuſtinet opinionem Afflicti reprobata gloſſ. diſtinctione, quatenus ſe fundat ſuper ſcientia, vel ignorantia, & ſic bona, vel mala fide emptoris.*

14 *Feudatarij abſque Domini aſſenſu ſubinfeudantis, vel refutantis iure reſoluto, & acceptoris ius extingui neceſſum eſt.*

15 *Niſi ſubinfeudatus paratus ſit ſeruire Domino mediato, & ita à noſtris Feudiſtis receptum eſt frequentiùs.*

16 *Feudalis contractus, qua ratione claudicare dicatur ſecundum Andream.*

17 *Feudi alienatio, quę fit lege permittente, diſtinguitur ab ea, quæ fit Domino aſſentiente.*

Hinc affertur intelligentia ad doctrinam Andr. qui contrarium ſentire viſus eſt; ſed in oppoſitum vrget ratio, quæ ſubijcitur num. 18. cui tamen occurritur nu. 21.

Feudum ſi vēdatur à vaſſallo prole carente præuio Domini aſſenſu, emptor erit tutus etiam poſt mortem venditoris abſque liberis decedentis ſecundum Andr.

18 *Aſſenſus Domini tollit obſtaculum, & Dominus aſſentiendo non intelligitur concedere ius ſuum, & præcipuè ſpem deuolutionis.*

19 *Text. in cap. 1. qui ſucceſſ. teneantur magnopere obſiſtere videtur regulæ, quod reſoluto iure datoris infeudantis reſoluatur ius acceptoris.*

20 *Hinc affertur concordia Camerar. ſed redarguitur, et melior ſubijcitur intelligentia ad præfatum textum nu. 22.*

21 *Feudatarius dicitur feudi organum, & pica.*

Conceſſio facta nomine Eccleſiæ, & ſic dignitatis non expirat per mortem Prælati.

LECTIO VII. aliàs XVI. in ordine.

EX dictis per Andr. in verſ. hoc quoque, & in verſ. & olim vſque ad verſ. circa ſecundum infraſcriptæ eliciuntur concluſiones;

1 Prima eſt, quod diuiſo feudo inter fratres ſtatim dicantur plura feuda diſtincta, & ſeparata inter ſe, ita quod pars vnius non dicatur vlterius pars alterius feudi ex reg. text. in l. ſi quis duas, §. ſi quis partem ff. comm. præd.

2 Secunda concluſio eſt, quod de iure antiquo poterat alienari dimidia pars feudi neceſſitate ſuadente; verum remanebat firma alienatio durante vita venditoris, eiuſq; hæredum, quibus deficientibus feudum auocabatur, & deuoluebatur ad Dominum, ſi erat feudum nouum; ſi enim paternum ſcilicet ex pacto, & prouidentia, ad agnatos, quando illi extabant.

3 Tertia concluſio eſt, quod in caſu licitæ venditionis Dominus poteſt ipſe offerre idem pretium, & præfertur; ſed ſi extat agnatus, & vult redimere, ille præfertur Domino.

4 Quarta concluſio eſt, quod hodie de iure nouiſſimo eſt vetita in totum alienatio ſine expreſſo Domini conſenſu, & ſi vaſſallus alienauerit, præiudicat ſibi, & deſcendentibus; feudum ad Dominum applicatur, quando eſt nouum, vel non extant agnati, quod ſi eſt paternum, & agnati ſuperſunt, illi Domino præferuntur.

5 Quinta concluſio, & vltima eſt, quod quando talis alienatio procedit abſque conſenſu Domini, ſtatim agnatus reuocat feudum ab alienante, & eius deſcendentibus non expectata morte; ſed ſi cõſenſu Domini agnatus expectat mortem, filius verò reuocat ſtatim patre viuo; ſed pretio reſtituto per text. in cap. Titius, & ſic notate, quod Andr. loquitur in feudo paterno ex pacto, & prouidentia, & vult, quod propter culpam in alienando ſine Domini conſenſu priuentur deſcendentes; ſed non agnati; ſed quando cum conſenſu, nemo priuatur, imò deſcendentes agnatis præferuntur, & Andr. intelligit tex. in §. ſi vaſſallus culpam, ſi de feud. defun. milit. & in c. 1. ſi vaſſallus feudo priuetur etiam in culpa in alienando, & gloſ. hic in verſ. partem ſuam, quæ tenet idem, quod Andr. ſic intelligit text. in cap. 1. §. denique, quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. quodq; ſemper deſcendentes intelligantur excluſi propter culpam in alienando, & ſic gloſ. etiã intelligit text. in cap. 1. an ille, qui interfec. fratr. Domini ſui, quam opinionem ſequutus fuit etiam Andr. in §. vel poſtquam quib. mod. feud. amitt. in 1. col. & latius in §. item ſi fuerint eodem tit. ſed contrarium tenuit in cap. 1. 1. col. de vaſſall. qui contra conſtit. Lothar. & in cap. denique, verſ. ſi verò in fine, quæ ſit prima cauſa benef. amitt. & idem videtur tenere in d. cap. ſi vaſſallus culpam, ſi de feud. defun. milit. & in cap. 1. in verſ. niſi 2. col. ſi vaſſ. feud. priu.

6 Quò ad prædictam concluſionem intelligit Andr. text. noſtrum, quod inter fratres erat feudum diuiſum, & frater alienauerat dimidiam partem ipſius, præſupponendo, quod ſtatim ex diuiſione non dicatur amplius pars feudi; ſed feudum integrum de per ſe, & conſequenter cum de iure antiquo feudorum dimidiam tantum partem alienare poterat, quod text. iſte intelligatur de fratre, qui partem dimidiam ſuæ partis alienauerit.

Domini verba text. contrarium demonſtrant: nam dicit text. ſi frater meus alienauerit partem ſuam feudi, non dicit dimidiam partis ſuæ, & gloſ. in verſ. partem ſuam ſic intelligit ibi: quia pars tantum feudi eſt alienata, cum vnum erat feudum tantum, quod ad alios fratres deuenerat ex ſucceſſione patris, & Bald. ſic ponit caſum, quod vnicum erat feudum tantum, in quo ſucceſſerunt duo fratres, diuiſerunt, & alter partem ſuam alienauit, & ibidem Aluar. & ante ipſos ſic poſuit caſum Iacob. de Beluiſ.

Difficultas Andr. oritur ex concluſione, quod per diuiſionem feudum, quod

erat

erat vnum, multiplicetur, & ex ipſa diuiſione plura efficianrur feuda per rext. in d. §. ſi quis partem: nam tunc ſi hoc eſſet verum, procederet eius dictum: quia cum vaſſallus non poterat alienare dimidiam feudi, nunc alienaret totum, & quando totum alienatur, eſt nulla alienatio, & non expectatur mors alienantis; ſed ſtatim feudum auocatur, vt ſtatim dicemus.

7 Domini in re allodiali, in qua quis habet liberam diſponendi facultatem, & in feudo quò ad Dominum concedentem procedit text. in l. ſi quis duas, & in l. qđ in rerum ff. de leg. 1. vt per Iſern. in cap. 1. de Capit. qui cur. vend. ſed in vaſſallo abſit, derogaretur enim titulo feudi, & formæ conceſſionis, ſi de vno plura principalia dę per ſe, & ſeparata feuda conſtituerentur, aliud eſt enim, quod hæredes inter ſe diuidant, & iſta non eſt propria diuiſio feudi; ſed diſtributio partium feudi pro portione, & iure cuilibet vaſſallorum competenti; ſed ſemper vnicum dicitur feudum, & remanet in ſuo primo titulo, & eſſe; multiplicatio enim feudorum, diuiſio ſeruitij, quando feudum fuit vnicum à principio conſtitutum, non poteſt aliquo modo fieri ſine ſpeciali aſſenſu, & ita in prædicta materia declarat Author damn. mem. in glo. 4. §. 2. nu. 29.

8 & ſic concludamus dimidiam partem ſuam fratrem alienaſſe; ſed integram, & hoc validè: quia reſpectu totius feudi dicitur medietatem ipſius alienaſſe, & hic eſt verus, & cõmunis intellectus, & parcat mihi Iſern. quem intellectum probat irrefragabiliter text. in §. item ſi fuerint ſupra quib. mod. feud. amitt. vbi text. appellat feudum diuiſum inter fratres partem feudi reſpectu fratris, & rurſus dicit, quod ſi iſtius partis plus medietate alienauerit, reuocat Dominus, quatenus poſt mortem vaſſallus deceſſerit ſine liberis, ergo dicitur medietas reſpectu totius: nam aliàs nulla eſſet alienatio plus dimidia, & feudũ ſtatim auocaretur non expectata morte, vt infra dicemus.

9 Quò ad ſecundam concluſionem certũ eſt Domini, ꝙ de iure veteri vſq; ad medietatẽ neceſſitate ſuadente poterat fieri alienatio titulo venditionis, vel per libellũ iux. text. in c. 1. qual. ol. feud. pot. alien. in princ. iure tamen nouo per libellum tantum vſque ad medietatem, vt in d. c. 1. §. aut ſi libellario §. rurſus, quib. mod. fud. amit. iure verò nouiſſimo oĩs alienatio prohibetur per Conſti. Loth. & Frid. vt declarat hic Iac. de Belu. communiter receptus, verum non procedit hoc vltimum in refutatione, quæ benè eſt permiſſa etiam iure nouiſſimo, & nõ includitur in prohibitione iux. tex. in c. 1. qual. olim feud. por. alien. & Doct. omnes in c. imperialem de proh. feud. alien. per Frider. & ſic etiam in infeudatione, loquendo tamẽ de iure cõi feudorum, & etiam de iure Regni quò ad refutationem factam proximo ſucceſſuro, vt aliàs dicemus.

10 In qua concluſione contingit de pluribus diſceptari, & primò ſi feudum auocatur ex reſolutione iuris datoris, an in eum caſum emptor ſecundus, vel conceſ-

11 ſionarius recuperet pretium, Affl. hic tenet, quod non: quia videtur illum vendidiſſe ius, quod habebat ad text. in l. qui

12 tabernas ff. de contrah. empt. gloſ. verò in d. §. aut ſi libellario tenet, quod quãdo feudum deuoluitur ex culpa venditoris, vtputà propter ſuum delictum, tunc benè tenetur ad reſtitutionem pretij, quando verò ob lineam finitã, aut emit ſciens, aut ignorans, primo caſu non agit, ſecundo verò ſic, ex reg. text. in c. 1. de inueſt. de re alien. fact. Andr. ſequitur in d. §. aut ſi libellario, & idem Andr. in §. ſed & res per quos fiat inueſt. poſt nu. 5. & in cap. Titius, ſi de feud. def. mil. vbi allegat cõcordantes, ꝙ ſequitur in d. §. rurſus Iaco. de Beluiſ. & Bald. ibidem nu. 3.

13 Domini primus caſus, quando ob culpã non habut dubium; ſed ſecundus, vt fiat diſtinctio ſcienter, vel ignoranter non video, quomodo poteſt fundari, ſiquidem text. in cap. 1. de inueſt. de re alien. facta cum cæteris concordantibus habet locum in inueſt. fact. de re aliena, & ſic pariter Doct. loquuntur in emptione feudi, ſi emptor fuir bonæ, vel malæ fidei, & ſic ſciens, vel ignorans, quæ nil commune habent in caſu, de quo tractamus, in quo

N quis

quis vendidit rem verè ſuam iuris autho
ritate,& eo modo prout ius permittit,&
eſſet hæc ignorantia iuris , quæ non ex-
cuſat,quare cum ex intellectu iuris dica-
tur quis vendere ius, quod habet, & ius
erat certum , quod venditio medietatis
feudi facta ſine aſſenſu Domini durabat
penes emptorem,eiuſq; hæredes,quantũ
penes venditorem,hæredeſq; ſuos, meri-
tò mihi videtur decidendum non eſſe
recedendum ab opinione Affl.

14 Secundò cum ſit hodie ſublata diſpoſi-
tio iſtius text.per iura nouiſſima, & tan-
tum in infeudatione, ſeu refutatione re-
maneat incorrectũ ius antiquum, vt illæ
poſſint fieri abſque aliquo aſſenſu , an in
eum caſum reſoluto iure datoris reſol-
uatur ius acceptoris,& Domini quicquid
dixerint Moder.Add. in d.verſ.vel poſt-
quam in verb.datoris,quibus mod.feud.
amitt. & Curt. in 4.par. verſ.aggredior
primò nu.85.veritas eſt,quod reſoluatur
ſubinfeudatio,ſeu refutatio,non interue-
niente conſenſu Domini,cum ſemper mi-
litet eadẽ ratio reſolutionis iuris autho-
ris,pro quo eſt text. ad literam in d.c.1.
15 qual.ol.pot.feud.alien.verùm ſi ſecũdò
infeudatus voluerit primo Dño ſeruire ,
tunc idem text. determinat , ꝙ tali caſu
feudum retinebit,& ſic declarat Andr.in
eod.cap.§.neceſſitate, & ante ipſum Iac.
de Belu.& ita cõi calculo Doct.tradide-
runt per eundem Iſern.in §.rufus, quib.
16 mod.feud. amitt. hinc notabiliter dixit
idem Iſern.in §.ſi quis de manſo n,15.de
contr.inueſt.ꝙ claudicat contractus,cum
ſit in arbitrio ſubinfeudati ſecundo loco,
vel reſtituere feudum , vel recognoſcere
illud à primo Domino , ꝙ ponderat Ca-
mer.in repe.c.imperial. cart.7.lit.N, de
proh.feud.alien.per Fride.& ſecundum
hanc diſtinctionem loquitur Aluar. in d.
c.1.§.ſed & res col.fin. poſt Andr.& cæt.
Scrib.ibi,& ſic oportet intelligi Io.Fab.
in §.finitur inſti.de vſuf.& ſic eũ allegat,
& intelligit Iacob.in verb.dictiq; vaſſalli
promiſerunt n.17.& cũ alleg.tex.in c.1.
qual.ol.pot.feud.alie.oportet ipſũ intel-
ligere ſecundum legem, q̃ allegat,& ita
declarat Auth.dãn.mem.in §.30.nu.83.

17 Tertiò Andr. videtur patificare caſum
alienationis medietatis feudi cũ permiſ-
ſu legis,& alienationem totius cum con-
ſenſu Domini,& tandem determinat,qđ
manebit apud emptorem,vel eum,in quẽ
alienatur tantum, quantum remanere
deberet apud venditorem,ſi non alienaſ-
ſet,quod eſt expreſsè contra caſum text.
in §.& ſi cliẽtulus de alien.feud.vbi tex.
ponit primum caſum,quando ſine cõſen-
ſu Domini vaſſallus de medietate feudi
diſpoſuit,vt decedente alienatore ſine
hærede feudum ad Dominum deuolua-
tur, ſi verò dicit text. & ſic aduerſatiuè
ad eundem caſum,cum Dñi voluntate
totum , vel medium alienauerit, ſtabilis
permanet alienatio,& ſic, etiam ꝙ dece-
dat ſine hærede,non reſoluitur ius acce-
ptoris , qñ cum aſſenſu Domini acquiſi-
uit, vt ibi peroptimè declarat Andr. per
quem fundat ipſæ quæſtionem ſuam po-
ſitam in c.1.qui ſucc.ten.de eo,qui ven-
didit cum aſſenſu non habens liberos, vt
emptor ſit ſecurus ẽt poſt mortem vẽdi-
toris abſq; liberis,de qua quęſtione aliàs
latius fuit diſceptatum,& hoc ẽt probat
text.in c.1. qual.ol.pot.feud.alien. ibi ſi
autem diſſentiẽte Dño vendebat,& pro-
pterea vos dicatis, ꝙ & ſi Andr.æquipa-
ret caſum alienationis à lege permiſſę cũ
alia facta cum conſenſu Domini,hoc be-
nè ęquiparauit reſpectu poteſtatis,& va-
liditatis diſpoſitionis;ſed dum demum
ſubſequitur, & dicit, ꝙ tantum manebit
apud emptorem , quantum erat reman-
ſurum apud venditorem,non reſpondet,
niſi ad primum caſum,& ad text.noſtrũ,
quando fit alienatio medietatis à lege
permiſſa, & ſic vos declaretis Andr.

18 Sed quartò,& hic arrigite aures, ſi per
iura hic allegata per Andr. ſubinfeuda-
tiones,& alienationes permiſſę à iure cõi
feudorum reſoluuntur ex reſolutione iu-
ris datoris, quare quando fiunt cum aſ-
ſenſu Domini , non inducitur eadem re-
ſolutio,ſi aſſenſus nil aliud facit,niſi tol-
lere obſtaculum, nec aſſentiendo Domi-
nus concedit ius ſuum,& propriè ſpem
deuolutionis , vt aliàs declarauimus ex
theor.Andr. in d.cap.imper. & ex dictis

ibi-

ibidem per Camer. ſi enim nil aliud facit aſſenſus, quàm tollere prohibitionem legis,& dare facultatem feudatario alienandi,cur diuerſum, quando habet à lege,vel quando habet ab homine,& ſi nil aliud operatur, niſi tranſlationem vtilis dominij penes feudatarium reſidentis, quare volumus dicere illud tranſlatum, niſi reſolubile eo iure, quo penes alienantem erat.

19 Et rurſus in terminis,in quibus loquimur de aſſenſu legis,vt reſoluto iure datoris infeudantis reſoluatur ius acceptoris,quomodo reſpondemus ad text. in cap.1.qui ſucceſſ.ten.& in cap.1.de cleric. qui inueſt.fec. in quibus iuribus traditur,vt ſi Clericus, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ,quæ ſolitæ ſunt in feudũ concedere,antequam decedãt, inueſtituram feudi deuoluti fecerint, quod tenentur ſucceſſores habere ratum; licet ſucceſſor non habeat cauſam à prædeceſſore,& ius illius mortui ſit reſolutum.

20 Camer.in loco allegato ſentiens difficultatem ponit quæſtionem,& eam decidit cum trimembri diſtinctione, ſi rectè aduertatur,primum membrum eſt,quando quis ſubinfeudat ex poteſtate iuris totum feudum, vel partem ipſius integralem,& in hoc caſu dicit ipſe,qđ reſoluto iure datoris reſoluatur ius acceptoris,niſi paratus ſit ſeruire primo Domino.

Secundum membrum eſt, ſi non conceditur totum feudum,nec pars ipſius integralis, & demanialis ipſius feudi; ſed res particularis feudi, aliàs ſolita concedi,& in eum caſum procedat tex.in cap. 1.qui ſucceſſ.teneantur,& in cap.1.de Cler.qui inueſt. fecit, & ratio diuerſitatis ſecundum ipſum eſt:quia videtur gerere hoc ſecundo caſu actum ſibi iniunctum, vt ſolita ſubinfeudet in vtilitatem feudi, & ſic ipſe dicit,quomodo debeat intelligi Conſtitutio conſtitutionem diu. mem.reſpectu excadentiarum, & dum Prælatus infeudat iura feudo aperta,quę non reſidebant in perſona ſua;ſed penes ipſum feudum,meritò non dicitur ius reſolubile,quod ſecus eſt in ſecundo caſu, quãdo vaſſallus alienat ius, quod penes ipſum reſidebat, & ſic Camer. reſtringit text.in cap.1.qui ſucceſſ.teneantur,& in cap. 1. de Cleric. qui inueſtit.fec. in rebus particularibus, & excadentialibus feudi.

21 Tertium membrum eſt,aliud eſſe,qñ ſit diſpoſitio cum aſſenſu Domini:quia multùm diſtat conſenſus hominis à conſenſu legis, & dum lex permiſit feudatario infeudare,intellexit de iure, quod ipſe habebat eo modo, quo habebat; ſed quando aſſentit, tunc proſpicit venditori, & emptori,qui emptor cum ex reg.iuris ſẽper capiat,& acquirat pro ſe, & hæredibus,quid mirum, quod alienatio ſit perpetua,& non reſoluatur,& cum lex de alieno conſentiat,& homo de ſuo, meritò conſenſus legis reſtringitur,& conſenſus hominis latè interpreratur in expreſſo iuxta text.in l.pen.ff.de Conſtit.Princip. & per Andr.in cap. imperialem in princ.quæ latiùs diſcurrit Andr. in c. 1. qui ſucc.ten. & Camer.vbi ſupra.

22 Domini primum,& vltimum mẽbrum non habet difficultatem, cum per iura expreſſa fiat talis diſtinctio, & rationes ſint irrefragabiles; ſed ſecundum membrum,per quod tantũ reſtringitur diſpoſitio iurium prædictorum in d.cap.1.qui ſucceſſ.teneant.& in d.cap.1.de Cleric. qui inueſti.fec. ego non concurro cum Camer.& iura illa loquuntur in feudo integrali,licet ſolito concedi,non autem in re particulari,vel excadentiali,& propterea vos dicatis,quod perſonæ illæ eccleſiaſticæ non ſint Domini feudorum, nec in ipſorum perſona aliquod radicatum ſit; ſed omnia ſunt Eccleſiæ,& ipſi tanquam adminiſtratores,& Eccleſiam repreſentantes, conceſſiones faciunt, & ſic pariter vaſſallus, dum res excadentiales feudi conceſſit, ita quod feudum concedit,& vaſſallus, tanquam pica, & organum explicat actus legitimos feudi, dicit gloſ. notab. in Conſtitut.Regn. conſuetudinem prauam, & ſic pariter Prælatus reſpectu Eccleſiæ,cum ergo illa nunquam deficiat, & ſic pariter feudum, propterea in caſibus illis non datur reſolutio iuris datoris, & conſequen-

quenter nec etiam acceptoris: quia conceſſiones ſunt nomine Eccleſiæ,& ſic dignitatis,quæ non expirat in cap.ſi gratioſè de reſcript.in ſexto, in cap. quoniã Abbas de offic.deleg.& in terminis text. in cap.1.qui ſucc.ten.facit deciſ.Capyc. 171. quam videatis in 2. dubio, & eſt pulcher text.in cap. ſi cui nulla de præben.in ſexto, quæ dixiſſe ſufficiat in hodierna Lectione.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus prærogatiua gaudet, dum à vaſſallo venditur feudum, quæ tamen cedit prælationi, quam habet agnatus, & vtraque effluxo excluditur anno.*

Praxis demania petendi vnde originem traxit.

2 *Alienandi prohibitio ſi vigeat non afficit illam, quæ fit in agnatum, & ibi de ratione.*

3 *Agnati prælatio obtinet in feudis antiquis, & competit ratione ſanguinis; debet tamen hoc euentu offerri æquale, & non iuſtum pretium, & nu. 4.*

5 *Vaſſalli culpa in alienando feudum ſpreto Domini conſenſu, qualiter coercenda.*

Andr.hic affirmat, huiuſmodi contemptum obeſſe alienanti, eiusq. filijs, & deſcendentibus, non autem agnatis, & in his terminis dicit procedere text.in §.ſi vaſſallus culpam, ſi de feud.def.milit.

6 *Idem Author alibi negat hoc caſu præiuditium parari filijs, & deſcendentibus, & rationes adducit in medium; ſed dum pro hac parte allegat text.in cap.Titius longè fallitur.*

7 *Iacob. de Beluiſ. diſtinctio hac de re adnectitur, quæ optimè conuenit cum prima opinione Andr. ſed rationes, quibus mouetur, diluuntur, & nu.ſeqq.*

8 *Hæres non tenetur habere ratum factum defuncti nullum, quinimò hoc euentu gaudebit reuocationis beneficio, prout & defunctus.*

9 *Text. in cap. 1. an agnat. perperam adductus à Belui. & ſequacibus ad deciſionem articuli.*

10 *Text. in l. 3. ff. de interd. & releg. non habet locum in feudis ſecundum Andr.*

11 *Feudatarius alienando contempto Domini aſſenſu dicitur contra fidelitatem agere, iuramento contrauenire, & per conſequens deierare.*

12 *Feudi naturam reſpicit alienationis prohibitio, ſeu alienatio præuio Domini beneplacito facienda.*

13 *Feudum conceſſum cum facultate alienãdi abhorret ab eius propria natura.*

14 *D. Author ſuſtinendo primam Andr. opinionem, illam fulcit munitis, veriſimilibusq. rationibus, et nu.ſeqq.*

15 *Feudum ex pacto Domino aperitur in præiuditium ſucceſſorum ſemper quod vaſſallus in Dominum delinquit, vel aliquid facit contra feudi conuentionem ſecundum notab.Bart.traditionem.*

16 *In feudis vindicant ibi locum duæ regulæ, vna, vt feuda abſque aſſenſu ſint inalienabilia, & altera cõtraria, vt cum aſſenſu ſint alienari permiſſa.*

17 Feu-

17 *Feudum perire, & non euinci dicitur, vbicunque ex illius natura amittitur ſecundum Bald.*

18 *Culpa in offendendo præponderat illi, quæ conſiſtit in contemnendo ſeu omittendo.*

19 *Notarius ſtipulando feudi alienationem abſque Domini aſſenſu celebratam, quas pœnas incurrat.*

20 *Subfeudum propter delictum aperitur Domino immediato, per alienationem verò irrequiſito Domino factam deuoluitur ad Dominum mediatum, & ibi de ratione.*

21 *Feudatarij delictum feudi priuationem inducens, repellit etiam filios à beneficio, ſi ſit in Dominũ commiſſum: aliàs ſecus, ita diſtinguit cõmunis Feudiſtarum ſchola, quinimò caſu priori reddet et agnatos indignos, quicquid Andr. dixerit, & ſic eſt etiam vſu forenſi receptum.*

22 *Vaſſallus alienando abſque aſſenſu, dicitur culpare in Dominum, et num. 24.*

Text. in cap. fin. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. expenditur.

23 *Vaſſallus ſi infra annum, & diem fidelitatis iuramentum nequaquã præſtiterit, priuatur feudo ex pacto etiã in præiuditium filiorum ſecundum Andr.*

24 *Filius in caſibus hic adnotatis priuatur feudo ex pacto ob patris delictum in contemnendo.*

25 *Doctrina Andr. circa reuocationẽ feudi competentem agnato, & filio in caſu illicitæ alienationis, ſubijcitur; ſed ex duobus ſatis ingenioſè dubia redditur, & num. ſeqq.*

26 *Dominus poſſidet feudum in vita vaſſalli delinquentis, poſt cuius obitum ſuccedit agnatus ſecundum Andr.*

Sicut etiam in vita Prælati, quo vita functo vocatur Eccleſia.

27 *Tex. in cap. Titius loquitur de agnato, & ſic eſt perperam ab Andr. & Aluar. intellectus, dum opinati ſunt, illum loqui de filio.*

LECTIO VIII. alias XVII. in ordine.

1 TRES concluſiones remanſerunt declarãdæ ex theorica Andr. in præcedenti Lectione, prima eſt, quod in caſum licitæ venditionis feudi, vel de iure antiquo, quo iure poterat fieri alienatio medietatis feudi abſque aſſenſu, vel de iure nouiſſimo cũ aſſenſu Domini, habet inquam in eum caſum Dominus prælationem; ſed ſi extat agnatus, & vult offerre idem pretiũ, ipſe Domino præfertur per text. in cap. 1. §. porrò, qual. olim pot. feud. alien. ex quo text. vt ibi gloſ. aduertit, ſumitur hodie practica domaniorum, & in eodem text. quoque aduertitur, quod prælatio excluditur per lapſum anni, & ibi idem tradit Andr. per illum text. & in cap. Titius, ſi de feud. defun. milit. Iacob. in verſ. qui quidem inueſtitus nu. 6. Io. Rayn. in ſuo comprehenſorio rep. cap. imperialem §. præterea ſi quis infeudatus poſt num. 36. de prohib. feud. alien. per Frider. eandemq; prælationem dat text. in capit. ſed & res per quos fiat inueſtitura, licet
2 verè ibi ſit fallentia ad regulam, vt res prohibita alienari poſſit inquam alienari inter agnatos, vt ibi notat gloſ. loquẽdo de alienatione prohibita per teſtatorem, vel alio modo vltra prohibitionem iuris feudorum, vt eſt caſus illius text. iuxta diſpoſita per text. in l. filiusfam. §. cum pater ff. de leg. 1. in l. pater §. quin-

decim ff.de leg.3.in l.voluntas C. de fideicom.quod tradit pro indubitato Martin.de Laud.in d.§.Titius n.20. & ratio eſt : quia inter illos de familia conſeruetur cauſa prohibitionis,quę fuit,vt bona
3 in familia conſeruentur, & eadem ratione conſiderata habet agnatus pręlationē [illegible]e ſanguinis,loquendo in feudo antiquo, vt bona maiorum in familia conſeruentur ad text.in l.ſi in emptionem ff. de mino. quæ latè diſcuſſa ſunt in deciſ.mea 11.vbi videri poterit.

4 Sed Domini aduertatis hoc de ęquali pretio:nam non ſufficit, quod agnatus offerat iuſtum pretium;ſed oportet,quod det æquale pretium,quod dat agnatus, vel extraneus, etiam quod ille offerret vltra iuſtum pretium, & iuſtum dicitur, quod reperitur, niſi eſſet factum in fraudem,ita Aluar. Præpoſ. & cæteri in d.§. ſed & res authoritate Bald. in l. 2. C.de reſc.vend.

5 Secunda concluſio, quæ fuit quarta in ordine ex dictis Andr.quod hodie, quo tempore eſt in totum prohibita alienatio ſine expreſſo Domini conſenſu, ſi fuerit facta, præiudicat vaſſallus ſibi, & deſcendentibus,ſiue feudum ſit nouum, ſiue ſit paternum,& antiquum,& ſi feudum eſt nouum, vel non adſunt agnati, ad Dominum deuoluitur; ſed ſi eſt paternum, & agnati extant, illi præferuntur,& ad ipſos applicaretur, & reuocatur feudum à feudatario,& deſcendentibus ſuis,quod Andr. tenuit hic authoritate gloſ. & dicitur culpa in alienando culpa contemptus Domini, propter quā agnati non priuantur, dicit Andr. in 1. rubr.in §.ſed quia vidimus; hinc idem Andr.in cap.imperialem §.callidis num. 21. de proh.feud.alien. per Frider. dixit quod plus eſt offendere, quàm contemnere,& idem Andr.in §. illud quoque eo.tit.dixit,quod delinquere propriè dicitur offendendo; ſed alienare dicitur contemnere.

In hac culpa igitur in alienando Andr.hic poſt gloſ.& in d.§.ſed quia intellexit procedere text.in §.ſi vaſſallus culpam,ſi de feud.defun.mil. & in cap.1.ſi vaſſ.feud.priu.quæ iura ponunt caſum, quod ſemper, quod vaſſallus ob culpam venit feudo priuandus,tunc neque filius, neque deſcendentes ad feudi ſucceſſionē admittentur, vt ſic iuſtè faciat differentiam inter agnatum,& filium: nam eadē iura excludunt filium, & deſcendentes, & vocant agnatos, & idem ad literam dixit Andr.in cap.1.verſ.vel poſtquam nu.19.quibus mod.feud.amitt. per text. in d.cap.ſi vaſſallus culpam.

6 Contrarium tenuit idem Andr.vt per culpam in alienando filij, & deſcendentes minimè priuentur feudo paterno in cap.1.col.1.nu.3.de vaſſall.qui contra Conſtit.Loth. in cap.denique verſ.ſi verò in fin.quæ ſit prima cauſ.benef.amitt. in d.cap.ſi vaſſallus culpam,& in cap.1. 2.col.ſi vaſſal.feud.priu.& fundat Andr. hanc ſecundam opinionem in d.cap. Titius,ſi de feud.def.mil. qui text. non facit ad caſum,cum loquatur in alienatione facta in caſu licito,vt ibi Andr. idem declarauit, & propterea dicit ibi, quod agnatus non reuocat ſtatim;ſed poſt mortem concedentis ſecundum diſtinctionē, quam fecit Andr.in Lectione præcedēti, & reddit rationem Andr. huius vltimæ opinionis in §.fin.eo.tit. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. quia plus delinquit culpans,quàm contemnens, & ideo plus punitur,idem dixit in d.§.Titius in verſ. quod ſi Titius,& demum tam in d. cap. 1.ſi de feud.vaſſ.priu. quàm in d.cap. ſi vaſſallus culpam dixit,quod ratio,quare filius non priuetur ex alienatione patris, ſit: quia dicitur pater delinquere magis in ſe ipſum, quàm in Dominum ex alienatione: quia diminuit proprium patrimonium, quid igitur tenendum in tanta varietate?

7 Iac.de Belu.in cap. denique poſt longam diſtinctionem tenet,quod ſi alienatio ſit legitimè facta,filius admittatur,& præferatur agnato; ſi verò illegitimè, agnati ſuccedant,& filij priuentur, & ſic cum prima opinione Andr. per iura ſupra allegata,quod per eadem verba fuit ſequutus Bald.ibidem, vbi Aluar.nu.22. 25.concl.& Mart.Laud.

Idem

Idem Iac.de Belu.in d. §. Titius dixit hoc eſſe in filio:quia hæres patris, & tenetur habere ratum,aliàs ſi non eſſet hæres:quia nihil eſt in hæreditate,vel feciſſet inuentarium, tunc filius non priuaretur , quod ſequutus fuit ibidem Martin. Laud.& Aluar.& idem Aluar.in d.§.denique 26.q.vbi Afſl.& idem Iac.de Beluiſ.in §.noſtro,quem ſequutus fuit Bald. quod profectò eſt nimis erroneum,ſiqui-
8 dem illegitimè, & nulliter factum hæres non tenetur habere ratum , & non procedit text.in l.cũ à matre C. de rei vẽd. vt alias declarauimus, imò poteſt reuocare , ſicut poſſet idem defunctus ex regula text.in l.quemadmodum C.de agr.
9 & cenſ. lib. 11. & dum adhoc allegant text.in cap.i.an agnatus,dicamus , quid commune habent termini illius tex.cum pęna amiſſionis feudi ob culpam in alienando, & quid ad amiſſionem cauſatam ob alienationem,quod filius ſit , vel non ſit hæres, faciat, vel non faciat inuentarium,ſi propter delictum, & culpam paternam ſpetiale eſt in filio, qui à patre
10 culpante habet eſſe,& propterea in feudis ex cauſis ſpetialibus dicit Andr. notabiliter non procedere diſpoſitionem text. in l.3. ff. de interd.& releg. vt per eum in §. præterea ſi vaſſallus poſt num. 11.quæ ſit prima cauſ.benef.amitt. & in d.cap.ſi vaſſallus culpam in fine, dicitur
11 enim vaſſallus alienando abſque aſſenſu facere contra fidelitatem , ita quod contrauenit iuramento , & deierat text. eſt elegans in §. illud enim, quæ ſit prima cauſ.benef. amitt. vbi qui beneficij portionem alienat abſque Domini ſcientia , fidem promiſſam ſeruare non videtur,dicit text.ex quo notant DD.quod vaſſallus alienando abſque aſſenſu dicatur facere contra fidelitatem,vt ibi per Alua.
12 nu.4.& Præpoſ.in §.denique num.2. eſt enim de natura feudi prohibitio alienationis, vel alienare cum conſenſu Domi-
13 ni , & qui habet feudum cum poteſtate alienandi, dicitur habere feudum contra propriam naturam feudi, ita notab. declarat Andr.in cap.1.de feud. non hab. propr.nat.feud.

14 Si igitur vas,& ſubſtantia feudi eſt fidelitas, & contra fidelitatem facit , qui alienat,&contra naturam feudi,quomodo igitur volumus dicere , quod ex tali culpa, & ex tali delicto filius non priuetur, ſi iura ſunt expreſſa in feudo ex pacto paterno,quod ex culpa patris ex qua ille venit feudo priuandus, ſemp[illegible] , & deſcendentes intelligantur priuati, &
15 hoc eſt,quod dixit Barr.in l.eum,qui ff. de interd.& releg.loquendo de feudo ex pacto, quod ſemper quod quis delinquit contra Dominum, vel aliquid facit contra conuentionem feudi,illud ad Dominum omnino reuertatur etiam in præiuditium ſucceſſor[illegible] , & quid dubij erit , quod contra conuentionem feudi facit , qui alienat inrequiſito Domino, ſi natura feudi eſt,vt non poſſit abſque Domini
16 aſſenſu alienari, & ideo duæ ſiunt regulæ in feudo,vna prohibitiua , quando ſit alienatio abſque Domini aſſenſu , & altera permiſſiua,quando cum Domini cõſenſu,de quo per Curt.in ſuo tract.feud. 4.par.nu.82. in tit.ex quibus cauſ.feud. amitt.& ſi ex ſui natura amittitur,nota-
17 te.quod dixit Bald.in l.eum,qui §. fin.ff. de iureiur. in fin. quod quando feudum amittitur ex natura feudi , non dicitur euinci;ſed perire,ſi ergo perit feudum , extinguitur, & ſi extinguitur, non datur ſucceſſio: quia non entis nullæ ſunt partes .
18 Licet enim (Domini) ſit differentia inter culpam in offendendo,& inter culpam in contemnendo, & maiores pœnæ imponantur in vna,quàm in altera;tamẽ in vtroque caſu culpa, & delictum eſt,& quò ad amiſſionem feudi tam amittitur propter delictum in offendendo,quàm propter delictum , & culpam in omit-
19 tendo, ſeu contemnendo , & intantum lex hoc delictum , & culpam notauit,vt diſpoſuerit Notarium reddi infamem,officio priuari,& manum amputari in cap. imperialem §. ſcriba verò de proh.feud.
20 alien.per Frid. & in ſubfeudo licet propter delictum dicatur illud deuolui ad Dominum immediatum , DD. dixerunt procedere in culpa in offendendo;in culpa

pa verò propter alienationem voluerunt deuolui Domino mediato, vt per gloſ. & Andr. in d. §. illud q..oque, & hoc propter frequentiam alienationum, ob quod ſpetiale ius eſt ſtatutum.

21 Sed quæſo Domini aduertatis, vt vnico verbo reſoluatis hanc quæſtionem incontrouertibiliter, non ne communis, & indubitata eſt diſtinctio, quod aut delictũ eſt in Dominum, aut non eſt in Dominũ, ex quo delicto veniat vaſſallus feudo priuandus, primo caſu priuatur ſemper filius, ſecundo non priuatur, & hoc ſecundum opinionem tenentium diuerſum eſſe in agnato, vt ſcilicet ille non priuetur ex delicto agnati ſecundum opinionem Andr. contra quam viget communis opinio, & ſecundum eam iudicatum, quæ diſcutiemus alia die ſuo loco.

22 Attenta igitur hac diſtinctione, ſecũdum quam loquitur text. in d. §. denique, & in cap. 1. de eo, qui interf. frat. Domini ſui, & in d. cap. ſi vaſſallus culpam, & in cap. 1. ſi vaſſ. feud. priu. poterit negari, quod alienando abſque aſſenſu, non dicatur culpare in Dominum principaliter: ipſe enim contemnitur, fit contra fidelitatem, contrauenitur iuramento, & conuentioni feudi; ſi ergo delictum, & culpa eſt in Dominum, quomodo poteſt euitari diſpoſitio dictorum iurium, quod particulariter fundat, & probat text. in §. fin. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. qui text. immediatè ſequitur poſt text. in §. denique, in quo facta diſtinctione, ſi vaſſallus peccauit, vel non peccauit in Dominum, & facta deciſione, quod, quando eſt in Dominum, priuantur proximiores, ſubdit text. in d. §. fin. & dicit, ꝙ ſi vaſſallus alienauerit contra Conſtit. Loth. quia Dominum contemnere videtur, ad Dominum beneficium pertinet, & ſic vult dicere text. quod ſeruata diſtinctione antecedenti in §. denique tunc delinquit in Dominum, & propterea ad Dominum applicatur, imo culpa in offendendo poteſt habere cauſam aliquam, quam habere non poteſt culpa in contemnendo: nam & ſi ex inopia quis vendere velit, hæc eſt cauſa venditionis; ſed non cauſa contemptus petitionis aſſenſus, in quam culpam volunrariè incidit, vt ſic dicatur Dominum offendere, & in ipsũ culpare.

23 Sed poſtquam loquimur de contemptu, nõ ne Andr. in d. cap. ſi vaſſallus culpam dixit, quod non præſtando iuramẽtum fidelitatis infra annum, & diem, vaſſallus priuetur feudo ex pacto in præiuditium filiorum, & idem dixit in cap. 1. de cap. Corrad. & hæc eſt culpa in omittendo.

24 Sed fortius text. In cap. 1. §. 1. de allodijs, ponit caſum in vaſſallo omittente ſociare Dominum euntem ad ſuſcipiendam coronam, aut ſub Rege Dominum ſuum non adiuuante, aut non perſoluente pro quantitate feudi ſtipendia militię, dicit ibi text. quod feudum perdat feudatarius, & Domino applicetur, gloſ. ibi dicit diſputando latè articulum, quod & ſi ſit culpa contemptus, tamen culpa eſt, quæ reſpicit Dominum, & propterea ex regula in d. §. denique etiam quod ſit ex pacto ad Dominum deuoluitur etiam in præiuditium agnatorum, & dicit, quod hic intellectus eſt verior, ex quibus intrepidè teneo, quod ſit vera opinio Andr. hic, vt propter alienationem factam contra Domini voluntatem dicatur vaſſallus culpare in Dominum, & propterea priuari feudo etiam ex pacto ipſum, & deſcendentes.

25 Tertia, & vltima concluſio, quæ fuit ſi in ordine antecedentis Lectionis, illa fuit, quod quando alienatio fit abſq; conſenſu, agnatus ſtatim reuocat non expectata morte alienantis; ſed ſi cum conſenſu Domini, agnatus expectat mortem; filius verò reuocat ſtatim patre viuo; ſed pretio reſtituto per text. in d. §. Titius.

Domini duo occurrunt in hac cõcluſione, vnum eſt, quod non video, vbi fundetur hæc concluſio: nam iura dicunt in caſu illicitæ alienationis feudum amitti, & Domino, vel Agnato applicari cum illa diſtinctione, ſi feudum eſt nouum, vel antiquum ex pacto, vel hæreditarium; ſed quod hæc applicatio fiat non expectata morte naturali feudatarij alienantis ex

reg.

regula text.in l.Statius Florus,§.Corne-
16 lio Felici ff.de iur.fiſc.quis dicit, ſi An-
dr.in d.cap.1.ſi vaſſ.feud.priu.& in d.§.
denique tenuit in terminis illorum iuriũ
ſecundum ſuam opinionem æquiorem
non priuari agnatum; ſed durante vita
feudatarij poſſidere Dominum:quia poſt
mortem vocatur agnatus, & non fit ipſi
iniuria,prout in Prælato delinquente, vt
durante vita illius interim Dominus feu
di poſſideat,dixit in ſpetie text.in cap.1.
de Cap.Corradi, quod latè proſequutus
eſt Camer.in repet.cap.1.an agnatus, q;
cogitate: nam alia die ſuper quæſtione
illa,an agnati priuentur feudo ex pacto,
intelligetis verum intellectum d.text. in
§.Cornelio Felici.

17 Alterum,quod occurrit,eſt,quod,dum
Andr.facit concluſionem,quod filius vi-
uo patre reddito pretio reuocet per text.
in d.cap.Titius,minimè ex illo text. hoc
probetur,licet Andr.ſic illum intelligat,
& ibi Aluar. gloſ. enim in §.antecedenti
in verb.filio impubere,& Iacob.de Belu.
Bald.& cæteri omnes in d.cap.Titius in-
telligũt illum text.ſemper loqui in agna-
to, vt primo caſu filijs non extantibus
expectetur mors alienantis; filijs verò
extantibus pretio reddito etiam viuo a-
lienante feudum reuocetur, niſi agnatus
conſentiat alienationi,vel per annum,
ex quo ſciuit, tacuerit, & dum Doctor.
quæſiuerunt,quæ ſit ratio, dixerunt, ſol-
uat Apollo; ſed text.nullo pacto poteſt
aliter intelligi, vt verba ipſius expreſsè
demonſtrant; benè tamen fateor, quod
filij reuocabunt poſt mortem patris,cum
ſimus in caſu licitæ alienationis, vel e-
tiam in vita prælati erunt agnatis, offe-
rendo pretium ex reg.text. in d.§.ſed &
res, vbi proximior præfertur pro æquali
pretio,& hæc ſufficiant pro præſenti Le-
ctione.

SVMMARIVM.

*1 Capita cõcluſionum Lectionis præ-
cedentis quàm breuiſſimè recen-
ſentur.*

*2 Theorica And. in verſ.circa ſecun-
dum vſque ad verſ.quid ſi hic ſe-
quẽs agnatus reaſſumitur,ex qua
quatuor depromuntur concluſio-
nes,de quibus ſigillatim, fusè, &
diſtinctè agit D.Authbor.& nu.
ſeqq.*

*3 Domino filiam inueſtiente feudo pa-
terno,valebit inueſtitura duran-
te patris vita:& non vltra ſecũ-
dum Andr. & nu.ſeqq.*

*Quo euentu ſi agnati pariter inter-
cedat conſenſus, perpetuum con-
ſentienti parabitur præiuditium;
non autem eius filijs, vel alijs a-
gnatis, & nu.15.cum ſeqq.*

*4 Text. in cap. 1. qualiter feud. ad
fil.pertin. diligenter expenditur,
& Beluiſ. confutato intellectu,
Bald.ſenſus adducitur, & com-
mendatur.*

*Feuda decentiùs conceduntur maſ-
culis,quàm fœminis eiuſdem agna
tionis ſecund.Bald.*

*5 Text.in cap.1.de alien.feud.pat.de-
claratur.& nu.26.*

*7 Feudi alienatio Domini voluntate
celebrata an ſit ab initio nulla
propter agnatorum intereſſe.fusè
diſſeritur, & tandem negatiuè
concluditur.*

*Hinc Andr.verba,quæ alioquin re-
pugnantiam includere videntur,
ſatis doctè explanantur,& à cõ-
trarietate vindicantur,& num.
ſeqq vſque ad 14.*

*8 Actus ab initio nullus quando con-
ſenſu, vel ratibabitione ſuperue-
nienti conualidetur,magiſtraliter
diſtingue,vt hic,& nu.9.& 10*

*11 Fideicommiſſariæ rei alienatio eſt
ſanè*

ſanè valida in vita grauati, reſoluenda tamen poſt mortem ipſius ſecundum Bart communiter receptum.

12 *Feudatarij dominium & ſi morte extinguatur: eſt tamen Dominus interim ille.*

13 *Venditio rei alienæ ſicut de iure valet, ſic pariter & inueſtitura.*

14 *Io. Rayn. laudatur, & Modernorum Adden. lapſus notatur in intellectu text. & verborũ Andr.*

15 *Agnati tacitus conſenſus nequaquam illi officiet, ſi extraneus de feudo inueſtiatur, ſecundum Andr. opinionem, quam D. Author optima ratione defendit, exploſa contraria gloſ. Beluiſ. Bald. & ſequacium ſententia.*

16 *Agnati conſenſus permittentis feudum alienari an debeat Domini voluntate communiri.*

In hoc articulo, qui multos contorſit Docto. D. Author diſtinctè procedendo, quatuor conſtituit caſus, & nu. 17. vſque ad finem.

18 *Refutatio feudi in proximum ſucceſſorem, vel in vlteriorem cum conſenſu proximioris omni iure valet, etiam omiſſo Domini aſſẽſu, idq. fusè exornatur, & firmis ſuadetur rationibus.*

Auus poteſt nepoti feudum donare præuio filij conſenſu ſecundum Andr.

Feudi ſucceſſor declarans nolle ſuccedere, vel ſequenti in gradu locũ cedens, habetur pro mortuo.

20 *Contrahere prohibitus non cenſetur conſentire repulſus ſecundũ Bald.*

21 *Feudi alienatio in vlteriorem agnatum abſque Domini aſſenſu non valet ſecundum Andr. deciſionẽ, quam D. Author ſuſtinet aduerſus affirmandi, & diſtinguendi Authores, & nu. ſeqq.*

22 *Refutatio quid ſit, & nu. 27.*

23 *Alienatione prohibita non cenſetur interdicta refutatio, & ibi de ratione.*

24 *Refutationem valere, cætera pacta non, dictum eſt Andr. ſatis vulg.*

25 *Domini intereſſe cõſideratur in feudi alienatione ratione volũtatis, ſi placet, vel diſplicet ſecundum Andr.*

27 *Text. in cap. 1. §. & ſi clientulus, de alien. feud. declaratur.*

28 *Intellectus §. ſed & res, per quos fiat inueſtit.*

Vaſſallus de iure antiquo feudorum poterat ſubinfeudare, & pariter neceſsitate impellente feudũ alienare omiſſo Domini conſenſu; ſed Dominus hoc caſu habebat prælationem; cedebat tamen proximo agnato.

LECTIO IX. aliàs XVIII. in ordine.

1 Vidimus in præcedenti Lectione, quomodo alienando frater partem ſuam feudi, & decedente eo ſine hęrede maſculo, quomodo inquam reuertatur feudum, vel ad fratrem, vel ad Dominũ, diſtinguẽdo inter feudum nouum, & paternum, vt paternũ deuoluatur ad agnatum, nouum verò ad Dominum, & hoc (Domini) fuit declaratum intelligi, &
3 procedere, dum quis de iure antiquo alienabat ſine aſſenſu Domini medietatẽ feudi, quæ alienatio iure illo permittebatur,

tur, intelligitur enim tunc à iure poteſtas tradita alienandi ius,quod habebat, eo modo,quo habebat, ſcilicet reſolubile cum ſua vita;ſed ſi cum aſſenſu Domini alienaſſet feudum nouum,fundatum fuit tunc alienationem remanere firmam etiam poſt mortem alienantis per tex.in cap.1.§.& ſi clericulus de alien.feud.cap. 1.qual.ol.pot.feud.alien.& ex dictis per Andr.in cap.1.qui ſucc.ten.

Et hæc fuerunt declarata procedere in feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario:nam ſi eſſemus in feudo hæreditario,etiam quòd eſſet feudum antiquum, tunc facta alienatione cum aſſenſu Domini, valida erit, firma, & ſtabilis etiam poſt mortem alienantis,de quo inferius tractaturi ſumus,vbi hoc Andr.latè diſcurrit, declarãdo feudum ex pacto, & feudum hæreditarium, & declarando latiùs concluſionem,de qua ſupra.

2 Andr.hodie in verſ. circa ſecundum proſequendo propoſitum, dum text.tradit,quod ſi vaſſallus fecit inueſtire filiam ſuam de feudo, quod inquam ſi moriatur vaſſallus abſque filio maſculo, feudũ deuoluatur ad agnatum, Andr. ampliat text.quod non ſolum hoc procedat,quãdo vaſſallus hoc procurat; ſed etiam ſi refutaret feudum Domino, & Dominus inueſtiret filiam ſuam per gratiam, vt quantum ad Dominum teneat datio,argu.text.in cap.1. quemadm.feud. ad fil. pert.& tenebit filia,dicit Andr.viuo patre, eo verò mortuo reddit ad agnatos, & reddit rationem: quia alienatio feudi cum conſenſu Domini,ſi agnati non cõſentiant, non valet, alleg.text.in cap.1. de alien.feud.pat.limitat demum cõcluſionem prædictam, ſi agnatus conſentiret:nam tunc,dicit ipſe,ſibi ſemper præiudicat perpetuò, ſublimitat tandem præiuditium hoc non extendi vltra perſonam agnati conſentientis,ita quod illo mortuo alius agnatus,qui veniret poſt illum, reuocabit, & hoc dicit Andr.vſque ad verſ.quid ſi hic ſequens agnatus.

3 Ex cuius dictis infraſcriptæ eliciuntur concluſiones,prima illa eſt,quod Dominus poteſt inueſtire filiam feudo paterno, & tenet inueſtituram durante vita patris.

Secunda conclu[illegible] eſt,quod poſt mortem patris reſoluitur [illegible]ueſtitura, & conceſſio: quia alienatio feudi paterni cum conſenſu Domini non valet ſine conſenſu agnatorum.

Tertia concluſio,quod ſi agn[illegible] ſentit,præiudicat ſibi perpetuò.

Quarta,& vltima, ꝙ conſenſus agnati præiudicat ſibi ſoli perpetuò,non autem filijs,vel alijs agnatis.

4 Quò ad primam allegat, vt dixi text. in cap.1.quemadm.feud.ad fil.pertin.qui text.ponit caſum mortuo feudatario, ſine maſculo; ſed ſuperexiſtente fœmina, vt ſi Dominus feu[illegible]n ei dederit, non poſſit datio illa reuocari ab vllo ex parentibus ſuis,neque damnetur,dixit tex. & ſic videtur text.ille ponere caſum fortiorem:nam loquitur non viuo patre;ſed poſt mortem patris, & ſic facto caſu deuolutionis, & vltra diſponit text. quod parentes non poſſunt reuocare, quod eſt contra text.noſtrum, qui diſponit, quod ſi feudatarius fecerit inueſtire filiam, ſi moriatur abſque maſculo, feudum ad agnatum reuertatur, & eſt contra ſecundam concluſionem Andr.quod alienatio cum conſenſu Domini non teneat ſine aſſenſu agnatorum,& ob hoc dicit,quod mortuo alienante feudum ad agnatum reuertatur.

Domini ille text.in cap.1.quemadm. feud.ad fil.pertin. non loquitur in feudo paterno;ſed in feudo nouo,& ſi volumus dicere loqui in feudo antiquo;feudum inquam erat tale, quod deuolutum erat ad Dominum ob mortẽ feudatarij; dum igitur Dominus,qui habet liberas habenas, & poteſt de allodio facere feudum, & de feudo allodium, & cum ſua inueſtitura dare feudo propriam eius naturã, quid mirum, ſi text. ille diſponit, quod conceſſio facta fœminæ per Dominum non reuocetur à parentibus,cum in re ſua ſit Dominus moderator, & arbiter, & dum text.ſubdit illud verbum,nec dãnetur ſcilicet Dñs à parentibus,quaſi iniuriam fecerit concedendo potiùs fęminis,quàm maſculis, ob hoc text.mer ap-

poſuit

poſuit illa verba, ſi autem Dominus dare voluerit fœminæ propter ſeruitium, & amorem patris, & hic eſt vetus intellectus illius text. quicquid dixerit ibidẽ Iac.de Belu. qui voluit intelligere etiam text. illum in feudo paterno in præiudicium agnatorum,vbi facit erroneam, & falſam diſtinctionem,quem eleganter reprehendit,& reprobat ibi Bald.quem ſequitur Aluar.& latiùs ibi Affl.dubium igitur illius text.ſecundum Bald.fuit:q.a videbatur decentiùs dare maſculis eiuſdem agnationis,quàm fœminis ex regula text.in l.1. §.permittitur ff.de aqu.quot. & æſt. & per noſtram Conſtit. vt de ſucceſſ.datur prælatio eodem pretio;ſed cum tractetur de filia,& propter amorẽ, & ſeruitia paterna,& non propter pecuniam Dominus voluit gratificari filiæ, ideo ibi in hoc caſu ſpeciali filiæ tex.excludit parentes,quod peroptimè, & latè declarauit idem Bald.&Præpoſ.latiſſimè hic, & ita in feudo nouo declarat Andr. ibidem procedere illum text. quem ſic Andr.inducit in argumentum cognoſcẽs iam eſſe caſum differentem, quaſi dicat, ſicut enim ibi tenet inueſtitura facta filiæ de feudo nouo ad Dominum deuoluto:quia parentibus nullum ius competebat,ita hic tenet inueſtitura etiam feudi paterni cum conſenſu patris durante illius vita: quia pariter agnatis interim

5 nullum ius competit, & ita intelligitur text. in cap.1. de alien.feud.pat. vbi diſponitur, quod non poteſt vaſſallus confirmare feudum in filiam agnatis non conſentientibus, vel poſtea ratum non habentibus,ſcilicet in perpetuum,& poſt mortem ipſius vaſſalli;ſed in vita bene valet ex regu.text.noſtri, & ita declarat ibi gl.in verb.nec in filiam,vbi Andr.eleganter, & ibi pariter declarat text.in d. cap.1.quemadm.feud. ad fil.pertin.intelligi debere de feudo nouo.

6 Ex prædictis remanet etiam expedita ſecunda concluſio,de qua ſupra, vt alienatio feudi paterni cum conſenſu Domini reſoluatur mortuo alienante, in quo ſunt multa iura concordantia cap.Titius ſi de feud.def.mil. c.1.qual.ol.pot.feud. alien. & idem confirmatur in cap.1. vbi Scrib.omnes de alien.feud.pat.

7 Sed Domini aduertatis: nam dicit Andr.vnum verbum,videlicet, quod ſine conſenſu Domini non valeat alienatio, & allegat text.in d.cap.1.de alien.feud. pat.vbi tex.per propria verba dicit,alienatio feudi paterni non valet etiam Domini voluntate, niſi agnatis conſentientibus, ad quos beneficium quandoq; ſit reuerſurum;ſi igitur non valet,quomodo dicitur, quod interim durante vita feudatarij alienantis valet,& Andr.met hic implicat contradictionem:nam dicit,q̃d alienatio cum conſenſu Domini ſine tamen conſenſu agnatorum non valet, & demum in verſ.quæritur, dicit viuo conſentiente non reuocăt alij agnati,ex quo valet alienatio : quia cum conſenſu Domini,& ſubdit,non quæritur de præiudicio aliorum agnatorum: quia præiuditiũ non eſt viuo illo, qui conſentit, & idem cum eadem implicatione contrarietatis tradit Andr.in cap. 1.de alien.feud.pat. nam primò dixit non valere, & demum tradidit valere,donec viueret pater alienans,Bald.in d.cap.1.not.ibi tex.qui dicit non valere alienationem,niſi cũ conſenſu,vel ratihabitione poſtea agnatorũ,

8 dicit, nota, quod ratihabitio confirmat id,quod ipſo facto nullum fuit,& Aluar. ibidem dum reddit rationem, quare per ratihabitionem confirmetur illud, quod nullum fuit ab initio,dicit: quia contractus iſte ab initio vitiatur ſolum ex defectu conſenſus,vnde conſenſus,vel ratihabitio ſuperueniens validat ipſum contractum ex reg.text.in l.fin.C.ad Maced.& in l.licet ff.de iud. ſecus ſi actus vitiaretur ex alio capite,quàm propter defectũ conſenſus,vt quia deficeret forma : quia tunc ratihabitio non validaret, quod ab initio nullum fuit l.obſeruare in fin.ff.de offic.Proconſ.ex quibus videntur tenere iſti Doct.q̃ omninò alienatio ſit nulla,& ſi talis eſſet,quomodo poſſet validari per ratificationem contra reg.text.in l.quod ab initio,& in l.quæ ab initio ff. de reg. iur.in cap. non firmatur de reg.iur.in 6. in cap.imperialem, vbi Iacob.de Belu.& cæteri

cæteri latiſſimè de prohib.feud.alien.per
Frider.

9 Domini in hoc articulo poſſent multa
inuolui,& hinc inde diſceptari, conſide-
rando, ſi actus eſt omninò nullus à prin-
cipio,vel ſi eſt nullus cauſatiuè,ita quod
ceſſante cauſa,ſi ſuperueniat cõfirmatio,
vt tunc validetur iuxta terminos text.in
l.fin.C.ſi maior factus, de quo pet Ciui-
liſtas,& Canoniſtas latè in dictis regulis,
10 qui faciunt diuerſas diſtinctiones;nos nõ
recedẽdo à terminis feudalibus,dicimus,
ꝙ aliud eſt dicere non valere alienationẽ
in præiuditium agnatorum , & aliud eſt
dicere alienationem eſſe nullam : poteſt
enim eſſe actus validus;ſed annullandus,
quo caſu benè ratihabitio operatur,vt ꝑ
gl.in d.reg.nõ firmatur,quę allegat tex.
in cap.bonę de poſtulatione Prælatorum
lo 2.cap.ꝙ ſicut de electione,quod latius
proſequitur Dec.in d.reg.qđ ab initio,&
idem dicimus ſi aliquo reſpectu actus va
let,quod peroptimè fundat rext. in l.per
fundum ff.de ſctu.tuſt.præd.& in l.fin.ff.
comm.præd.& Caſtrenſ.notat in d.l.per
fundum.

Nũc igitur ad propoſitum dico,quod
non reperitur in iure cautum, vt aliena-
tio rei feudalis ſit nulla,qñ ſit cum aſſen-
ſu Domini,bene vt non præiudicet agna
tis, vt ipſi poſſint reuocare poſt mortem
alienantis; ſed quod ſit nulla, abſit,imò
totum oppoſitum : quia ſi non datur re-
uocatio,niſi poſt mortem,ergo alienatio
ſubſiſtit;prohibitio.n.alienationis feudo-
rum eſt reſpectu Domini , vt ſciat quali-
tates vaſſallorum , vt ſeruetur ſibi debi-
tus honor in recognitione ſupremi dñij ,
vt non habeat in vaſſallum alium, quem
ipſe nolit, & ſatis eſt, vt placeat, vel di-
ſpliceat,& ſub iſta lege feuda concedun-
tur;ſed reſpectu agnatorum,quid hoc ad
nullitatem, poreſt ne aliud conſiderari ,
niſi ꝙ habet ius in re poſt mortem feuda-
tarij poſſidentis , & alienantis, ita quod
non aliud conſideratur,niſi præiuditium
11 iſtius iuris futuri,& ſicut res ſubiecta fi-
deicommiſſo poteſt alienari,& interim
valet alienatio, licet veniat reſoluenda
poſt mortem alienantis ſecundum Bart.
& cõiter Scrib.in l.fin.§.ſin autem per il-
lum text.C.com... leg. ita in caſu,de
quo agimus,vt interin valear,quaſi feu-
dum ſit reſtitutioni ſubiectum , prout in
ſpetie eleganter tradit Andr. in hoc rit.
noſtro,& allegat prædictum text.in l.fin.
12 §.ſin autem C.comm.deleg. nec poteſt
dici aliud,quod feudum ſit datum ...
tam tenentis,& poſt mortem illius ad vi-
ram alterius agnati,vr pariter hic tradit
And.de quo inferius loquuturi ſumus in
Lectione ſeq. & verum eſt,quod interim
eſt Dominus ad text. in l. Titia cum te-
ſtamento,§.Titia cum nuberet ff.de leg.
2.l.generaliter §.ſub conditione ff.qui,&
à quibus l.ſi.C.de ... vbi Bart.& cõiter
Scrib. in l. quoties C.de donat. quę ſub
modo cum alijs latiſſimè cumulatis per
Molin.in tract.primog.lib.1.cap.19.& ſi
interim eſt Dominus,quis vetat iſtud do
minium extinguibile cum vita non poſſe
validè alienari cum conſenſu Domini,&
alienando transfert ius , quod habet, &
quãdo vellet alienare vltra vitam, poſſet
ne aliud dici,niſi quod alienat tem alie-
13 nam, & in eum caſum non ne habemus
text.expreſſum in l.rem alienam ff. de
contrah. empt. quod res aliena diſtrahi
poteſt,licet ab emptore poſſet auferri,&
habemus totum titulum de inueſt. de re
alien.fact.quod tradidit Andr.& Aluar.
cum alijs in cap. præterea ſupra quibus
mod.feud. amitt. de quo inferius loque-
mur,quare concludimus,alienarionem
talem validam eſſe durante vita feuda-
tarij, quando tamen illa eſt facta cum
conſenſu Domini,& ita text.in cap.1.de
alien.feud.pat.dicit,quod ratihabitio iu-
uat,& validat alienationem,& dum tex.
in princ. dicit,non valet, intelligitur ir-
reuocabiliter reſpectu agnatorum, & ſic
intelligitur Andr. dum in eiſdem locis
dicit non valere,& demum dicit duran-
14 te vita valere, & ita eleganter declara-
uit Io.Rayn. in ſuo comprehenſorio feu-
dali in §.habito igitur poſt nu.27. quic-
quid Moderni Addentes dixerint hic ,
qui ſe inuoluunt, nec intellexerunt rext.
nec verba Andr.& proptereà texr.ibi lo-
quitur in numero plurali,loquendo de

omnibus agnatis: nam ſi vnus conſentiat, nec etiam erit ... cabilis, & firma alienatio: quia n a conſentiens reuocabit ſuo tempore.

15 Quò ad tertiam concluſionem, vt agnatus conſentiens ſibi perpetuò præiudicet, allegat text. in cap. 1. §. præterea, ſupra quib. mod. feud. amitt. vbi text. ad literã hoc diſponit, vt conſentiens inueſtiri illum, ad quem feudum non pertinet, nullo modo ad illud repetendum regreſſum habeat, in qua concluſione duo articuli ſunt diſcentiendi; vnus eſt, an ſufficiat tacitus conſenſus, vel requiratur expreſſus, & alter erit, an ſuper tali conſenſu requiratur aſſenſus.

Domini, quò ad primum gloſ. in cap. Titius ſi de feud. def. mil. in verſ. conſenſit, tenet, quod ſufficiat tacitus cõſenſus, & in d. §. præterea tenet hoc in verb. regreſſum in principio, licet poſteà videatur recedere certo modo ab iſta opinione, ibi, dum dicit, niſi dum tacitè conſentit, intelligat ius ſuum vbiq; durare, & poſteà dicit, quod hoc intelligitur, quando ex certa ſcientia conſentit, quod conſentire intelligitur, ſi fuit præſens, & non contradixit, quam opinionem, vt tacitus ſufficiat conſenſus, tenuerunt ibidem Iacob. de Beluiſ. Bald. & alij, Andr. verò tenet contrariam opinionem, & bene, quem ſequitur ibidem Aluar. ac Prepoſ. & latiſſimè Afflict. & relinquendo diſputationem Ciuiliſtarum in l. quæ dotis ſ. ſolut. mattim. & in alijs locis vulgaribus dico veram, & indubitatam rationem eſſe: quia poteſt quis inueſtiri de re aliena inuito Domino, & ob hoc præſentia, & ſcientia non nocet, nec etiam ſubſcriptio, niſi ſe ſubſcripſerit ad hoc: quia tunc eſſet expreſſus conſenſus, vel fecerit alium actum poſitiuum, qui aliud importare non poſſet, niſi expreſſum conſenſum, & hæc eſt veritas huius articuli ſecundum Andr. non enim poteſt contradicere, ſcit ius ſuum durare, & conſequenter ex regulis communibus non poteſt atqui tacitus conſenſus, ex quo oriatur præiuditium.

16 Quo verò ad ſecundum fuerunt hinc inde opiniones, & Collegium Bononienſe fuit in vna opinione, & Mediolanenſe fuit in alia, Afflict. fuit ſibi contrarius, D. Lanar. in repet. text. in §. ſed & res, per quos fiat inueſtit. tenuit opinionem valere in vita alienantis, quando diſpoſitio fit inter agnatos non proximè ſucceſſuros, Anna tenuit in alleg. 124. nullo modo valere etiam, quod fiat in immediatè ſucceſſurum, & in hoc pro vtraque parte ponderantur iura, & Doct.

Vos diſtinctim procedatis, & diſtinguendo caſum, habebitis veram reſolutionem articuli per veros terminos.

17 Primus caſus eſt, quando fit alienatio per feudatarium cum conſenſu Domini, & agnati feudi ex pacto in proximè ſucceſſurum poſt agnatum conſentientem, & de hoc nemo dubitauit per text. in cap. 1. de alien. feud. pat. & in cap. Titius ſi de feud. def. mil. & in d. cap. præterea; quib. mod. feud. amitt. maximè ſi Dominus inueſtiuit, vt ibi: quia tunc agnatus præſtat conſenſum inueſtituræ, quæ fit per Dominum, & dum alienatur in Dominum, non requiritur aſſenſus, & ita eſt primus caſus Affl. in d. §. præterea.

18 Secundus caſus eſt, quando fit alienatio cum conſenſu agnati in vlteriorem agnatum immediatum ſucceſſorem poſt agnatum conſentientem abſque aſſenſu Domini, & hic caſus pariter ſecundum Affli. in d. cap. præterea, quib. mod. feud. amitt. nõ habet dubium, & ita tenet Capyc. in ſua inueſtitura in verb. feudorum alien. quia eſt contractus cum immediato ſucceſſore à lege permiſſus, & vel intelligetur, iſtum agnatum conſentientem ſe tollere de medio, & cedere loco, ac à ſucceſſione futura ſe abſtinere, & non requiritur aſſenſus, vel intelligetur ius ſuum refutare virtualiter, & cùm fiat in immediatũ ſucceſſorem, omni iure valere dicitur iuxta notata in d. §. ſed & res, & in d. cap. 1. de alienatione feud. patr. & hæc fuit ſententia Iſern. in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. poſt num. 8. verſ. ſed ſi feudum eſſet, vbi tenet valere donationem feudi factam per auum nepoti cum conſenſu filij, tanquam

in immediatè ſucceſſurum, & hoc eſt, quod tradidit apertis verbis, ni fallor, in d. S. & ſi libellum, vbi tria tradit, primò, quando fit alienatio in proximiorem ſine conſenſu Domini, vt valeat, ſecundò, quando fit non proximioti, vt nō valeat, imò proximus ſtatim reuocet, tertiò, qñ fit de conſenſu Domini, & proximioris agnati in agnatum nō proximum, vt valeat per text. in d. S. præctereà, & in ſpetie hoc tenuit Camer. in repet. cap. imperialem cart. 25. in lit. O, vt refutatio facta vlteriori agnato cum conſenſu proximioris valeat, & dum Ann. allegat Camer. pro contratio in cart. 33. lit. P, ibi refert aliquos ſic dicere; ſed ipſe nil firmat, imò ſe remittit dictis alibi, & ſic pariter, dum allegat Afflict. in d. S. prętereà, vt vidiſtis Domini, Affl. dicit expreſsè contrarium, quando fit alienatio in ſucceſſorem ſequentem illi, qui conſenſum pręſtitit, nec Andr. in d. S. & ſi libellum dicit contrarium, imò vt vidiſtis, decidit pro hac parte, & quę nam differentia conſtitui poteſt inter feudatarium refutantem in immediatū ſucceſſorem, de quo loquitur text. in cap. 1. de eo, qui fin. fec. ag. in cap. 1. de alien. feud. in cap. 1. de alien. feud. pater. & inter cedentem in immediatum ſucceſſorem ius in ſpe, vel aſſentientem, vt ſupra: nam aut iſte eſt feudatarius, & habet ius feudale, & comprehenditur in diſpoſitione feudorum, quæ vult valere, diſpoſitionem in immediatū ſucceſſorē, aut non eſt feudatarius, non habet feudum formatum, non ius feudale; ſed tantum ius in ſpe, & non comprehenditur in diſpoſitione feudorum, vt ſic tantò magis diſpoſitio debeat iudicari valida, nec hic commutatur perſona: quia eſt vocata, & cognita, & cōprehenſa in inueſtitura, & dilatatur ſua vocatio ex pręcedenti in gradu, qui declarando nolle ſuccedere, ſit locus ſecundo per abſtenſionem, & ceſſionem loci, quo caſu habetur, ac ſi non fuiſſet in mundo text. eſt elegans in l. 2. S. ſed ſi ſint, & S. ita demum ff. ad Senatuſconſul. tertull. probat hoc in ſpetie text. in d. S. Titius in fin. vbi parificat conſenſum agnati, & annale ſilentium, ergo ſine aſſenſu.

19 Tertius caſus ... ſi fiat alienatio cum conſenſu proximioris in agnatum remotiorem, & non immediatū ſucceſſorem poſt hunc conſentientem cum aſſenſu tamen Domini ſuper ipſa alienatione; ſed non ſuper conſenſu, an talis conſenſus valeat, & dubium facit: quia videtur ... ferri ius ſine aſſenſu in alium, non immediatum ſucceſſorem, quod à lege feudorum ſine aſſenſu eſt prohibitum, & quæſo notate: nam teneo pariter aſſenſum non requiri, quicquid dixerit Affli. in d. S. præctereà, quem videtur ſequi Capyc. vbi ſupra, & eſt ratio: quia ille conſentiens nullum ius ſe... le cedit, nil habet de præſenti, & ius in ſpe non transfert; ſed ſe abſtinet, non vult ſuccedere, & ſic per viam abſtenſionis potius, & priuationis, quod fundatur iuribus, & authoritate; fœmina non eſt cognita de iure feudorum, & non ſolùm iudicatur extranea; ſed eſt inſucceſſibilis, dum igitur cum conſenſu agnatorum validatur inueſtitura facta in eam, & hic aſſenſus, dicit tex. in cap. 1. de alien. feud. pat. ſufficit, quod ſubſequatur per ratificationem, ergo aſſenſus non requiritur: nam text. ponit caſum in confirmatione facta in filiam cum conſenſu Domini, vt minimè valeat ſine conſenſu agnatorum, vel illorum ratihabitione, ergo cum tractetur de ratihabitione, oportet præcedere validam alienationem, Andr. in d. S. & ſi libellum in tertio caſu ponit quęſtionem, quando fit alienatio de conſenſu Domini cum conſenſu proximioris agnati, tam in agnatū non proximum, quàm in extraneum, & benè decidit: quia prædictus text. in d. cap. 1. de alie. feud. pat. ponit caſum tam in filia, quàm in extraneo.

20 Decidit in ſpetie Affli. in S. noſtro, vt nullo modo requiratur aſſenſus: quia lex loquitur de contrahente, non de aſſentiente, & prohibitus contrahere non prohibetur conſentire ſecundum Bald. in rubr. C. de pact. per text. in l. ſi pater S. fin. ff. de manum. vind. licet contrarium tenuerit idem Afflict. & malè in d. S. prætereà.

Et dum Andr.hodie loquitur de filia, & firmat validari diſpoſitionem per conſenſum agnati, quia dicit, quod Andr.loquatur interueniente aſſenſu ſuper tali conſenſu?

21 Quartus, & vltimus caſus eſt, ſi fiat diſpoſitio feudi inter agnatos non proximiores abſque aſſenſu, an illa ſit valida, ita quod feudatarius velit transferre feudum, quod poſſidet, quaſi hoc permittatur per text. in d.cap.1. de alien.feud. pat.in cap.1. §.& ſi clientulus de alien. feud.in cap.1. §.ſed & res, per quos fiat inueſtitura, & in hoc fuerunt altercationes, emanauerunt diuerſa conſilia, & diuerſæ ſunt opiniones.

Prima fuit omninò valere, ſecũda omninò eſſe inualidam, tertia, quod valeat durante vita feudatarij.

Primam opinionem, quod alienatio valeat, tenuit Collegium Mediolanenſe, & ita conſuluerunt Bart. de Salyc. & Chriſtof.de Caſtell.

Secundam opinionem tenuit Collegiũ Bononienſe, quam ſequutus fuit Iſern.in d.cap. 1. §. & ſi libellum de alien.feud. pat.& Iacob.de Belu. in cap.imperialem verſ.quæritur, nunquid vaſſallus de prohib.feud.alien.per Frider.

Tertiam opinionem, quod ſuſtineatur vita durante feudatarij, tenuit Bald. in cap.1.§.& ſi clientulus de alien.feud. & magis explicitè in d.cap. imperialem 3.col.in princ. & hanc ſequutus fuit latè Mart.Laud. in cap.Titius, ſi de feud. def.mil.quem ad literam refert, & ſequitur Curt.in tract.feud.4.part.num.146. verſ.tertia igitur regula, idem Iacob.in ſuo tract.in verb. & cum pacto de non alien.num.32. & Capyc.vbi ſupra, licet relinquat cogitandum.

Vos teneatis opinionem Iſern.tanquã veriorem, quæ alio fundamento extrinſeco non eget; ſed figit pedes ſub regula, ꝙ non poteſt fieri alienatio rei feudalis ſine aſſenſu Domini, vnde, qui vult validare alienationem abſque aſſenſu, oportet allegare caſum ſpecialem à lege feudali prouiſum, vnde cum non detur alius caſus, niſi in contractu facto cum immediatè ſucceſſuro per viã refutationis, ſequitur quod vera eſt opinio Andr. tam in d.cap.1.de alien.feud.pat. quàm in d.cap.Titius ſi de feud.def.mil.quan-

22 do.n.fit refutatio, dicit Camer.authoritate Iſern. quod non eſt aliud refutare, niſi dare locum, & tollere perſonam de medio in repet. d.cap. imperialem cart. 15. lit.R, cart.25. lit.H, & Loffred.in d. cap. Titius in fine principij dicit, quod eſt pręuentio ſucceſſionis, & ſe ſubtrahere, & alibi Author damn.mem.§.17.col. penult.verſ.quid in donatione dixit dari feudum in anticipationem ſucceſſionis;

23 nimirum igitur ſi prohibita alienatione non eſt prohibita refutatio: quia eſt continuatio ſucceſſionis in perſonas à lege inueſtituræ vocatas, intantum ꝙ Conſtitutio noſtra Regni conſtit.diu.mem.in ſua prohibitione nõ prohibuit refutationem; ſed quando fit diſpoſitio in vlteriorem agnatum, non poteſt dici, quod ſit perſona vocata ſecundum legem inueſtituræ, ergo quomodo poteſt ſuſtineri talis

24 diſpoſitio, & ſi refutatio tantum admittitur, & cætera pacta non ſecundum Andr.& communiter Scrib.in d.cap.1.de alien.feud.pat.quod in repetitione illius capituli alia die latiùs dicemus, quomodo poteſt ſuſtineri contractus in vlterio-

25 rem agnatum, & ſi in alienatione feudi conſideratur intereſſe Domini ratione voluntatis, ſi placet, vel diſplicet, vt docet Iſern.in cap.imperialẽ de proh.feud. alien.per Frid.in c.1.§.præterea de cap. Corrad.& vtrobique allegat tex.in l.fin. ff.de vſu, & hab. meritò cum Dñs certas pſonas vocauerit, ad quas ordine ſucceſſiuo feuda peruenire debent, ppeà hunc ordinem peruertere, & excludere vnam perſonam, & includere aliam, eſt facere contra voluntatem Dñi, eſt facere cõtra legem inueſtituræ, & eſt contemnere ipſũ Dominũ; vnde nimirum ſi diſpoſitio erit nulla intantum, quod propter contemptum imponitur pœna amiſſionis feudi,

26 & text.in c.1.de alien.feud.pat.qui diſponit, quod inter agnatos ſit permiſſa alienatio feudi paterni, intelligi debet, prout ius intelligit, ſcilicet per modum refu-

refutationis, quæ eſt permiſſa in agnatū proximiorem,& nil refert, quod loquatur in numero plurali: nam pariter inueſtitura facta pro ſe,& hæredibus,vel pro ſe, & liberis, quæ comprehendit omnes hæredes,& omnes liberos,intelligitur tamen ordine ſucceſſiuo,& prout ius intelligit, & in feudis intelligitur de maſculis,& vbi viuitur iure francorum, intelligitur, vt primogenitus excludat ſecundogenitum,ſic in illo text. eſt permiſſa alienatio inter agnatos ſcilicet proximiores, & ordine ſucceſſiuo inter eos iuxta text.in cap. I.an ille, qui interfec. frat.Domini ſui.

17 Sic & pariter minimè obſtat text. in cap. I. §.& ſi clientulus in verſ.ſi verò de alien.feud. vbi alienatio per libellum facta fratri,vel nepoti ſtabilis manet etiam ſine voluntate Domini:nam intelligitur, quando nepos, ſeu frater erat immediatè ſucceſſurus:nam ſi text.in d.cap. I. de alien. feud. pat. dicit,quod alienatio facta per libellum non eſt verè alienatio; ſed refutatio,& refutatio,vt dixi,non eſt aliud,niſi tollere ſe de medio,cedere loco,& anticipare ſucceſſionem,& proptereà non fit,niſi in immediatè ſucceſſurū, ergo text.in §. & ſi clientulus hanc recipit

18 pit interpretationem,nec pariter obſtat text.in §.ſed & res,per quos fiat inueſtitura: nam ſecundum intellectum à nobis datum non loquitur in caſu,de quo agimus; ſed in re feudali prohibita alienari per hominem vltra prohibitionem legis, vt poſſit illa alienari inter homines de familia pro æquali pretio, & hoc reſpectu,vt dixi,prohibitionis hominis; ſiquidem de iure antiquo feudorum poterat feudum alienari neceſſitate ſuadente abſque aliquo aſſenſu;ſed Dominus præferebatur,& Domino proximus agnatus, & poterat etiam infeudare iuxta text. in cap. I.in princ.& in §.porrò,qual.ol.pot. feud.alien. & rurſus intelligo prædictum text. etiam cum aſſenſu; ſed dubium faciebat prohibitio hominis,& ius feudale ſe conformat cum iure communi Romanorum, vt inter illos de familia res prohibita alienari poſſit diſtrahi; ſed hoc cū ſollemnitatibus à iure requiſitis ſcilicet cum aſſenſu.

Ex quibus remanet fundata, & defenſa opinio Andr. quam latè defendit Bald.allegando Iſern.in d.cap. I.de alie. feud.3.col.& omnes Doctores tenuerunt hanc opinionem; ſed media opin. fuit, vt in vita feudatarij alienantis ſuſtineatur alienatio, quod nullo iure cauetur non exiſtente conſenſu Domini; aliud.n. eſt præiuditium agnatorum, & hoc, vt ſupra declarauimus,non inducit nullitatem actus, cum per alienationem nō fiat agnato præiuditium, & propterea ſemper, quod fit cum aſſenſu Domini, valebit alienatio quò ad Dominum reſpectu iuris ipſius feudatarij; cumq; non poſſit præiudicare agnato, meritò mortuo feudatario reſoluitur alienatio; ſed quando alienatio non habet aſſenſum, & diſpoſitio eſt contra inueſtituram, & contra legem feudi,quis dicit,quod momento tēporis poteſt alienatio ſuſtineri,& hoc firmauit Andr. ſupra, quod cum alienatio fiat ſine aſſenſu, non expectatur mors alienantis,& in d.cap. Titius verſ.quod ſi Titius, vt latè hic per Modern. in verb. mors alienantis,ex quibus ſit expedita præſens Lectio.

SVMMARIVM.

1 *Agnatus immediatus feudi ſucceſſor conſentiendo extraneum de feudo inueſtiri,licet non reuocet ipſe, auocabunt tamen poſt illius mortem filij, & ſequentes agnati ſecundum Andr. communiter receptum.*

2 *In feudo quo pacto dicatur occultari vnus actus.*

3 *Feudum conceſſum patri, & filio intelligitur ordine ſucceſſiuo.*

4 *Actus voluntarij diſtinguuntur ab actibus iuditiarijs. binc notabiliter infertur,vt nu.ſeq.*

5 *Sententia lata in feudo nocet Domi-*

O 3 no,

no, vel agn[illegible] etiam illis ignorãtibus, & [illegible]ntibus, quicquid dixerit Fric. circa conſenſum agnatorum, in errorem lapſus ſub Andr. authoritate.

5 *[illegible]lius ſtatim vt de feudo inueſtitur, e[illegible] ius legitimus defenſor, et pro eo [illegible]quitur veluti pica, et organu[illegible], & videtur mandatum habere à primo concedente, cuius repreſentat perſonam.*

6 *Exceptio rei iudicatæ vt obſtet, triplicem ide[illegible]m concurrere debere eſt iuris regula conſtitutum, ad quam inſignis, & vtilis affertur declaratio rei etiam iudicatæ authoritate communita.*

7 *Agnati conſenſus nec agnatis, nec filijs obſiſtit, quin feudum alienatũ reuocare poſsint ſecundum Andr. iſthæc tamen traditio eſt ſano modo intelligenda, & nu. ſeq. & 23.*

Hæres tenetur habere ratum factũ defuncti iuxtà vulg. iuris regulã, quæ tñ declaratur, & limitatur.

8 *Obligatio alicuius ſimplex de non contrauenĩedo longè diſtat ab ea, quæ fit pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, & nu. 23.*

9 *Teſtator in dubio nõ præſumitur diſponere de re hæredis ſecundum Bald.*

Hæres quando teneatur habere ratum factum defuncti etiam ſi veniat ex propria perſona.

10 *Mulieres, dum à parentibus nuptui traduntur, quales faciant renuntiationes.*

11 *Feudi alienati reuocatio quando filijs, vel agnatis competat. In hoc articulo Andr. diſtinctio recenſetur, ſuper qua latiùs inſiſtit D. Author, & nu. 16. cum ſeqq.*

12 *Feudum hæreditarium quando dicatur, & quando ex pacto.*

13 *Feudi hæreditarij ſucceſſor debet eſſe hæres defuncti ad hoc, vt feudum obtineat.*

14 *Feudum alterum eſt paternum, & alterum auitum ſecundum Andr. poſt gloſ. ſed iſthæc diſtinctio ſat apertè conuincitur nu. 19.*

15 *Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis.*

17 *Feudi hæreditarij ſucceſſor dicitur hæres in ipſo feudo, quippè quod cum hac defertur qualitate.*

18 *Hæres in feudo tripliciter conſideratur, vt diligenter, & rectè hic exponitur.*

19 *Gloſ. in verb. inueſtiri ex pluribus euertitur, nec Andr. concordia poteſt admitti.*

Filius etiam in feudo ex pacto tenetur eſſe patris hæres, & non poterit illius facto contrauenire, niſi fecerit inuentarium.

20 *Sed Andr. hic videtur notari de contrarietate.*

21 *Hinc adducitur Capyc. conciliatio; ſed manifeſtè confunditur.*

22 *Qua exploſa affertur Moder. Add. intellectus, & ex pluribus defenditur, & commendatur.*

23 *Sententia D. Authoris de eadem re.*

LECTIO X. aliàs XIX. in ordine.

1 QVò ad quartam concluſionem, quod cõſenſus agnati præiudicet ſibi tantum; non autem eius filijs, vel alijs agnatis, ita ꝙ mortuo cõſentiente filius vel alius agna-

agnatus,qui veniret poſt filium, reuocaret,& ſic de ſingulis (Domini) hæc eſt communis ſententia Doct. ſed dum Andr.dicit,quod hoc dicit gloſ. ego non reperio illam hoc dicentem, videlicet,ꝗ valeat alienatio in vita, & poſt mortem reuocetur; ſed benè, quod in feudo paterno filijs præiudicetur, ſecus verò in feudo ab anteceſſoribus acquiſito, de quo dicto inferius cum Andr. tractabimus; ſed loquendo ſecundum quæſtionē Andr.dico, quod opinio eſt indubitata, vt qui non conſenſit, reuocet, loquendo de agnato tantum,& dabitur ſecundum Andr. & Aluar.hic vtilis rei vendicatio ex reg.text.in l.3. C.de donat, quæ ſub
2 modo,& dicuntur plures donationes ad tempus factæ,vt inferius videbimus cum Andr.& videtur apertum feudum Domino, per mortem primi ſibi retraditum,& ab eo poſtea alteri conceſſum, ita quod occultatur vnus actus propter celeritatē coniunctionis ipſorum,vt ad propoſitum declarat Andr.in cap. imperialem in §. prætereà ducatus ante nu.38.de prohib. feud.alien.per Frid.vbi elegāter Camer.

Quam concluſionē probat peroptimè text.in alleg.cap.1. de alienat.feud.pat. ibi,ad quos quandoq; feudum eſt reuerſurum,& ſic non tātum ad agnatos proximiores; ſed ad omnes, ad quos quandoq; ideſt aliquo tempore feudum eſt reuerſurum:quia habent omnes ius de per
3 ſe, cenſetur enim feudum datum per ordinē,vt in vita patris habeat pater, poſt mortem filius, & ſic de cæteris, Andr.in cap.1.nu.7. de inueſt. de re alien.fact.in cap.1.an agnatus ante nu.10.& propterea cum omnes tangat, omnes conſenti-
4 re debent,& hæc eſt differētia (Domini) inter actus voluntarios, & actus iuditiarios, vt peroptimè diſtinguit Bart.in l.in diem ff.de aqu.plu.arc.vt in actu voluntario omnes debeant conſentire,ad quos res deuenire debet; in actu verò iuditiario ſufficit conſenſus eius,cuius eſt prima cauſa,& ita procedit tex.in l.1.§.penult. ff.de ventr.inſpic.& eandem diſtinctionē inter actus voluntarios,& iuditiarios ſequutus fuit Andr. in cap.1. §.quid ergo de inueſt.de r[illegible]ien.fact. ſecundū quam
5 diſtinctione[illegible] dec[illegible]tur articulus ille,an ſententia lata in feudo noceat Domino, quando ad eum feudum deuoluitur, vel noceat agnatis ſequentibus in feudo ex pacto,vt dicamus ſecundum v[illegible]ros terminos ſententiam nocere,pr[illegible]ut [illegible] c.ſi vaſſallus infra ſi de [illegible]d.det.mil. vbi text.diſponit,ꝗ ſiue aga[illegible] ſiue conueniatur vaſſallus,ſiue obtine[illegible],ſiue non (licet ignorante Domino fiat) omni tempore firmum erit illud iuditium, & idē diſponit text.in cap.1.de contr. inter vaſſ. & alium de benef. qui loquitur etiam Domino abſente, d[illegible]mmodo fraudulēter ibi actum non ſit,dic[illegible] [illegible]i text.in quo notate gloſ.ſollemnem,quæ tradit, ꝗ ſtatim, quod quis eſt inueſtitus de feudo, habet hanc poteſtatem à iure traditam agēdi, & defendendi,& allegat text. vbi eſt caſus in cap.1.§.rei autem de inueſt. de re alien.fact.& ſic habet mandatum, & eſt legitima perſona à iure conſtituta,& videtur mandatum factum à primo concedente, & ſicuti dicimus in feudo ſe reintegrante,quod vaſſallus tanquam pica, & organum illius loquatur pro feudo homine muto, ſecundum gloſ.in Conſti Reg.conſuetudinem prauam,ita hic vaſſallus poſſeſſor quicunque ſit in agendo, & defendendo habet ſemper mandatum primi, & illius perſonam repreſentat, & ꝓpeà malè ſenſit And.in cap.ſi vaſſallus de beneficio ſi de feud. def. mil. qui requirit ſciētiam agnatorum,quem ſequutus fuit ſimpliciter Frec.non deguſtando punctum in 9.differ.inter feudum ex pacto,& feudum hæreditarium,& licet adducat Curt. in hac opinione in 4.par.q. 24.ſi rectè aduertatur, nihil concludit; ſed relinquit cogitandum, diſtinctio. n. quæ ſit ex perſona vincentis,vel victi,nō eſt vera,& eſt de indubitabili, & Dominus nunquam ob lineam finitam capit ex perſona victi,vel vincentis; ſed ex cōtractu reſoluto iure ſuo ex lege feudi,& poſtquam in Domino, qui habet ius de per ſe independens, iura expreſsè volūt, quod præiudicet,& etiam quod ſit ignorans,& abſens: quia à prima conceſſione

fuit

fuit cõceſſa poteſtas feudatarijs agendi, vel defendendi, ergo idem erit in agnatis, & ſi habeat ius a primo, & non ab vltimo poſſeſſore, & ideo text. in l. ex contractu ff. de re iud. determinat, ſufficere ſententiam proferri cum legitimo poſſeſſore, & contradictore, aliàs nunquam
6 daretur litium finis, hinc & notate, & ſi text. in l. cum quæritur cum ll. ſequentibus ff. de except. rei iud. velit, quod adhoc, vt exceptio rei iudicatæ obſtet, tria concurrant, ſcilicet eadem res, idem modus agendi, eædemq; perſonæ; tamen vera, & firma eſt concluſio, quod ſemper, quod in alio iuditio venit diſcutiendum idem ius iam deductum, diſcuſſum, & deciſum dependens ex eodem fonte, etiam quod res ſit diuerſa, etiam quod diuerſus ſit modus agendi, ſemper obſtabit exceptio rei iudicatæ, ita Caſtrenſ. in l. ſi quis cum totum §. fin. per illum text. ff. de except. rei iud. & rationem reddit gl. notab. in l. & an eadem eo. tit. quia ſufficit, 9 ſint eædem perſonæ, eædem res, & idem modus agendi verè, vel interpretatiuè; lex enim non eſt impoſita verbis, propterea ſubſtantia, & radix eſt, vt veniat diſcutiendum idem ius iam diſcuſſum, & deciſum, adducebam ego aliàs in magna cauſa, quæ fuit Comitis Triuenti cum Principe Scillarum, Corn. in conſ. 126. vol. 4. & Ruin. conſ. 71. vol. 5. & ſufficit, quod ex re iudicata aliquid in conſequentiam inferatur, vt obſtet ipſius exceptio, allegatur Corn. in conſ. 62. eod. vol. & ſecundum has deciſiones fuit ibi deciſum, & hæc eſt vera, & cõmunis opinio intantum, quod Alciat. in reſp. 492. nu. 33. non ſolum affirmauerit hanc eſſe communem opinionem; ſed dixerit, quod cum ſit regula, non ſit ab ea aliter recedendum, quam latiùs, doctè, & eleganter declarauit, & proſequutus fuit Couarr. pract. quæſt. c. 13. & Moli. de hiſp. primog. lib. 4. c. 8. qui dicta Doct. omnium reaſſumunt, & hanc opinionem tanquam veram, & cõem firmant, & hanc vos teneatis, & Io. Rayn. in ſuo cõprehenſ. in §. habito igitur n. 27. verſ. ſed nunquid vocãdi ſunt, tangit quæſtionẽ, & nil determinat.

7 Quod verò dixit Andr. quod non tantum agnati; ſed etiam filij poſſunt reuocare, intelligatis vos cum grano ſalis, cõſentiendo agnatus ſimpliciter, repudiando ius ſuum per viam abſtenſionis: nam tunc tollit ſe de medio, ad nihilum obligatur, & eius filius dum reuocat, non reuocat factum patris; ſed exercet ius ex propria ſua perſona ſibi competens, & quando ex conſenſu non poteſt dari nec actio, nec exceptio contra defunctum; tunc hæres poteſt vti iure ſuo, & ſic limitatur text. in l. cum à matre C. de rei vend. quam limitationem poſuit gloſ. notab. in l. Lucius ff. ſol. matr. & eam refert Affl. deciſ. 240. & extollit Aym. in conſ. 200. & hoc voluit dicere Bald. notab. in l. ſi pater C. de inoff. donat. col. fin. quod quando ex facto defuncti non deſcendit obligatio, hæres ad nihilum tenetur, & poteſt agere; ſed ſi pater conſentiendo ſe obligaſſet: quia tunc eſſet venire contra factum patris, tunc ex reg. text. in cap. 1. an agnatus, filius minimè contrauenire poſſet, cum ſit deterioris conditionis, quã agnatus, ita declarat Iacob. de Belu. hic, quem ſequutus fuit Bald. Aluar. & Affli. & Curt. in 4. par. nu. 150. verſ. ſecundò
8 cadit neceſſaria dubitatio, & vos intelligatis declarationem hanc, quando quis non ſimpliciter ſe obligaſſet ad habendũ ratum conſenſum, & ad non contrauueniendum; ſed vltra ſe obligaſſet pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus: nam ſi ſimpliciter ſe obligaſſet non contrauenire, intelligetur de iure ſibi competenti; non autem de re hæredis ex reg. text. in l. qui
9 tabernas ff. de contrah. empt. & licet teſtator poſſit diſponere de re hæredis; tamen intelligitur, quando expreſsè id fecit, & in dubio non præſumitur id feciſſe, vt docet Bald. in l. in teſtamento C. ad l. falc. & hoc potiſſimè procedit, quãdo teſtator habet ius aliquod in re per text. in l. vxor patrui C. de legat. tunc enim ſiue ſcienter, ſiue ignoráter diſponat, ſemper intelligitur diſpoſuiſſe de iure tantum competenti, Bald. in l. fin. C. de hæred. inſtit. quod ſecus eſt, quãdo expreſsè diſponit de alieno: quia tũc hæres tenetur habere

bere ratum, etiam quod veniat ex propria perſona, & in his terminis procedit text. in l.venditrici C. de reb.alien.non
10 alien.& propterea hodie in renuntiationibus, quæ fiunt à mulieribus, dum à parentibus maritantur, non ſolùm promittitur per ipſas, ipſiuſq; hæredes non contraueniri; ſed apponitur clauſula neceſſaria, etiam quod illi ius prætendant ex proprijs eorum perſonis, quod notate: quia eſt ſatis quotidianum in practica, ſic igitur dicatis, & intelligatis deciſ.Iacob.de Belu.quando obligatio eſt, quod nec ipſe, nec ſui hæredes contraueniant.
11 Ex dictis Andr.in verb.quid ſi hic ſequens vſque ad verbum, ſi ergo viuens iure francorum, infraſcriptæ eliciuntur concluſiones.

Prima, quod ſi feudum eſſet hæreditarium, nec filius, nec agnatus poſſet reuocare; ſi verò eſt ex pacto, & prouidentia, tunc agnati, & ſi non ſint hæredes habebunt, & conſequenter reuocabunt, non autem filius, qui tenetur eſſe hæres, niſi confeciſſet inuentarium.
12 Secunda, quod feudum hæreditarium dicitur, quando eſt conceſſum tibi, & hæredibus, ex pacto verò, quando eſt conceſſum tibi, & liberis deſcendentibus.
13 Tertia concluſio, quod qui ſuccedit in feudo hæreditario, oportet, quod ſit hæres defuncti, aliàs non poteſt habere feudum.
14 Quarta concluſio, quod habemus feudum paternum, & feudum auitum.
15 Quinta concluſio, quod feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis.
16 Quò ad primam concluſionem, quãdo eſt feudum hæreditarium, in qua in diſcurſu includentur 3.& 4.concl.eſt de indubitabili, & nemo diſcrepat, & vltra reg.text.in d.l.cum à matre, quod hæres tenetur habere ratum factum defuncti, aduertatur, vt aliàs pluries vobis decla-
17 raui, quod in feudo hæreditario, qui ſuccedit, dicitur hæres in ipſo feudo, & cum hac qualitate feudum defertur, & pro-
18 pterea aliàs dicebam, quod tripliciter hæres in feudis conſideratur, videlicet hæres ſanguinis, & hæc qualitas, oportet, quod ſit in omnibus, hæres hæreditatis, & hoc in feu... ex ... to reſpectu filij, qui non poteſt habere feudum, niſi ſit hæres in allodio, & hæres feudi, & hoc in feudo ipſo hæreditario, de hærede ſanguinis tradidit Bald. in cap.1.de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis, & intelligitis ... eodem ſanguine, quo fuit primus acquirens, ita quod non ſufficit de eadem familia, vel agnatione, vt per Andr.in cap.1.de nat. ſucc.feud.& in cap.1.de grad.de hærede hæreditatis allodij, & de hoc loquitur text.in cap.1 an agnatus, vbi Doctor.de hærede feud. hoc eſt, quod Andr. dixit de feudo hæreditario in cap.1.§.quid ergo in fin.de inue... alien.fact.quem refert, & ſequitur Camer.in §.præterea ducatus car.mihi 105.col.4.verſ.ita tenet Iſern.de proh.feud.alien.per Frider. & allegat Ardiz. idem tenentem, quod latiùs, & eleganter proſequutus fuit Guliel.Pern.in ſuis notabilibus feudorum, quem refert Frec.in 16.differ. inter feudum ex pacto, & feudum hæreditarium; licet ipſe velit hoc certo modo impugnare, & malè; ſi verò habet ſucceſſor qualitatem ſanguinis, qualitatem hæreditatiſ transmiſſam à defuncto, eſt ipſius hæres, & vt talis in feudo à defuncto ad hæredem tranſmiſſo, quid dubij, quod tenebitur habere ratum, & non poteſt venire contra factum illius?
19 Quando verò ſumus in feudo ex pacto, Andr.refert gloſ.& declarat eam ſecundum diſtinctionem præfatam, gloſ.n. in verb.inueſtiri quærit, ſi pater conſentiat alienationi, quam ſuus frater facit, nunquid filio præiuditium facit, primò dicit, quod non: quia habet à maioribus, ſecundò dicit, quod tenetur obſeruare: quia hæres, & nõ poteſt habere feudum, & hæreditatem repudiare ex reg.text.in cap.1.an agnatus, tandem gloſ.dicit, quę dicta ſunt, loquuntur in feudo paterno, & hoc non eſt paternum; ſed ab anteceſſoribus acquiſitum, igitur non iure paterno hoc habet nepos, & ſic gloſ.loquitur in filio, & reſoluit queſtionẽ, vt ſupra.

Andr.modò declarando gloſ.dum ipſa loquuta fuit de feudo paterno, dicit An-

Andr. quod voluit loq. de feudo hæreditario,& dixit pate ..uni, quaſi à patre tranſmiſſum,vt in eo filius non reuocet, & teneatur habere ratum, ſecus verò in alio feudo ex pacto.

Domini gloſ.non poteſt ſaluari,& nihil dixit ponēdo quæſtionem in filio,qui ſemper eſt ... in vtroque feudo,& falſum eſt, quod text.in cap.1. an agnatus loquatur in feudo hæreditario, & quod in eo tantum filius teneatur eſſe hæres patris: nam in feudo hæreditario omnes ſunt heredes,ſiue filius,ſiue agnatus,in feudo verò ex pacto filius tantum, & vti hæres,ſi non facit inuentarium, non poteſt contrauenire f... defuncti ex teg. text.in d.l.cum à matre, vt per Andr. & omnes in d.cap.1.an agnatus,& differētia hæc inter feudum paternum, & auitum eſt vana,& confunditur per text. in cap.1.de nat.ſucc.feud.vbi dicitur,quod feudum paternum eſt id,quod acquiſiuit quilibet ex ſuperioribus, & text. noſter dicit,quod olim dabatur ſucceſſio vſque ad quartum gradum: quia poſteà non dicebatur paternum; ſed hodie vſque ad ſeptimum,& text.in cap.1.de grad.dicit feudum paternum eſſe, quod fuit partis agnationis communis,& ideo Iſern.dixit feudum paternum idem, quod feudum antiquum, & auitum in cap.1. §. præterea ſi vaſſallus, quæ ſit prima cauſ. benef.amitt.cum concordantibus.

20 Vlterius diſtinctio Iſern. in feudo hæreditario eſt vera, in feudo verò ex pacto,dum loquitur de agnatis,benè dicit, quod & ſi non ſint hæredes, habebunt feudum; ſed non filius,qui eſt deterioris conditionis, niſi feciſſet inuentarium, & poſtea dicit hæc feuda habent deſcendētes,& ſi hæredes non ſint; quia non habent à patre, in hoc ipſe ſibimet contrariatur: nam ſi priùs dixit,quod filius tenetur eſſe hæres, quomodo poſtea dicit, quod deſcendentes habent, & ſi hæredes non ſint:quia non habent à patre; hoc enim eſt de directo contra text. in d.cap.1.an agnatus, vbi Andr. ſic intelligit,& idem in cap.1.de alien.feud.par.

21 Capyc.in ſua inueſt.in verb.ex pacto, & prouidentia verſ. tertia declaratio diſputat articulum,an filius teneatur hęres eſſe in feudo ex pacto, & recitat opinionem Ciuiliſtarum, & ponderat ſeptem Deciſiones Andr.quod non teneatur eſſe hæres,& dum tractat de hoc loco, dixit,quod Andr.dum primo loco tradit, quod filius ſit deterioris conditionis,loquutus fuit in feudo nouo;dum verò poſtea dicit deſcendentes, &c. loquutus eſt in feudo antiquo, quem benè reprehenderunt Moder.hic Adden. cum in feudo nouo, & agnati, & filij, & omnes, oporteat,quod ſint hæredes.

22 Moder.Addent.dixerunt, ꝙ principiū loquatur,quando pater deceſſit ab inteſtato, vel filiq hærede relicto, finis verò loquatur, quando deceſſit extraneo relicto hærede:hic enim,quia per filium non ſtat,habebit feudum,& ſi non ſit hæres: quia non habet à patre.

Hoc dictum,vt aliàs declarauimus,eſt in ſe verum,ceſſant enim rationes,quare filius tenetur eſſe hæres,& benè habebit feudum,quod latiùs prędicti Moder.Addent.cumulauerunt in d.cap.1.an agnatus,ꝙ tradidit ibi Iac.de Belu. Bald.Aluar. Præpoſ. & eſt communis ſchola, & declaratio Doctor.Capyc.in ſua inueſti. in verb.hæreditarium feudum 4.concluſ. in fin.Frec.in 10.differ. feudi ex pacto,& feudi hæred. verſ. quid.n. ſi alium inſtituiſſet, rationes in filio ſunt: quia conſequitur feudum patre medio,habet eſſe ab ipſo,afficeretur pater iniuria,decedēdo ſine hærede;ſtrictiùs.n.tenetur defendere honorem patris filius, quàm agnatus,quę rationes ceſſarent,quando paratus eſt ſuccedere, & per ipſum non ſtat, & hoc videtur voluiſſe dicere hic Iſern. ſed hoc modo:nam dixit,quod filius non habebit feudum,niſi feciſſet inuentariū, hæc verba ſunt impropria:nam inuentarium non facit,ꝙ filius habeat,vel non habeat feudum; ſed quod teneatur, vel non teneatur vltra vires hæreditarias, ꝙ confundantur,vel non confundantur bona,ꝙ repreſentet,vel nō repreſentet duas perſonas, voluit.n. Iſern.dicere,ꝙ agnatus non hęres habebit feudum,& ex hoc orie-

orietur, quod poteſt reuocare feudum alienatum, quando eſt feudum ex pacto, & ipſe non conſenſit,filius non poteſt reuocare : quia hæres, ſubdit, niſi feciſſet inuentarium : quia inuentarium facit ſeparationem,non confunduntur bona,nec actiones,ſubdit Andr.arguendo pro hoc dicto.ſ.quod inuentarium iuuet,& dicit: quia hæc feuda habent deſcendentes, & ſi non ſint hæredes,vt dictum eſt ſupra in princ.huius tit.quia non habent à patre,in principio.n.caſus erat, vt filij ſuccederent nulla diſpoſitione defuncti in feudo valente,vel manente:quia non habebunt à patre diſponente, & tunc quia per eos non ſtabat, ſuccedebant, & ſic vult dicere Andr.ſicut quando pater diſponit aliter,quàm ius dictat,filij habent feuda etiam non hæredes:quia non de hæreditate, idem erit facto inuentario : quia reſpectu bonorum propriorum habetur,ac ſi non eſſent hæredes:nam hoc facit inuentarium,& hoc modo Iſern.nõ eſt ſibimet contrarius incontinenti.

23 Sed vlterius videatur, ſi placet,alius intellectus, Andr. loquitur in terminis text.in §.hoc quoque, qui text.loquitur in fratre alienante, vt ſi deceſſerit ſine hærede, feudum ad fratrem deuoluatur.

Poſuit primò quæſtionem Andr.quãdo cum conſenſu agnatus alienat,an præiudicet alijs agnatis, vel filijs ſuis.

Poſuit ſecũdò quæſtionem,quid ſi hic ſequens agnatus eſſet hæres prioris conſentientis,& dum allegat gloſ.noſtram in verb.inueſtiri,& illa tractat primam quæſtionem,non ſecundam ponit.n.caſum in fratre alienante,an præiudicet conſenſus alterius fratris,eius filijs.

Ad quæſtionem,quando eſt hæres,non reſpondet;ſed tractat articulum primum, quando non conſenſit,& diſtinguit inter feudum hæreditarium, & feudum ex pacto,& vos decidatis illam,& dicatis,ꝙ ſi eſt hæres, non ſolum filius ; ſed agnatus non poteſt contrauenire,& nulla differẽtia eſt inter filium, & agnatum, quando eſt hæres, vt benè declarauit Aluar.in cap.1. 3.col.de alien.feud.pat.& Capy. in loco ſupra alleg.in 2.declar.verſ.limita hanc declaratio[illegible]n, quod intelligatis, vt infra.

Andr. modo tractando articulum prędictum de agnato non conſentiente in terminis text.qui loquitur in fratre alienante,& decedente ſine hærede,ideſt ſine deſcendente, vult dicere,quod illi reuocant : quia habent feud[illegible] et. [illegible] non ſint hæredes, quod ſe[illegible]s eſt in filio, ſi non fecerit inuentarium [illegible] & ſequendo quæſtionem in agnato,dic[illegible] ,hæc feuda habent deſcendentes , & ſi hæredes non ſint,ideſt deſcendentes primi acquirẽtis, & ſi hæredes non ſint.ſ.vltimi decedentis,tractando iuxta caſum text.loquentis in fratre,dum ver[illegible]itur,& dicit:quia non habent à patre;[illegible] vos,& dicatis à fratre iuxta caſum text. qui loquitur in fratre alienante.

Sed Domini,nec diſtinctio eſt vera in ſe,ſi attendimus dicta in præcedenti cõcluſione : nam etiam quod filius ſit hæres,nec fecerit inuentarium;tamen reuocabit,ſi non tractamus de alio, quàm de ſimplici cõſenſu adhibito per agnatum, eundemq; patrem alienationi rei ſuæ:nã intelligitur conſenſiſſe pro iure ad eum ſpectante ex reg. text. in l.qui tabernas ff.de contrah.empt.in l.vxor patrui C.de lega.non autem de iure alteri ſpectanti, videlicet filio ex propria perſona poſt mortem patris, qui ius extinguibile, & reſolubile habebat per eius mortem, vnde oportet intelligere Andr. quando vltra conſenſum obligauit ſe,ſuoſq; hæredes ad obſeruantiam, etiam quod veniretit ex propria perſona, vel ius etiam ſucceſſorum obligaſſet.

De quæſtione illa, quæ nam ſit verior opinio Ciuiliſtarum,vel Iſern.quod filius teneatur eſſe,hæres,nec poſſit aliter feudum habere, & quomodo intelligatur text. in cap.1.an agnatus, quod diſputauit Capyc. vbi ſupra,latius dicemus ſua die in repetitione illius text. vbi cadit articulus,& intellectus illius, quem articulum latè exarauimus in opere de Poteſtate Proregis in titulo de aſſenſibus Regijs ſuper dotibus §. 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Feuda omnia ſunt ex pacto, & prouidentia; diſtinguuntur tamen in hæreditaria, & non hæreditaria, & quæ ſint iſta, declaratur.*

Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis ſecundũ Andr. communiter receptum, & de hoc nemo hæſitauit ſecũdum D. Auth. & nu 22. & obtinet ẽt reſpectu extranei hæredis, dummodo non agat aduerſus legitimum ſucceſſor... & ibi de ratione, nec ſit ad feudum inhabilis, cui ius reſiſtat nu. 25.

2 *Feuda ex pacto non hæreditaria ſucceſſione; hæreditaria verò tranſmiſſione à defuncto in hæredem acquiruntur.*

3 *Feudum conceſſum pro te, & heredibus ex corpore eſt hæreditariũ ſecundum Andr. frequentiùs receptum, & ita deciſum exploſa Siculorum ſententia. Idq. inconuincibili ratione fundatur, & nu. ſeqq. & obtinet etiam ſi viueretur iure Frãcorum aduerſus Afflict. nu. 7. cum ſeqq.*

4 *Specierum enumeratio an reſtringat genus expreſſum remiſſiuè.*

5 *Liberorum appellatione omnes deſcendentes continentur.*

6 *Doctr. Andr. in §. præterea ducatus expenditur, & ingenioſè declaratur.*

8 *Feudi natura prout nõ alteratur ex prærogatiua ſexus, ita pariter nec ex prælatione maioris ætatis.*

9 *Primogeniti culpa in terminis Conſit. Reg. vt de ſucceſſionibus non nocet ſecũdogenito, nec agnatis in feudo ex pacto ſecundum Andr.*

10 *Regnum Siciliæ eſt hæreditarium.*

11 *Vaſſallus non poteſt aſſignare feudũ vni ex filijs quando viuitur iure Francorum ſecundum Andr. ẽt ſi ſit hæreditarium ſecundum D. Auth. & ibi de ratione.*

12 *In feudis conſideratur duplex intereſſe, nempè Domini, et agnatorũ.*

13 *Feudum cum Domini aſſenſu poteſt alienari nedum in filios; ſed etiam in extraneos.*

14 *Feudum, in quo viuitur de iure Francorum, poſſe cum primogeniti cõſenſu alienari tradidit Andr. hic; cuius tamen doctrinam argumentando à ſufficienti partium enumeratione ingenioſè confutat D. Author.*

15 *Feudum ex pacto nouum habet vim hæreditarij.*

16 *Feudi conceſſio de iure Francorum non excludit agnatos, licet plurium concurſum reſpuat, & primogenitum præferat.*

17 *Feudum in dubio, et ſic illius inueſtitura nõ apparente inſpectis conſuetudinibus feudalibus preſumitur ex pacto, licet ab intellectu iuris ſit tranſitorium ad hæredes, et hæc eſt frequentiùs recepta ſñia.*

18 *Feudum in caſu præſcriptionis intelligitur præſcriptum cum natura à iure, vel conſuetudine data ſecundum Bald.*

19 *Feuda in Regno num preſumantur hæreditaria.*

Neapod. & ſequaces affirmant.

Nicol. de Neap. & eius ſectatores negant, & hanc ſententiam D. Auth.

Auth. iuris authoritate, & ſatis munitis rationibus comprobat, atque confirmat, & nu. ſeqq.

20 *Inueſtituræ forma communis pro te, & hæredibus in Regno non præſumitur ex frequētioribus Doct. placitis, & ibi de ratione.*

21 *Text. in cap. Reg. conſiderantes retorquetur aduerſus Neap. et eius Aſſeclas, et ibidem de cauſa inductiua diſpoſitionis illius capituli.*

22 *Feudum ex pacto an veniat in petitione hæreditatis, vocatū eſt in controuerſiam, in qua D. Author poſt relatas diſsidentes Doct. opiniones, negatiuè concludit et reſpectu filij, & firmis, conquiſitisq. mouetur rationibus, & nu. ſeqq.*

23 *Hæreditatis petitio nō fundatur ſuper dominio; ſed ſuper qualibet defuncti poſſeſsione: eſt benè verum, eam non dari aduerſus titulo poſsidentem.*

24 *Poſſeſsio naturalis vaſſalli eo mortuo conuolat, & conſolidatur cum ciuili exiſtente penes Dominum directum.*

LECTIO XI. aliàs XX. in ordine.

1 DVæ concluſiones explicādæ remanſerunt in præcedenti Lect. vna fuit, ꝙ feudum hæreditariū eſt, quando eſt conceſſum tibi, & hæredibus; feudum verò ex pacto tibi, & liberis, & deſcendentibus; altera concluſio, quod feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis, & has concluſiones firmauit Andr. tam hic, quàm in cap. 1. §. & ſi libellum de alien. feud. pat. & in c. 1. an agnatus, quodq; feuda hæreditaria veniant in petitione hæreditatis, dixit ipſe pluries tā in dictis locis, quā in alijs cumulatis per Mod. Add. & hæc ..t communis ſchola omnium Do... ..iàs declarauimus in præludijs, aduertend.., ꝙ omne feudum eſt ex pacto, & prouidentia, ſiue hæreditarium, ſiue non hæreditarium, & in omni feudo conſideratur prouidentia, & pactum tam concedentis, q̄ reci..i. ..tis; ſed vnum dicitur conceſſum ſ.. no.. .. hæredis, & alterum ſub nom..e liberorū, vt peroptimè declarat And.. in d. c. 1. 1. col. de alien. feud. pat. quem ſ.. quitur Came. in rep. c. imperialē car. 48. 2. col. in princ. & cart. 61. 1. col. verſ. ſeptimò, latè idem Camer. in §. præterea ducatus 4. col. & declarauit Pern. in 2. notab. & hoc voluit dicere Andr. in c.. ..qui ſucc. ten. in fin. vbi dicit, ꝙ quædam ſunt ..uda paterna hæreditaria, quæ veniunt in petitione hæreditatis, & quædam non hæreditaria: ſanguis. n. & qualitas hæreditaria cōcurrunt, & ſanguis regulatur à qualitate prædicta, de quo latius per Camer. in lo-
2 co, de quo ſupra; hinc feuda ex pacto nō hęreditaria dicimur habere ſucceſſione, hæreditaria verò tranſmiſſione à defuncto in hæredem, vt ne dum ſuccedamus primo; ſed à moriente transfertur in nos ſanguis, & qualitas hęreditaria, & ſic loquitur Andr. in c. 1. §. quid ergo de inueſt. de re alie. fact. & hāc diſtinctionem feudi hæreditarij, & non hæreditarij per prius fecit Bart. in l. vt iuriſiur. §. ſi liberi ff. de oper. liber. Odoffr. in l. item videndū §. fin. ff. de pet. hær. & ſic cōiter Docto. & de feudo hæreditario loquutus fuit text. in c. 1. qui ſucc. ten. in c. 1. §. fin. apud quē, vel quos, c. 1. de clet. qui inueſt. fec.

3 Domini plures in hoc inſurgunt q̄ſtiones; ſed ego breuiter quatuor tantū tractabo, & perſtringam, prima illa eſt, an inueſtitura pro ſe, & hæredibus ex corpore faciat feudum hęreditarium, ſecunda quid in inueſtitura prædicta in feudo, vbi viuitur iute Francorū, tertia quomodo prę́ſumatur in dubio feudū, & ex ea cotrelariè videbimus, q. d. in Regno; poſtq̄ illud eſt hæreditarium, & vltima quęſtio erit, quomodo procedat hoc. ſ. feudum venire in petitione hæreditatis.

P Quò

Quò ad primam c ·luſionem,vt feudũ conceſſum hæredibı ⸱ corpore, prout eſt forma cõmunis i e,ſit feudum hæreditarium, noı. aabet dubitationem, quicquid Siculi,& alij dixerint, ita Iſer. in d.§.& ſi libellum, Capyc.in ſua inueſtit.in verb.hæreditarium,verſ.prima cõcluſio. practicatur,& fuit deciſum, dic ,& ıter tenetur,idem Capyc. in ve..&hæ ibus ex ſuo corpore legitimè deſcend· bus,Camer.in repet.cap. an agnatus 2].Neapo.in conſuet.& ſi teſtator,Affl.in cap.noſtro,& non vagando in argumẽtis illorum, i verè terminos feudales non percepe. nt, dico, qđ ratio viua,& irrefragabilis eſt, quod iſta reſtrictio hæred orpore non facit, ꝙ feudum ur cõceſſum pro hæredibus; ſed reſtringit verbũ hæredibus, ꝙ tanquam genus plures heredes cõprehẽdebat,& ſicut verbum heres comprehendit maſculum, & fœminam, & extraneum,& ſuum,& ſecundum Reg.Conſti. vt de ſucceſſ.non ſolùm deſcendẽtes; ſed collaterales,videlicet fratres,inueſtitura hęc nil aliud facere voluit,niſi reſtringere ſucceſſionem ad certam qualitatẽ hæredum,& ſicut ius cõe feudorum reſtringit hoc verbum ad maſculos,& ad heredes ſanguinis, & ad hæredes deſcendentes,loquendo in feudo nouo, & Conſtit. ampliauit ad fratrem, & tamen de iure cõi feudorum datur feudum hęreditariũ, & ſic de iure Regni;ita pariter non fecit aliud hæc inueſtitura pro hæredibus ex corpore,niſi vocare hęredes;ſed non oẽs: aut.n.oportet negare dari feudum hęreditarium,aut ſi illud datur (prout eſt indubitatum) & dicunt eſſe,qñ inueſtitura eſt pro ſe,& hæredibus, ergo ſubſequentia verba reſtringentia verbum hæredes, non poteſt ſundari,ꝙ mutent verbum;ſed benè reſtringant,& declarent: excipit.n. inueſtitura implicitè hæredes extraneos, & limitat in hæredibus ex corpore, cum ergo exceptio,& limitatio debeat eſſe de regula ſecundum latè tradita in propoſito per Andr.in c.1. qui ſucc.ten. ergo ſemper conceſſio eſt pro hęredibus,& quæſtiones poſitæ per Doct. quando exprimitur genus,& poſtea declarãtur ſpecies ipſius,fuerunt,ſi per enumerationem ſpecierũ genus reſtringatur,& limitetur, non autem vt mutetur, & ſi enumeratio ſpecierum fuit declaratiua, vel taxatiua, de quo per Bart. altiùs in l. quæſitum §. fin.ff.de fund.inſtr.ſed quomodolibet ſit, ſemper tamen datur præexiſtentia gene-
5 ris,ſicut dicit text. in l.liberorũ de verb. ſign. vt ipſorum appellatione omnes deſcendentes comprehendantur;ſed quãdo fit enumeratio nepotum, fit ad declara-
6 tionem,& reſtrictionem;& licet ponderetur deciſ.And.in §.præterea ducatus ibi; ſed ſi dicatur feudum cõceſſum Titio,& liberis ſuis,vel hæredibus ſuis deſcendẽtibus;ſicut eſt forma conceſſionis in hoc Regno Siciliæ, hoc eſt feudum ex pacto, &c.aduertatur primò,ꝙ hęc deciſio eſſet contra illam concluſionem indubitabilẽ, ꝙ feudum pro hæredibus eſt feudum hęreditariũ, proptereà intelligatis vos Andr.vt benè Addẽtes ibi,vt dictio illa,vel; vult dicere non, ſcilicet conceſſum tibi, & liberis non hæredibus tuis, vt eſt cõis forma,vel dicatis, quod dum poſt prędicta verba dicit hoc eſſe feudũ ex pacto, & prouidentia,dicatis inquam reſpõdere ad primum dictum,qñ eſt conceſſum Titio,& liberis ſuis,aliàs cõtradiceret Iſer. dictis per eum hic, & in alijs locis aliàs allegatis;ſicut ẽ contra dum Iſer.in c.1. §.huius autẽ generis, ex quib.cauſ.feud. amit.dixit eſſe feuda hæreditaria,quãdo pro ſe,& hæredibus,vel pro ſe, & liberis nominibus nõ expreſſis:nam nec hoc eſt verum; ſed loquutus eſt ibi Andr.ſecundum opin.Moder. quam ipſe reprobauit in d.cap. 1. an agnatus: quia aliàs nunquam eſſet dare feudum ex pacto, vt dixi in cap.noſtro in princ. vt ibi bene aduertunt Moderni Addentes.

7 Ex hac concluſione, vt ſupra firmata oritur reſolutio ſecundę concluſionis ſupra propoſitæ, vt idem dicamus etiam in feudo, vbi viuitur iure francorum, quicquid dixerit Affict.& cum eo pariter Siculi, vt fuit Cannet.in repetit.cap. volentes, & Pernus in conſ. 7. Capyc. enim in ſua inueſtitura in verb.ex pacto,

&

& prouidentia refert iudicatum eſſe hæreditarium,ꝙ latiſſimè proſequitur Loffr. in ſuo conſ.1.quæ concluſio ex fundamētis factis in antecedenti concluſione non
8 poteſt habere difficultatem:nam ſi inueſtitura prędicatur de hęredibus,mos frācorum nil aliud facit, niſi inter hæredes dare prælationem, & hoc probat in ſpetie Conſt.Reg.vt de ſucceſſ.in princ.ibi, vt mulieri maſculus præferatur, necnon maioris ætatis inter eos, qui viuunt in Regno ſpetiali iure francorum, cumq; reſpectu pręlationis mulieris feudi natura non alteretur, ergo nec etiam alteratur inter ipſos maſculos, & hoc voluit dicere Iſern.in S. præterea ducatus in 1. addit. 3.col.ibi infeudationes nouæ in Regno, in quibus primogeniti præferuntur; ſed melius hoc optimè declarauit in c.1.S.præterea ſi vaſſallus,quæ ſit prim.
9 cauſ.benef.amitt.vbi tractando quæſtionem,an delictum primogeniti noceat ſecundogenito in terminis Conſtit.vt de ſucceſſ.& concludēdo,vt minimè noceat ſecundogenito,nec agnatis,quando feudum eſt ex pacto, reſpondet ad conſtitutionem,& dicit,ꝙ Conſti.dat prælationē ſucceſſionis,& illam coarctat; ſed nō immutat naturā; vnde cum nil aliud faciat ius francorum,niſi dare prælationē inter perſonas vocatas,punctus nō eſt in more francorum,& qui vocentur; ſed cum qua qualitate,ergo totum dependet à verbo hęredibus;ſed vocatis poſteà ordine ſucceſſiuo, nil.n.infert ad qualitatem hæreditariam,ꝙ vocentur ſucceſſores inſimul, vel vnus poſt alium; ſed quid in hoc im-
10 moramur,non ne Regnum noſtrū eſt hæreditarium,vt dicit noſtra Conſtit.incip. cum hæreditarium Regnum noſtrum, & Conſtit.Reg. poſt mundi machinam ibi, cum igitur Regnū Siciliæ noſtræ Maieſt. hæreditas pretioſa,ꝙ tradidit Andr.in d. S.quid ergo de inueſt.de re alien.fact.āllegās inueſtituram factam Carolo I.Capyc.in inueſt.in verb. de caducitate ſucceſſionis in verſ.limita ſecundo caſu,Camer.in repet.c.imperialem cart.97.lit.F, in princ. & tamen inueſtituræ cantant omnes pro hæredibus ex corpore,ita qđ
11 ſuccedat primoge[illegible]tus, & dum Andr.in cap.omnes fil[illegible] feud.def.mil.tradit, ꝙ non poteſt pater aſsignare feudum vni ex ſuis hæredibus,quando viuitur iure francorum, benè dicit: quia ſine aſſenſu non poteſt alterare naturam,& legis inueſtituram, qđ procedit etiam in feudo hæreditario, vt aliàs decl[illegible] princ.noſtri text.feuda.n. [illegible]cipiunt natu-
12 ram à lege inueſtiturę,& [illegible]ntereſſe agnatorum eſt vnum,& intere[illegible]e Domini etiā voluntatis eſt aliud, quod Dñi intereſſe in omni feudo conſideratur, ſiue hæreditario,ſiue ex [illegible]acto: hinc etiam in feudo ex pacto,ſi D[illegible]s non aſſentit alienationi, nil deſeruit cōſe[illegible] agnatorum,ex quibus indubitanter conc[illegible]. Et feudum conceſſum pro hęredibus ex corpore,ēt, vbi viuitur iure francorum, eſſe feudum
13 hęreditarium,& ob id iuſtè cum aſſenſu permiſſam eſſe quamlibet diſpoſitionem tam in filios, q̃ in extraneos, vt per Camer.in d.S.præterea ducatus car.102.in lit.S,qui adducit deciſ.Iſern.maximè qñ in aſſenſu eſt facta mentio de primogenito,dum diſponitur in ſecundogenitum,
14 de quo latè Frecc.in 1.q.& ex hoc Domini infero,ꝙ malè ſenſit Iſer.in cap.noſtro nu.8. dum conterit tempus in vēditione feudi facta per patrem cum conſēſu primogeniti,& ponit quæſtionem in feudo,in quo viuitur iure frācorum:nam aut dicimus illum loqui in feudo ex pacto,aut in feudo hæreditario, ſi in feudo ex pacto non poteſt præiudicare primogenitus per ſuū conſenſum nec fratribus, nec agnatis, & Conſtit.nihil immutat,& hoc tenuit notāter Iſern. in d.S.præterea ſi vaſſallus,aut ſumus in feudo hæreditario, & non requiritur conſenſus, vnde vanum eſt diſtinguere, ſi ſuperuiuat, vel non ſuperuiuat primogenitus, & ſi dicimus Andr. loqui in feudo nouo, pariter
15 non procedit: quia in feudo nouo datur patri libera diſpoſitio,ēt in feudo ex pacto: omnes.n. ſunt hæredes primi acquirentis, & dicuntur tunc feuda ex pacto habere vim hæreditaꝛij, vt per Andr. & cōiter Scrib.in c.1.de alien.feud.pat. &
16 per Camer. ſuperius allegatum, nec eſt

 verum

verum,ꝙ in feudo, . viuitur iure francorum,dicatur eſſe f. conceſsionem primogenitis tm̄,& non agnatis:nam oēs ſunt vocati;ſed inter eos habet locū prælatio,vt vnus, & maior natu præferatur, quando ſunt plures concurrentes in eodem gr . & etiam quod feudum eſſet dat . primogenitis,nō ne ſunt vocati omnes . infinitum,& quæ nam differentia e inter hanc inueſtituram, & illā pro T ,& liberis,vel pro Titio, & filijs,vel pro Titio, & deſcendentibus reſpectu eius,ꝙ omnes ſunt vocati,& ipſemet Andr. hoc confunc in fine quæſtionis, dum non poteſt n garc, quin agnati non includa ; ſed dicit,quod inter eos . erunt primogeniti; ſed ego fateor;ſed oēs erunt in infinitum.

17 Quò ad tertiā concluſionem,quomodo in dubio feudum præſumatur,quādo non apparet inueſtitura,& hæc quæſtio diuiditur,vt dixi,quid de iure cōi feudorum, & quid de iure Regni. Domini vera , & cōis concluſio eſt, quod feudum de iure cōi feudorum præſumatur ex pacto , & non hæreditarium,& quod dicitur,quod quis acquirit pro ſe, & hæredibus,intelligitur quò ad tranſmiſsionem,ita ꝙ non ſit perſonale, & eſt veriſsimum in primo acquirente, quod oēs erunt ſui hæredes, & pro illis acquiſiuit,ita eleganter Iſern. in d.c.huius autem generis,venit hoc ab intellectu iuris,& ius intelligit pro filijs, & liberis iux.text.in d.§.& ſi clientulus, & ſi propter expreſsionem , quando fit mentio de hæredibus, inducitur feudum hæreditarium,ſequeretur,quod hoc aliàs non operaretur, item omnia feuda eſſent hæreditaria : quia vnuſquiſque cenſetur acquirere pro ſe,& hæredibus ſuis, quod eſt falſum,& ita tenuit hic Affl.& Capy. in verb. hæreditarium in ſua inueſtitura 3.concl.& ſic ſemper intelligitur,ꝙ ſæpè ſæpiùs dicit Andr. qđ quis acquirit pro ſe,& hæredibus ſuis,quæ latè, & eleganter explicauit,& declarauit Camer. in reper.cap. t.an agnatus q. 2 t. num. 137.

18 ppea Bald.in l.liberti, libertęq; nu. 3 t. C.de oper.libet.dicit,ꝙ preſcripto feudo intelligitur præſcriptum cum natura à iure,vel conſuetudine data, & idem tradidit in cap.fin.de feud.dat.in vicē legis commiſſoriæ,quam opinionem etiam latiùs confirmauit,& declarauit Loffr.in d. conſ. 1.nu. 120.& latè Io.Tho.de Mat.in tract.generis,&qualitatis feudorum car. 10.verſ.videamus modò ſm̄ dubium,vbi dicit hanc eſſe cōem,& veriorē opinionē.

19 Sed quid in Regno,in quo ſecundum Neapo.in conſu.& ſi teſtator omnia feuda ſunt hæreditaria, quem ſequutus fuit ſimpliciter Loffr. in præalleg. conſ. 1.& Capyc.vbi ſupra,ita refert tenuiſſe Ant. de Alex.& Affl.ſequitur Neapod.in c. t. de inueſt. quam Titius accepit à Sēpronio,ꝙ potiſsimè fundatur ab illo indubitato aſſumpto, qđ Regnum iſtud eſt hæreditarium, & conſequenter, quod iudicatur de Regno,iudicari debet de membris,quæ dependent à capite,vt notabil. tractat Pau.de Caſtr.in conſ.264.2.vol. & cōiter allegatur cap.Reg.cōſiderātes.

20 Teneatis vos contrariam opinionem,& pro fundamento principali præmittatis concluſionem illam cōem omnium, ꝙ in Regno cōis forma inueſtituræ pro te , & hæredibus non pręſumitur autho. Andr. in Conſt.Reg.vt de.ſucceſſ. Luc.de Pen. in l. 1. C. de impon.lucr.deſcript.lib. 10. Affli.hic in verſ.quid autem ſi inueſtitura feudi dicat, Pern.in conſ. 14. Ann. in repet.rubt.de vaſſ.decrep.ætat. nu.37.

Si ergo cōis forma inueſtituræ in Regno non præſumitur, & hæc eſt cōis omnium opinio, & Regnum eſt conceſſum ſecundum cōem formam inueſtitutæ,& rōnem reddit Loffr.in loco præalleg. quia reperiuntur diuerſæ inueſtiturę in Regno cōceſsionum feudorum , ergo non eſt vera opin.tenentium contrariū,& inſimul patet reſponſum omnibus ſupra alleg. imò

21 tex.in d.c.conſiderantes retorquetur,& probat hanc opin.irrefragabiliter:nam dicit,ꝙ oēs illi,quibus ſunt conceſſa feuda pro ſe,& hæredibus,& ſic pōdera dictionem illā,quibus ad text.in l.cunctos populos C.de ſum.trin.& fid.cath.& hoc modo ponderat, declarat, & tenet Nic. de Neap.Doctor celeberrimus,quem ſequitur , & latiſsimè hanc opin. fundauit

Ca-

Camer.in d. repet. an agnatus q.21.qui reſpondet ad omnia pōderata per Loffr. & cum Neapod.ſe fundet in d.cap.conſiderantes, quód demonſtratum eſt contrariū probare,propter eà de autho.Neapod.non eſt curandum, & verè text.ille fuit conditus ad tollendam erroneā opinionem aliquorum,qui volebant,ꝙ ſtante inueſtitura facta pro hæredibus ex corpore tranſuerſales nunquam ſuccederēt etiam in feudo antiquo, text. ille voluit tollere hoc abſurdum,cū ſufficiat, quod ſint de corpore primi acquirentis,& hāc opinionem tenuerunt Addēt.ad Neapo. quod etiam tenuit prædictus de Marinis in tutulo de feudo hæred.tit.5. verſ.tertius,& vltimus punctus num.31.& ſicut Eccleſia concedens,vel quis habens feuda ab Eccleſia non apparente inueſtitura,haberet inquam, prout ius commune feudorum intelligit,ita etiam in Regno noſtro, qui in Regno ſibi conceſſo cōcedentem repræſentat, & tanquam feudatarius exercet iura feudi,ita quod aliud eſt inueſtitura feudi in ſui perſona, & aliud eſt ipſum exercere iura feudi, vti miniſtrum, & repreſentantem perſonam concedentis, & ſic reſpondetur ad Paul.de Caſtr.iura.n.feudalia ſunt recepta in Regno,& ſecundum illa iudicamus, nec ab illis recedimus,niſi in his reperimus illa ſpetialiter correcta,& cum videamus, ꝙ Rex faciat diuerſas conceſſiones,& Inueſtituras feudorum,& ſub qualitate non hæreditaria,& recta,& mixta,& reali,& perſonali,ꝑpea non poteſt in Regno capi præſumptio firma,& ſic non recedatis à præſumptione legis cōis feudorum.

22 Quò ad quartam concluſionem,an feudum veniat in petitione hęreditatis, qđ Andr.pluries dixit in feudo hęreditario, quem Doct.cōiter ſequuntur, & ſignanter cumulat Capy.in ſua inueſt.in verb. feudorū actiones verſ.promiſcuè,& Camer.in d.c.an agnatus q.9.nu.85. Dñi, hęc quęſtio diuiditur in tres quęſtiones, prima,quid in feudo hæreditario,ſecunda,quid in feudo ex pacto,tertia,an procedat in filio,& legirimo ſucceſſore feudi,vel etiā in extraneo hærede inſtituto.

Domini breuiter [illegible] feudo hęreditario, in quo loquutu[illegible] [illegible]ſern. nemo dubitauit,& qui dixerunt contrarium in terminis gl.in l.item videndum §.fin.ff.de petit.hæredit.intelligendi ſunt in feudo ex pacto,& prouidentia,vt gl.ipſa loquitur, & rationes ipſorum Doct.conc[illegible] int,gl. enim ponit quæſtionem, an [illegible] in petitione hæreditatis,q[illegible] quis iure hęreditario non habet;ſed [illegible]omini beneficio,& ſic non loquitur in [illegible]eudo hęreditario,quod quis iure hęreditario habet, vt ſupra declar[illegible]uimus,& in feudo ex pacto loquitur [illegible]n.quem Bart.ibi refert, licet Bart.ſe [illegible] oluat,& melius loquatur ibi Bald.idem ten[illegible] & propterea Bart. in l.vt iuriſiur.§.ſi [illegible]per.liber. diſtinguit inter feuda hęreditaria,& feuda ex pacto,vt primo caſu detur petitio, ſecundo verò ſecus,& idem,& latiùs tradidit Odoffr.in eadē l.item videndum §. fin.& Pern.in 4.notab. Ang. verò ibi ſequitur gloſ.ſimpliciter:quia ſi dominium feudi ex pacto non ſit in hæreditate; tamen negari non poteſt, quin feudum re-

23 periatur in hæreditate, & petitio datur pro omnibus,quæ in hęreditate reperiūtur,quæ qūolibet teſtator tenebat, licet non ſint de hęreditate ex reg.tex.in l.& non tantum eo. tit. & per Doctor.cōiter in l.hęreditas C.eod.&Ang.refert,& ſequitur ibidem Paul.de Caſtr.hinc Albe. ibi auth.Butric.tradidit, quod ratione poſſeſſionis, quam defunctus habuit, loquendo in feudo, poteſt hæres proponere petitionem hæreditatis, & hanc opinionem etiam in feudo ex pacto ſequurus fuit Camer.vbi ſupra,quando tamen quis ſe fundat in poſſeſſione tātum: quia verum eſt dicere defunctum poſſediſſe, & petitio hæreditatis non deſiderat dominium;ſed poſſeſſionem quamlibet,quæ penes teſtatorem fuerit,& ex hoc oritur, quod cum non requiratur dominium; ſed ſufficiat qualibet poſſeſſio defuncti, poterit etiam extraneus hæres agere petitione hęreditatis ad feudum,quod tradidir Bart.in l.ſi patroni ff.ad trebell.vbi Alex.latiùs proſequitur,Iaſ.in vſib.feud. nu.43.Iacob.in verb.& cum pacto,quod

de ipſo feudo nu.7. [illegible]cc.Iun.conſ.75. 1. vol.nu.30. Loffr.con[illegible] latè 1.u.6.7.8. dũmodo non ágat extra[illegible]s hæres contra legitimum feudi ſucceſſorem, & hoc ea ratione: quia petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem,& ſic videtis [illegible]uod in feudo hæreditario nemo du[illegible] feudo verò ex pacto ſunt opiniones r[illegible]ne poſſeſſioni[illegible],& reſpectu extraneorum [illegible]ſol.verò,& Bart.videntur ſe reſtrinxiſſ[illegible]d filios, & legitimos ſucceſſores.

24 Mea ſententia eſt, vt in feudo ex pacto nullo modo procedat iu[illegible]tium peritionis hæreditatis,quicunqu[illegible] ſit ſucceſſor, etiam ſi ſit filius:qui[illegible]erum eſt feudum non eſſe i[illegible],ex reg.text.in l.ſi arrogator ff. de adopt. quantumcunque filius,vel agnatus adeant hęreditatem, cum aditio non faciat, quod bona propria hæredis ſint hæreditatis;ſed benè quod ipſe obligetur de ſuo oneribus hęreditarijs,& non poſſit fieri ſeparatio bonorũ ex voluntate ſuccedentis,qui abſq; beneficio legis voluit hæreditarem adire, & dum conſideratur poſſeſſio defuncti, quæſo aduertatur: nam feudum ex pacto, vt vidimus in Lectione præcedẽti ex auth.Andr.per mortem tenentis cenſetur apertum Domino, ipſi retraditum, & demum ab ipſo iterum conceſſum, ita quod in hæreditate non remãſit nec dominium,nec poſſeſſio,omniaq́; reſoluta fuerunt per mortem tenẽtis etiam ex ipſius voluntate,qui dominium, & poſſeſſionem accepit extinguibile cum vita,& quando feudum deuoluitur ad Dominũ, ne dum extinguitur vtile dominium;ſed etiam illa naturalis poſſeſſio,quam ad ſe, trahit illa ciuilis,quæ apud Dominum remanſit,vt docet Bald.in l.1.q.47.ff.de rer.diuiſ.& idem in cap.quæ in eccleſiarum de conſtitut. quod latè proſequitur Author damn.mem. in §.30. nu.173. & cum hæc omnia fiant ex lege contractus, & ſic ex voluntate omnium ſuccedentiũ, non habet,in quo ſe fundare poſſit iuditium petitionis hæreditatis:quia per mortem fuit reſolurum omne dominium, omniſque poſſeſſio, & notate quæſo: quia adhuc non tactum.

25 Quando verò ſumus in feudo hæreditario,quod remanet in ipſa hæreditate, quod tranſmittitur à defuncto in hæredem, & conſideratur dominium, & poſſeſſio,& iuditium poteſt fundari tam in petitorio,quàm in poſſeſſorio,tunc non ſolùm teneo, quod legitimus ſucceſſor agat petitione hæreditatis;ſed etiam extraneus, dummodo non agat contra legitimum ſucceſſorem ea ratione:quia iuditium non procedit contra titulo poſſidentem, & id, quod conſiderat Camer. de inhabilitate,intelligatis vos, vt aliàs declarauimus de inhabili ad feudum,cuius reſiſtat, non autem de eo,qui aptitudine, & naturaliter poteſt feudum poſſidere,& allegaui aliàs Andr.in d. §. prætereà ſi vaſſallus, & ex his cum laude Dei ſit expedita repetitio huius capit.

SVMMARIVM.

1 *Aluar.lapſus notatur circa continuationem noſtræ rubr.*

2 *Iacob.de Beluiſ. de eadem re pariter redarguitur.*

3 *D.Auth.illius eſt opinionis non dari legitimam titulorum connexionem in his libris feudalibus, & rationem adducit.*

Feudorum conſuetudines variæ, & diſperſæ fuerunt in vnum redactæ,ab Oberto de Orto; ſed tam ipſe,quàm Gerardus fuerunt duo pecora ſecundum Bald.

4 *Rubricæ verba quo pacto intelligenda, & nu. 19.*

5 *Feudũ naſcitur,viuit, & moritur, & eſt homo mutus, idq. fusè, & ex ordine declaratur, & nu.ſeqq.*

6 *Feudum deuolui, & feudum aperiri differunt, & nu. 19.*

7 *Feudum eſt vniuerſitas facti ſecundum Andr.*

8 *Feu-*

8 *Feudo extincto non dantur neque fidelitas,neque ſeruitium, & ibi de ratione.*

9 *Feuda aperiuntur quatuor modis, qui diſtinctè, et magiſtraliter explicantur,& nu.ſeqq.*

10 *Vaſſallus an poſſit refutare feudum Domino inuito,diſtinctio Andr. obiter refertur.*

11 *Vaſſallus parricida, fratricida, vel aliorum ſcelerum perpetrator nõ poteſt ſtare in Curia abſque dedecore.*

12 *Feuda amittuntur ingratitudine, quæ eſt duplex,vna delicti,et altera contractus,& vtraque exẽplis illuſtratur.*

13 *Felonia eſt duplex, vna delicti,& altera contractus.*

14 *Felonia item duplex eſt,vna ex delicto communi,& altera ex delicto feudali.*

15 *Felonia adhuc bifariam diſtinguitur: nam vna cõmittitur in Dominum,& altera in non Dominum;ſed iſta diſtinctio continetur ſub illa delicti,& contractus.*

16 *Felonia tandem vel conſiſtit in faciendo,vel in omittendo.*

17 *Felonia conſideratur, tam reſpectu Domini,quàm Vaſſalli,illa Domini operatur priuationem feudi quò ad proprietatem, niſi Dominus ſuperiorem nõ recognoſceret.*

18 *Feudum quo pacto aperiatur ob defectum.*

19 *Verbum priuare quid importet. D.Auth.ſuper intellectu noſtri tex. latè inſiſtit,& demum germanũ ſenſum adducit,& nu. 20.*

21 *Vaſſallo delinquente nedum filij;ſed etiam agnat[illegible] vſque ad quartum gradum [illegible]quam proximiores ſanguini infecto excluduntur à feudi ſucceſsione ſecundum Iac. de Beluiſ.ſed contrarium quò ad agnatos docuit Alu[illegible] hanc opinionem irrefrag[illegible]bus fundamentis ſuſtinet [illegible]. Auth. & nu.22.*

23 *Dictio vſque in materia gradus ſtat incluſiuè & non taxatiuè.*

24 *Verba vſq[illegible] in infinitum in materia gradus [illegible]dum non porriguntur vltra ſep[illegible].*

25 *Feudum ſi ob vaſſalli delictum deuoluatur ad Dominum, an applicetur Domino mediato, vel immediato. In hoc articulo D. Auth. poſt relata obiter Doctor. diſsidia ſe remittit.*

Repetitio capituli primi, ſi vaſſallus feudo priuetur.

LECTIO I. aliàs XXI. in ordine.

1 Aluar.continuauit rubricam hanc ad proximè precedẽtia duobus modis.Primò, quod cum viſum fuerit in duobus titulis antecedentibus, ad quos deuoluatur feudũ ex pacto vaſſalli; conſonum propterea erat declarare, ad quos deuoluatur ex delicto ipſius Vaſſalli; propterea ſubnectitur hæc rubrica, ſi vaſſallus feudo priuetur,cui deferatur.

Secundò dicit, quia ſupra in tit. de feud.def.mil.& in alijs titulis ſubſequentibus hucuſque proſequutus eſt Author materiam, quæ oritur ex controuerſia feudorum,& ſæpè accidit,vt ex dicta cõtrouerſia dubitetur,ad quem debeat deferri feudum, ſi vaſſallus ex ſuo delicto priue-

priuetur feudo, iccirc. vt p̄dicta ampliſſimè declararentur, ſubiung. ur titulus, ſeu rubr. ſi vaſſ. feud. priu. quę duę continuationes ſunt penitus erroneæ, & minime attendendæ: nam in titulis duobus præcedētibus tractatur ſucceſſio feudorum, non de ... ,vt in tit. de feud. fœm. & in tit. ... ... t. ex matrim. ad morgan. contr. & in a... s titulis fuit tractata ſucceſſio ex cau... delictorum, vt in tit. quib. mod. feud. am... t. in tit. in quib. cauſ. feud. amitt. toto tit. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. in cap. ſi vaſſallus ... ulpā in tit. de feud. def. mil. & in alijs tit... lis, & quando feudum ex infidelitate va... alli, vel ex felonia in omittend... vel committendo amittitur, ... ex pacto vaſſalli amittitur: quia omnia ſunt contenta in l. inueſtituræ, vt infra fundabitur, ergo.

2 Continuatio Iac. de Belu. quam ſequitur Mart. de Laud. illa eſt: quia ſuperiùs in plerisq; partibus habita eſt mētio, cui applicetur feudum, ſi vaſſallus eo priuetur: ideo ſequitur rubr. ad eius declarationem, & idem in effectu concludit per ſuam continuationem Prępoſ. quaſi velit rubr. hæc ſub compendio tractare, & diſtinguere caſus applicationis, & deuolutionis feudorum, quomodo inquam priuetur feudatarius, & cui per priuationem acquiratur.

Sed Domini, cum nigrum non correſpondeat rubro, vt infra declarabimus: quia nec de cauſa priuationis tractatur, nec ad quem propter delictum feudum deuoluatur, & tituli antecedentes nil cōmune habent cum tit. hoc, & à prima rubrica vſque ad noſtram hanc rubricam ſunt tituli, ſuntq; iura, quæ ponunt cauſam priuationum, diſtinguunt delicta, & deferunt feuda, illaq; declarant delata; vel aperta mox filijs, mox agnatis, &

3 mox dominis, propterea dicatis vos, q̄d non poreſt dari continuatio legitima, & ordinata in titulis libri feudorum: quia vt inquit Bald. in præludijs in princ. non adeſt debitus ordo compoſitionis, vel compilationis; ſed Rober. de Orto redegit conſuetudines, & vſus feudorum varios, & diſperſos in vnum, vt dicit etiam Aluar. in tit. de feud. cogn. & ideo eſt liber conſuetudinarius compoſitus abſque ordine ſecundum caſuum contingētiam, & idem Bald. in cap. i. hic ſinitur lex dixit, quod Oberrus, & Gerardus fuerunt duo pecora, & ob hoc fuit magna altercatio inter Doct. ſi vſus prædicti, & conſuetudines ſint pro legibus ſeruandæ, & ſecundum illas iudicandum, in quo non immoror, cum non ſit præſentis ſpeculationis.

4 Dicit igitur hæc rubr. ſi vaſſ. feud. priu. cui deferatur, ideſt ſi contigerit, vaſſallū priuari ex cauſis, ex quibus veniat priuatio feudi, cui feudum deferatur, & ſic rubrica hæc non intendit tractare cauſas priuationis; ſed præſupponit vaſſallum feudo iam priuatum; ſed intendit tractare, quando hic caſus contingit, quis in eo ſuccedat, cui feudum applicetur.

Et non dicit, cui aperiatur; ſed cui deferatur: præſupponit enim rubrica feudū conſtitutum, feudum poſſeſſum per feudatarium, & demùm feudum deuolutū; ſed cui deuoluatur, hic eſt caſus, & de hoc eſt rubrica.

5 Cōſtituitur. n. & creatur feudum, poſſidetur, & extinguitur, & propterea dicere ſolebam, quod feudum naſcitur, viuit, & moritur, & in hoc conſiſtit totus hic liber feudorum; eſt. n. feudum homo mutus ſecundum gloſ. in Conſt. Reg. conſuetudinem prauam, & ſic perneceſſe datur ortus, vita, & mors, naſcitur per ipſius creationem, viuit per ipſius poſſeſſionem, diſpoſitionē, ſucceſſionem, & delationem, moritur propriè per ipſius aperitionem, non deuolutionem, naſcitur propriè per ipſius creationem, non conceſſionē: quia datur conceſſio feudi formati, quod de iure communi omnibus permiſſum erat, & ſic hodie cum aſſenſu, & hoc eſt propriè feudum quaternatum mixtum, vel ſecundum quid, vel aliter ſecundū Conſtit. Reg. poſt mortem, de quo tractabimus infra, & latiùs declarauimus in 1. rubr. quæ dicit de his, qui feud. dar. poſſ. non de his, qui in feudum dar. poſſ. vbi an rubrica illa loquatur in feudo conſtituendo, & formando, & ſic creando, an de

de feudo formato, & conſtituto.

Viuit feudum ſemper, quod non aperitur,ita quod dum poſſidetur viuit:quia præexiſtit in ſuo eſſe, dum ſucceditur, idem:quia ſub hac lege creatum,& inceſſe deductum,& prolata ipſius vita,& ſic dum iure permittente fit diſpoſitio,commutatio, aut alia quæuis alienatio, viuit etiam,dum defertur certis perſonis à lege inueſtituræ vocatis, à qua homo iſte mutus ſuam innatam aſſumpſit naturam, vt in feudo ex pacto,& prouidentia,non hæreditario, in quo agnati vocantur, & propriè dicuntur præferri,vocari,& ſucceſſionem deferri, & non morienti ſuccedere; ſed primo acquirenti, & dicitur ad iſtos deferri feudum, ideſt illos præferri ad feudi ſucceſſionem.

6 Moritur feudum,non per deuolutionē propriè; ſed per aperitionem,deuoluitur enim id, quod eſt in ſua ſubſtantia integrali, & in ſuo eſſe de vno ad alium cōmutatur;ſed dum moritur, nō datur amplius eſſe,imò omne ens dicitur extinctū, & ideo dicitur aperiri,quaſi exinaniri,& frangi, quod erat ſolidum, & quod erat clauſum: dicitur.n.feudum certo modo clauſum: quia ſua conſtitutione habuit ſuos fines,ſuos terminos,certam formā,

7 & ſuam fidelitatem, & ideo dicit Andr. feudum eſſe vniuerſitatem facti ex his, quæ ab homine, & conſuetudine ſunt ei attributa ſecundum tradita per Innoc.in cap.cum ad ſedem de reſtit. ſpol. Andr.

8 in cap.1. 3.col.quid ſit inueſtitura, dùm igitur feudum moritur, redit ad vniuerſum, ſub quo ſubdit,& non datur fidelitas, nec ſeruitium: quia res ſua nemini ſeruit,& dixi ad vniuerſum: quia conſolidatur, vel cum feudo dominante, vel qualitas illa ſubinfeudationis aperitur, ſeu extinguitur, & moritur,& feudum redit ad concedentem, & cum ex contractu reſoluto, & ex lege feudi contingat aperitio,momento temporis non durat feudum in ſuo eſſe formatum, & ſic non deuoluitur;ſed aperitur propriè.

9 Et licet feudum extinguatur morte, defectu,refutatione in Dominum, & delicto,dicatis,quod hi ſunt modi aperitionis,non deuolutio[illegible],& per verbum aperitionis loquu[illegible]it Zaſ.in 10.par.tractatus ſui feudorum, dum hanc tradidit diſtinctionem,dicens,aperiuntur feuda quatrupliciter, videlicet refutatione, morte,delicto, & defectu.

Refutatione, quando fit [illegible] per vaſſallum iuxta text. in ca[illegible] de vaſſ.qui contr.Conſt.Loth[illegible] c.1. §.rurſus,quibus mod.feud.ami[illegible]n cap.1.§.ſi verò, qual.ol.pot.feud.ali[illegible] in cap.1.in

10 fin.quid iuris ſit;hanc Doct.faciunt quæſtionem, ſi p[illegible]it fieri refutatio inuito Domino,& fit [illegible]iſtinctio,quando feudum eſt datum ad [illegible]rtum,vel incertum ſeruitium,de quo per [illegible] in §.notandum in 1.rubr.per Aluar.& a[illegible]p.1.§.fin. de Cap.qui cur.ven. morte propriè aperitur feudum,quando ob lineam finitam Dominus ſuccedit; delicto,ſemper quod vel ex lege feudi, vel ex delicto, ex quo lex feudalis imponet priuationem, Dominus ſuccedit,vel etiam ſi ex lege communi inducatur publicatio bonorum,ita quod datur feudi applicatio Domino.

Et dixi primò ex lege feudi ob delictum, quod importat infidelitatem, vt dicitur in §.huius autem generis: ibi adhoc, vt ille, & ſui hæredes fideliter Domino ſeruiant,in quib.cauſ.feud.amitt.

Dixi in delicto, ex quo lex feudalis imponit priuationem, quæ delicta non ſunt contenta, nec comprehenſa in lege

11 inueſtituræ,vt in fratricida, parricida, & alijs ſimilibus, ex quibus in Curia amplius ſtare non poſſit ſine dedecore,vt in cap.1.an ille, qui interf.frat.dom.ſui, in §.denique,quę ſit prim.cauſ.benef.amit.

12 Et ſic ego intelligo dictum Bald.hic in cap.noſtro,& in cap.1.de feud.Guardię, vbi Aluar.& Præpoſ.notant,quod datur ingratitudo contractus, & ingratitudo delicti,ex quib.cauſatur feudi amiſſio:pp ingratitudinem.n. feuda amittuntur, de qua in §.prædictis modis,quæ fuit prim. cauſ.benef.amitt. ſed ingratitudo delicti contenta in l.inueſtituræ,vt eſt omne delictum,quod tangit fidem,vel inobſeruātiam contractus feudalis,omnis hæc erit ingratitudo contractus; ingratitudo verò

rò delicti erit, quæ . portat amiſſionem feudi per delictum;ſeu .. tra contractum feudalem.

13 Et ſic pariter intelligo dictum Bald. in cap.1.de feud.non hab.propr.nat.dum dixit, aliam eſſe feloniam delicti, & aliã cõtrac [illegible] i Mart.Laud.notat,& idem Bald. p. udijs in vlt.diuiſ.col.fin.

Dixi,ſi ex lege cõmuni inducitur publicatio bon rum : nam pariter dicetur aperiri feudu, ſi Dominus ſuccedit, cũ actio,&paſſio non poſſint ſtare in eodem
14 ſubiecto, & hoc modo poteſt intelligi diſtinctio illa Salyc.in l.. C.de liber.& eorum lib. quod latiùs p oſequutus fuit Imol.extra in tit [illegible] ud.vt alia ſit felonia ex .... communi, cuius pœna ſit bonorum publicatio, alia ex delicto feudali,ſeu commiſſo contra leges,& cõſuetudines feudorum,quod deſeruit ad plura, dum tractatur de confiſcatione bonorum,in qua dicimus feuda non venire: quia non tranſeunt ad extraneos hæredes, quod in magna cauſa dixi non procedere in Fiſco directo Domino, de quo alia die diſcurremus.
15 Hinc fit etiam diſtinctio,quod felonia, alia eſt in Dominum, & alia non in Dominum, de quo in d.§.denique, & in d. cap.1.an ille,qui interf.frat.dom. ſui, & hæc diſtinctio comprehenditur cum illa, quod alia eſt ingratitudo contractus, & alia eſt ingratitudo delicti.
16 Et ſic pariter illa alia diſtinctio, quod felonia alia eſt in faciendo,alia in omittendo, de quo per Curt. in 1. part. 7.q. principali in fin.author.Bald.in l.1. ff.de rer.diuiſ num.43. hæc inquam diſtinctio comprehenditur in vna ex prædictis.
17 Et licet delictum, ſeu felonia conſideretur tam in vaſſallo contra Dominum, quàm in Domino contra vaſſallũ,ex qua proprietate feudi Dominus priuetur, vt in cap.Domino, ſi de feud.def.mil. & in cap.1. qual.Dom.propr.feud.priu. quod vos non intelligatis in Dominis non recognoſcentibus ſuperiorem ſecundum Bald.ibi,Affl.latè in deciſ.265. explicat optime Author damn.mem.in §.2. gl.4. nu.17.Frecc.in differ.inter feud.regal.& alia feuda diff. 35. tamen non poteſt dici in eum caſum proprietatem feudi aperiri:quia non ſubiacet,non ſeruit, non eſt formata,nec eſt dependens; ſed independens, & in ſuo eſſe applicatur feudatario, taliter, quod reconſolidato illo vtili dominio feudatarij, remanet deuoluta ad illum in ſua notabili eſſentia, & non dicitur tunc aperiri; ſed deferri.
18 Ob defectum aperitur feudum, dicunt Docto.vt in muto,ſurdo,vel alio imperf. in clerico, & alio milite,qui arma bellica depoſuit,& hoc intelligatis reſpectu Domini,non autẽ ſi eſſemus in feudo ex pacto, vel etiam in feudo hæreditario filijs exiſtentibus : quia defectus non eſt delictum,tollit perſonam de medio,& feudũ aperitur Domino,ſi non adſunt ſucceſſores,& ſi adſunt,non aperitur; ſed defertur ſucceſſoribus ſucceſſio, maximè ſi à natiuitate fuit quis ſurdus,cecus,aut mutus ſecundum latiùs diſtincta per Andr. in cap.1. an mut.vel aliter imperf.
19 Præſuppoſita igitur priuatione,non vacatione,rubr.hæc non dicit, ſi vaſſ.feud. vacau.cui deferatur;ſed ſi vaſſ.feud.priu. & ſic per delictum,vt in can.neminem 45.diſt.& in can.Epiſcopi 21.q.4.& priuare ſecundum latinos eſt propriè adimere,ſeu ſpoliare,& text. noſter hoc declarat,dum incipit vaſſalli feudum delinquentis : data inquam priuatione, dicit rubr.cui feudum deferatur, non cui aperiatur, ergo loquitur inter ſucceſſores. f. filios,& agnatos,non autem reſpectu Domini: quia Domino propriè dicitur aperiri, & non deferri ex ſupra fundatis, & hoc dicit text.in d.cap.1.an ille,qui interf.frat.dom.ſui,ibi cum autem ad Dominum reſpicit felonia;feudum tunc Domino aperitur, & licet text.noſter dicat, quod agnatis feudum aperitur,loquutus fuit impropriè, declarando ſecundum rubricam, quæ loquitur per verbum deferatur,quod per neceſſe dicendum eſt,ſi volumus,quod nigrum faciat ad rubrũ, poſtquam in text.duo tantum ponuntur, vnum eſt, quod filius nunquam ſuccedit vaſſallo delinquenti, niſi ex gratia non extantibus agnatis, ſecundum eſt, quod

non

non ſolum ſuccedunt agnati,qui in quarto gradu ſunt;ſed etiam vſque ad infinitum,& ſic text.iſte loquitur inter ſucceſſores , & nullum verbum de Domino , quem non eſt dubium ſuccedere ob delictum in ſuis caſibus,& text.deberet de hoc loqui;ſed quia loquitur inter ſucceſſores , quibus non aperitur feudum; ſed defertur,propterea conuenit rubrica,quę dicit,ſi vaſſall.feud.priu.cui [illegible] feratur,& quod inter ſucceſſores [illegible] non autem in delicto, prop[illegible] feudum aperiarur,tra[illegible] poſ.in princ.

Sed verè nil commune habe[illegible] nigrum cum rubro , nec rubrum cum nigro : rubrum.n.eſt generale,& proponit rractandum fore,quis ſuccedat in caſu,quo vaſſallus feudo priuetur : nigrum verò nihil de hoc; ſed facit regulam, quod vaſſallo delinquente, licet agnati aliquando ſuccedant,filij nunquam ſuccedunt,niſi Dominus gratiam fecerit,quod limitat procedere , quando non adſunt agnati, qui aliàs in feudo eſſent ſucceſſuri, & ſic nihil determinat, ad quem feudum deferatur; ſed ponit regulam,quod filius non ſuccedit patri delinquenti:dũ verò tranſit ad agnatum , dixit , quod quandoq; agnati ſuccedunt ; ſed non aperit quomodo,& quando, & non voluit text.ponere caſum ſucceſſionis agnati; ſed præſuppoſita ſucceſſione in caſu ſuo, ſtatuit, ꝙ non ſolùm ſuccedant hi,qui in quarto gradu ſunt ; ſed vſque ad infinitum; ſed quando ſuccedant , quando deferatur , quando Domino aperiatur, text.non dicit,vt cum rubro conſonaret,qui dicit,ſi vaſſ.feud.priu.cui deferatur; implicitè.n. præſupponit text. ꝙ ob delictum Domino feudum ſit apertum,dum admittit filium ex gratia Domini,& implicitè etiã dicit, qđ agnatus ſuccedit, dum in caſu ſucceſſionis dat ſucceſſionem in infinitũ; ſed quomodo, & quando, & quis ſuccedat , nihil dicit text. & propter eà verus

20 intellectus tàm tex.noſtri, quàm text.in §.denique,quę ſit prim.cauſ.benef.amit. & in cap.ſi vaſſallus, ſi de feud.def.mil. hic eſt: in §.denique fuit facta diſtinctio delictorum,ſi in Do[illegible]num, vel non in Dominum, & ib[illegible]tum , cui feudum aperiatur, ve[illegible]eratur, vocando agnatos , & vocando Dominum ſecund[illegible]m præfatam diſtinctionem,& quia te[illegible]t.ille loquebatur de proximioribus , ſu[illegible]cedit texr. in cap. ſi vaſſallus culpam [illegible] dicit ſemper excluſos filios;ſed a[illegible] [illegible] tos , qui in [illegible]uarto gradu [illegible] demum text. in cap. noſtr[illegible] & prorogat ſucceſſionem non ſolum [illegible]gnatos in [illegible]gradu;ſed [illegible]m,& hic eſt [illegible]nnium præ[illegible]n cap.1. an [illegible] ille,qui in[illegible]

21 In quo Do[illegible] ad verba text.nam Iac.de B[illegible],& in d.cap.ſi vaſſallus culpam [illegible]xerunt , quod non ſolum filij priuentur,& deſcẽdentes; ſed etiam agnati vſque ad quartum gradum,tanquam proximiores ſanguini infecto vaſſalli delinquentis , ponderando tam text.noſtrum, quàm etiam text.in d.cap. ſi vaſſa'l.vbi etiam Mart. de Laud.& Præpoſ.& idem tenet Iacob. in verb. dictiq; vaſſalli promiſerunt non cõmittere feloniam, Curt.in 5.par.principali verſ. 3. principalis concluſio reliquit cogitãdum,dicendo,quod erat hæc dura opinio,Zaſ.in d.par.10.nu.104.tenuit opinionem Iac. de Beluiſ. & ſic alij moderni Siculi, & eſt communis.

22 Aluar.verò in d.cap.ſi vaſſallus culpã tenet contrarium, quem nos ſequimur , pro qua opin.cõtra Iac.de Belu.& Bald. faciunt omnia aliàs adducta , & quæ diſcurremus infra latiùs,quare in feudo ex pacto,& prouidentia delictum agnati nõ nocet agnato , & quare filius,in quem deſcendit ſanguis,priuatur,& quomodo agnatus tantum priuatur , quando delictum eſt in Dominum ratione infitæ infidelitatis,& text.noſter hoc decidit, dicit enim ſi non ſunt alij ex latere,quibus aperiatur, ad eius petitionem admittuntur,qui quarto gradu ſunt remoti ab eo, qui id acquiſiuit, & etiam vſque in infinitum,& ſic non ſunt remoti agnati in 2.& 3.gradu delinquentis ; ſed ſunt vocati agnati etiam in 4. gradu primi acquiren-

quitentis,& ſic reſ[illegible]ctu primi acquirentis conſideratur gra[illegible]s quartus,non autem vltimi delinquentis,[illegible]iam ponderationem poſtea reperi factam per Moder. Add. ad Iſern.in cap.ſi vaſſallus cul[illegible] in princ. in lit.N,ibi 4.gradu,ſi de feud.def. mil.& vos addatis motiuum irrefragabi[illegible] na [illegible] dicti Doctor. dixetunt ideo [illegible] ad quarrum gradum remoros à ſuc[illegible]ſſione : quia timetur in eis infectio ſang[illegible]inis agnati delinquentis, cum ergo te[illegible]ſideret quart[illegible] dum reſpecti[illegible]um acqui[illegible] qui non deli[illegible] ratio ſangui[illegible]tet erronea eſt conſider[illegible] ratio,quæ admitrit agna[illegible]co gradu ſupra,debet adm[illegible] a quarto gradu infra, nec dicatur, primum acquirentem eſſe hunc delinquenrem: quia infereretur text.illũ loqui in feudo nouo,quod eſt falſiſſimũ; ſiquidem in feudo nouo,vt ſcitis,nulla eſt differenria inter filios,& agnatos;ſed ex delicto primi acquirẽtis omnes priuantur,& ita declarat Andr.hic in verb. niſi,ibi,quibus agnatis ex latere aperiũtur vſque ad ſeptimum gradum à priore, qui illum acquiſiuit,& ſic infertur ex dictis Andr. & eſt pura veritas,non ſolum, vt gradus notetur reſpectu primi acquirentis; ſed quod hoc verbum de quarto gradu nõ ſit limitatè dictum,vt in quarto gradu tantum agnati ſuccedãt excluſiuè;ſed incluſiuè vſque ad quartum gradum,& demum amplietur vſque ad infinitum,ſicut in ſucceſſione ſtatutum erat, quæ primo loco vſque ad quartum gradum tantum progrediebatur,poſtea vſq; ad ſeptimum fuit producta, vt in ſpetie declarat text.in §.hoc quoque ſciendum in 1.rubr.& nihil aliud tractatur in text. noſtro,niſi ſucceſſio in feudo ex pacto,& dũ hæc iura dicunt,quod ſuccedit agnatus in quarto gradu,text.in d.§.hoc quoque declarat, vt non intelligatur taxati-
23 uè; ſed incluſiuè: nam loquitur per verbum vſque,ideſt vſque ad quartum gradum, & hic eſt verus, & indubitatus intellectus : nam eſt hæc narura dictionis vſque,quando ponitur ſuper gradu,de quo latè per Bart. in l.patronus §. Sempronio de leg.3.pro quo videatis gl.notab.in d.cap. ſi vaſſallus culpam in verb. reuocabuntur, ibi dicas ergo, quæ hanc tenuit opinionem, & ſecundum hanc refert pluries iudicatum Io.Burgul.Gallus in ſuo tract. feud. tit. quom.feud.amitt. cap.8.nu.158. nouiſſimè poſt hæc lecta, & ſcripta i[illegible] anno 1590.ea relegendo in præſenti an[illegible]o 1605. vidi doctiſſimum Piſtc[illegible]ſtionibus latè arriculum [illegible]iaq; more ſuo cumulãte[illegible].dẽ opinionem concurrentem [illegible]gmis medijs 2.tom.q.15. n.9.

Sed [illegible]it text. quod admittuntur hi, qui in quarto gradu ſunt, & vſque in in-
24 finitũ,videamus,ſi hoc intelligitur,prout lirera ſonat, vel vſque ad ſeptimum gradum, quod latè proſequitur Pariſ.in conſ.23. 1.vol. nu.265. & latiſſimè per Cumiã in cap. ſi aliquem in verb.ad trinepotem, tenentes vſque ad ſeptimum gradum tantum dari ſucceſſionem,& per Cannet.in eodem cap.in verb.defuncto, quod latius declarauimus in 1.rubrica, vbi poterit videri.

Et ſic habetis, quot modis feudum extinguatur, videlicet morte, refutatione,defectu,& delicto.

Habetis, quomodo feudum naſcitur, viuit, & moritur.

Habetis in feudo ingratitudinem contractus,& ingratitudinem delicti.

Habetis feloniam delicti, & feloniam contractus.

Habetis feloniam in Dominum,&non in Dominum.

Habetis feloniam ex delicto communi,& ex delicto feudali.

Habetis feloniam in faciendo, & in omittendo.

Habetis feloniam tam de vaſſallo cõtra Dominum,quàm de Domino contra vaſſallum.

Habetis,quæ nam differentia ſit inter apetire feudum, & deferri, ſeu deuolui feudum.

Habetis intellectũ ad text.& quomodo detur ſucceſſio agnatorum, & habuiſtis tandem declarationem rubricæ, in qua

qua cadit articulus diſputandus non ſolùm, ſi ob delictum feudum deuoluatur ad Dominum, agnatum, vel filium; ſed his non exiſtentibus, vel exiſtentibus, an ad Dominum mediatum, vel immediatum iuxta text. in §. illud de prohib. feud. alienat. per Frider. in quo articulo fuit opiniones hinc inde: nam Hoſtienſ. in cap. quibuſdam colum. fin. de pęn. tenuit ſuam opinionem, Iſern. hic tenet ſuam opinionem, & in §. hæredes de pace tenen. num. 4. diſtinguendo inter feudum planum, & quaternatum ſecundum quid, & in d. §. illud, Bellam. in conſ. 15. poſuit ſuam opinionem, Camerar. in repetitione in cap. imperialem cart. 70. poſuit ſuam opinionem, declarando Andr. vt ſemper aperiatur Domino immediato, & dat intellectum ad Conſtitutionem Regni poſt mortem, idem Afflict. latiſſimè, qui omnes congerit in deciſ. 282. ſecundum Capitula Papę Honorij, & idem per priùs tradidit Luc. de Pen. in l. 1. de petit. bonor. ſubl. lib. 10. Frecc. verò in 29. authoritate tenet idem de iure communi feudorum; ſed ſecus de iure Regni per Conſtitutionem poſt mortem, niſi adeſſet clauſula immediatè, & in capite, de qua quæſtione latiùs diſcurremus in declaratione theoricæ Iſerniæ.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli delictum ſiue in Dominũ, ſiue in non Dominum perpetratum arcet filios à ſucceſsione feudi ex pacto antiqui, idque ſpetiale eſt in feudo, prout in crimine laſæ Maieſtatis de iure communi Romanorum, ac huius diſpoſitionis rationes referuntur.*

2 *Sed declara, niſi feudum conceſſum eſſet nominatim patri, & filio, & hæc eſt communis Doctorum reſtrictio, quæ licet ſit in ſe vera; non tamen eſt bona limitatio, vt conſtat ex ingenioſè conſideratis hic per Dominum Authorem.*

3 *Nepos ſuccedit Auo Domino, & poſſeſſori feudi patre delinquente in vita aui, vel poſt mortem hæreditate non adita, [illegible] vltra Doctorum authoritates, & rationes manifeſtiſsim. iuribus cõprobatur; ſed [illegible]mit., niſi iſte nepos non [illegible]et conceptus in vita Aui, vel [illegible]ariter in vita; ſed poſt delictum, & ibi de ratione, & num. 5.*

Incapax ad ſuccedendum habetur pro mortuo, & ſic aperitur locus ſequentibus in gradu.

4 *Doctr. Andr. in §. præterea, quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. quæ cum alijs eiuſdem traditionibus pugnare videtur, benè declaratur.*

Feudalis controuerſia in defectum iuris feudorũ eſt decidenda iuxtà ſanctionem legum Romanorum.

Filij patris rei perduellionis ab omni ſucceſsione habentur alieni.

5 *Filij concepti poſt patris delictum licet ſint legitimi, dicuntur nihilominus concepti ex nouo homine, ad quod inducitur irrefragabilis text. in l. ex facto §. ex facto ff. ad trebell. qui nequaquam eſt correctus per iura C. vel Autb. prout perperàm Ripa opinatus fuit.*

6 *Filius quando ex gratia poſsit feudum paternum habere non obſtãte patris delicto, & quomodo id intelligatur.*

Verba text. noſtri ingenioſè ponderantur, & de eiuſdem text. intellectu, & nu. 10.

7 *Verbum gratia quid importet, & quan-*

Q

quãdo tollat ius alteri quæſitum.

8 *Reſtitutio eſt duplex, vna, quæ fit per viam gratiæ, & altera per viam iuſtitiæ, quæ inter ſe quàm maximè diſtinguuntur, prout ſu-[illegible]b.*

9 *Principis indulgentia nequaquã iuuat quo ad bona alienata.*

11 *Feudum [illegible] pa[illegible] antiquum ob delictum in Dominum in offendendo an ipſi aperiatur, vel ad agnatos deuoluatur Doctor. frequentiùs [illegible]ant pro Domino, eandemq. opinionem amplectẽdo D. Auth. illam manifeſtiſsimis iuribus, ac ſatis munitis rationibus, & tandem rei iudicatæ præſidio comprobat, atque confirmat & nu. 15. cum ſeqq.*

12 *Filius ob culpam patris vaſſalli ſemper priuatur feudo, ita quod nõ ſit diſtinctio, prout in agnatis.*

13 *Feudum ex pacto nouum in nihilo differt ab hæreditario.*

14 *Vaſſalli delictum obeſt omnibus hæredibus in feudo hæreditario.*

16 *Text. in cap. denique cum concordãtibus rectè inducitur pro parte Domini aduerſus agnatum, confutato aliquorum intellectu ad iura præfata, & nu. 17.*

17 *Filiũ eſſe proximũ agnatum eſt iuris ſatis aperti; ſed in materia feudali, quando fit mentio de proximiori agnato, intelligitur filijs nõ extantibus nu. 19. & 21.*

18 *Ordo gradus non attenditur in linea deſcendentium.*

20 *In feudis ſeruatur rigor, eapropter in eis attenditur voluntatis intereſſe.*

Aequitas præfertur rigori, niſi ſit ſcriptus.

Lex quamuis dura ſeruanda eſt.

22 *Feudum ſub qua conditione cenſeatur datum agnatis.*

23 *Dominus directus committendo feloniam, feudo priuatur.*

24 *Emphyteuta deſiſtens à canonis ſolutione præiuditium infert ſucceſſoribus in emphyteuſi.*

25 *Feudum quando amittitur ex feudi natura, perire, & non euinci dicitur.*

26 *Feuda an regulentur à diſpoſitione l. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de iure fiſc. fusè diſcutitur, & negatiuè concluditur aduerſus Camerar.*

Prælato delinquente ad quem feudum deuoluatur.

Camer. grauis lapſus notatur, dum opinatus fuit text. in §. denique, quæ fuit prim cau. benef. amit. loqui de feudo hæreditario, et n. 27.

28 *Feudum etiam ſi ſit fideicommiſſo ſubiectum cum Domini conſenſu, adhuc ob vaſſalli feloniã Domino aperitur, idque ratione ſuadetur, & idem obtinet, ſi ſit generi conceſſum.*

29 *Feudum vaſſallo delinquente num aperiatur Domino mediato, vel immediato. D. Auth. poſt relatã aliquorum diſtinctionem indiſtinctè ſuſtinet ad immediatum deuolui iuxtà opinionem Camer.*

Feudum non venit in confiſcatione, quando fiſcus non eſt Dominus directus: quia eſt loco extranei hæredis, & hæc eſt frequentiùs recepta ſententia.

LE-

LECTIO II. aliàs XXII. in ordine.

1 Primum notabile, quod pro regula ſumitur ex text.noſtro,eſt,quod filius vaſſalli delinquentis nullo modo ad ſucceſſionem feudi aſpirabit,ſiue delictum ſit in Dominum, ſiue non in Dominum.

Secundum notabile eſt, quod ex gratia filius poterit feudũ patris delinquentis habere cum modificatione tamen, quando non adſunt agnati ex latere,quibus exiſtentibus gratia non procedit, & agnati ſuccedunt vſque ad quartum gradum,& etiam vſque in infinitum, vt declarauimus in Lectione antecedenti,in qua firmauimus non eſſe veram opinionem illorum,qui voluerunt excluſos eſſe agnatos in 2. & 3. gradu; ſed omnes incluſos vſque ad quartum,& in infinitum, & ſic intelligi debere.

Quò ad primum notabile concordat text.in cap.ſi vaſſallus culpã,ſi de feud. def.& concordat etiam tàm tex.in §.denique ſup.quæ ſit prim.cauſ.benef.amit. quàm text.in c.1.an ille, qui interf.frat. dom.ſui,vt inferiùs declarabimus ſecundum verum intellectũ,quæ iura loqui in feudo ex pacto, & in feudo antiquo non nouo expeditum eſt ſecundum oẽs, cum in feudo nouo, vt ſcitis, frater fratri non ſuccedat de iure cõi feudorum,& in feudo hæreditario pater poſſit præiudicare filijs,& agnatis, in quo non eſt immorãdum,& hæc fuit difficultas huius text.& aliorum iurium feudalium: nam de iure cõi Romanorum non videbatur, ꝙ filius puniri deberet ex delicto patris,nec præiudicaretur his,quæ ex genere, & ex diſpoſitione maiorum acquirebantur; ſed ſpeciale eſt in feudis,vt dixerunt Alua.& Præpoſ.hic,& Mart.Laud.in d.c.ſi vaſſallus culpam,& ante eos dicit gl.notab.in c.præterea ſi vaſſallus,quæ ſit prim.cauſ. benef.amitt.vbi Andr.eadem gl.in d.c.ſi vaſſallus culpã,ſicut ſpeciale eſt in crim. læſ.maieſt.etiam de iure cõi Romanorum pp immanitatem criminis ex teg.text.in l.quiſquis §.filijs verò C.ad l.iul.maieſt. vbi filijs vita ex gratia conceditur, dicit tex.cum paterno deberent perire ſupplitio,in quibus paterni,hoc eſt hæreditarij criminis exempla meruuntur,& gl.noſtra conſiderat etiam pariter in feudis delicti magnitudinem, & coniuncti[illegible] perſonarum,[illegible] alius eſſe à pa[illegible]e culpante, macula patris eſt in filio, l[illegible]gubre eſſet Dño feloniã paſſo videre f[illegible]dum in filio delinquentis,qui e[illegible]a perſona cum patre,nec diliget [illegible]ius,quem pater odit,& in quẽ deliquit [illegible]uas rationes omnes poſuit Andr.in d. [illegible].præstereà,vbi lariùs Affl. hinc dixit Bald.[illegible] ſe patris C.vnde liber.quod propter cu[illegible] factus eſt filius vaſſalli inimicus Domini.

2 Quæ concluſio limitatur ſecundum oẽs, niſi feudum conceſſum eſſet nominatim patri,& filio, tunc.n.in portione filij delictum patris non præiudicat ſecundum Andr.& omnes,& ego dico non eſſe bonã limitationem:quia non eſt de regula, loquendo ſecundum terminos eiuſdem Andr.in cap.1.qui ſucceſſ.ten.nam regula eſt,quod filius non ſuccedat patri propter delictum, à qua dum excipitur non procedere,quando nominatim eſſet facta conceſſio patri,& filio,hoc,& ſi verùm ſit in ſe, non eſt: quia filius ſuccedit patri; ſed quia ipſe à principio habuit radicatum feudum,ſeu feudi portionem in ſui perſonam,hinc eſt, quod portio ſua tantum ſibi à principio acquiſita reſeruatur, & non tangitur, non autem portio paterna.

3 Sed quid ſi deliquit pater in vita aui Domini,& poſſeſſoris feudi,vel poſt mortem; ſed non adita patris hæreditate, an filius tali caſu priuetur ex delicto patris, ita vt procedat regula huius text. communis deciſio eſt,quod filius tali caſu ſuccedat auo patre delinquente in vita,vel poſt mortem hæreditate non adita: quia habetur, ac ſi repudiaſſet; ſuccedit enim filius tunc auo ſuo, & pater per delictum ſublatus eſt de medio,ita quod incipit tenere primum locum, & ex incapacitate habetur, ac ſi non eſſet in mundo, & ſit locus ſequenti in gradu

Digitized by Google

l.1.§.ſcd & ſi patruus ff.de coniung.cum emancip.lib.l.1. §.qui habebat ff.de bonor.poſſ.contr.tab.vbi Bart. cumulat iura, & deciſ. ad propoſ. Molin.de hiſpan. primogen.lib.1.cap.9. nu.27.niſi conceptus [illegible] in vita aui, & tunc nullo iure [illegible] quia ex perſona illius non poteſt,cum [illegible] illo iure cogn[illegible] eum atrigit,& ex [illegible] perſona patris minimè ſtante delicto, [illegible] fuit opinio, & diſtinctio, Specul.in ti[illegible].de fe[illegible] 1.nu.2.quem ſequutus fuit Bald.hic [illegible] tr.& Præpoſ.& latè Authot damn.mem [illegible] 30.quæſt.36. qui cumulat Iacobin. [illegible] Curt. idem tenentes, & ante [illegible] ganter Bart. in l. eum, q[illegible] [illegible].& teleg. & idem tenuit Ilern. ſi benè aduertatur in Conſtit. Reg. ob filiorum culpas,vbi voluit, quod filius foriudicati, vel proditoris,& non Fiſcus ſuccedat in feudo auo ſuo,& vos ponderetis text. noſtrum, qui dicit vaſſalli feudum delinquentis,& text.in cap.ſi vaſſallus culpam dicit, ſi vaſſallus culpam committat,ex quo feudum amittere debeat, & text. in §.denique, dicit vaſſallo propter iuſtam culpam à feudo cadenre,& text.in cap.1. an ille, qui interfec. fratr. Domini ſui, dicit,feudum amittat propter delictum, & ſic oportet dari habitum,vbi datur priuatio,& cum iura loquantur de vaſſallo, ergo habet feudum, cum iura dicant, quod amittat feudum, ergo habet feudum, cum iura dicant vaſſalli feudum delinquentis,ergo erat in dominio,& poſſeſſione feudi, & ſic hæc communis concluſio ex prædictis non poteſt in dubium refricari.

4 Et licet Andr.in d.cap.præterea, quæ ſit prima cauſa beneſ.amitten. videatur tenere contrarium, vbi Afflict. tamen ex præallegatis apparet non benè ſenſiſſe; & cum lex feudalis loquatur tantum de poſſeſſore Domino feudi, non eſt illa extendenda,& inducenda ad legum Romanorum correctionem in exorbitantibus:quia vt ſæpè ſæpius ipſe Andr.dixit, quod expreſsè non eſt correctum, remanet ſub communi iuris diſpoſitione, & quod non mutatur, ſtare non prohibetur ex regula text.in l.præcipimus C. de appellar. l. ſancimus C.de teſtam. & quando lex feudalis expreſsè non decidit, ſtamus diſpoſitioni iuris communis Romanorum ad text. in cap. 1. de feud. cognitione, & non eſt alia ratio, in qua fundetur illa notabilis deciſ. Andr. in d. §. præterea, vt ſi primogenitus delinquat in vita patris, ſecundogenitus ſuccedat patri in feudo,non autem Fiſcus: quia dominium non eſt radicatum in perſonam primogeniti patre viuente, & per delictum eſt ſublatus de medio, & ſecundogenitus tenet locum primi, quæ rationes omnes procedunt in quæſtione, de qua agimus, quando pater non ſucceſſit, per delictum abdicauit ſe de medio, & filius eius tenet primum locum in ſucceſſione aui,cumq; Andr. conſideret principaliter magnitudinem criminis,odium paternum, offenſam Domini, & reliqua,dicamus procedere poſſe ſuam doctrinam in crimine læſæ maieſtatis, & ſic ipſemet non eſt ſibi contrarius,in quo crimine filij puniuntur ex delicto patris, & indigni efficiuntur cuiuſcunque ſucceſſionis,non ſolùm paternæ;ſed etiam auitæ,vt dicit tex.in d.§.filijs verò,& ſic iura iuribus concordantur,non inducitur correctio,& deciſiones Andr.diuerſis reſpectibus benè procedunt iuxta diſpoſitionem text.in l.fin.C.de bon.damn. ibi ſpeciale in crimine læſæ maieſtatis,& ſic diſtinxit Aluar. hic 2.col. in fin.ibi in crimine autem læſæ maieſtatis, & Præpoſ.col.fin.propè finem.

5 Dixi,quod requiritur,iſtos filios eſſe conceptos,& hoc ea ratione:quia ſi concipiuntur poſt delictum etiam in vita aui; dicuntur filij non primi patris; ſed concepti ex nouo homine,& propterea auum non recognoſcunt, vt eſt ad propoſitum text.ſatis notab. in l.ex facto §. ex facto ff.ad trebell.vbi Alex.& Hercul. ſatis elegantet notant contra Bart. in l. 1. ff.de bon. damnat. qui tenuit filios habere partem etiam conceptos poſt delictum: quia naſcuntur legitimi, & profectò erronea eſt ratio: nam nihil ad caſum non diſſolui matrimonium,

vel

vel naſci legitimos: quia non deſinit eſſe homo; ſed eſt verum id, quod lex dicit eſſe nouum, & non amplius illum primũ hominem, hinc text. in d. l. 1. de bon. dãn. conſiderat cõceptionem ante damnationem, & idem in Conſt. Reg. foriudicat. rum bona, ibi iam natos habeant, vel conceptos ante foriudicationem, quæ latè ſunt cumulata per D. dè Franch. in decil. Sac. Conſ. nu. 102. licet ibi referatur aliter iudicatum, & malè ni fallor, & communiter Doct. tenuerunt hanc opinionẽ: nam Ang. Imol. Paul. de Caſtr. & cæteri in d. S. ex facto tradiderunt filios eſſe legitimos etiam natos, & conceptos poſt deportationem: quia non ſoluitur aliter matrimonium; ſed durat; ſed omnes poſteà tranſeunt cum diſtinctione text. an ſint cõcepti poſt, vel ante deportationẽ: quia ſunt filij noui hominis, & ſi text. ille eſſet correctus per legem C. & per auth. bona damnatorum, ſciuiſſent hoc dicere Doct. præfati, & nullo modo determinaſſent quæſtionem ſecundum diſtinctionem illius text. & prædicta Conſtit. noſtri Regni, quæ eãdem facit diſtinctionem, proculdubio, cum ſit poſt legem C. & ius authẽticorum, clareſcit veritatem huius opinionis, cumq; lex C. & ius authenticorum poſſint intelligi ſecundum ius hoc ff. & expreſsè ius illud non corrigant, quomodo volumus à iure digeſtorum recedere, & dicere illud correctum, ſi legem expreſſam ad hoc nõ habemus, quicquid dixerit Rip. ibidem, ad cuius ponderationes benè reſpondetur in prædicta decil. Sac. Conſ. & hæc eſt cõmunis, vt refert Moli. de hiſp. primog. lib. 3. c. 2. nu. 27. licet ipſe non aliter diſputãdo articulum, nec deguſtando punctũ; ſed obiter videatur inclinare, q̃ hodie ſit correcta diſpoſitio tex. in d. S. ex facto, qui allegat Ant. de Padill. in l. cum acutiſsimi nu. 42. C. de fideic. hanc opinionem tenentem; ſed dicit contrariam eſſe cõmunem, & hanc eandem opin. tenet Bal. Aluar. Præpoſ. Auth. damn. mem. & omnes ſupra alleg. in princ. huius quæſtionis.

6 Secundum notabile text. eſt, vt dixi, q̃d ex gratia filius poterit feudum paternũ habere non obſtãte patris delicto, agnatis tamen in medio non exiſtentibus, & notate: quia non loquitur text. per viam ſucceſſionis, vel per viam reſtitutionis; ſed vtitur verbis gratiæ, & nouæ acquiſitionis, ibi niſi id iterum à Domino licitè acquirat ſibi gratiam fa[illegible], & tractatur [illegible] graria in per[illegible] delinquentis; ſed in perſon[illegible] n filij, ita q̃d delictum patris conſumau[illegible] ſuum effectũ amiſſionis feudi, & [illegible] nis, & deuolutionis in perſ[illegible] à lege immediatè vocatam, vt ſi non cadat terminus reſtitutionis: qui ſi eſt noua perſona, nihil amiſit, & cu[illegible] non deliquerit, nihil indulgetur, & ſic pro[illegible] etiam text. in S. filia verò de ſucceſſione feud. & in cap. 1. quemadm. feud. ad fil. pertin.

7 Sed ſi in vita vaſſalli delinquentis Dominus delictum eidem remiſerit, tunc nõ opus erit diſtinctione, ſi adſint, vel non adſint agnati, cùm poterit Dominus remittere delictum, tollere ſententiam, & omnia, quæ ex ea oriuntur, hinc notabiliter Bart. in l. fin. C. de ſent. paſſ. dixit, q̃d verbum gratia importat reſtitutionem, ad quod gloſ. in S. inſuper, de proh. feud. alien. per Frider. tradidit, quod ſi Dominus remiſerit delictum vaſſalli poſſeſſoris feudi auiti, agnati poſt illius mortem ſine filijs ſuccedent, vt in paterno, ſeu auito feudo: hinc id, quod dicitur, vt gratia, ſeu reſtitutio non tollat alteri quæſita, intelligitur, quando ex facto hominis, & aliter, quàm per ſententiam ex delicto immediatè; tunc. n. ex reſtitutione cauſa redit ad non cauſam, & ex gratia Princeps tollit ſententiam, & tollit delictum, & conſequenter pœnam, quæ ex ſententia, & delicto immediatè naſcitur, ita Bald. notabiliter in l. fin. C. de ſent. paſſ. probat text. notab. in cap. 1. In ſi. hic finitur lex, & hæc eſt communis ſententia, vt reſtitutio non trahatur ad bona alteri quæſita, quando ex facto hominis; ſecus autem, quando ex ſententia, & ex delicto immediatè: quia Princeps poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris ciuilis, & hæc eſt deciſ. ſollemnis Andr. in cap. 1. de vaſſ. decr. æt. quæ per prius fuit Iac. de Belu.

in cap.1.hic finitur . x,vbi latè, quam decisionem ſequutus fuit ibi Bald. Alua. Præpoſ.& communiter Scrib.licet poſtea ſe inuoluant in alia quęſtione poſita per Bald.& malè,quod latè proſequitur Author dam.mem.in tit.r.§.22.nu.35.cum ſeqq.F. 29.author.& hanc concluſionem [illegible] cõiter tenuerunt Scrib.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum n.de lib. & poſth. vt per Cyn. Ang. Aret. Alex. & alios,quod r[illegible] ſumit ibi Iaſ.nu.74.verſ.
8 2.notabiliter limita, propterea fieri ſolet diſtinctio,quod aut [illegible]titutio fiat per viam iuſtitiæ,& tunc ext[illegible]ditur ad alienata etiam ex facto hom[illegible]s, eſt text. in l.in cauſæ ff de [illegible] .fin.ff.de quęſtionibu[illegible] ſupra nu. 73. aut verò fit reſtitutio per viam gratiæ,& tunc,aut eſt ſimplex,aut cum adiuncto,vt in ſecũdo caſu reſtituatur ad id,quod in adiuncto exprimitur, in primo verò reſtituitur ad omnia etiam alienata;ſed per ſententiam, & ex delicto immediatè alteri acquiſita,non autem facto hominis: quia tunc res non eſt integra,cõſideratur tertij præiudicium: quia acquiſiuit ex noua cauſa,ex alio titulo,& non propter deli-
9 ctum,& ſententiam immediatè, aut verò Rex indulget,& non reſtituit,& tunc nõ veniunt bona , & hæc eſt diſtinctio,quæ firmatur ex text.in l.1.2.3.4. & 5. & in l.fin.C.de ſent.paſſ. ſecundum quam diſtinctionem refert iudicatum D.de Franch.in deciſ. 213.

10 Ex quibus vos reaſſumatis intellectum ad text.noſtrum , vt procedat tantum in caſu,in quo loquitur.ſ.in filio vaſſalli delinquentis poſſeſſoris feudi, vt Dominus ei gratiam facere non poſſit agnatis exiſtentibus,quibus ob delictum agnati fuit acquiſitum feudum,& acquiſitionis effectus iam conſumatus , manente agnato delinquente in eodem ſtatu non reſtituto,non aggratiato,& in eo vitam functo; ſed ſi tractaretur de perſona eiuſdem vaſſalli delinquentis;tunc etiam in præiuditium agnatorum poteſt Dominus gratiã facere, & poterit reſtituere,intelligendo cum diſtinctione, de qua ſupra , vel ſi filius patris delinquentis tractaret aui ſucceſſionem, & eſſet conceptus ante patris delictum,niſi eſſemus in crimine læſ.maieſt.vt ſupra diximus.

Et ex his ſunt expedita omnia , quæ concernunt intelligentiam noſtri text.& [illegible] æ ad ampliationes,& limitationes ipſ[illegible]s poſſent occurrere , ſuperſunt modo [illegible]uæſtiones poſitæ hic per Andr.quę non [c]oncernunt text.ſed rubr.videlicet,quib. feudum aperiatur per delictum vaſſalli filijs,agnatis,Domino,& cui Domino,videlicet mediato,vel immediato,& in hoc conſiſtit omnis theor.Andr. in c.noſtro, licet in principio aliquantulum declaret text. & ex his q̃ſtionibus inſurgunt aliæ, ſi Fiſcus,qui publicat bona,habebit feudum, ſi durante vita naturali vaſſalli delinquentis Dominus poſſidebit feudum , & ſi pęna delicti erit aduerſus filios tàm ex culpa in committendo,quàm in omittendo,vt præſupponunt eſſe in alienatione ſine aſſenſu Domino irrequiſito , quã vltimam quęſtionem non tractabo,ſiquidem in repet.cap.1. de ſucceſſ.feud.latè eam diſputauimus , vbi firmauimus per iura,rationes, & authoritates non differe delictum alienationis ſine aſſenſu ab omni alia culpa in committendo, ex qua inducitur legitima feudi priuatio.

11 Sed tractando quæſtionem ſi ob delictum in Dominum in offendẽdo,feudum antiquum ex pacto ad ipſum deuoluatur,& non ad agnatos;Domini,& ſi hæc quæſtio ſit multum celebris, & videatur ardua,dicatis,quod authoritas Andr.qui tenuit opinionem pro agnato,facit,vt videatur quæſtio ardua,& diſputabilis;ſed ſi perſcrutemur iura feudalia, rationes , & Doctorum authoritates, nullam habet probabilem difficultatem,& ex dictis per eundemmet Iſern; quæſtio apparebit deciſa Irrefragabiliter pro Domino contra agnatum.

12 Quæſtio non ponitur in filio , videlicet ſi in feudo ex pacto filius priuetur ob delictum paternum,& feudũ Domino aperiatur : nam ex ſpecialibus conſuetudinibus feudalibus ſemper ob delictum patris filius priuatur , ſiue delictum ſit in Dominum,ſiue non,ita pro regula ponit,

Andr. in d. §. denique in verſ. ſi verò, tradidit gl. in d. cap. præterea eo. tit. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. vbi Andr. notat num. 9. qui latè diſputat articulum quid de iure ciuili Romanorum; ſed ſecundum conſuetudines feudales dixit hoc eſſe indubitatum, vt ibi per totum, & ibi in verb. meliùs, & æquiùs, Addentes ibi bene aduertunt, & declarant dicta per Andr. in lit. H, ibi, ſic Iſern. dicit, vbi gloſ. in verb. certiorare eandem tenet opinionẽ, quarum gl. dictum fundatur ex text. noſtro, & ex text. in d. cap. ſi vaſſallus culpam, vbi gloſ. idem tradidit, ibiq́; pariter Andr. faciunt enim iura prædicta regulã generalem, quod ob culpam vaſſalli ſem per filius priuetur, & ſi agnati quandoq́; ſuccedant, ita quod reſpectu filiorum priuatio eſt perpetua in omnem caſum; reſpectu verò agnatorum ſecundum qualitatem delictorum, vt infra declarabimus, quæ eleganter exprimit Bald. in l. qui ſe patris nu. 7. C. vnde libe. vbi adducit rationes ſpeciales poſt Specu. in tit. de feudis §. fin. Petr. de Bellapert. Cyn. & alios in l. 2. & fin. C. de liber. & eorum liber. Iac. de Beluiſ. Aluar. Præpoſ. & alios in cap. noſtro, idem Iac. de Belu. & communiter Scrib. in d. §. denique, & in d. cap. ſi vaſſallus culpam, Iacobin. vbi ſupra, & omnes.

13 Non pono quæſtionem in feudo nouo, vt hic tradit Andr. & in omnibus locis prællegatis: nam non eſt diſputabilis articulus: quia non ſuccedunt in eo, niſi deſcendentes, & reſpectu primi acquirẽtis omnes habent, vt hæredes, & ideo aliàs Frec. in 29. author. ante nu. 11. dixit, quod feudum nouum ex pacto nihil differt ab hæreditario, & ꝓbat hoc text. in cap. 1. an ille, qui interf. frat. Domini ſui, & in d. §. denique, vbi facta diſtinctione, ſi delictum eſt, vel non eſt in Dominum, dixerunt iura prædicta hoc procedere; dummodo feudum ſit paternum, ergo ſecus in feudo nouo, & ideo Curt. in 5. par. principali 2. principali concluſione dixit, quod in hac concluſione nullum inuenit diſcrepantem.

14 Non pono quæſtionem in feudo hæreditario: nam in eo delictum feudatarij præiudicat omnibus hæredibus, ſicuti quodlibet aliud factum ipſius feudatarij, & in tali feudo nulla eſt differentia inter filium, & agnatum, vt dixit Andr. in c. 1. an agnatus in verbo, & licet nu. 6. quicquid dixit Author damn. [illegible] in §. 30. q. 35. qui lo[illegible]quitur contra [illegible] iuris terminos.

15 His fundamentis iactis & concluſionibus firmatis quæ[illegible] ig[illegible]ur erit in feudo ex pacto p[illegible]no, ſeu antiquo inter Dominum, & [illegible]gnatum, an feudum deferatur, ſeu ap[illegible]atur Domino, vel agnato, ſi vaſſallus o[illegible] [illegible] priuatus fuerit, & non eſt dubium, [illegible]munem eſſe opinionem pro Domino con[illegible] agnatum ſecundum ius conſuetudinarium feudorum, dixit eleganter Bald. in d. §. denique, & ante eum Iacob. de Beluiſ. Iacobin. in verb. dictiq́; vaſſalli num. 58. dicit hanc eſſe communem, idem Zaſ. in tract. feudorum 10. parte tradens hanc eſſe communem, & tutiorem opinionem, & ante omnes eam tenuit Iacob. de Ardiz. in tit. vtrum prohibeatur feudum com penſari, Curt. poſt Aluar. pariter dixit hanc eſſe communem in 5. par. principali, Ioan. Raynal. in ſuo comprehenſorio feudali in verb. pœna, Capyc. in ſua inueſtitura in verb. agnati, & in verb. feuda amittuntur, Curt. Sen. in conſ. 49. nu. 25. dixit eſſe communem, Afflict. in cap. 1. §. ſi libellario, quibus mod. feud. amitr. dixit, quod iſtam opinionem approbant omnes Scrib. Molin. de hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 11. nu. 56. pariter dixit hanc eſſe communem.

Sed perſcrutemur iura, & attendite rationes: nam ſic videbitis opinionem hanc communem eſſe indubitatam, & Andr. loquutum fuiſſe contra expreſſa verba iurium feudalium, & contra veram radicem, & rationem illorum, & omnia, quæ ſunt dicta circa intellectum iurium prædictorum, eſſe diuinationes, omniaq́;, quæ ex aduerſo adducuntur, procedere de iure cõmuni Romanorum, quod ceſſat, quando habemus ſpeciale ius feudorum.

16 Qua-

16 Quatuor iura habemus in hoc articulo concordantia,& correlaria, ex quibus concluſio redditur indubitata, text. in cap.denique,quæ ſit prima cauſa beneſ. amitt.in cap.1.an ille,qui interfec.fratr. Dom.ſui,in hoc cap.noſtro ſi vaſſa.feud. priu.& ... ſi vaſſallus culpam,ſi de feud.d... ...

Ponit caſu text. in S. denique in vaſſallo propter iuſtam culpam à feudo cadente, ad q em f dum pertineat, an ad Dominum, an vero d ſucceſſorem vaſſalli , & text. diſtingu do tradidit , quod ſi in Dominum pecc uerit,ad Dominum , & non ad proxi s beneficium pertinet . vt hanc ...em habeat ſuæ iniuriæ vltionem; ſi verò non in Dominum ſecundum exempla ibi poſita , tunc non ad Dominum ; ſed ad proximos feudum pertinebit,& ita dicit text.ſæpè pronuntiatum ; ad quod concordat text.cum eadem diſtinctione in d.cap.1. an ille, qui interfec. fratr. Domini ſui, reddens rationem: quia tamen felonia non fuerit contra Dominum facta , ad agnatum proximiorem feudum pertinebit ſecundum ordinem gradus,cum autem ad Dominum reſpicit felonia , feudum tunc Domino aperitur.

Tradunt igitur hæc iura, quod quando delictum eſt in Dominum , agnatus priuetur , quando verò non eſt in Dominum,agnatus proximior ſuccedat ſecundum ordinem gradus , ergo quæſtio eſt deciſa .

17 Et dum voluerunt intelligere in filio: quia proximus agnatus eſt ad text. in l. filius ff.de ſuis,& legit.notate quæſo motiua indubitata , ex quibus hoc apparet erroneum.

Firmauimus ſupra per iura, & authoritates eiuſdem Iſerniæ , quod filius priuetur feudo ex pacto antiquo ex omni culpa patris, ſiue ſit, ſiue non ſit in Dominum,ergo dum hæc iura loquuntur in proximis , & in agnatis , & diſtinguunt culpas , nullo pacto poſſunt loqui in filio.

18 Secundò,ſi iura prædicta dicunt,quod feudum vadit ad agnatum proximiorem ſecundum ordinem gradus , ergo non ad deſcendentes : nam ordo gradus non habet locum in deſcendentibus iuxta text.in §.1.inſtit.de nupt.

19 Tertiò,& fortiùs, quotieſcunque in materia feudali fit mentio de agnato proximiori, intelligitur filijs non extantibus, videatis text. ab alijs non ponderatum in cap.1. propè finem de natura ſucceſſ.feud. ibi, & hoc eſt,quod dicitur ad proximiores pertinere,vbi text.ad literam , vnde dum ponderatur text. in §.denique, quod loquatur de proximis , ideſt de deſcendentibus,confunditur hæc interpretatio : quia proximiores intelliguntur agnati filijs non extantibus , & proximiores vocantur ſecundum ordinem gradus, quod nullo modo procedit in deſcendentibus.

Quartò, ſi diſtinctio iurium prædictorum eſt,quod aut delictum eſt in Dominum, aut non in Dominum, & volumus intelligere,quod loquatur reſpectu filiorum , & deſcendentium, ergo non daretur caſus , quod agnatus priuaretur , ſi fundatum eſt ex eiſdem iuribus , illa loqui in feudo ex pacto paterno , non nouo ; cumq; iura prædicta dicant , quod agnati,qui quarto gradu ſunt,quandoq; ſuccedunt, vt in cap.noſtro, & in cap. ſi vaſſallus culpam dicitur,quod ſuccedunt agnati in quarto gradu , dummodo ad eos pertineat , ergo datur caſus , quod non ſuccedunt,& ſi quando culpa non eſt in Dominum , non eſt dubium ſuccedere , ergo cum non remaneat alius caſus, niſi quando culpa eſt in Dominum , ſequitur , quod in eum caſum agnatus priuetur,quod ponderat Curt. in d.conſil.49.nu.25.& idemmet Iſern.neſcit reſpondere ad text.in d.§. denique, intantum quod voluit,quod principium illius text.loquatur in filio;finis verò in agnato contra verba expreſſa text. qui vnicum poſuit caſum , & vnicam diſtinctionem,& verbum ibi,ſi verò aduerſatiuum demonſtrat hoc abſurdum , & hanc opinionem tenuerunt gloſſatores , ſi rectè aduertatur,vt in cap.ſi vaſſallus culpam, & peroptimè , & latè declarat gloſ. in cap.

cap. 1. in verb. facultatem, infra de allo-
dijs, & idem in effectu tenuit gloſ. noſtra
hic, licet dicat, quod videtur fortè æ-
quior ſententia pro agnato, & in feudis,
20 vt ſcitis Domini, dixit Andr. in d. cap.
imperialem, & in alijs locis, quod ſe[illegible]
tur rigor, & ideo conſideratur inter[illegible]
voluntatis ad text. in l. fin. ff. de vſu, [illegible]
habitatione, & æquitas non præfertur ri-
gori, quando rigor datur ex lege ſcripta
ad text. in l. 1. vbi gloſ. C. de legibus, &
hoc eſt, quod dixit Andr. ſæpè ſæpius,
quod lex quamuis dura ſeruanda eſt ad
text. in l. proſpexit ff. qui, & à quibus, &
21 notate quæſo, quod licet de iure com-
muni Romanorum filius proximus agna-
tus ſit, tamen ſecundum iura feudalia fi-
lius non cōprehenditur ſub verbo agna-
tus, nec agnatus ſub verbo filius, & pon-
derate text. in d. cap. ſi vaſſallus culpam,
ibi filij non admittuntur; ſed benè agna-
ti, qui in quarto gradu ſunt, & in cap. no-
ſtro ibi ad agnatos quandoq; pertineat;
filius tamen ad id nullatenus aſpirabit,
& habemus rubricam an agnatus, vel fi-
lius defuncti, & text. etiam ibi, qui pri-
mò ponit caſum in agnato, quod poſſet
repudiare hæreditatem, & retinere feu-
dum, & demum ponit caſum in filio, &
ſic habemus rubricam de eo, qui fin. fe-
cit agnato.
22 Ratio irrefragabilis eſt, quam ponit
hic Iſern. quia feudum cenſetur datum
agnatis ſub tacita conditione, ſi præce-
dens agnatus manſerit in eodem ſtatu,
& non commiſerit feloniam argum. text.
in l. cum quis, ff. de ſolut. quam ratio-
nem amplioribus verbis exornat Curt.
in loco præallegato, qui dicit, quod feu-
dum attenta originali diſpoſitione ſit
ſemper beneficium, & licet alij agnati
videantur vocati vigore primæ inueſti-
turæ, tamen omnes vocati cenſentur ſub
iſta conditione, vt vnuſquiſque ſit fide-
lis, ita quod tranſit feudum in vnum-
quemque ſic affectum, & conditionatum
ex qualitate innata ex principio gene-
rationis, & conſtitutionis feudi, quod
eleganter, & vnico verbo dixit Author
damnatæ memoriæ in d. §. 30. quæſtione
36. num. 133. 161. tanquam ſub iſta
conditione conceſſum, vt in caſu feloniæ
redeat ad Dominum in ſuæ iniurię vltio-
nem, & Duaren. in ſuo opere idem tra-
dens in tit. amiſſum feudum cui aperia-
tur cap. 17. dixit eſſe rationem quia ta-
citè ab initio actum videtur, [illegible] Domino
offenſo agnatis excluſis fe[illegible] ad [illegible]
minum redire, ergo quid mirum, [illegible]
agnati non ſuccedant, & feudum Domi-
no applicetur, ſicuti dicimus in quolibet
iure quæſito re[illegible] ex pactis, & con-
ditionibus in principio acquiſitionis, vt
in rebus ven[illegible]tis cum pacto de retro-
uendendo, in [illegible]tiali hypotheca in præ-
iuditium credit[illegible] anteriorum, in pa-
ctis addictionis in diem, [illegible] commiſ-
ſoriæ, in acquiſitione rerum pupillarium,
in donationibus modalibus, & ſimilibus,
ex quibus ceſſant omnes rationes, quæ
ex aduerſo conſiderati poſſent, imò ex
eodem fonte, & ex eodem contractu, &
ex eadem lege inueſtituræ prædictis at-
tentis ius Domini fundatur, quod in
feudis abſonum videri non debet, quæ
propter fidem, & ſeruitia fidelitati an-
23 nexa conceduntur, & quare abſonum
hoc videri debet, ſi eadem iura feudalia
eandem pœnam ponunt Domino com-
mittenti feloniam, imò maiorem, vt ſiu
peccauerit in vaſſallum, ſiue in alium
proprietate feudi priuetur, & ad ipſum
vaſſallum perueniat, caſus eſt in §. Do-
mino committente feloniam, ſi de feud.
24 defunct. milit. & Bald. eleganter d. l. 2.
C. de liber. & eorum liber. hanc firmans
opinionem, dixit, quod ſicuti in emphy-
teuſi ille, qui facit contra naturam con-
tractus, non ſoluendo canonem, aperit
viam proprietario excluſis omnibus ſe-
quentibus: quia hæc tacita conditio fuit
ab initio, ita in feudo: quia ille, qui com-
mittit feloniam, facit contra naturam
contractus, vnde ex tacita eius natura
redit ad Dominum, & idem tenuit Bart.
25 in l. 3. ff. de interd. & releg. & aliàs alle-
gaui vobis Bald. in l. eum, qui §. fin. in
fine ff. de iureiuran. vt quando feudum
amittitur ex natura feudi, non dicatur
euinci; ſed perire, & ſi perit, non po-
teſt

teſt dari ſucceſſio agnatorum: quia non entis nullæ ſunt partes,& iuſtè perit, dixit ſubtiliſſimus Bald. quia deficit ſubſtanria ex culpa in Dominum, & remota ſubſtantia deficit contractus inueſtituræ.

26 Vltimo loco Camerar. in repetitione ... gnatus, ſequendo Iſern. & ...ando articulum, dixit, quod omnia iura prædicta intelligi debent ſecundum terminos text. in l. Statius Florus, §. Cornelio Felici ff. ... iure fiſci, & adducit pro ſe text.in cap.1 §.fin. de cap. Corrad. vbi Prælato del... quente feudum deuoluitur ad Do... num concedentem Prælato illo viuente; poſt verò illius mo... ... ſucceſſorem eius reuertitur,& quod peius,dixit,text.in §.denique loqui in feudo hæreditario, ponderando ibi verbum ſucceſſor,& concludit tandem tex.in §. Cornelio Felici habere locum in feudis.

Sufficeret pro reſponſione dicere; quod idemmet Camerar.in eadem repetitione 17. quæſtione tenuit text. in §. Cornelio Felici nullo modo habere locum in feudis,& ipſemet reſpondet ad text.in cap.1 §.fin.de capit.Corrad.feudum enim eſt conceſſum Eccleſiæ,non Prælatis, qui ſunt Adminiſtratores, & Procuratores rerum Eccleſiæ, & ſunt vſuarij ſecundum Canones, ergo quid mirum, quod ex delicto feudum in perpetuum ad Dominum non deuoluatur, & propterea gloſ.ibi declarat, opponendo de §. denique, & dicit, quod propter priuilegium Eccleſiæ feudum ibi reuertitur ad ſucceſſorem poſt mortem Domini.

Vlteriùs caſus in d. §. Cornelio Felici non poteſt applicari ad terminos feudales: nam prima ratio illius text.eſt,quod poterat præmori fideicommiſſarius interim durante vita delinquentis, quæ ratio nullo modo procedit in feudo:nam ex delicto feudali ius iſtius vaſſalli delinquentis extinguitur, & feudum ex lege contractus vel ad Dominum, vel ad agnatum eſt reuerſurum, & interim non poteſt ſtare in pendenti, & hoc operatur contractus primus, & non delictum.

Sed non ne Andr. fatetur,& omnes, quod in filio regula non habet difficultatem, vt omni iure feudum ad Dominum applicetur perpetuò,& tamen text. in §.Cornelio Felici loquitur in filio, & poſtquam Andr. in §. prætereà, quæ ſit prima cauſa benef.amitten.dixit in filijs ſpetiale eſſe ius feudorum, vt non procedat in ipſis text.in l.3. ff.de interd. & releg.cur abſonum videri debet reſpectu agnatorum, & ſi text. in d.§.denique cum alijs iuribus ponit caſum cum diſtinctione delictorum in Dominum, vel non in Dominum, vt ſi culpa ſit in Dominum, ad illum feudum reuertatur, ſi in alium, ad agnatum, ſi igitur quando ad agnatum deuoluitur, eſt perpetuò, quomodo volumus diuerſificare caſum, quando deuoluitur ad Dominum, quod lex non patitur à principio ad finem, argu.text.in l.ſi putator ff. ad leg.aquil. & cum contractus reſoluatur, voluerunt Doctor.in ſubfeudo illud deuolui ad Baronem non expectata morte feudatarij culpantis, quia text. in §.Cornelio Felici non habet locum ea ratione in feudis, vt eleganter per Frecc. 29. authoritate, & per Afflict.in deciſ. 282. quod latiſſimè, & optimis rationibus fundauit Piſtor.vbi ſupra in principio 15.quæſtione, licet in hoc articulo tenuerit cum Iſern. ſed innumeros Authores adducit, ex quibus apparet, hanc eſſe communem omnium opinionem, qui licet alleget Frecciam in 29.authoritate,aduertatur: quia loquitur in ſubfeudatario, an interim durante ipſius vita naturali Rex; & non Baro, ad quem feudum deuoluitur ob delictum, debeat poſſidere ex regula text.in §. Cornelio Felici, & concludit, Baronem ſtatim poſſidere, ad quem deuoluitur ex lege contractus, non obſtante prædicto text. & ita iudicatum, ita quod quæſtio non fuit inter agnatos; ſed inter Dominum mediatum, & immediatum.

27 Ponderatio Camerar. quod text. in d. §. denique loquatur per verbum ſucceſſor,

ceſſor,eſt ſatis vana: nam pariter text. in ap.1.§.fin.de capit.Corrad.dicit, quod idum reuerritur ad ſucceſſorem Præla.., & in hac materia verbum ſucceſſor intelligitur reſpectu rei,& iuris; non autem,quod ſit ſucceſſor perſonæ: nam ſi ptopriè text. in §. denique loqueret in deſcendentibus, non ne eſt vetum quod in feudo ex pacto ſucceſſor non capit,vt hęres vltimi decedentis;ſed primi acquirentis, ex quibus apparet, Andr.non benè ſenſiſſe,& ex iuribus, & rationibus feudorum communem eſſe opinionem pro Fiſco contra agnatum, ſecundum quam nouiſſimè fuit iudicatum in cauſa Ducis Traietti cum Regio fiſco, licet primitùs in eadem cauſa annis decurſis, & propriè in anno 1537. fuiſſet deciſum, quod Fiſcus, & poſſeſſores abſoluerentur ab impetitione illorum, qui prætendebant ſucceſſionem vigore fideicommiſſi, & hoc durante vita naturali Comitis Murconi,de cuius culpa tractabatur,& credo,quod noluerunt tunc decidere punctum: nam omni iure, vel ſecundum communem opinionem, vel ſecundum opinionem Andr. feudum erat perpetuò, vel temporaliter Fiſci.

28 Aliqui dubitauerunt,quid in feudo fideicommiſſo ſubiecto, quod factum fuit cum Regis aſſenſu,& hic eſt caſus particulatis iudicatus in dicta cauſa Pediſmontis: nam feuda ex pacto iudicantur ſecundum Andr.tanquam res reſtitutioni ſubiectæ, & cum ratio fidelitatis inſitæ in vnoquoque ſucceſſore faciat conceſſionem conditionalem, propterea nil refert ponderatio expreſſi fideicommiſſi, & quod dicitur,quod aſſenſus operetur, vt diſpoſitio iudicetur, vt de re allodiali, procedit quò ad validitatem diſpoſitionis, non autem reſpectu alterationis naturæ, & conditionis rei feudalis, eò magis:quia aſſenſus fiunt cum clauſula de ſtylo, fidelitate ſeruata, & idem dicatis in feudo conceſſo generi ſecundum veram doctrinam Bald. in d.§.denique, quem malè ibi intellexit Laud. ſed meliùs Iacobin.in verb. dictiq; vaſſalli promiſerunt non committere feloniam, Curt. prima parte principali tertia limitatione.

29 Ad quem autem deuoluatur feudum ex delicto vaſſalli, ſi ad mediatum, vel immediatum,poſui Domini in Lectione præcedenti opiniones, & diſtinctiones Doctorum, videlicet Specular Hoſtienſ. Ioan Andr. Iſern. Iacobin. & Gamer ... & ne tædio vos afficiam, co... ...ae dicatis in feudo plane, & in feudo ſpectante merè ad Baroni collationem Dominum imme...um eſſe ſucceſſorem ex regula text ...§.illud de prohib.feud. alienat.per Fr ter.in feudo verò quaternato ſecundu ...uid ex regula text,in Conſtitutione Re... ...oſt mortem Dominum mediatum ſucce... ...ndum vnam opinionem, quod pariter fallit, quando adeſt in conceſſione clauſula, vt teneatur immediatè, & in capite à Barone, vt per Frecc.in ſua 29. authoritate, qui eleganter loquitur reprobata illa opinione, quod Dominus mediatus habeat durante vita vaſſalli delinquentis ex rationibus adductis in præcedenti quæſtione cumulatis per Frecc. in loco, vbi ſupra, per quas ſic decidit Sacrum Conſilium in dicta deciſ. 282. & multò fortiùs opinio prædicta, quod Dominus immediatus ſuccedat, procedit, quando Fiſcus non eſt directus Dominus: nam tunc omni iure feudum deuoluitur ad Dominum immediatum, cum Fiſcus habeatur loco extranei hæredis,& quę non tranſeunt in extraneum hæredem, non tranſeunt in Fiſcum, prout propriè in feudo Doctores communiter tenuerunt, vt per Bart. in l. ſi finita §.ſi de vectigalibus ff.de damn.infect. vbi communiter Scribentes, & hæc eſt communis opinio ſecundum Iacobin. in ſua inueſtitura in verb. dictiq; vaſſalli promiſerunt non committere feloniam num.92.Boer.in deciſ.178.& Iſern.noſter hic num.7. qui ſimpliciter dicit,quod feudum, quod ab alio tenet is,cuius bona publicantur,redit ad eum, à quo tenetur, idem dicit in cap.1.num.4.de vaſſall.decrepit. ætatis, idem in cap.1. §.ſi verò num.4. de pace tenen. in Conſtitutione Regni ſi quando in

in fin. in cap. 1. verſ. Domini principalis de ſtatu, & conſuet. capit. Domino nu. 1. ſi de feud. defun. milit.

Sed vos teneatis opinionem Cameræ in d. cap. imperialem cart. 68. qui peroptimè terminos declarat, & fundat opinionem pro Barone, vt ſemper ei feudum aperia[illegible]te ſit planum, ſiue quaternatum ſecundum quid, ſecundum terminos Conſtitutionis Regni poſt mortem, aliud enim eſt feudo deuoluto quis concedat, & aliud, cui a[illegible]iatur, & hoc oritur ex prædicta Conſtit[illegible]one: nam aliàs de iure communi ſemper feudum deuoluitur ad eum, à quo tene[illegible]r, & ideò in terminis præfatæ Conſtitutionis dixit Iſern. q[illegible]oni excidit; ſed Rex poſteà confert tenendum à Barone, quæ latiùs ſunt explicata in opere de Poteſtate Proregis in titulo de aſſenſibus Regijs §. 1.

Ex quibus cum laude Dei habetis expeditam repetitionem huius capituli, & inſimul theoricam ipſius Andr. & habuiſtis concluſiones firmatas, quod in feudo hęreditario delictum ſemper nocet filijs, & agnatis, idemq; in feudo nouo ex pacto; in feudo verò paterno, ſeu antiquo ſemper nocet filijs nulla habita diſtinctione culpæ; agnatis verò cum diſtinctione, ſi culpa eſt, vel non eſt in Dominum, vt primo caſu Dominus ſuccedat: ſecundo verò agnatus.

Firmauimus text. in §. Cornelio Feli. non habere locum in feudis, & habui[illegible]is intellectum ad text. in cap. 1. §. fin. de capit. Corrad. & vltimò firmauimus, ad quem feudum deuoluatur, ſi ad Dominum mediatum, vel immediatum, diſtinguendo inter feudum quaternatum ſecundum quid, & planum, & de tabula, vt primo caſu ad Dominum mediatum deuoluatur ſecundum Conſtitutionem Regni poſt mortem, niſi adeſſet clauſula, quod teneatur immediatè in capite à Barone; ſecundo verò caſu ad Dominum immediatum, & hoc ſecũdum vnam opinionem; ſed demum firmauimus tàm feudum planum, quàm quaternatum ſecundum quid ſemper ad Baronem deuolui, & tandem declarauimus hęc procedere inter directum, & vtilem Dominum; ſed reſpectu Fiſci ratione delicti feudum nunquam venire in confiſcationem.

FINIS.

NEAPOLI,

Ex Typographia Tarquinij Longhi. M.DC.XII.

INDEX SENTENTIARVM MEMORABILIVM,

QVAS EX HIS ELABORATISSIMIS æquè, ac doctiſsimis Feudorum Commentarijs D. IOANNIS FRANCISCI DE PONTE Marchionis Murconi, viri ampliſsimi, vtriuſque iuris conſultiſsimi, ac Feudiſtæ inſignis, & maximi nominis excerpſit, & hauſit Horatius Mazzapinta V. I. D. peritiſsimus in hanc ſatis aptam, & non contemnendam methodum digerendo.

Hic illud eſt animaduertendum, ſæpè numerum tantùm deſignari, quo euentu ſemper erit antecedens Lectio cum eo copulanda, atque coniungenda.

A

ACTOR.

Vide infra in verb. Clericus in fine.

ACTVS.

Actum gerens videtur facere iuxtà leges de illo actu loquentes lect.6.nu.27.

Actus agentis non debet operari vltra, vel aduerſus illius intentionem lect.9. nu. 58.

Actui ineſſe videtur, quod eſt de eius natura lect.14.nu.6.

Actus ab initio nullus quando conſenſu, vel ratihabitione ſuperueniente conualidetur, magiſtraliter diſtingue, vt lect.18.nu.8.9.& 10.

Actus voluntarij longè diſtant ab actibus iudiciarijs: hinc notabilis deducitur illatio lect. 19.nu.4.& 5.

Vide infra in verb. confirmatio, conſuetudo, ſubſtantia.

ADHOA.

Adhoa eſt ſubrogata in locum ſeruitij perſonalis, & debetur altero de duobus modis, & venit etiam feudo ſimpliciter conceſſo lect.2. nume. 46. 47. & 48. cæterum declara, vt nume. 49.

AEQVITAS.

Aequitas rigori præfertur, niſi rigor ſit ſcriptus lect.22.nu.20.

AGNATVS.

Agnati delictum in feudo antiquo num officiat agnato, obiter relatis Doctorum opinionibus D. Author ſe remittit ad alibi per eum cumulata lect.9. nu.15.

Agnatum non ſuccedere in feudo ex pacto neque ex teſtamento, neque ab inteſtato quomodo intelligatur lect.11.nu.28.

Agnatus hæreditatem repudiando, & feudum paternum retinendo, hæreditarijs creditoribus reſpondere nullo ſanè pacto compellitur lect.13.nu.5.

Agnati prælatio obtinet in feudis antiquis, & competit ratione ſanguinis: debet tamen hoc caſu offerri æquale, & non iuſtum pretium lect.17.nu.3.& 4.

Agnati tacitus conſenſus neutiquam illi officiet, ſi extraneus de feudo inueſtiatur iuxtà Andr. ſententiam, quam D. Author optima ratione defendit funditùs euerſa contraria gloſ. Bald. & ſequacium opinione lect. 18. nu. 15.

Agnati conſenſus permittentis feudum alienari an debeat Domini voluntate communiri. In hoc articulo, qui multos contorſit Doctores, D. Author diſtinctè procedendo, quatuor diſtinguit caſus, & in omnibus ſatis eruditè, & iuxtà morem loquitur num. 16. cum ſeqq.

Agnatus immediatus feudi ſucceſſor conſentiendo extraneum de feudo inueſtiri, quamuis non

reuocet ipſe, nihilominus poſt illius mortem auocabunt filij,& ſequentes agnati ſecundum Andr. frequentius receptum lect. 19. nu. 1.

Agnati conſenſus nec agnatis, nec filijs nocet, quin feudum alienatum reuocare poſſint ſecundum Andr. iſthæc tamen doctrina eſt ſano modo intelligenda nu. 7. 8. & 23.

Vide in verb. alienatio paulò ante fin. D... ...datarius circa finem, primo... ...in fine, reuoc... ...a, Vaſſallus.

ALIENATIO.

Alienatione ... interdicta emphyteuſis, & pignoratio. Ad cu... reſolutionem ingenioſè expenditur text. in ... verò in auth. de alien. & emphyt. lect. 4. nu. ... & 6.

Alienatio rerum Eccleſiæ n... manet ſub cenſura legum Imper... ...am ſi illæ in Eccleſiæ ſ... ...e ſint. Hinc ex Andr. ſententia ... cap. 1. de his, qui feud. dare poſſ. non procedit de iure canonico num. 37. cum ſeq.

Alienatio bonorum Eccleſiæ fieri neutiquam poteſt non præcedente cauſa iuſta, legitima, & neceſſaria, cuius concurſus ſecundum ſacros canones ſemper requiritur, & aliud non depoſcitur ex ſententia D. Authoris lect. 5. nume. 10.

Alienatione rei interdicta venit etiam vſuſfructus lect. 7. nu. 30. & 33.

Alienatione vetita cenſetur, & interdicta infeudatio lect 8 nu. 44.

Alienatione inter viuos interdicta cenſetur etiā vetita, quæ per teſtamentum inducitur lect. 11. nu. 21.

Alienatio facta aduerſus legis interdictum nequaquam deuincit contrahentem, neque hæredem eius ad intereſſe ſecundum Andr. nume. 28.

Alienare prohibitus non cenſetur prohibitus hæredem inſtituere, quamuis hæredis extranei inſtitutio ſpecies ſit alienationis, & ratio aſſertur, nec hoc euentu poterit conſiderari dolus, vel fraus lect. 14. num. 2. & 3. ſed declara, vt num. 4.

Alienatio rerum Eccleſiæ tàm vtilis, quàm directi dominij regulariter eſt vetita, præterquā in quatuor caſibus lect. 15. nu. 31.

Alienandi prohibitio ſi vigeat, non reſpicit illam quæ fit in agnatum, & ratio aſſeritur lect. 17. num. 2.

Alienatio rei fideicommiſſo ſubiecta eſt vtique valida durante vita grauati, reſoluenda tamen poſt mortem ipſius ſecundum Bart. traditionem communiter receptam lect. 18. nume. 11.

Alienatione prohibita non cenſetur interdicta refutatio, & ratio aſſertur nu. 23.

Vide in verb. bona, Eccleſia, emphyteuſis, hæres, Monaſterium, Prælatus, præſcriptio, res, Rex, Vicarius.

AMITA.

Vide in verb. aſſenſus paulò ante fin. ... 101.

ARGVMENTVM.

Argumentum non rectè ducitur de vita, & milita ad releuium, quicquid dixerit Anna pa... lect. 2. nu. fin.

Argumentum à contrario ſenſu non rectè ducitur, vbicunque iuris communis ſequeretur correctio lect. 11. nu. 7.

Argumentari licet de pacto ad legem affirmatiuè lect. 15. nu. 7.

Argumentum de feudo ad emphyteuſim conquieſcit interdum nu. 14.

ASSENSVS.

Aſſenſus ſecundum Andr. dicitur quaternare feudum: verum quia ſub clypeo huius traditionis pleriq; Feudiſtę per errorem lapſi ſunt, ideò illa ingenioſè, & diligenter expenditur, & declaretur lect. 1. num. 62. & 73. vſque ad 93.

Aſſenſus non neceſſarius ſi impetretur eſt, prout dicere arma, virumq; cano, & prout verba ſuperflua in ſtipulatione ſecundum Andr. nume. 76.

Aſſenſus eſt ius regium, & de reſeruatis Principi in recognitionem ſupremi dominij, idq; omnes admittunt abſque controuerſia lect. 5. nu. 46.

Aſſenſus eſt denegandus Vaſſallo feudum diſtrahere cupienti ſi legitima careat ſobole, nec hoc euentu Proreges facultatem habent aſſentiendi, ſic inhibente Pragmatica dicta nouem capitum, quæ etiam eis cumſcripta eandem vigere prohibitionem poſt Camer. optimè contendit ſapientiſſimus Author lect. 6. nu. 17. cum ſeqq.

Aſſenſus legis non differt ab illo Vicarij, vterque autem longè diſtat ab aſſenſu Domini lect. 6. nu. 22. & lect. 11. nu. 15.

Aſſenſus Proregis ſi ſit viribus exhauſtus ex defectu poteſtatis, vel voluntatis, non poterit per Regem confirmari, & ratio aſſertur lect. 6. nu. 23.

Aſſenſus redditur ſubreptitius ex taciturnitate, vbicunque ea ſecluſa Princeps non conceſſiſſet, vel durius nu. 25.

Aſſenſus impetratus ſuper venditione, & non ſuper pacto de retrouendendo eſt ſubreptionis vitio coinquinatus nu. 26.

Aſſenſus Regis tacitus in Regno non ſufficit ſuper alienatione feudorum propter expreſſa verba Conſtit. conſtitutionem, quod ſecus eſt de iure communi feudorum lect. 9. nu. 53.

Aſſenſus præſtitus ſuper obligatione feudalium cum clauſula apponi ſolita, ſi feudatarius habeat ſucceſſorem, erit profectò validus iudi-

iudicandus, etiam ſi ſucceſſor ſit Clericus beneficiatus, & ita deciſum lect.10. nu.35.

…nſus Domini præſtitus ſuper feudi alienati… facta à feudatario filiis carente prolem ha…nti, nulla mentione facta de illorum carentia, iuuat emptorem, eiusq; hæredem ſecundum Andr. doctrinam, quæ multis …dis declaratur lect. 11. num.12. cum ſequentibus.

Aſſenſus ſolennitas eſt ſubſtantialis, & eſſentialis, & non eſſectualis, quicquid dixerit Camer. nu.56.

Aſſenſus denegatur feudatario carenti legitimo ſucceſſore; ſed an Amita dicatur legitima ſucceditrix lect.12. nu.30.

Aſſenſus an ſit iudicandus ſurreptitius, ſi feudatarius alienet pro ſe, & hæredibus, & ita Dominus aſſentiat. ſi ille tenebat pro hæredibus ex corpore nu.32.

Aſſenſus Domini tollit obſtaculum, & Dominus aſſentiendo non intelligitur concedere ius ſuum, & potiſſimum ſpem deuolutionis lect. 16. nu.18.

Vide in verb. Agnatus paulò poſt medium, Baro in fine, Dominus circa medium, feudatarius, feudum, hæres, Notarius, præſcriptio in fine, Prorex, refutatio, res, ſolennitas, ſubfeudum, Vaſſallus, Vicarius.

AVVS.

Auus poteſt nepoti feudum donare præuio filii conſenſu ſecundum Andr. lect.18. nu.18.

Vide in verb. deſcendens.

B

BARO.

Baro quomodo quis efficiatur, expenditur, hac de re traditio Iſern. in Conſtit. ſi quis Baro quo loci pariter ſubiicitur, quid ſit Baronia lect.1. nu.79. cum ſeqq.

Baro de allodio poteſt erigere feudum ſecundum Andr. communiter receptum; diſſidium tamen eſt inter eos, an ruſticus eadem gaudeat prærogatiua lect.3. nu.21. & lect.4. nume.21.

Baro, vel alius feudatarius de iure Regni non poteſt ſubinfeudare feuda quaternata, & Caſtra, etiam quod ab eo teneantur, & ſecundum veriorem opinionem ad eum pariter deuoluantur; poterit nihilominus excadentias, ideſt feuda plana, & de tabula concedere. lect.6. num.31. & 33. cum ſeqq. & num.39. & 43.

Baro ſi in feudi conceſſione dicat, vt ab eo teneatur in capite, & immediatè, & Rex aſſentiendo exprimat ab ipſo Rege, tunc ex diſſenſu neutra conceſſio valebit, & ita deciſum nu.41.

Vide in verb. bona, Caſtrum, Dominus in 2. ſumm. feudatat us, feudu… Rex, Vaſſallus,

BENEFICIVM.

Beneficium & ſi non ſit gratuitum, adhuc tamen beneficium eſt lect.1. nu.35.

Beneficium de generali conſuetudine poteſt renuntiari etiam circumſcripta ſuperioris licentia lect.10. nu.34.

Vide in verb. Clericus.

BONA.

Bona E…iæ ſi ſint de menſa inalienabilia … ita diſponentibus ſacris canonibus lect. num.8.

Bona, & iura Eccleſiæ … non præſcribuntur breuiori interuallo quadraginta annorum nu.21.

Bona Eccleſiæ dicuntur effecta de menſa per annum ſecundum Archid. ex deſcriptione, ex qua proficiſcitur … incorporatio ſecundum Bart. communiter receptum … interuallum quadraginta annorum ſecundum Andr. decem ſecundum Barbat. & hanc vltimam D. Author tuetur, atque defendit num. 62. cum ſeqq.

Bona domanialia ſunt triplicis generis, nempe Regis, Baronis, & Vniuerſitatis lect.8. nu.9. 15. & 38.

Bona fiſcalia pertinent ad Regem vti Regem; patrimonialia verò non concernunt titulum, & dignitatem regalem nu.10.

Bona Curialia, quæ dicantur, & quomodo diſtinguantur à domanialibus nu.11.

Bona domanialia ex cauſa poſſunt alienari, dummodò huiuſmodi alienationes non vergant in diminutionem Regni, & Imperii, & iuſtæ cauſæ adnectuntur nu.18.

Vide in verb. alienatio, Eccleſia, minor, Monaſterium, præſcriptio.

C

CASTRVM.

Caſtrum omne in Regno eſt feudum quaternatum; etiam ſi à Barone teneatur; ſed limita poſſidente Eccleſia: nam illa præſumitur tenere in allodium: & in hoc differt Caſtrum à feudo: nam non omne feudum eſt quaternatum lect.1. nu.64. 65. & 72.

Vide in verb. Baro, feudum.

CAVSA.

Cauſa redacta ad non cauſam habetur, ac ſi à principio non extitiſſet lect.8. nu.26.

Cauſa in Principe præſumitur; ſed iſthæc præſumptio ceſſat in nonnullis caſibus congeſtis nu.31.

CLAVSVLA.

Clauſula illa, feudi natura in aliquo non mutata, in priuilegio adiecta, intelligitur præterquam in expreſſis lect.1. nu.39.

Clauſula illius, iuribus alienis, & noſtris ſemper

…r ſaluis, vis, atqu… … ffectus remiſſiuè, nume. 40.

Clauſula illa in priuilegijs apponi ſolita, videlicet quæ de feudo in feudum, & quæ de ſeruitio in ſeruitium quid importet nu.69.

Vide in verb. donatio in princ.

CLERICVS.

Clericus in… minoribus etiam beneficiatus ſi habitum d… …ittat, & beneficium renuntiet ſtatim poſt … …tarij obitum ante litem conteſtat… … …gitimo ſucceſſore, … …eul … mittetur ad feudi ſucceſſionem lect.… … 122. Id tamen non poteſt locum habere in Clerico in ſacri… : qu… character eſt indelebilis nu.123.

Clericus beneficiatus ſi bene… …am renuntiauerit, num admittatur ad feu… ſucceſſionem, ſi ante acceptatam renuntiati… …em à Romano Pontifice ſit lis con… … …iſſiuè lect.4. nu. 34. Cæterum af… …atiue co…ciud.tur, niſi ſit in ſacris … …nu.33.cum ſeqq.

Clericus ſi in aliquo caſu à iuris regulis declinante iudicandus ſit à Iudice ſæculari, ſeruanda erunt in omnibus Clericorum priuilegia, ſi reus ſit, ſecùs ſi actor: quia tunc à iuris ciuilis decretis non erit diſcedendum lect. 5. nu. 29.

Vide in verb. aſſenſus, feudatarius, laicus.

COMES.

Vide in verb. Marchio.

CONCESSIO.

Conceſſio vnica triginta annorum ſpatio obuallata conſtituit ius concedendi; ſed breuiori ſepta interuallo, etiam ſi geminata fuerit, non iuuabit quò ad petitorium; ſed benè quò ad poſſeſſorium, idq; fusè exornatur lect.6. nu.1. cum ſeqq.

Conceſſio facta Eccleſiæ nomine, & ſic dignitatis non expirat per mortem Prælati lect. 16. nu.22.

Vide in verb. conſuetudo, legatum in fin.

CONDITIO.

Conditio ſi ſine liberis quis deceſſerit expirat vitam functo filio ſuperſtite nepote ex filia lect. 15.nu.12.

Vide in verb. dictio.

CONFIRMATIO.

Confirmatio non eſt actus de perſe ſubſiſtens; ſed depoſcit confirmabile, vbi figat pedes, nec deducit actum in eſſe; ſed actui exiſtenti dat robur lect.6.nu.24.

Vide in verb. aſſenſus.

CONSTITVTIO CONSTITVTIONEM diuæ memoriæ.

Conſtitutio præfata ingenioſè, & vltra alios declaratur, & limitatur lect.9.nu.54.

CONSVETVDO.

Conſuetudo dandi in feudum quanto tempore induеatur ſecundum Andr. lect. 3. num. & 50.

Conſuetudo præfata non inducitur ex actu… frequentia, niſi debito adiuuetur tempore; co… …tuitur tamen infeudandi quaſi poſſeſſio … euentu ſecundum Iſern.nu.4.

Co… …uetudo tenendi rem in domanium, quæ per …ius feudalis erat, quanto tempore præſcri…atur nu.5.

…ſuetudine præſcripta, præſumit lex, cauſam legitimam, & omnia ſolennia extrinſeca præceſſiſſe nu. 27.

Conſuetudo dummodò non ſit immemorabilis, non poteſt tollere aliquam ex ſolennitatibus requiſitis in alienatione rerum Eccleſiæ nume.46.

Conſuetudo antiqua facit tolerabile, quod aliàs eſſet de iure improbatum lect.4. nu.3.

Conſuetudo infeudandi, quæ in Prælato requiritur, quanto temporis interuallo debeat ſtipari, quæ tamen conquieſceret, vbi ille propria bona daret in feudum nu.29.& 30.

Conſuetudo ſi ſit peccati nutritiua, non erit attendenda nu.50.

Conſuetudo extinctiua ſolennitatum requiſitarum in alienatione rerum Eccleſiæ, num viribus ſubſiſtat, diſcrepantes ſunt Doctorum ſententiæ, quò ad alienationem dominij tranſlatiuam, in feudis tamen crebrò affirmant reiecta Curtij opinione nu.54.

Conſuetudo dandi rem in feudum, ac eius aduerſaria non dandi ex Andr. ſententia inducitur interuallo triginta annorum de iure ciuili, & quadraginta de iure canonico lect. 5.nu.3.5.32. & 33. Cæterum quæſtionis eſt, an hoc idem operetur conceſſionum pluralitas abſque prædicto tempore, quo è conuerſo concurrente num ſatis ſit vnica conceſſio, de qua fusè nu.18. vſque ad 26.

Conſuetudo nequaquam remouetur per contrarios actus, niſi idem tempus, & tot actus concurrant, quot ad eam inducendum depoſcuntur, & ratio affertur nu.12.

Conſuetudo inducitur ex actuum frequentia, ſaltim duorum, dummodò ſit decem annorum ſpatio obuallata nu.20. ſed declara, vt nu.30.

Conſuetudinis eſſentiam reſpicit actuum pluralitas ſecundum Ang. nu. 24. ſed intellige, & limita, vt nu.25.

Conſuetudo iuris Francorum quò ad primogeniti prærogatiuam in ſuccedendo inducitur triginta annorum interuallo, etiam ſi ſemel fuerit factus ſucceſſioni locus, idq; ratione ſuadetur nu.27.

Conſuetudo quando propriam retineat naturã, & quando præſcriptionis aſſumat nu. 28.

Con-

I N D E X.

Conſuetudo non poteſt induci; ſed præſcriptio in his, in quibus Populus diſpenſare non po-..., & ratio affertur nu. 31.

Conſ... tudo ſoluendi releuium aduerſus Eccleſiam præſcribitur ſpatio quadraginta annorum, quod ſi poſtea non fuerit exactum, Curia non amittet poſſeſſionem, niſi à die pe... tionis, quo euentu iuuabitur interdicto vnà vi lect. 5. *nu.* 35. *& lect.* 6. *nu.* 5.

Conſuetudo dandi rem Eccleſiæ in feudum inducitur interuallo quadraginta annorum cum pluralitate actuum ſaltim duorum ex Iacob. de Beluiſ. ſententia, quæ licet frequentioribus ſit Doctorum fulta ſuffragijs, ſtrenuè tamen repellitur per D. Auth. lect. 5. *nu.* 36. *&* 37. *Nec adhærendum erit Bald. diſtinctioni, quam in obiecta controuerſia ſectatus eſt Aluar. nam apertè conuincitur nu.* 38. *Cauendum erit pariter à Curt. ſententia requirentis tempus immemorabile, vel vnicam, & legitimam dationem abſque tempore: nam ingenioſè confutatur, eiusq; locis nullo negotio occurritur num.* 39 *vſque ad* 44. *Hac de re in hoc ancipiti, & perplexo articulo magiſtraliter diſtingue, vt per D. Authorem nu.* 45. *cum ſeqq.*

Conſuetudo in dubio intelligitur de præſcripta. Hinc ſi non ſit præſcripta, non eſt conſuetudo; ſed voluntas inducenda conſuetudinis ſecundum Bald. nu. 51.

Conſuetudo longæua, inueterata, diuturna, & vetuſta differt à conſuetudine aſſumente præſcriptionis naturam, necnon diſtinguitur à conſuetudine antiquata nu. 54.

Conſuetudo contraria non inducitur ex non vſu conſuetudinis præſcriptæ, & facultatis acquiſitæ nu. 56.

Conſuetudo tollitur eodem, quo introducitur, modo, & non aliter nu. 57.

Conſuetudo in quo differat à præſcriptione, nu. 58.

Conſuetudo contra ius remouetur ſpatio decem annorum nu. 59.

Conſuetudo non poteſt induci in actibus negatiuis nu. 61.

Conſuetudo infeudandi, quæ in Prælato requiritur, an repetita cenſeatur reſpectu Marchionis, & Comitis, lect. 6. *num.* 6. *cum ſeqq.*

Conſuetudo dandi ad emphyteuſim ad 29. *annos cum pacto ad renouandum vnde ſumpta, & cur adijciatur hoc pactum, concludens affertur ratio exploſa illa, quam attulit Andr. lect.* 15. *nu.* 26.

Vide in verb. beneficium, laicus, Prælatus, releuium.

CONTRACTVS.

Contractus omnes, prout pariter feudalis, habent ſua ſubſtantialia, naturalia, & accidentalia, quæ inter ſe non parùm differunt, & quæ ſint iſta in feudo, traditur ex ordine lect. 1. *nu.* 27. 30. 31. *&* 49. *& lect.* 2. *num.* 39. 42. 43. *&* 45.

Contractus non recipit naturam à denominatione, ſeù verbis contrahentium, ſi eius ſubſtantialia deficiant lect. 1. *nu.* 51.

Contrahere prohibitus non cenſetur conſentire repulſus ſecundum Bald. lect. 18...

CREDITOR.

Credit... es feudatarij actionem habere ſuper pr... entibus feudi, quæ fuerit ratione conſtitutum lect. 14. *nu.* 43. *&* 46.

Vide in verb. deb... .

CVLPA.

Culpa in offendendo præponderat illi, quæ conſiſtit in contemn... ndo, ſeù omittendo lect. 17. *nu.* 18.

Vide in verb. agnatus, felonia, feudatarius paulò ante finem, fiſcus, pater circa finem, primogenitura in fine, vaſſallus.

D

DEBITOR.

Debitor in actu acquiſitionis poteſt pacti legem adiungere in præiuditium antiquiorum creditorum lect. 3. *nu.* 10. *& lect.* 4. *nu.* 17.

DESCENDENS.

Deſcendentes ex filia patrem ſequuntur, & non auum maternum iuxtà text. in §. *fin. inſtit. de pat. poteſt. qui declaratur lect.* 15. *num.* 4. *&* 6.

Deſcendentes ex fœmina ſecundum Andr. non ſunt de genere nu. 13.

Vide in verb fœmina in fin. immunitas, liberi, linea, ſubingreſſio.

DETERMINATIO.

Determinatio vnica plura reſpiciens determinabilia, debet ea pariformiter determinare lect. 3. *nu.* 23. *& lect.* 4. *nu.* 25.

DICTIO.

Dictio, ſi, quæ de ſui natura conditionem importat, quandoq; ponitur pro quia lect. 7. *nume.* 15.

Dictio vſque in materia gradus ſtat incluſiuè, & non taxatiuè lect. 21. *nu.* 23.

DIGNITAS.

Dignitas perſonæ indulta non eſt ad hæredes tranſitoria, ſi non ſit expreſſum, & ratio affertur lect. 6. *nu.* 47.

Dignitas non proficiſcitur ex qualibet Regis collatione, niſi Terra concedatur, cui dignitas ſit annexa, vt Ducatus, Marchionatus, & id genus nu. 48.

Dignitas interdum perſonæ confertur, & quandoq; rei, & inter vtramque maxima intereedit

lit differentia : na[illegible] prima cum perſona extinguitur, ſecunda nequaquam : nam tanquam rei inhærens, ſemper durat, nec mutatur perſona mutata, hinc no[illegible]abilis deducitur illatio lect.6.num.49. cum ſeq. & lect.7. nume. 44.

Vide in verb. Rex.

DISPENSATIO.

Diſpenſ[illegible]io ad vnum non producitur ad alterum pro[illegible]tum lect.9.nu.30.

DOMANIVM.

D[illegible]a petendi praxis vnde originem [illegible] lect.17.nu.1.

Vide in verb. bona, conſuetudo, dominium, priuilegium, R[illegible] Vniuerſitas.

DOMINIVS.

Dominium Regni Siciliæ, qu[illegible] recognoſcitur ab Eccleſia eſt noſtri Catholic. Regis omnium potentiſſimi quò a[illegible] Ciuit[illegible] & res particulares; quo loci diligen[illegible] declaratur doctrina Andr. [illegible]erea de capit. Corrad. lect.1. nu.57. & 58.

Dominium à domanio diſtinguitur, prout genus, & ſpecies lect.8.nu.12.

Vide in verb. donatio in princip. feudatarius, hæreditatis petitio.

DOMINVS.

Domino conceditur feudi retentio, quouſque pretium ſibi eſoluatur lect.1.nu.34.

Dominus directus neutiquam poteſt in Baronis præiuditium abſque illius expreſſo conſenſu feudi naturam alterare, nec aliquid innouare, addere, imminuere, vel immutare lect.1. nu.77.& lect.9.nu.26.

Dominus non poteſt fœminæ gratiam facere, vt ſuccedat in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo in præiuditium agnatorum, & hæc eſt frequentius recepta ſententia; Ad cuius comprobationem præ cæteris expenditur tex. in cap. 1. ſi vaſſall feud. priuet. ex quo aduerſaria Beluiſ. opinio funditus euertitur. Nec etiam in feudo antiquo cum qualitate hæreditaria poterit illi gratificari poſt feudatarij diem ſupremum, idq; optima firmatur ratione: valebit nihilominus in vita feudatarij, & ad illius petitionem hoc facere; ſed non ad inſtantiam filiæ nulla præuia patris petitione, idq; firmis rationum momentis ſuſtinetur, & innititur lect.9.nu.21. vſque ad 26.

Dominus non tenetur in vaſſallum alium recipere, quem ipſe noluit lect. 9. num. 50. & aſſentiendo dicitur contrahere, lect. 11. nume. 55.

Dominus aſſentiendo nunquam intelligitur iuri ſuo præiuditium parare; ſed id præſtat, vt feudatarius poſſit abſque obſtaculo ſuum vtile dominium transferre lect.11.nu.16.

Dominus directus habet prælationem ſuper feudo per vaſſallum vendito; ſed excluditur agnato concurrente lect.16. num. 3. & [illegible] que prælatio conquieſcit poſt anni meta[illegible] lect.17. nu.1.

Dominus ex Andr. ſententia poſſidet f[illegible]dum [illegible]vita vaſſalli delinquentis; poſt eius mor[illegible] ſuccedit agnatus, ſicut etiam in vita [illegible]ralati, quo diem functo vocatur Eccleſia [illegible]ct.17.nu.26.

[illegible]mini intereſſe conſideratur in feudi alienatione ratione voluntatis, ſi placet, vel diſpiicet ſecundum Andr. lect.18.nu.25.

Dominus directus committendo feloniam, feudo priuatur lect.22.nu.23.

Vide in verb. aſſenſus, emphyteuta, feudatarius, feudum, felonia, filius, poſſeſſio, ſententia ſeruitium, ſeruus, ſubfeudum, vaſſallus, vſusfructus.

DONATIO.

Donatio facta ex nunc pro tunc ſequuta morte ſecundum veram opinionem eſt tranſlatiua dominij ex nunc, & contractus vndiq; perfectus; ſed effectus eſt ſuſpenſus poſt mortem, & ita alias deciſum, etiam ſi non ſit appoſita clauſula, & è contra lect.2.nu.53.

Donatio à Rege facta, vt immoderata, vel non iudicetur, ipſius Regis eſt inſpicienda qualitas, etius proprium eſt donare. Donationum numerus pariter ad hunc effectum coaceruatur, qui ſi iunctim eam ſummam caperet, quæ eſſet in diminutionem Coronæ, omnes reſcinduntur, licet ſingula de perſe grauamen Imperio non inferrant lect.8. nu.3. & 4. Veruntamen declara, niſi donationes eſſent diuerſis temporibus facta; quia tunc poſtrema dumtaxat infirmaretur, dummodo Regis conſilium ab initio non fuerit donandi inoffiosè num. 5.

E

ECCLESIA.

Eccleſiæ bona nequaquam poſſunt alienari ſolennitatibus omiſſis, niſi ſit res aliàs in feudum dari ſolita, quo euentu nec Prælati iuramentum de non infeudando de nouo obſtabit; erit tamen ſemper neceſſarius Capituli interuentus: quia hæc non eſt ſolennitas; ſed pars integralis conſenſus illius, qui feudum concedere intendit lect.3.nu.16.39.40. & 41. & lect.4.nu.20.& 53.

Eccleſia ſeu eius Prælatus recognoſcens feudum à Rege, iudicatur ſanè vti priuatus lect.5. nu.4.

Vide in verb. alienatio, bona. Caſtrum, conceſſio, conſuetudo, dominium, Dominus paulò ante finem, feudatarius, feudum, Imperator, Prælatus, præſcriptio, Regnum, Rex.

EMPHY-

I N D E X.

EMPHYTEVSIS.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica hodie nedum poteſt concedi ad tempus; ſed in perpetuum ſecundum Andr. & pertinet tàm ad maſculos, fœminas, & illarum deſcendentes, & hæc eſt communis confutata Bald ſententia. Hac de re fusè agitur, an text. in §. e. y. teuſim, in auth. de non alien. aut perm. it correctus per text. in §. licentiam, in au. e alien. & emphyt. & poſt Accurſ. Bart. alios Moderniores affirmatiuè concludi. confutata aduerſaria Alber. opinione, item Ioan. Andr. diſtinctione frequentiùs recepta, necnon Felyn. concordia lect. 15. nu. 9. 17. 18. 23. 24. 25. 27. cum ſeqq.

Emphytheuſis perpetua includitur ſub permiſſione, vel prohibitione alienationis nu. 22.

Emphytheuſis per Rempubl. conceſſa non excludit extraneum hæredem, quicquid dixerit Andr. nu. 33.

Emphyteuſis conceſſa pro maſculis, & fœminis admittit ſimultaneum concurſum, quod non eſt in feudis nu. 34.

Vide in verb. alienatio in principio, argumentum, conſuetudo in fine, fœmina pariter in fine, hæres paulò ante finem, vir.

EMPHYTEVTA.

Emphyteuta nullo tempore præſcribit aduerſus Dominum directum lect. 13. nu. 26.

Emphyteuta à canonis ſolutione deſiſtens, præiuditium infert ſucceſſoribus in emphyteuſi lect. 22. nu. 24.

EXCEPTIO.

Exceptio debet eſſe de regula lect. 3. num. 24. & lect. 4. nu. 26.

Exceptio rei iudicatæ, vt obſtet, triplicem expoſcit identitatem iuxtà antiquam iuris regulam, ad quam inſignis, & vtilis aſſertur declaratio rei etiam iudicatæ præſidio obuallata lect. 19. nu. 6.

EXHAEREDATIO.

Vide in verb. filius, nepos in penult. ſumm. verba.

EXPRESSIO.

Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, nil operatur, lect. 9. nu 57.

EXTENSIO.

Extenſio ab vno conceſſo ad alterum prohibitum omninò denegatur, licet vtrunque per prius fuiſſet prohibitum lect. 12. nu. 28.

Vide in verb. diſpenſatio.

F

FELONIA.

Felonia eſt duplex, vna delicti, & altera contractus lect. 21. nu. 13.

Felonia item duplex, vna ex delicto communi, & altera ex delicto feudali nu. 14.

Felonia adhuc biſariam diſtinguitur: nam vna committitur in Dominum, & altera in non Dominum; ſed iſta diſtinctio comprehenditur ſub illa delicti, & contractus nu. 15.

Felonia tandem vel conſiſtit in faciendo, vel in omittendo nu. 16.

Felonia conſideratur tàm reſpectu Domini, quàm Vaſſalli, illa Domini operatur priuationem feudi quò ad propriet[illegible] niſi Domi[illegible]orem non recognoſce[illegible] nu[illegible].

Vide in verb. Dominus in fin.

FEVDATARIVS.

Feudatarius ſubinf[illegible]ando, quod dominium transferat, lec[illegible] nume. 52. & 54. cum ſequentibus.

Feudatarij dom[illegible]ium non eſt chymera, prout perperam ſum[illegible] nnoc. & Hoſtienſ. ſed vtile dominium à directo ſubal[illegible]natum ſecundum Bald. lect. 1. nu. 33. [illegible] lect. 4. nume. 11.

Feudatarius de iure Regni non poteſt ſubinfeudare repugnante Conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, quæ limitatur non procedere in rebus feudi particularibus concedi conſuetis lect. 1. nu. 55. & 81.

Feudatarius ſi alteri det in feudum cum Regis aſſenſu, iſte ſubfeudatarius erit primi inueſtiti, & non Regii feudatarius nu. 88.

Feudatarius ad quæ ſeruitia ſit aſtrictus de natura feudorum, & num extra Regnum ſeruire teneatur, & quid in bello iniuſto, vel dubio remiſſiuè lect. 2. nu. 31.

Feudatarius poſſidens feudum francum neutiquam immunitate perfruetur quò ad ſeruitia contenta in fidelitatis iuramento ſecundum opinionem aliquorum, quæ tamen per D. Authorem concludenti ratione refutatur, nume. 36.

Feudatarius quilibet de iure communi feudorum ſubinfeudare poteſt, eadem tamen lege, qua ipſe tenet, idque proficiſcitur ex feudorum natura, & locum habet etiam in feudo Eccleſiæ conceſſo, vt ipſa abſque aliqua conſuetudine poſſit ſubinfeudare, idque fusè exornatur multis ſimilibus lect. 3 nu. 7. cum ſeqq. iuncto nu. 39. & lect. 4. nu. 14.

Feudatarij appellatione non venit ſubfeudatarius: quia non parùm diſcrepat infeudatio à ſubinfeudatione lect. 3. nu. 18.

Feudatarius laicus poteſt bona feudi particularia infeudare, non ſic Eccleſiæ Prælatus, niſi vetus adſtipuletur conſuetudo lect. 4. nume. 27.

Feudatarius ſtatim, vt Clericus efficitur, feudo priuatur, & ratio aſſertur, ſecùs ſi eo in Clericatu permanente feudi ſucceſſio deferatur: quia ſi re integra ante liter[illegible]eſtatam habi-

Digitized by Google

habitum dimiſerit, ad feudi ſucceſſionem admittitur lect. 4 nu. 31. & 33. & lect. 10. nume. 37.

Feudatarius ſi ſucceſſore careat, feudum alienare prohibetur, ita diſponente Pragmatica huius Regni; quæ tamen conquieſcit, ſi Clericum ſucceſſorem habeat, etiam beneficiatum: quia inhabilis eſt ad ſuccedendum potentialiter, & ita decisum lect. 4. nu. 35.

Feudatarius quando dicatur feudum ... infra ... lect. 6. nu. 14. cum ſeqq.

Feudatarius ſi ære alieno ſit obrutus, poterit fieri exequutio in fructibus feudi, lect. 7. nume. 47.

Feudatarius debet conſtantiam, ... ruare, pollere conſilio, & fidelitatem iurare, quæ omnia in fœminis deficiunt lect. 10. nu. 5.

Feudatarij teſtamentum ... valid... m eſt præuio Domini aſſenſu ſecundum Bald. idque obtinet etiam in ... ex pacto, quo euentu filius tenetur, niſi faciat inuentarium ſecundum Andr. & ibi de ratione lect. 11. num. 25. cum ſeqq. iuncto nu. 33.

Feudatarius feudum alienando abſque Domini aſſenſu, illud amittit nu. 47.

Feudatarij abſque Domini aſſenſu ſubinfeudantis, vel refutantis iure reſoluto, & accepturis ius tolli neceſſum eſt, niſi ſubinfeudatus ſeruire paratus ſit Domino mediato, & ita à noſtris Feudiſtis receptum eſt frequentius lect. 16. nu. 14. & 15. Hinc agitur de intelligentia text. in cap. 1. qui ſucceſſ. tenean. qui præfatæ regulæ admodum obſtare videtur, & confutata Camerar. concordia verus, & germanus aſſertur intellectus, nume. 19. 20. & 22.

Feudatarius feudum alienando ſpreto Domini beneplacito, dicitur contra fidelitatem agere, iuramento contrauenire, & per conſequens deierare lect. 17. nu. 1.

Feudatarij delictum feudi priuationem inducens, repellit etiam filios à beneficio, ſi ſit in Dominum commiſſum, aliàs ſecus ita diſtinguit communis Feudiſtarum ſchola, quinimò caſu priori reddet & agnatos indignos, quicquid Andr. dixerit, & ſic eſt etiam vſu forenſi receptum nu. 21.

Feudatarius alienando abſque aſſenſu, dicitur culpare in Dominum. Hac de re præ cæteris expenditur text. in §. finali, quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. nume. 22. & 24.

Feudatarij dominium & ſi morte reſoluatur, nihilominus ille eſt interim Dominus lect. 18. nu. 12.

Vide in verb. aſſenſus, Baro, creditor, Dominus.

FEVDVM.

Feudorum cauſa, materialis, formalis, efficiens, & finalis quæ ſint, remiſſiuè lect. 1. nume. 1.

Feudorum liber eſt authenticus ſecundum Andr. nu. 2.

Feudorum conſuetudines num deuinciant omnes Leges. Andr. traditio hac de re recenſetur nu. 3.

Feudum, & Vaſſallus ſunt termini ignoti legibus Romanorum ſecundum Andr. qui diſcrimen conſtituit inter feudum, & militiam num. 5.

Feudalis contractus ſecundum eundem Andr. de per ſe ſubſiſtit, eſtq; pariter nominatus, & in hanc ſententiam crebrò itum eſt nu. 6. 27. & 28.

Feudum num ſit vniuerſitas facti, vel iuris. Diſſidium fuit inter Andr. & Camer. prout obiter adnotatur lect. 1. nu. 7. & lect. 21. num. 7.

Feudum ab Oberto de Orto fuit diffinitum, & in genere, & in ſpetie, & vtraque diffinitio ſubijcitur, vnà cum declarationibus Ardiz. & Andr. lect. 1. nu. 9. cum ſeqq.

Feudi vltra præfatas Oberti diffinitiones aliæ adducuntur; nempè Bald. Beluiſ. Ioan. Raynal. & ſequacium; & inſuper Iaſonis obiectionibus, dùm illam Bald. & Beluiſ. conuincere nititur, ingenioſè occurritur nu. 14. cum ſeqq.

Feuda ſecundum Iaſ. poſſunt dari abſque homagij præſtatione; ſed in hoc miſerè labitur num. 16. & 18.

Feudum impropriè dicitur, vbicunque fidelitatis iuramentum remittitur nu. 20.

Feudum ligium inter cætera hac gaudet prærogatiua, vt in eo interuenire nõ debeant Pares Curiæ, qui aliàs intereſſent, vbicunque de proprietate inter Dominum, & Vaſſallum lis intercederet nu. 23.

Feudum quare beneficium dicatur nu. 32.

Feudum emptum propriè feudum dicitur ſecundum Andr. communiter receptum, quæ opinio optimis nititur rationibus. Hac de re bifariam reſpondetur ad text. in cap. 1. de feud. dat. in vic. leg. comm. qui contrarium ſuadere videtur nu. 33. cum ſeqq.

Feudum & ſi in aliquibus expreſſis non retineat propriam naturam; in reliquis tamen omnibus remanet propriè feudum lect. 1. nu. 36. 38. 41. & 100. & lect. 9. nu. 33. & 38. & lect. 10. nu. 18. & 20. quo caſu dicitur conditionatum, & non rectum lect. 2. nu. 17.

Feuda ex inueſtitura accipiunt eorum innatam naturam in origine generationis ipſorum lect. 1. nu. 37. & lect. 9. nu. 33.

Feudum conceſſum ſub annuo canone adhuc remanet

manet feudum. Hine detegitur error Bald. in l. liberti, libertaq; C. de oper. liber. vel erit intelligendus de feudo propriè, & ſecundum [illegible] propriam naturam lect. 1. nu. 42. & 43.

Fe[illegible]quaquam conſtitui poſſunt, niſi in rebu[illegible]mobilibus, vel æquipollentibus. Hine rectè ſubſiſtunt ſub annuis redditibus q[illegible] inter immobilia referuntur. At è conuer[illegible] cut in mobilibus conſiſtere non poſſunt; [illegible] quoque nec in pecunia exploſa Ardiz. [illegible]tentia, idq; irrefragabili ratione ſuadet. Hae de re declaratur text. in cap. 1. ſi de feud. vaſſall. ab aliq. interpell. fuer. iuxta communem intellectum num. 44. cum ſequentibus.

Feudi directum dominium remanet penes concedentem; vtile verò transfertur in conceſſionarium, idque eſt de feudi eſſentia. Hinc feudum non poteſt conſiſtere abſque proprietate, aliàs tranſibit in contractum innominatum, idque confutata opinione Auth. damn. mem. optimè fundatur declaratis, & diſtinctis Doctor. traditionibus lect. 1. num. 49. & 50. & lect. 4. nu. 10. & 11.

Feuda diſtinguuntur in quaternata, non quaternata, quæ in Regno aliàs plana, & de tabula nuncupantur, & in mixta aliàs appellata ſecundum quid, & de his omnibus doctrina ſubijcitur lect. 1. nu. 58. 59. 60. 61. 91. & 92. & lect. 6. nu. 32.

Feudum mixtum qua ratione ſic appellatum lect. 1. nu. 63.

Feudum poſitum in Terra Baronis non fit quaternatum ex triplici conceſſione facta per Principem, niſi per triginta annos ſteterit firma. Hine iure meritò deducitur feudum ſitum in territorio Baronis in dubio præſumi planum, & non quaternatum lect. 1. num. 66. & 67. & lect. 6. nu. 3. & 4. niſi eſſet Caſtrum in Regno, vel feudum conſiſtens in Vaſſallis dicto nu. 4.

Feuda plana tranſeunt cum vniuerſitate etiam ſi non ſit expreſſum in conceſſione lect. 1. nume. 68.

Feudum quaternatum ſecundum quid iuxta terminos Conſtitutionis Regni poſt mortem, cui aperiatur, & à quo concedatur, remiſſiuè nu. 70.

Feudum quaternatum ſecundum quid recognoſcitur, & à Rege, & à Barone, idcircò in illius alienatione vtriuſque aſſenſus requiritur nu. 71. & 92.

Feuda plana, quorum conceſſio à ſolo Baronis aſſenſu pendet, ſi alienentur etiam cum Principis beneplacito, non per hoc tranſibunt in quaternata, & pulchra adducitur ratio nu. 74. cum ſeqq.

Feudum in Regno eſt de viginti vntijs, & quis poteſt plura feuda poſſidere ſecundum An[illegible] nu. 83.

Feudum ex ſolo Regis aſſenſu nequaquam quaternatur ſecundum Afflict. niſi vlterius addatur clauſula illa, vt teneatur ab eo, & ſub eo. Quo euentu huiuſmodi clauſula nequaquam conſtituit feudum quatern[illegible]tum ſimplex: hac de re notatur grauis lapſus nonnullorum Feudiſtarum ſic arbitr[illegible] num. 86. & [illegible]

Feud[illegible], & idem poteſt teneri [illegible]te [illegible]ege, & à Barone, nec id repugnantia[illegible] aliquam includit, [illegible] quod ſynodalis Anar. deciſio adducitur [illegible] conuincendam opinionem aliquoru[illegible] [illegible]trarium ſentientium nume. 90.

Feudum quaternatum ſi cum Regis aſſenſu in ſubfeudum co[illegible]datur adiecta clauſula, vt immediatè, & [illegible] Barone recognoſcatur iudicabitur, vt feudum pla[illegible] & ſic nequaquam manebit ſub diſpoſitione Conſti. Regni poſt mortem; ſed iuris communis feudorum nu. 93.

Feudum conſtituitur planum cum omnibus ſuis qualitatibus, ſi Princeps aſſentiat feudatario hanc formam illi dare ſatagenti iuxta doctrinam Afflict. aduerſus Camer. num. 94. ſed declara, vt nu. 99.

Feudum planum præſumitur ex vnica, vel iterata conceſſione facta à ſolo Barone, ſi illa per triginta annorum interuallum firma permãſerit, & ratio affertur nu. 96. Cæterùm declara, vt nu. 98.

Feudum de eius natura eſt tranſitorium ad hæredes, maſculos ſcilicet, & filios lect. 1. nu. 101 & lect. 9. nu. 28.

Feudorum conſuetudines nequaquam admittũt aſcendentes ad ſucceſſionis emolumenta, præterquam in feudo refutato, quo euentu ex Andr. ſententia Pater ſuccedit iure reuerſionis, & habebit vt hæres, & ſic releuium ſoluet, & ita deciſum lect. 1. nu. 104.

Feuda dignitatis non poſſunt diuidi; ſed num idem obtineat reſpectu exercitij, adminiſtrationis, ſeù redditus, remiſſiuè nu. 107.

Feuda omnia in Regno præſumuntur hæreditaria ſecundum Neapod. lect. 1. nu. 111. Hanc tamen opinionem ſtrenuè confutat D. Author lect. 20. nu. 20. & 21.

Feudum ex pacto, & prouidentia eſt duplex, vnum hæreditarium, & alterum non hæreditarium lect. 1. nu. 112.

Feudum hæreditarium dicitur ſi in inueſtitura ſit facta mentio hæredum confutata opinione contrarium ſentientium, ſecùs ſi id non ſit expreſſum, & idem ſi ſit facta conceſſio pro te, & liberis, vel pro te, & filijs, vel pro te, & Titio: nam his euentis erit feudum ex pacto lect. 1. nu.

1 nu.113. & lect.19. nu.12. & lect.20.nu.1. [illegible] loci ſub nu.6.expenditur, & multifariam declaratur doctrina Andr.in §.preterea Ducatus, hanc concernens materiam.

Feudo ex pacto vnuſquiſque ſuccedit, vt filius, & non vt hæres, niſi reſpectu primi acquirentis lect. 1.nu.114.

Feuda à primordio illorum anni metam non excedebant, deinde ad vitam vſque fuerunt [illegible] [illegible] [illegible]cremò, vt ſint ad hæredes tranſ[illegible] [illegible]troductum fuit lect.1.[illegible] & [illegible] [illegible].nu.1.& 35.

[illegible] vas, atque ſubſtantia eſt fidelitas ſecundum Andr.lect.2.nu.[illegible] & lect.14.nu.8.

Feudum dictum eſt à fide [illegible] 2.num.2.& lect. 14.nu.7.

Feudum ab emphyteuſi,in quo potiſſimum differat,lect.2.nu.4.

Feudi conceſſio non [illegible] [illegible] ea lege, vt nulla præstetur fidelitas: quia huiuſmodi pactum eſt contra [illegible] contractus ſubſtantialia nu. 11.cæterum declara,vt nu.16.& ad iura,quæ contrarium probare videtur, reſponde,vt nu. 18.cum ſeqq. ſed difficultas eſt, an tunc in vniuerſum corruat iſte contractus, vel tranſfundatur in aliam ſpetiem, qua de re diſtingue,vt nu.12.& 15. Hinc declaratur text.in l.ſi quis ante ſ.de acquir poſſ.nu.13.

Feudo conceſſo non venit ſeruitium, niſi fuerit expreſſum,vel promiſſum. Idq; ſecundum Andr. obtinebit etiam ſi Dominus cum ſeruitio infeudare ſit conſuetus nu.28. & 29. ſed declara, vt num.30. Hinc vltra alios ponderantur,& explanantur verba Iſern in §.huius autem generis, ex quib. cauſ. feud. amitt. nu.34 & 38.

[illegible]eudum francum quod dicatur nu.35.

Feudi antiqui ſucceſſio vſque ad quem gradum protrahatur in linea collateralium tàm de iure communi feudorum, quàm Regni nume.40.

Feuda eccleſiaſtica regulantur à diſpoſitione conſuetudinum feudalium, ſi ſacri canones non repugnent lect.3.nu.14.& 42.

Feudalis controuerſia in defectum conſuetudinum feudalium venit diffinienda ſecundum ius ciuile Romanorum lect.3. nu.15. & lect. 7. num. 14. & lect. 13. num. 27. & lect. 22. num. 4.

Feudum neutiquam conſtitui poteſt de re aliàs alienari prohibita; nihilominus ſi huiuſmodi fieret conceſſio, valida eſſet iudicanda in vita concedentis lect.4.nu.7. & 8.

Feudo conceſſo non veniunt ſubfeuda nu. 28.

Feudum poteſt eſſe illius conſuetudinis, vel ea pacti lege acquiſitum, vt in eo Clericus ſuccedat, item poteſt Dominus eidem gratificari, nu.32.

Feudum in actu acquiſitionis poteſt ſub hypotheca vinculis deduci minimè refragante Reg. Pragm. nam ſano modo eſt intelligend de feudo formato,& acquiſito; non autem a quirendo, & ita in facii contingentia iudi[illegible] tum nu.36.

Feudi conceſſio ſi fiat ab eo, qui ſuorum bonorum liberam non habet adminiſtrationem,vt p[illegible] cæteris eſt Eccleſiæ Prælatus, eſt viribus [illegible]nuſta, niſi conſuetudine ſit obuallata nu[illegible].40.

Feudi conceſſio ſi fiat cum facultate alienandi, diſcrepare dicitur ab illius natura lect.5.nu. 47.& lect.11.nu.48.

Feudorum conſuetudines admittunt feudi conceſſionem à quouis factam, dummodò ſincerè, & bona fide,nec conſuetudo depoſcitur lect.6. nu.8.13.cum ſeqq.& nu.28. & 43.

Feudum de iure communi feudorum mortuo patre poterat integrè aſſignari vni ex filijs pro eius portione, ad quod tamen affertur notab. Andr.declaratio nu.16.

Feudum tàm ſecundum conſuetudines feudales, quàm Conſtit.Reg.ad eum,à quo tenetur, deuoluitur nu.34.

Feuda quaternata, & Caſtra dicuntur nobilia: quia nobilitatem tribuunt, ſuntq; à publico, ſicut militia, & de publico,ideſt de Regis patrimonio, & ſunt veluti peculia caſtrenſia ſecundum Andr.lect.7 nu.6. & 8.

Feudum filiofamil. per Regem conceſſum ſi ſit quaternatum, & nobile, nequaquam patri vſusfructus quæritur ſecundum Andr.ob cuius traditionem miſerè lapſi ſunt Afflict. & Camer. prout ſatis apertè elicitur ex doctiſſimè ſcriptis per D Authorem, qui etiam tradit germanum intellectum ad huiuſmodi Iſern.doctrinam nu.7.vſque ad 15. Cæterùm in hoc articulo notatur, idem Andr. de contrarietate. Hac de re affertur primò concordia Afflict. ſed ſtrenuè repellitur nu.16.cum ſeqq. Qua confutata adducitur conciliatio Loffr. quæ pariter euertitur nu.20.cum ſeqq. Hinc diſputat D.Author,quæ ſit verior Andr.opinio, & irrefragabilibus medijs concludit pro negatiua, quam ſuſtinuit in cap. 1. de his, qui feud. dare poſſunt nu. 26. cum ſeqq.

Feuda omnia ad Regis collationem ſpectantia dicuntur quaternata, quicquid attentauerit Afflict.ſub authoritate Andr.nam verborum illius verum ſenſum non percepit. Hac de re rectè aſſeuerabat Frecc.non dari feuda plana, niſi in Barone nu.9.cum ſeqq.

Feudum quaternatum vnde ſic nuncupatum nu. 12.

Feudum ex pacto, & prouidentia nouum poteſt alienari in præiuditium ſucceſſorum, non ſic pater-

I N D E X.

paternum, & ratio aſſertur num. 22.

[illegible]dum donatum patri, & filio, quomodo illis [illegible]uiratur, adnotatur ſuper hoc notab. Andr. [illegible]nctio nu. 23.

Feu[illegible]orum natura ſunt inalienabilia, idq; caret controuerſia, & intantum hoc proc[illegible], vt neque ſeruitus, neque etiam vſusfru[illegible] ſuper eis conſtitui poſſit nu. 29. 31. & 38. p[illegible]rit nihilominus fieri fructuum diſpoſit[illegible] dummodò non ad longum tempus nu. 61.

Feudi diuiſio eſt adeò prohibita, vt nec Prorex hoc euentu poſſit ſuum aſſenſum præſtare, ita diſponente Pragmatica vulgò dicta nouem capitum, idq; producitur etiam reſpectu vſusfructus nu. 34. & 38.

Feudum ſiue ſit caſtrenſe, ſiue paganicum, eſt ſeruitus ſecundum Bald. Hac de re ſecundum eum patri non acquiritur vſusfructus, nec ſeruitutis ſeruitus conſtituatur nu. 49.

Feudum conceditur feudatario, vt ex illius fructibus Domino ſeruire poſſit nu. 63.

Feudi conceſſio facta intelligitur, prout ius intelligit lect. 9. nu. 29. & 43.

Feudalis materia non eſt extendenda de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum ſecundum Andr. nu. 34.

Feudum fœmineum à materno quo pacto diſtinguatur; pleriq; Feudiſtæ ob horum terminorum inſcitiam turpiſſimè lapſi ſunt. Hac de re D. Author illos fusè, & magiſtraliter declarat lect. 9. num. 36. 41. & 44. cum ſeqq. & lect. 10. nu. 11. & 22. cum ſeqq.

Feudum licet ſit conceſſum naturali, vel ſpurio, nihilominus ab illius ſucceſſione excluduntur naturales, & ſpurij lect. 9. num. 37. & lect. 10. nu. 19.

Feuda quo pacto dicuntur naſci, viuere, & mori lect. 9. nu. 39.

Feudum non aſſumit naturam à Domini perſona, cum apud eum non detur, nec à perſona conceſſionarij, cum ad libitum concedentis poſſit etiam ſeruus inueſtiri; ſed illam mutuatur ex lege inueſtituræ, quæ verſatur circa ſucceſſionem, alienationem, & fidelitatem lect. 9. nu. 40. & 42. & lect. 10. nu. 17.

Feudum quod acquiratur vtrique fratri inſolidum, vel diuiſim, præ cæteris magni refert quò ad ſucceſſionem lect. 9. nu. 51.

Feuda ſecundum Andr. effugiunt ſanctionem l. 1. C. ſi imper. lib. ſoc. ſine hær. lib. 10. nec in illis habet locum ius accreſcendi ſecundum Doctorum opinionem crebrò receptam, nume. 52.

in Feudo ex pacto ſucceditur vltimo morienti, licet non iure hæreditario confutata contrarium affirmantium opinione nu. 61.

Feudi natura non intelligitur quò ad ſucceſſores immutata, ſi ad illius poſſeſſionem fuerit fœmina habilitata, idq; multis rerum argumentis ſtabilitur, & confirmatur exploſa Iacob. de Beluiſ. & ſequacium ſententia. Hac de re præ cæteris expenditur text. in cap. 1. de beneſ. fœm. qui pro hac parte vrget irrefragabiliter lect. 10. nu. 12. cum ſeqq.

Feudo conceſſo ea lege, vt ſuccedant maſculi, & fœminæ, intelliguntur fœminæ admiſſæ in defectum maſculorum nu. 16.

Feud[illegible] communi feudor. [illegible] [illegible]edes [illegible] conſortes diuidi; imo [illegible] [illegible] aſſignari; ſed hoc vltimum intelligas [illegible] cumſcripta fraude [illegible] loci præſumpta fraudis exemplum ſub[illegible]ur. Hac de re redarguitur Felyn. in [illegible] qua in Eccleſiarum de Cor[illegible]it. dum ſub Panorm. clypeo arbitratus fuit, hanc feudorum diuiſionem fieri non poſſe vno ex cohæ[illegible]tiente lect. 11. nu. 5. 6. 10. & 11.

Feudum ſi in actu diuiſionis fuerit [illegible] aſſignatum vltra ſuam portionem reſpectiuè ad omnia bona, licet huiuſmodi diuiſio non ſit à lege approbata; firma tamen manebit quò ad iuſtam ratam ſecundum Andr. & ibi de ratione nu. 9.

Feudi alienatio in proximè ſucceſſurum eſt vſquequaque valida nu. 20.

Feuda ſubſunt diſpoſitioni legis fin. C. de edic. Diu. Adr. tollen. ſecundum opinionem Doctorum frequentius receptam nu. 23. & 27.

Feudorum eſt adeò interdicta alienatio, vt promiſſio de vendendo feudum ſit adeò viribus exhauſta, vt promiſſorem ad nihilum obſtringat & ita deciſum nu. 39.

Feudorum nullum eſt commercium abſque aſſenſu nu. 44. & 46.

Feudi alienatio facta contempto Domini aſſenſu non poteſt præſcriptione adiuuari, & ibi de ratione nu. 50.

Feudo legato an debeatur æſtimatio. In hoc articulo diſtinguit Camer. inter primariam, & ſecundariam intentionem; ſed iſthæc diſtinctio non eſt iuribus fundata, & per D. Authorem ingenioſè repellitur, eiusq; locis nullo negotio occurritur, quæ multò fortiùs confutatur in contractu inter viuos num. 51. cum ſeqq.

Feudalis conceſſio eſt contractus ex tribus conſiſtens perſonis. Hinc deducitur irrefragabilis ratio, cur legato feudo abſque aſſenſu minimè debeatur æſtimatio nu. 54. cum ſeq.

Feuda dignitatum de eorum natura ſunt indiuiſibilia; ſed id non obtinet in Regionibus Lombardiæ, & Alemaniæ lect. 12. nu. 5.

Feudum dignitatis caſu, quo in eo omnes fratres ſuccederent, & interdicta eſſet diuiſio, an poſſit totum vni aſſignari in actu diuiſionis, & alteri totum allodium? Bald. in [illegible] eſt. de

quo

quo Aluar. non meminit, fuit Author affirmãdi, Capyc. negauit, D. Author diſtinguit plura capita, & in omnibus iuxtà morem ſatis eruditè loquitur nu. 7. cum ſeqq.

Feudum paternum quod dicatur nu. 29.

Feudi diſpoſitio ſi non ſit munita Domini aſſenſu adeò eſt viribus exhauſta, vt nec hæredes in feudo hæreditario ad aliquid teneantur, & ſic limitatur vulg. text. in l. cum à matre lect. 13. nu. 1.

Feu... hæreditarium ſecundum Andr. ... tur ...riter ex pacto, & prouidentia, quod diſ... guitur in hæreditarium, & non hæreditarium nu. 9. & 10.

Feudum ſiue ſit hæreditariu..., ſiue non hæreditarium; nihilominus ſemper hæres tenetur eſſe deſcendens ex ſanguine primi acquirentis nu. 11.

Feuda, quæ ab inueſtituræ tenore ſunt alterata conditio... ...ta appellatur nu. 12.

Feuda hæreditaria, & non hæreditaria minimè differunt quò ad fidelitatem, & ſeruitia, alienationes, & culpas nu. 13.

Feudum paternum non hæreditarium ſi alienetur cum aſſenſu, alienatio valebit durante vita alienantis, & pariter poſt eius mortem, ſi ſucceſſor conſentiat nu. 15.

Feudi paterni alienatio facta etiam cum Domini aſſenſu non tenet in præiuditium iuris agnatorum nu. 16.

Feuda ex pacto acquiruntur ſucceſſione; hæreditaria verò tranſmiſſione à defuncto in hæredem lect. 13. nu. 18. & lect. 20. nu. 2.

Feudi hæreditarij ea eſt natura, vt ſuccedens in eo dicatur eſſe hæres feudi, & in eo ſuccedere tanquam hæres inſtitutus à principio generationis ipſius. Hinc pulchra deducitur illatio rei etiam iudicatæ authoritate obuallata lect. 13. nu. 19.

Feuda amittuntur propter ingratitudinem, & ex illis cauſis, ex quibus permiſſa eſt exhæredatio nu. 33.

Feudum ex pacto filijs defertur ex legis prouidentia, & non à patre; ſed à primo acquirente nu. 37.

Feudum ſimpliciter conceſſum abſque mentione hæredum, & ſic in dubio de iure communi feudorum eſt ex pacto, & prouidentia, quamuis ad hæredes, ideſt filios maſculos ſit tranſitorium, idem ſi ſit conceſſum pro te, & filijs, vel pro te, & liberis ſecundum Andr. exploſa Modernorum ſententia. Hæc de re declaratur text. in l. ſi quis Titio ff. de vſufr. accreſc. in cuius intellectu lapſus eſt Andr. nu. 42. 43. 52. & 54.

Feuda effugiunt acquiſitionem vſusfructus reſultantis ex patria poteſtate nu. 51.

Feudi ſucceſ...n debet eſſe de iuſto ſanguine deſcendenti, quo loci ſubijcitur cur fœminæ in eo non ſuccedant lect. 14. nu. 9.

Feuda parua de iure antiquo non cenſeban... de iure feudi, nec illius habebant natura... ſed de iure nouo fuit hoc immutatum ...a. 19.

Feudum verè dicitur res conceſſa in feudum ſub ... nuo cenſu, & exemplum affertur in hoc Regno nu. 20.

F... do ad Dominum deuoluto fructus erunt, vel ...redum Vaſſalli, vel Domini ſeruata diſtinctione §. bis conſequenter, hic fin. lex. Cæterum noſtris Doctoribus dubitatio exorta eſt, num extra hunc caſum procedat diſpoſitio præfati text. Alex. ſub clypeo Cum. negauit, eiuſdemq; opinionis ſectator fuit D. Lanarius, cuius conſiderationibus relatis rectè occurritur. At contrariam opinionem tutatus fuit Camer. quam roboratam fuiſſe authoritate rei iudicatæ, teſtatur doctiſſimus D. de Franch. & hanc multis rerum argumentis confirmat ſapientiſſimus D. Author contrarijs facili negotio confutatis, limitat poſtremò d. §. bis conſequenter duobus modis poſt Andr. & Ancbar. nu. 39. cum ſeqq.

Feudum ſi inter fratres diuidatur; ſtatim ex diuiſione plura feuda diſtincta conſtituuntur ſecundum Andr. ſed iſthæc opinio refellitur, & contraria, ſuper quibus fundatur, remouentur lect. 16. nu. 1. & 7.

Feudi diſtractio de iure antiquo erat permiſſa vſque ad medietatem neceſſitatis cauſa ſuggerente ſecundum Iſern. ſed de iure nouiſſimo eſt in vniuerſum vetita abſque expreſſo Domini conſenſu pœna contrafacienti imminente num. 2. & 4. ſed declara. & limita, vt nume. 9.

Feudum ex pacto, & prouidentia ſi à feudatario alienetur, quo pacto ſit conſultum deſcendentibus, & agnatis. Hac de re Andr. traditio recenſetur lect. 16. num. 5. Cæterum eius opinio ex duobus ſatis dubia redditur lect. 17. nu. 25. cum ſeqq.

Feuda quo pacto maneant ſub cenſura l. ſi quis duas §. ſi quis partem ff. comm. præd. lect. 16. num. 7.

Feudo euicto ex reſolutione iuris datoris an emptori competat actio ad pretium recuperandum, Affl. negat, gloſ. diſtinguit, D. Author indiſtinctè ſuſtinet opinionem Affl. confutata gloſ. diſtinctione, quatenus ſe fundat ſuper ſcientia, vel ignorantia, & ſic bona, vel malæ fide emptoris nu. 13.

Feudalis contractus quo pacto dicatur claudicare ſecundum Andr. nu. 16.

Feudi alienatio, quæ fit lege permittente, longè diſtat ab ea, quæ fit Domino aſſentiente. Hinc affertur intellectus ad doctrinam Andr. qui contrarium docere viſus eſt; ſed in oppoſitum

or-

INDEX.

vrget ratio, quę recenſetur, cui tamen ingenioſè occurritur nu. 17. 18. & 21.

Feudo vendito à Vaſſallo prole carente præuio Domini beneplacito, emptor ſecuritatis præſidio [illegible]vit ſeptus etiam poſt venditoris mortem abſq; [illegible]ris decedentis ſecundum Andr. n. 17

Feuda ex Andr. ſententia non manent ſub cenſura l. 3. ff. de interd. & releg. lect. 17. nu. 10.

Feudi naturam concernit alienationis probibitio, ſeu alienatio præuio Domini aſſenſu facienda. Hinc feudum conceſſum cum facultate alienandi abhorret ab illius propria natura nu. 12. & 13.

Feudum ex pacto Domino aperitur in præiuditium ſucceſſorum ſemper quod Vaſſal[illegible] delinquit in Dominum, vel aliquid facit aduerſus feudi conuentionem ſecundum inſignem Bald. doctrinam nu. 15.

in Feudis habent locum duæ regulæ, vna, vt feuda abſque aſſenſu ſint inalienabilia, & altera contraria, vt cum aſſenſu ſint alienari permiſſa num. 16.

Feudum ex Bald. ſententia perire, & non euinci dicitur, vbicunque ex illius natura amittitur lect. 17. nu. 17. & lect. 22. nu. 25.

Feudo paterno filia à Domino inueſtita, valebit vtique inueſtitura durante patris vita, & nõ vltra ſecundum Andr. Quo euentu ſi agnati pariter intercedat conſenſus, perpetuum conſentienti parabitur præiuditium; non autem eius filijs, vel alijs agnatis. Hac de re diligenter expenditur text. in cap. 1. qual. feud. ad fil. pert. & Beluiſ. confutato intellectu Bald. ſenſus adducitur, & commendatur lect. 18. num. 3. & 4.

Feuda ſecundum Bald. decentiùs conceduntur maſculis, quàm fœminis nu. 4.

Feudi alienatio præuio Domini aſſenſu an ſit ab initio nulla propter agnatorum intereſſe, fusè diſſeritur, & tandem negatiuè concluditur: Hac de re Andr. verba, quæ alioquin repugnantiam includere videntur, ſatis doctè declarantur, & à contrarietate vindicantur, nu. 7. cum ſeqq.

Feudi alienatio in vlteriorem agnatum abſque Domini aſſenſu eſt viribus exhauſta ſecundũ Andr. traditionem, quam D. Author tuetur aduerſus affirmandi, & diſtinguendi Authores nu. 21. cum ſeqq.

in Feudo quomodo dicatur contegi vnus actus lect. 19. nu. 2.

Feudum conceſſum patri, & filio intelligitur ordine ſucceſſiuo nu. 3.

Feudum alterum eſt paternum, & alterum auitum ſecundum Andr. poſt gloſ. ſed iſthaec diſtinctio per D. Authorem manifeſtè conuincitur nu. 14. & 19.

Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis lect. 19. nu. 15. E[illegible] de hoc nemo hæſitauit ſecundum D. Authorem, & obtinet etiam reſpectu extranei hæredis, dummodo non agat aduerſus legitimum ſucceſſorem, & ratio affertur, nec ſit ad feudum inhabilis, cui ius reſiſtat lect. 20. nu. 1. 22. & 25. Cæterum vocatum eſt in controuerſiam, an idem ius obtineat in feudo ex pacto, in qua quæſtione D. Author poſt relatas diſſidẽtes Doctorum opiniones negatiuè concludit etiam reſpectu filij, & firmis conquiſitisq; mouetur [illegible] nu. [illegible] cum ſeqq.

[illegible]m conceſſum pr[illegible]te, & hæredibus ex corpore eſt hæreditari[illegible]m ſecundum Andr. frequentiùs receptum, [illegible] decisum confutata Siculorum opinio[illegible] Idq; irrefragabili fundatur ratione, & obtinet etiam ſi viueretur ſecundum ius Francorum aduerſus Aff. lect. 20. nu. 3. cum ſeq.

Feudi natura prout non alteratur ex prærogatiua ſexus, ita pariter nec ex prælat[illegible]ne maioris ætatis nu. 8.

in Feudis conſideratur duplex intereſſe, vtpotè Domini, & agnatorum nu. 12.

Feudum præuio Domini beneplacito poteſt alienari nedum in filios; ſed etiam in extraneos num. 13.

Feudum, in quo viuitur de iure Francorum, poteſt cum primogeniti conſenſu alienari ex Andr. ſententia, quam D. Author ingenioſè confutat, argumentando à ſufficienti partium enumeratione nu. 14.

Feudum ex pacto nouum habet vim hæreditarij lect. 20. nu. 15. & lect. 22. nu. 13.

Feudi conceſſio de iure Francorum non excludit agnatos, licet plurium concurſum reſpuat, & primogenitum præferat lect. 20. nu. 16.

Feudum in dubio, & ſic illius inueſtitura non apparente de iure communi feudorum præſumitur ex pacto, licet ab intellectu iuris ſit ad hæredes trãſitorium. Cæterum quæſtionis eſt, qualiter præſumatur in hoc Regno. In quo articulo Neapod. & ſequaces aſſeuerant, hæreditarium præſumi, at Nicol. de Neap. et eius ſectatores negant, et hanc ſententiam D. Author iuris authoritate, & ſatis munitis rationibus cõprobat, atq; confirmat n. 17. & 19. cum ſeqq.

Feudum in caſu præſcriptionis intelligitur præſcriptum cum natura à iure, vel conſuetudine data ſecundum Bald. nu. 18.

Feudorum conſuetudines non habent legitimam titulorum connexionem ſecundum D. Authorem, qui rationem adducit. Hac de re benè redarguit Aluar. & Iacob. de Belui. circa continuationem rubr. ſi vaſſ. feud. priu. lect. 21. nu. 1. cum ſeqq.

Feudorum conſuetudines anteà confuſas Obertus de Orto ſic diſpoſuit, vt nunc habemus; ſed

[illegible]àm ipſe, quàm C[illegible]dus fuerunt duo pecora ſecundum Bald. nu. 3.

Feudum naſcitur, viuit, & moritur, & eſt homo mutus, idq; fuſè, & ex ordine declaratur nu. 5. cum ſeqq.

Feudũ deuolui, & aperiri differunt nu. 6. & 19.

Feudo ext[illegible]cto ceſſant fidelitas, & ſeruitium, idq; rat[illegible]one ſuadetur nu. 8.

Feuda aperiuntur quatuor modis, qui diſtinctè, & ma[illegible]ſtraliter explicantur nu. 9. cum ſeqq.

Feud[illegible] [illegible]atur ingratitudine [illegible] du[illegible] [illegible]na delicti, & altera cõtractus, [illegible] e exemplis dilucidatu[illegible] 12.

Feudum quo pacto aper[illegible]r ob defectũ nu. 18.

Feudum ſi ob Vaſſalli [illegible] Domino aperiatur, an applicetur Dom[illegible] mediato, vel immediato. In hoc articulo D. Author lect. 21. nu. 25. poſt relata obiter Doct. diſſidia ſe remittit ad fuſè cumulata [illegible] ſub nu. 29. quo loci poſt relatam aliquo[illegible] diſtinctionem indiſtinctè, [illegible]ſtinet immediato aperiri iuxtà Camer opinionem.

Feudum ex pacto antiquum ob delictum in Dominum in offendendo an ipſi aperiatur, vel agnato deferatur, Doct. frequentiùs inclinant pro Domino, eandemq; opinionem ſuſtinendo D. Author, illam manifeſtiſſimis iuribus, ac ſatis munitis rationibus, & tandem rei iudicatæ authoritate fulcit, atque confirmat lect. 22. nu. 11. & 15. cum ſeqq.

in Feudis ſeruatur rigor, iccircò in eis attenditur intereſſe voluntatis nu. 20.

Feudum ſub qua conditione cenſeatur datum agnatis nu. 22.

Feuda num maneant ſub cenſura l. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de iure fiſci, fuſè diſcutitur, & negatiuè concluditur aduerſus Camer. nu. 26.

Feudum etiam ſi fideicommiſſo ſit obnoxium cum Domini conſenſu, adhuc ob Vaſſalli feloniam Domino aperitur, idq; ratione ſuadetur, hoc idẽ obtinet, ſi ſit generi cõceſſum n. 28.

Feudum non venit in confiſcatione, quando fiſcus non eſt Dominus directus: quia habetur loco extranei hæredis, & hæc eſt frequentius recepta ſententia nu. 29.

Vide in verb. adhoa, agnatus, argumentum, aſſenſus, annus, Baro, Caſtrum, clauſula, Clericus, conſuetudo, cõtractus, creditor, Dominus, Eccleſia, emphyteuſis in fin. felonia, filius, fœmina, frater, hæres, Imperator, intereſſe, inueſtitura, laicus, nepos, Notarius, pater, patruus. poſſeſſio, Prælatus, præſcriptio in penult. ſumm. primogenitura in fin. refutatio, Regnum, religio, reuocatio, Rex, ſententia, ſeruitium, ſucceſſio, ſucceſſor, teſtator, tranſmiſſio, Vaſſallus, verba, vſusfructus.

FIDEICOMMISSVM.

Fideicommiſſi onere prægrauari non poteſt arrogatus filius, vel libertus in illis portioni[illegible] quæ de iure ad ipſos pertinent, & ibi de r[illegible] ne lect. 13. nu. 3.

Vide in verb. alienatio in penult[illegible]n.

FIDELITAS.

Fi[illegible]tas quandoq; ſumitur pro ipſo fidelitatis [illegible]ramento; ſed propriè loquendo fidelitas præ[illegible]it iuramentum, prout inueſtitura lect. 2. [illegible]a. 20. & 21.

[illegible]delitas num poſſit Vaſſallo in vniuerſum remitti, quæue ſub ea comprehendantur nu. 37.

Vide in verb. feudum, filius, inueſtitura in princ. Vaſſallus.

FILIVS.

Filij ſi ſint numero plures, ſecundum conſuetudines feudales omnes ſuccedunt in feudo cum onere præſtandi fidelitatis iuramentum lect. 1. n. 105. poterunt nihilominus ad diuiſionem prouocare: quia de iure communi feudorum feuda diuiduntur lect. 11. nu. 2. cum ſeqq.

Filij legitimi tantum, vt adoptiui à feudi ſucceſſione repelluntur, prout pariter naturales tãtum, etiam ſi legitimentur, niſi legitimatio nõ ex Principis reſcripto; ſed ex ſubſequenti matrimonio deriuetur, quo euentu admitterentur etiam ſi inueſtitura eſſet concepta pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus. Idque Bald. ampliauit, etiam ſi eſſent ſuſcepti ex matrimonio putatiuo lect. 1. nu. 108. & 109. & lect. 10. nu. 29. 30. & 31.

Filius, vel agnatus ſuccedẽtes in feudo antiquo, non tenentur habere ratum factum defuncti; ſed feudum præcipuum habebunt; dum tamen ſi hæredes fuerint inſtituti, inuentarij confectionem non omiſerint lect. 1. nu. 115.

Filius in feudo ex pacto tenetur eſſe hæres patris in allodialibus, & hoc reſpectu dicitur eſſe deterioris conditionis, quã agnatus lect. 1. num. 117. & lect. 13. nu. 34. ſed limita, vt nu. 53.

Filius vti proximior repellit fratrem à feudi ſucceſſione, præterquam ſi Prædeceſſor ob feloniã feudum amiſerit: quia tunc vlterior excludit proximiorem, niſi Dominus illi gratiam fecerit lect. 9. nu. 7. & 11.

Filius naturalis ex frequentiùs recepta ſentẽtia legitimatur per ſubſequens matrimonium, & ſi medio tempore aliud ſit contractum ex quo legitima proles ſit ſuſcepta; nihilominus iſthæc legitimatio non operabitur in præiu[illegible]itium iuris forſan medio interuallo quæſiti præfatis filijs legitimis, nec in primogenituræ præiuditium lect. 10. nu. 32.

Filij de iure communi feudorum ſuccedunt pro indiuiſo etiam in feudis dignitatum l[illegible] nu. 2. & 4. limita primò, præterqu[illegible] ſi [illegible]retur de iure Francorum, quod [illegible] prob[illegible]

tian

I N D E X.

*nā tūc primogenitus ſolus admitteretur, coar-
ta ſeūdò de generali conſuetudine n.3. & 6.*

Fi. us exbaredatus an ſuccedat in feudo. In h. articulo Feudiſtæ in diuerſas trabuntur ſent. ..ius Ardiz negat, Capyc. & Frec. addubitant. Andr. videtur notari de contr. rietate; ſed traditiones illius conciliantur .r Loffr & melius per D. Auth qui ſatis man. ſtè demonſtrat, ſemper illum negatiuas par. s ſuſtinuiſſe, quas ipſe acutis, conquiſitisq; rat. nibus, ac manif. ſtis iuribus comprobat, atqu. confirmat lect. 13. nu. 20. cum pluribus ſeqq.

Filij quando ſuccedant in iure patronatus, vel operis libertorum etiam ſi non ſint patris heredes, & num illis per exbaredationem priuari poſſint nu. 28 & 30.

Filius exbaredatus babetur pro mortuo reſpectu patris exbaredantis nu. 31.

Filius ſi non ſit ingratus, non poteſt legitima priuari, nec illius reſpectu aliquo onere pragrauari nu. 32.

Filius non poteſt exbaredari, quando in vita patris eſt illi ius quæſitum, & ibi de ratione nu. 35. 38. & 40.

Filium ſuccedere iure ſucceſſorio feudorum iuxtà Bald. doctrinam, quo pacto intelligendum lect. 14. nu. 10.

Filius priuatur feudo ex pacto ob patris delictum in contemnendo, vt in caſibus adnotatis lect. 17 nu. 24.

Filius etiam in feudo ex pacto tenetur eſſe patris bares, & non poterit illius facto contrauenire, niſi inuentarium confecerit. Circa quod Andr. videtur notari de contrarietate. Hinc adducitur Capy. cōcordia; ſed funditùs euertitur. Qua reiecta aſſertur Moder. Add. conciliatio, & ex pluribus defenditur, & commendatur. Poſtremò de eadem re D. Authoris intellectus ſubijcitur lect. 19. nu. 19. cum ſeqq.

Filij patris rei perduellionis ab omni ſucceſſione babentur alieni lect. 22. nu. 4.

Filij concepti poſt patris delictum licet ſint legitimi, dicuntur nibilominus concepti ex nouo bomine, ad quod inducitur text. expreſſus in l. ex facto §. ex facto ff. ad trebell. qui nequaquam eſt correctus per iura Cod. vel Auth. quicquid Rip. dixerit nu. 5.

Filius quando ex gratia poſſit feudum paternū babere non obſtante patris delicto, & quo pacto ſit boc intelligendum nu. 6.

Filius ob culpam patris feudatary ſemper priuatur feudo, & ſic non ſit diſtinctio, qua in agnatis fieri ſolet nu. 12.

Filium eſſe proximum agnatum nemo eſt qui ambigat. Caterum in materia feudali quando ſit mentio de proximiori agnato, intelligitur filijs non extantibus nu. 17. 19 & 21.

Vide in verb. agnatus in penultimo, & fin. ſummario, auus, feudatarius, feudum bæres, legatum in fine, pater, peculium, primogenitura reuocatio, ſeruus, ſucceſſio, Vaſſallus, vſus, vſusfructus.

FISCVS.

Fiſcus gaudet priuilegio, vt aduerſus eum non poſſit præſcribi minori interuallo 100. annor. quod fuit inductum per Conſtit. Reg. quadrigenalem, quę tamen conquieſcit, vbi quis preſum.. innititur inueſtituræ lect. 3. n.

FOEMINA.

Fœmina ſecundum conſuetudines feudales n.. ſuccedunt in feudo, niſi in inueſtitura ſint expreſsè vocatæ. At . iure Reg per Conſtit. in aliquibus admittuntur in defectum maſculorum lect. 1. nu. 119. Qui etiam in burgenſaticis præferuntur cum onere tamen dotandi ſorores de paragio; ba.. prælatio obtinet etiam in bonis maternis ſecundum ſententiam Peritorum Regni veteri vſu comprobatam aduerſus opinionem Andr. Neque huiuſmodi prærogatiua fuit ab eodem feudorum iure incognita, vbicunque feudum conceſſum reperiebatur, & maſculis, & fœminis lect 9. nu. 17. cum ſeqq. & lect. 10. nu. 21. 26. & 27.

Fœmina ſecundum conſuetudines feudales num ſuccedat in feudo materno: quęſtio hęc contrarias nacta eſt opiniones; ſed negatiuam, quæ fuit gloſ & Andr. D. Author manifeſtiſſimo iure, & ſatis munitis rationibus confirmat contrarijs nullo negotio confutatis lect. 9. nu. 27. cum ſeqq.

Fœmina licet ſuccedat in feudo fœmineo; nibilominus admittitur in defectum maſculorum nu. 45.

Fœmina non debet eſſe magis priuilegiata, quàm maſculus; hinc inſignis deducitur illatio n. 46.

Fęmina ſecundum vſus feudales non ſuccedit in feudo etiam in defectum maſculorum: quia pugnare non poteſt, quæ ratio quamuis impugnetur à gloſ. recti tamen defenditur ab And. Idq; obtinet etiam in eius filijs maſculis, et ibi de ratione. Nec, ſi pugnaret, ſuccederet: quia aliæ militant rationes, quæ recenſentur. Hac de re à Doct. eſt frequentiùs reiecta Andr. traditio in boc caſu quaſi fuerit Author affirmādi; ſed D. Auth. defendendo Iſern. ex eiuſmet verbis ingenioſè demonſtrat, hanc non fuiſſe illius mētem lect. 10. nu 2. cum ſeqq. Caterum limita concluſionem quatuor modis, vt num. 8. & 9.

Fęmina, eiuſq; deſcendentes num ſuccedant in emphyteuſi, pro vtraque parte arguit Andr. & tandem reſidet in affirmatiua, contraria confutando lect. 15. nu. 2. cum ſeqq.

Vide in verb. deſcendens, Dominus, emphyteuſis, feudatarius paulò po.. .. d. priuilegium in fine.

I. N D E X.

FRATER.

Frater non ſuccedit fratri in feudo nouo ſecundũ conſuetudines feudales. Id tamen non obtinet in Regno per Conſtit. vt de ſucceſſionibus iuxtà opinionem Peritorum Regni, etiam ſi non eſſet ex vtroque latere coniunctus. Caterum hoc Conſtitutionis beneficiũ reſpectu fratris conquieſcit, ſi inueſtitura eſſet concepta pro hær[illegible]us ex corpore, quæ eſt communis fe[illegible] ,aterquam ſi tractaretur de [illegible] ſeu antiquo, & ibi de ratione lect.1. [illegible]02. & 103. & lect.12.nu. [illegible]22. & 26.

Fratrum filij, prout ipſim[illegible] fratres de iure Regni ſuccedunt in feudo [illegible] lect.2.nu.41.

Fratres in feudo nouo per patrem acquiſito debent habere partem pretij ſoluti ſecundum Andr. lect.7.nu.46.

Frater fratri ſucced[illegible] in [illegible] paterno in defectum le[illegible] hæredis ab inteſtato ſucceſſuri, qui debet eſſe filius maſculus, & non fœmina lect.9.nu.3.6. & 14. & lect.14.nu.12.

Frater ſuccedit ex quacunque cauſa feudum amittatur, ſiue per mortem, ſiue per delictum, dum tamen ipſe culpari non poſſit, vel ſi Dominum in aliquo offenderit, ei ſatisfaciat. Hac de re Andr. verba ſuper gloſ. quæ alioqnin Loffr. & alijs dubitationem iniecerunt, diligenter declarantur lect.9.nu.5.10.12. & 16.

Frater in feudo nouo non ſuccedit, præterquam ſi nominatim eſſet dictum in conceſſione, vel niſi frater illud comparaſſet de communibus bonis, cõmune negotium gerendo cum Domini ſcientia, vel vtriuſque nomine, quibus euentis feudum vtrique acquiritur in ſolidum, quæ omnia exactè declarantur vnà cum tex. in c.1. de frat. de nou. benef. inueſt. nu.47. cum ſeqq.

Frater de iure Regni (prout eſt dictum) ſuccedit in feudo nouo, niſi conceſſio eſſet pro ſe, & hæredibus ex corpore; cæterum quæſtionis eſt, num ſtante huiuſmodi inueſtitura repellatur etiam à feudo empto de communibus bonis, & geſto communi negotio cum Domini ſcientia, & negatiuè concluditur ſatis munitis, & irrefragabilibus rationibus nu.55. cum ſeqq.

Frater ſecundum interpretationem Peritorum Regni ſuccedit in feudo etiam quod non ſit coniunctus ex latere, vnde feudum prouenit, & ita decíſum lect 12. nu.23.

Vide in verb filius.

FRVCTVS.

Fructus pendentes quomodo diſtinguãtur à fructibus à ſolo ſeparatis lect.14 nu.32.

Fructus pendentes de iure communi Romanorum pars ſoli cenſentur; ſed quam fundi partem conſtituant nu.35.

Fructus rei venditæ emptoris emolumento cedunt nu[illegible]6.

Fructuum ſu[illegible]o non eſt vniformis, & vnica; ſed multiplex, prout multi ſunt illorum ſucceſſores, qui obiter adnotantur nu.37.

Fructus diſtinguuntur in naturales, induſtr[illegible]les, & ciuiles, de quibus remiſſiuè n.38

Vide in verb. creditor, feudatariu. [illegible]ca med. hæres paulò ante fin. teſtator in penult. ſumm.

FVR.

Vide in verb. præſcriptio.

G

GRATIA.

GRatia quid importet, & quando tollat ius alteri quæſitum lect.22.nu.7.

Vide in verb. reſtitutio.

H

HAEREDITATIS PETITIO.

HAereditatis petitio non fundatur ſuper dominio; ſed ſuper qualibet defuncti poſſeſſione; eſt benè verum eam non dari aduerſus titulo poſſidentem lect.20.nu.23.

HAERES.

Hæres in materia feudali eſt triplex, nempe ſanguinis, hæreditatis, & feudi, idq; ex ordine declaratur lect.1.num.116. cum ſeqq. & lect.14.nu.22. & lect.19 nu.18.

Hæres extraneus quãuis inſtitutus à feudi ſucceſſione repellitur, & hæc eſt frequentius recepta ſententia, & ratio affertur, & obtinet etiã in feudo hæreditario; ſed an ſaltim debeatur æſtimatio, remiſſiuè lect.9. num.4.9. & 13. & lect.14.nu.1. & 5. cum ſeqq. & nu.14.

Hæredis extranei inſtitutio ſpecies eſt alienationis ſecundum Andr. lect.11.nu.22.

Hæres non tenetur habere ratum factũ defuncti nullum ad limitationem regulæ l. cũ à matre C. de rei vind. quo euentu etiam eius Author reuocare poterit nu.34. & 37. circa finem, & lect.17.nu.8.

Hæres non tenetur ſtare alienationi feudi factæ per defunctum, nec aſſenſus ſuperueniens iuuabit; ſed requiritur nouus hæredis contractus, & ſuper hoc nouo contractu nouus aſſenſus ſecundum Andr. opinionem quam D. Author firmis rationum momentis comprobat, atque confirmat lect.11.n.35. & 40. cum ſeqq.

Hæres in feudo hæreditario poteſt grauari vſque ad quantitatem valoris illius. Cæterum ſi eſſet feudum ex pacto, conficiendo inuentariũ, ad nil teneretur, niſi eſſet feudum nouum, & ibi de ratione nu.59.

Hæredis nomine in feudis connotatur filius lect.14.nu.5. ſed declara, vt nu.11.

Hæres legitimus quis dicatur de iure communi ciuili, & quis de iure communi feudorum, & ex his quinam propriè, & qui ex interpretatione nu.13.

Hæres extraneus an poſſit inſtitui in feudo, de quo non præſtatur ſeruitium perſonale; ſed reale.

Digitized by Google

INDEX.

ſeale. Bald. in obiecta controuerſia fuit Authoꝛ affirmandi. Speculat. opinio eſt huic aduerſa, quæ ſecundum D. Authorem manifeſtè iure comprobatur, & firmis ſuſtinetur rationibus. Hac de re limitatio gloſ. ad Conſtit. Reg. vt de ſucceſſionibus, quam ſequutus eſt Andr. euertitur nu. 15. cum ſeqq.

Hæres extraneus an ad feudi ſucceſſionem ſit admitti ſtante inueſtituræ tenore pro ſe, & hęredibus quibuſcunque. D. Author in hoc articulo relatis hinc inde Doctorum opinionibus, & notatis Bald. & Iacob. de contrarietate affirmatiuè concludit, & teſtatur de communi num. 21. cum ſeqq. Cæterum ingenioſè declarat, vt nu. 28. cum ſeqq.

Hęres extraneus vtrum ſuccedat in fructibus feudi, cumulatè de hoc agit D. Author nu. 31. cum ſeqq.

Hęres extraneus an ſuccedat in emphyteuſi, quam quis acquiſiuit pro ſe, & hęredibus. In hoc articulo primo loco affertur diſtinctio Mart. de Fano, quam ſequutus eſt Andr. Cęterum quò ad primum caput reuocatur in dubium, & tandem reijcitur admiſſa Abb. ſententia, ſecundum quam pluries eſt iudicatum lect. 15. nu. 1. 16. 20. cum ſeqq. 31. & 32.

Hęres tenetur habere ratum factum defuncti iuxtà vulg. iuris regulam, quę declaratur, & limitatur lect. 19. nu. 7.

Hęres quãdo defuncti geſta labefactare nequeat, etiam ſi ex propria veniret perſona nu. 9.

Vide in verb. alienatio, dignitas, emphyteuſis in penult. ſumm. obligatio, priuilegium circa finem, releuium.

HOMAGIVM.

Homagium fuit incognitum conſuetudinibus feudalibus ſecundum Iaſ. ſed iſthæc opinio vti erronea exploditur, & contraria optimis rationibus communitur, in quam etiam frequentiſſimè itum eſt lect. 1. nu. 17. & 21. cum ſeqq.

Homagium quid importet, cui propriè fiat, & vnde dicatur homagium ligium, & quomodo diſtinguatur à non ligio nu. 22. & 25. cum ſeq.

HYPPOTHECA.

Vide in verb alienatio, feudum, minor, venditio.

I

IMMVNITAS.

IMmunitas conceſſa generi non extenditur ad deſcendentes ex fęmina, & ratio aſſignatur per Andr lect. 15. nu. 3. & 13.

IMPERATOR.

Imperatorem et Regem poſſe infeudare nemo eſt, qui ambigat exceptis infeudationibus, quę tenderent ad diminutionem honoris, vel in damnum Coronæ lect. 7. nu. 2.

Imperatorum leges diſponentes de rebus Eccleſiæ ſunt viribus exhauſtę ex poteſtatis defectu lect. 15. nu. 31.

INDVLGENTIA, QVAM NOSTRI indultum appellant.

Indulgentia criminoſis tributa illi dumtaxat erunt digni, qui vnica vice deliquerunt lect. 5. num. 19.

Vide in verb. Princeps in fin.

INTERESSE.

Intereſſe voluntatis, ſi placet, vel diſplicet, attenditur in feudis lect. 9. nu. 32.

Vide in verb. Dominus in penult. ſumm.

INVENTARIVM.

Vide in verb. filius, hęres.

INVESTITVRA.

Inueſtitura nullo pacto eſt facienda fidelitatem facere recuſanti lect. 1. nu. 19.

Inueſtiturę inhærendum eſt etiam ſi feudi natura repugnet nu 43.

Inueſtituræ tenor ſi ignoretur, qualis præſumatur feudi conceſſio lect. 1. nu. 110. & fuѐ lect. 20. nu. 19. cum ſeqq. vbi D. Auth. concludit inueſtituræ formam communem pro ſe, & hęredibus in hoc Regno non præſumi, & teſtatur de communi, & rationem adducit. Nec Capi. Reg. conſiderantes ſtat pro contraria Neapo. opinione, quinimò contra illum retorquetur, quo loci pariter recenſetur cauſa inductiua diſpoſitionis illius Capituli lect. 20. num. 20. & 21.

Inueſtitura confirmatoria petenda eſt à Vaſſallo poſt feudatary mortem infra annum, & diem, alias feudo priuabitur, quod non procedit in minore reſpectu caducitatis, non autem releuij lect. 2. nu. 51.

Inueſtitura de veteri feudo per minorem facienda tutoris expoſcit authoritatem lect. 3. nume. 35.

Inueſtitura in Regno non præſumitur, cum adſint Pragmaticæ diſponentes, vt omnia feuda regiſtrentur nu. 49.

Inueſtitura de nouo feudo fieri non poteſt ab eo, qui liberam non habet ſuorum bonorum adminiſtrationem lect. 4. nu. 13. & 40.

Inueſtituræ tenor eſt ſemper inſpiciendus. Hinc ſi inueſtitura confirmatoria abhorreat à prima, ad illius formam erit reducenda, & ita vſus forenſis inualuit lect. 9. nu. 26.

Inueſtitura pro hæredibus ex corpore non præſumitur in Regno, quamuis iſta ſit communis forma lect. 12. nu. 31.

Inueſtituram rei alienæ legati inſtar validam eſſe, iuris eſt ſatis aperti lect. 13. nu. 8.

Inueſtituræ tenor ſi ſit expreſſus pro maſculis, & fœminis, iſtę vocatę intelliguntur in illorum defectum, prout in hanc ſententiam ab omnibus itum eſt lect. 14. nu. 29.

Vide in verb filius, fiſcus. fœmina, frater, hæres, præſcriptio in fine, releuium, venditio.

I N D E X.

IVRAMENTVM.

Iuramentum, quod præſtatur à Vaſſallo, in quo differat ab eo, quod præſtat ſubditus ratione iuriſdictionis, diligenter exponitur, quo loci pariter ſubijcitur, primum appellari iuramentum fidelitatis, ſecundum aſſecurationis lect. 2. nu. 6.

Iuramentum aſſecurationis non poteſt à ſubditis præſtari, niſi Regis præcedat mandatum; eiuſq; ratio ſecundum Andr. quia Rex in Re- ... imus perſonarum nu. 8.

... um aſſecurationis eſt Baroni à Va[illegible] ... ſtandū poſt iuratā ab eo fidelitatem n. 10.

Iuramentum fidelitatis ſi re[illegible]mittatur; ex hoc nequaquam deducitur, qu[illegible] ſit debita fidelitas, & quò adhoc feudum erit improprium; in cæteris verò retinebit illius naturam. Hinc commendatur celebris doctrina Io. Andr. docentis feudatarium maner[e] obnoxium fic[t]i litatis faciendæ, quamuis ſit ei conceſſum fe[ud]um francum abſque fidelitatis iuramento, idque comprobatur pariter authoritate Oldr. Bald. Iaſ. & aliorum. Hac de re benè declaratur traditio Andr. in §. huius autem generis, ex quib. cauſ. feud. amitt. nu. 22. vſque ad 25.

Vide in verb. Eccleſia, fidelitas, Prælatus, Rex.

IVS.

Ius ceſſibile eſſe tranſmiſſibile eſt iuris regula conſtitutum lect. 12. nu. 47.

Ius poteſt perfectè acquiri, & eius effectus in mortem differri, idq; donationis exemplo fit manifeſtum nu. 49.

Ius quandoq; reſiſtit, quandoq; nec aſſiſtit, nec reſiſtit, & quando aliquid præſumit, quę omnia inter ſe diuerſa ſunt lect. 14. nu. 26.

IVS PROTHOMISEOS.

Vide in verb. Agnatus.

L

LAICVS.

L*Aici, & Clerici quò ad principalem infeudationem nulla differentia, niſi conſuetudinis reperitur lect. 4. nu. 24. & 27.*

LEGATVM.

Legatum rei alienæ rectè conſiſtit; ſed non ita inſtitutio de hæreditate alterius, & ibi de ratione lect. 11. nu. 58. & lect. 13. nu. 8.

Legatum factum Titio vnà cum ſuis filijs non debetur ordine ſucceſſiuo; ſed filij concurrunt cum patre ex frequentioribus Doctor. placitis; cęterum conceſſio ſemper intelligitur facta ordine ſucceſſiuo ſecundum Andr. lect. 13. num. 44. & 45.

Vide in verb. teſtator.

LEGITIMA.

Vide in verb. filius.

LEX.

Leges Longob[a]rdorum ſunt ſeruandæ in Lombardia, prout pariter in hoc Regno, & ratio affertur lect. 1. nu. 4.

Legum correctio non eſt inducenda per ſub[ti]los intellectus lect. 6. nu. 7. niſi de ea co[n]ſt[et] manifeſtè lect. 12. nu. 27.

Lex adaptatur ad ea, quæ frequentius accidunt, & [ceſſante] illius ratione ceſſante non conquieſcit [eius] diſpoſitio, ſi aliæ militent, atque ſuperſint [lect.] 10. nu. 6. & 7.

Le[x] quamuis dura ſeruanda eſt lect. 22. nu. 20.

Vide in verb. argumentum, lucrum.

LEGITIMA, ET LEGITIMATIO.

Vide in verb. filius.

LIBERI.

Liberorum appellatione veniunt maſculi, & fœminæ lect. 15. nu. 11.

Liberorum appellatione omnes deſcendentes continentur lect. 20. nu. 5.

Vide in verb. conditio, nepos.

LIBERTVS.

Vide in verb. fideicommiſſum.

LINEA.

in Linea deſcendentium non attenditur ordo gradus lect. 22. nn. 18.

LOCATIO.

Vide in verb. Prælatus in penult. ſumm.

LVCRVM.

Lucrum à lege alicui tributum à priuato auferri neutiquam poſſe iuris regula eſt conſtitutum lect. 13. nu. 6. ſed declara, vt nu. 20.

M

MARCHIO.

M*Archio, & Comes propriè dicuntur Regni, Regisq; Capitanei lect. 6. nu. 19.*

Marchio eſt ille, qui à Principe eſt inueſtitus de Marchionatu, & Comes de Comitatu. Hinc deducitur, perſonam hoc euentu à re ſumere ſtatum, quod abhorret à iuris regula nu. 44. & 45.

Marchio, & alij Titulati bifariam conſtituuntur, idq; exemplis illuſtratur, & inter vnum & alterum modum maximum intercedit diſcrimen nu. 46. cum ſeqq.

Vide in verb. conſuetudo in penult. ſumm.

MARITVS.

Vide in verb. vir.

MILES HYEROSOLIMITANVS.

Vide in verb. Religio.

MINOR.

Minoris bona in actu acquiſitionis poſſunt ſub hyppotheca vinculis deduci lect. 3. num. 8. & lect. 4. nu. 15.

Vide in verb. inueſtitura.

MONASTERIVM.

Monaſterij bona diſtrahi minimè poſſunt ſpretis ſolennitatibus, niſi Monaſterium ingrediens in ipſo ingreſſu vendi mandauerit lect. 3. nu. 12. & lect. 4. nu. 18.

MV-

MVLIER.

Mu eres dum à parentibus nuptui traduntur, qu. les cõſueuerint facere renunciationes lect. 19.nu. o.

N

NEPOTES.

NEpotes in aui ſucceſſione ſuccedunt in proprium parentis locum cum prærogatiua prælationis; ita quoque in ſucceſſione patrui, intantum vt excludant patruum ex vno latere, ſi ipſi ſint ſuſcepti ex fratre vtrinque coniuncto lect.12.nu.11.12.16.& 43.

Nepotes veniunt liberorum, ſeu filiorum appellatione, idq; fuſè exornatur nu.14. cum ſeqq. iuncto nu.40.

Nepos ex filio excludit amitam à ſucceſſione aui ſtante ſtatuto, quod filia non ſuccedat exiſtentibus filijs maſculis nu.16.

Nepos non ſuccedit patruo in feudo nouo, idque eſt expreſſum in Conſtitutione Regni, vt de ſucceſſionibus, quicquid dixerit Frecc. aſſerens, hunc caſum fuiſſe omiſſum à d. Conſtit. nu.24.

Nepos primogeniti excluditur à patruo ſecundogenito in terminis Conſtitut. Regni vbicunque viueretur iure Francorum ſecundum opinionem Andr. quæ tamen reuocatur in dubium. Hac de re Doctores hinc inde longa ſerie referuntur, quorum aliqui atteſtantur, quæſtionem eſſe deciſam aduerſus Andr. de generali conſuetudine, quæ Andr. ſententia, dato, quod eſſet vera, limitatur, quãdo nepos eſſet patruo maior ætate ſecundum eoſdem Doctores, qui Andr. partes ſuſtinuerunt. Ex qua limitatione per D. Authorem principale fundamentum pro patruo fundatum ſuper proximitate, & filiatione ſatis ingenioſè euertitur nu.35. vſque ad 53.

Nepos ex fratre ſecundogenito etiam in linea tranſuerſali excludit patruum tertiogenitum, & multò fortiùs eius filios in terminis Conſtitut. Regni, vbicunque viueretur de iure Francorum, & ita D. Author teſtatur vſu forenſi fuiſſe receptum nu. 54.

Nepos filij exhæredati num ſuccedat auo non obſtante patris delicto? Ardiz. quem cæteri ſequuntur, diſtinguit, Andr. eandem ſequens diſtinctionem, coarctat eam duobus modis, D. Author differentiam conſtituit inter ius ciuile, & conſuetudines feudales, hinc obſeruans, Andr. loquutum fuiſſe de iure ciuili, illum laudat, damnando Ardiz. formantem quæſtionem in feudo lect. 13. num. 46. cum ſeqq.

Nepos ſuccedit auo Domino, & poſſeſſori feudi patre delinquente in vita aui, vel poſt mortem hæreditate non adita, idque vltra Doctorum authoritates, & rationes manifeſtiſſimis iuribus confirmatur. Hac de re benè declaratur doctrina Andr. in §. præterea, quæ ſit prima cauſa beneſ. amitt. quæ cum alijs eiuſdem traditionibus pugnare videtur. Cæterum limita, niſi iſte nepos non eſſet conceptus in vita aui, vel pariter in vita; ſed poſt delictum, & ratio adducitur lect.22.nu. 2. cum ſeqq.

Vide in verb. ar..., conditio, p...ri...ilegium, ſubingreſſio.

NOTARIVS.

Notarius ſtipulando feudi alienationem abſque Domini beneplacito celebratam, quas pœnas incurrat lect.17.nu.19.

O

OBLIGATIO.

OBligatio alicuius ſimplex de non contraueniendo quàm maximè diſtinguitur ab illa, quæ fit pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus lect.19.nu.8.& 23.

OPINIO.

Opinio poſtrema in dubio videtur recepta, quando plures contrariæ in text. referuntur, præſertim ſi pro illa argumentetur lect. 10. num.15.

P

PACTVM.

Vide in verb. argumentum.

PAPA.

Vide in verb. Prælatus.

PATER.

PAter ſtipulando pro filio, quando ſibi, & quando filio acquirat. In hoc articulo notabil. affertur diſtinctio, necnon declaratur text in l. quod dicitur ff. de verbor. obligat. & §. ei, qui inſtit. de inutil. ſtipul. ex qua poſtmodum diſtinctione D. Author ingenioſè infert, vt patri in feudo filio conceſſo nequaquam acquiratur vſusfructus. Ad cuius confirmationem adducit quoque punctualem deciſionem Iacob. de Beluiſ. in cap. 1. §. ſi duo fratres, de fratr. de nouo benef. inueſtit. & ad contrariæ opinionis euerſionem commemorat maximum abſurdum, quod ex ea proficiſceretur. Hac de re coarguit Curt. in tertia parte, qui contrarium profeſſus fuit, hallucinatus in intellectu verborum Bald. qui hoc nequaquam aſſeuerauit. Ampliat deinde poſt Andr. hanc concluſionem ad feudum maternum, vt effugiat acquiſitionem vſusfructus, & rationem adducit, contraria pulchro diſtinctionis fœdere conciliando lect.7.nu.35. cum pluribus ſeqq.

Pater vt pater licet non habeat vſumfructum in feudalibus, nihilominus ſi vna cum filio inhabitet, habebit fructuum commoditatem in communi ratione habitationis ſe... ndum Aluarot. cuius tamen opinio per D. Au-

thorem

thorem funditus euertitur num. 55.

Pater in illis euentis, in quibus ab vſusfructus emolumento repellitur, an habeat commoditatem vtendi, & fruendi num. 56. *cum ſeqq. ſed quicquid ſit opinio affirmatiua non habebit locum in feudalibus, etiam ſi ſint feuda franca, nec in terminis auth. excipitur, & in omnib[illegible] 'is caſibus, in quibus eſt prohibita [illegible] acquiſitio [illegible] doctiſſime [illegible]ſide- per D. Authorem nu* 62. *cum ſeq. [illegible], & filius iuris fictio[illegible] dicuntur vn[illegible] eadem perſona lect.* 12.*n*[illegible].13.

Patris delictum quando [illegible]lio non nocecat in feudo ſecundum Andr. lect. 13.*nu.* 36. & 39.

Pater non ſuccedit in feudo nouo; ſed vtique in paterno, & antiquo nu. 50.

Vide in verb. deſcendens, feudum, peculium, ſeruus, vſus, vſusfructus.

PATRVVS.

Patruus de iure Regni non ſuccedit nepoti in feudo nouo, idq; multis rationibus confirmatur lect. 12.*nu.* 25.*cum ſeqq.*

Vide in verb. nepos, ſubingreſſio.

PECVLIVM.

Peculium aduentitium quò ad proprietatem filio, quò ad vſumfructum patri quaritur lect. 7.*nu.* 25.

Peculium caſtrenſe mutatur mutata perſona: ex quo in illo eſt ea conſiderata nu. 43. & 44.

Peculium ex Bald. ſententia aliud eſt caſtrenſe, & aliud paganicum, quod diſtinguitur in ſolenne, & vulgare, & hoc vltimum eſt triplex nu. 48.

PETITORIVM.

Vide in verb. conceſſio.

POSSESSIO.

Poſſeſſio maioris partis bonorum in feudum operatur, vt reliqua feudalia præſumantur ſecundum Andr. lect. 5.*nu.* 52.

Poſſeſſio naturalis Vaſſalli eo mortuo conuolat, & conſolidatur cum ciuili exiſtente penes Dominum directum lect. 20. *nu.* 34.

Vide in verb. hæreditatis petitio.

POSSESSORIVM.

Vide in verb. conceſſio.

PRAELATIO.

Vide in verb. Agnatus, Dominus paulò ante fin. fœmina, Vaſſallus, Vniuerſitas.

PRAELATVS.

Prælatus an poſſit infeudare bona Eccleſiæ. In hoc articulo quò ad conſuetudinem infeudandi diſtinguit Andr. inter ius ciuile, & canonicum; ſed eius diſtinctio ingenioſè refellitur, cuius occaſione aſſertur germanus ſenſus ad cap. 2. *extra de feud. Hæc de re agitur pariter de intellectu cap.* 1. *de his, qui feud. dare poſſunt, [illegible]riq; intellectus ſub incude reuocantur [illegible] primò gloſ. ſententia ſuper eo, quæ frequens eſt, apertè conuincitur lect. num.* 1.2.6.17.18.19.& 38.*vſque ad* 43. [illegible]*futato gloſ. intellectu adducitur ſecund[illegible] Andr. intelligentia, quam D. Auth[illegible] funditus euertit, vt nulla queat ratione ſuſtineri num.* 20. *vſque ad* 28. *Qua Iſern. interpretatione exploſa aſſertur Iacob. de Beluiſ. [illegible] Bald ſenſus, & commendatur, & optimis communitur rationibus nu.*[illegible] *vſque ad* 37. & *lect.* 4.*num.* 38. 39. & 42. *cum ſeqq. iuncto nu.* 56. *vſque ad fin.*

Prælatus poteſt Eccleſiæ præiuditium facere in acquirendo, lect. 3.*num.* 11. & *lect.* 4. *numero.* 19.

Prælatus non poteſt de allodio facere feudum ſecundum doctrinam Andr. in cap. 1. *de Cler. qui inueſt. fec. quæ declaratur lect.* 3. *num.* 22. & *lect.* 4.*nu.* 22.

Prælatus poteſt cum conſenſu Capituli conſtituere feudum de bonis Eccleſiæ allodialibus, ſi legitima ſuggerat cauſa, niſi de non alienando iuramentum præſtitiſſet: quia hoc caſu Romani Pontificis aſſenſus expoſcitur lect. 3 *nu.* 25. & *lect.* 8.*nu.* 43.

Prælatus haud poteſt infeudare bona Eccleſiæ etiam concedi ſolita, ſi conceſſionis cauſa ceſſauerit, & Eccleſia damnum inde proſicſcatur lect. 3.*nu.* 26.

Prælati hodie communiter iurant non alienare inconſulto Romano Pontifice, quo caſu, vt iuramentum aliquid operetur, nec in eaſum licitum poterunt alienare ſecundum. Abb. lect. 3. *num.* 28. & 44. & *lect.* 4. *num.* 46. & 47.

Prælatus non poteſt de rebus Eccleſiæ diſponere abſque Capituli conſenſu: caterum an conſuetudine præſcribi poſſit, vt ſolus alienet, diſſidium non mediocre eſt inter Doctores, quorum maior pars affirmat data conſuetudine immemorabili, & eſt etiam vera opinio in feudis ſecundum Cardin. & alios, quicquid Curt. dixerit lect. 3. *num.* 30. 32. 33. & 36.

Prælatus, & Capitulum vnum conſtituunt corpus lect. 3. *num.* 31. *Hæc de re in alienatione per Prælatum facienda ſemper exigitur Capituli interuentus: eſt bene verum, poſſe conſuetudine præſcribi, vt ſolus Prælatus alienet, vel feudum conſtituat lect.* 4. *num.* 52. & 53.

Prælatus in caſu, in quo non poſſet liberè abſque Romani Pontificis beneplacito infeudare, præſumetur nihilominus conſenſus illius ſpatio triginta, vel quadraginta annorum, & ita aliàs deciſum lect. 3. *nu.* 45. & 47. *ſed declara, vt nu.* 49.

Prælato vetita eſt alienatio bonorum Eccleſiæ, Hæc de re conſuetudine ſummota, nec infeudare

dare poterit : quia huiuſcemodi conceſſio ſpecies eſt alienationis lect. 1. nu. 13.

P... tus de iure canonico iuſta ſuggerente cauſa poteſt alienare bona Eccleſiæ eum conſenſu Capituli, nec Romani Pontificis beneplacitum expoſcitur, niſi iurauerit non ali... are eo inconſulto num. 45. cum ſeqq. quæ ca... ſi tractu temporis conquieſceret, nequaq. ... in infeudati... cederet nu. 51.

Prælatus E... a nequaquam poterit conſ... bona titulata non de menſa, ſi continuè per ipſum, & eius Anteceſſorem fuerint habita in demanio, niſi conſuetudinis præſidio id ageret. Hac de re agitur de intellectu text. in cap. 1. Epiſcop. vel Abb. lect. 5. num. 6. 7. & 9.

Prælatus Eccleſiæ ex Andr. ſententia poterit dare in feudum, ſi ita ſit conſuetudine præſcriptum, quamuis Anteceſſor non dederit, num. 11. verùm limita, vt num. 13. Cæterum ſi Prędeceſſorum conſuetudo fuerit varia, qua nam ſit cuſtodienda ſubijcitur nu. 17.

Prælatus ſi infeudare ceſſauerit per triginta annos, tunc contraria conſuetudo eſt inducta ex Andr ſententia, quæ accuratè examinatur nu. 53. cum ſeqq.

Prælatus iuſta ſuggerente cauſa poteſt, vt laicus infeudare, quo loci ex ſententia D. Authoris ingenioſè traditur, quo pacto ſit intelligendum illud de conſuetudine requiſita quò ad Prælatum lect. 6. nu. 11. & 12.

Prælatus poteſt ad modicum, non autem ad longum tempus locare bona Eccleſię, & ibi de ratione lect. 15. nu. 30.

Prælato delinquente ad quem feudum deuoluatur lect. 22. nu. 16.

Vide in verb. conceſſio, conſuetudo, Dominus paulò ante finem, Eccleſia, feudatarius, feudum.

PRAESCRIPTIO.

Præſcriptio eſt viribus exhauſta detecta tituli inualiditate lect. 1. nu. 97.

Præſcriptio triginta annorum mutat conditionem rei, item perſonæ, idq; exemplo, quod adnectitur, fit perſpicuum lect. 5. nu. 14.

Præſcriptio hęc eadem ſufficiens eſt ad acquirendum ius vaſſallagij, quo loci non incongruè ſubijcitur diſcrimen inter acquiſitionem rerum, & perſonarum, ſeù iurium perſonas tangentium: nam priori caſu breuius tempus requiritur ſecundum Bart. traditionem nu. 15. & 16.

Præſcriptio triginta annorum de iure ciuili adiuuat etiam fures, & latrones nu. 22.

Præſcriptio immemorabilis non conſuetudinis; ſed priuilegij vim, & robur obtinet nu. 34.

Præſcriptio immemorabili depoſcitur ad extenuandas ſolemnitates requiſitas in alienatione rerum Eccleſiæ; ſed limita in infeudatione nu. 40. & 41.

Præſcriptio immemorabilis requiritur ad præſcribendum Principi reſeruata: attamen breuiori temporis interuallo præſumetur illius aſſenſus, vel inueſtitura, nu. 45. 48. & 49.

Vide in verb. bona, conſuet... emphyteuta, fiſcus, Vniuerſitas.

PRIMOGENITVRA.

... imogenitura non prouenit à patre; ſed a ... & fortuna, eſt ... us in habitu, & in ſpe, & acquiritur filio non tranſmiſſione, & ſucceſſione; ſed ex priuilegio legis, vel conſuetudinis lect. 12. nu. 44. 50. & 51.

Primogenituræ ius primogeniti proprium filiatione extincta non deficit; ſed tranſmittitur ad filios, non autem extraneos, eſt pariter ceſſibile, & aſſertur exemplum ſacrę ſcripturæ nu. 46. & 51.

Primogeniti culpa in terminis Conſtitut. Regni, vt de ſucceſſionibus nequaquam officit ſecundogenito, nec agnatis in feudo ex pacto ſecundum Andr. lect. 20. nu. 9.

Vide in verb. conſuetudo circa medium, filius, nepos.

PRINCEPS.

Princeps non recognoſcens ſuperiorem, poteſt in propria cauſa iudicare lect. 1. nu. 24.

Princeps iuſta ſuggerente cauſa poteſt alienare donare; ſoluto tamen iuſto pretio, ante cuius ſolutionem dominium nequaquam transfertur explosa Luc. de Pen. ſententia, niſi per viam legis hoc ageret: quia tunc nec ad pretium teneretur lect. 8. num. 19. 20. 21. & 24. Qua cauſa poſt conceſſionem ceſſante res erit reſtituenda priori Domino, idq; viua ratione ſuadetur: Quinimò hoc euentu dominium conuolat ad primam cauſam, prout legum, & Doctorii authoritate, & optimo ſimili confirmatur, niſi effectus eſſet conſumatus, vel ex alia cauſa conceſſio reſolueretur nu. 22 cum pluribus ſeqq. quæ omnia tamen intelligenda ſunt in ſubditis, vt nu. 32.

Princeps ceſſante cauſa neutiquam poteſt à ſuis ſubditis bona auferre nedum de ordinaria; ſed neque de abſoluta poteſtate ſecundum Fulgoſ. nu. 27.

Principis indulgentia minimè iuuat quò ad bona alienata lect. 22. nu. 9.

Vide in verb. cauſa, præſcriptio in fine.

PRIVILEGIVM.

Priuilegium perditur per non vſum, vel per contrarium vſum. Cæterum diſcrimen adeſt inter non vſum neceſſarium, & voluntarium, prout explanatur, lect 5. nu ...

Priuilegium domanialium conceſſum etiam motu

tu proprio, & ex certa ſcientia eſt viribus exhauſtum, & ſubreptitium præſumitur, præterquam ſi in ſpetie derogatum ſit iuribus con trarium dictantibus lect.8.nu.17.
...uilegia continent verba triplicis generis, vi... elicet ...atiua, aſſertiua, & diſpoſitiua nu. 40.
...ilegium ... ceſſum filijs ... ulariter eſt ad ... infitorum ſecundum Bart. lect. ...2.
...gium perſonale perſonæ conceſſum ex certis cauſis eſt tranſitorium ad hæredes ſuos, non extraneos nu.52.
Priuilegium conceſſum generi, poſteris, vel proli non comprehendit fœminas ſecundum Andr. lect.15.nu 19.
Vide in verb. clauſula, Clericus in fin. primogenitura.
PROBATIO.
Probatio antiqua ſuperat metam centum annorum, & ſic requirit tempus immemorabile ſecundum Innoc. communiter receptum lect. 5. num. 50.
PROCVRATOR.
Procurator in actu acquiſitionis poteſt ſuo principali præauditum inferre lect. 3. num. 9. & lect.4.nu.16.
Procurator Regis eſt duplex, vnus, qui dicitur Cæſaris, & alter fiſci, & diſcrimen adeſt inter eos lect.8.nu.13.
PROREX.
Prorex neutiquam poteſt aſſentire venditionibus feudorum titulo decoratorum ſic inhibente Pragmatica vulgò dicta nouem capitum, qua tamen ex D. Authoris ſententia conquieſcit, vbi titulus perſonæ, & non rei eſt conceſſus, & ita aliàs iudicatum lect.6.nu.50.
Proreges ex Regum mandatis, quæ habent, poſſunt veluti ipſimet Reges vendere ſpreta baſtarum ſolennitate, & ita aliàs iudicatum lect.8.nu.14.
Prorex pro ſedanda contentione, & tumultu poteſt perſonas in carcerem contrudendas mandare, quæ & ſi poſteà in manus illius pacificantur, nihilominus poterit pro Iuſtitiæ cultu ſcelus admiſſum debitè vindicare lect. 9.num.16.
Proreges non poſſunt aſſenſum præſtare legitimo ſucceſſore in feudo carentibus etiam circumſcripta Pragmatica nouem capitum, & ibi de ratione lect.11.nu.14.
Vide in verb. aſſenſus.
R
RATIHABITIO.
Vide in verb. actus.
REFVTATIO.
REfutatio omnium feudorum præſumitur fraudulenta; cæterum iſthæc præſumptio ceſſat in multis caſibus, & præſertim in donatione facta contemplatione matrimonij propter inſignes nuptias, quo euentu non ſoluitur releuium lect.2.nu.52. ſed limita, vt nu.53. à qua tamen reſtrictione diſcedit D. Author, vt n.54.
Refutatio feudi in proximum ſucceſſorem eſt per viſſa tàm de iure communi feudorum, quàm huius Regni lect.16.nu.9.
... tatio feudi in proximum ſuc... ſorem, vel in vlteriorem cum conſenſu proximioris eſt vſquequaque valida, etiam ſpreto Domini aſſenſu, idque ſusè exornatur, & firmis ſtabilitur rationibus, & fundamentis lect.18. nume. 18.
Refutatio quid ſit nu.22.& 27.
Refutationem valere, cætera pacta non eſt dictum Andr ſatis vulg.nu.24.
Vide in verb. alienatio in fine, Vaſſallus paulò ante fin.
REGALIA.
Vide in verb. aſſenſus.
REGNVM.
Regnum Siciliæ fuit patrimonium Eccleſiæ, eidem à Ludouico Imperatore donatum, & eſt exemptum ab Imperio lect.1.num.4. à qua poſteà fuerunt inueſtiti anteceſſores Reges huius Regni lect.7.nu.3.& eſt hæreditarium lect.20.nu.10.
Vide in verb. bona in fin. dominium.
RELEVIVM.
Releuium introductum eſt ex conſuetudine, & ab hærede tantum eſt ſoluendum pro obtinenda inueſtitura confirmatoria, & ſic ab huiuſmodi ſolutione immunis eſt emptor, vel alius cauſam habens ex contractu lect.2.nu.50. ſed declara, vt nu.52.
Releuij ſolutionem ſeruitijq; præſtationem haud concurrere eſt vſu forenſi receptum lect. 14. num. 48.
Vide in verb. argumentum, conſuetudo, inueſtitura, refutatio, vita, & militia.
RELIGIO.
Religionem vouentes à feudi ſucceſſione arcentur. Hinc hoſpitalarij, & milites Hyeroſolimitani ſub eadem manent cenſura ſecundum Andr. & ita decifum lect.10.nu.38.
RES.
Res ſi ex cauſa vnitæ fuerint, ea poſtmodum ceſſante vnio diſſoluitur lect.8.nu.29.
Res alienari vetita per legis decretum cum periculo amiſſionis in caſu contrario, dicitur eſſe extrà commercium ſecundum Bald. lect. 11.nu.45.
Res dicitur eſſe extra commercium, dum illius diſpoſitio pendet à Principis beneplacito num.52.
Rem vnam, eandemq; eodem tempore diuerſo iure

iure cenſeri leges refragantur, lect. 14. nume. 45.

RESTITVTIO.

R[illegible]tio eſt duplex, vna, quæ fit per viam [illegible], & altera per viam iuſtitiæ, quæ inter ſe quàm maximè diſtinguuntur, prout declaratur lect. 22. nu. 8.

Vide in verb. Vniuerſitas.

REVOCATIO.

Reuocatio fe[illegible]lienati quando filijs, vel ag[illegible]tis compet[illegible]n hoc articulo Andr. diſtinctio recen[illegible], ſuper qua latius inſiſtit D. Author lect. 19. nu. 11. & 16. cum ſeqq.

Vide in verb. agnatus in penultimo, & fin. ſummario.

REVS.

Vide in verb. Clericus in fine.

REX.

Rex in ſuo Regno dicitur Monarcha lect. 6. nu. 30.

Rex eſt, qui confert feuda quaternata ſecundum quid, & ipſemet eligit perſonam, quæ in feudum à Barone teneat. Cæterum ſecundum Capitula Papæ Honorij electio, & præſentatio deberet eſſe Baronis, & confirmatio duntaxat Principis nu. 39. & 42.

Regem poſſe infeudare, item non concedenda concedere, ac nouas erigere dignitates, controuerſia caret lect. 8. nu. 1. intelligendo tamen, vt num. 39. Cæterum limitat Andr. niſi infeudationes eſſent tales, ex quibus diminueretur honor Regis, & Coronæ, quo euentu ne iuramentum officeret, niſi diſpoſitio eſſet collata in Eccleſia beneficium ſecundum Luc. de Pen. aduerſus Affl. nu. 2. & 41.

Regi non eſt permiſſum alienare partem Regni. At quæſtionis eſt, an ſit ei tributa facultas alienandi Ciuitates, cæteraq; Terras domaniales, vel alia bona domanialia, vtpotè Dohanas, gabellas, & id genus, quæ dicuntur panes, ſeu annonæ ciuiles, & optima ratione negatiuè concluditur nu. 6. 7. & 16.

Rex poteſt habere bona fiſcalia, & patrimonialia, item curialia, & domanialia nu. 8.

Rex num poſſit alienare Terram domanialem Vaſſallo reluctante. D. Author in hoc articulo diſtinguit, cuius diſtinctionem vetus vſus comprobauit nu. 33. & 34.

Vide in verb. bona, dominium, donatio, feudum, Imperator, Procurator.

RIGOR.

Vide in verb. æquitas, lex in fin.

S

SENTENTIA.

SEntentia lata in feudo officit Domino, vel agnatis etiam illis ignorantibus, & abſentibus, quicquid dixerit Frec. circa conſenſum agnatorum in errorem lapſus ſub Andr. authoritate lect. 19. num. 5.

SERVITIVM.

Seruitium à Vaſſallo præſtandum [illegible]teſt eſſe accidentale, naturale, [illegible]le, circa quod diſtingue, p[illegible] nume. 27.

Seruitium iuſtum feudi quomod[illegible] miſſiuè nu. 32.

Vide in ve[illegible]thoa, feuda [illegible]leuium.

SERVVS.

[illegible]eruus quicquid acquirit, Domino quærit, prout ſic etiam filius patri, quod tamen vltimum eſt admittendum cum diſtinctione lect. 7. nume. 54.

Vide in verb. vſusfructus.

SOLENNITAS.

Solennitates extrinſecæ præſumuntur ſpatio triginta, vel quadraginta annorum, & ita pluries deciſum in aſſenſu, & decreto Apoſtolico lect. 5. nu. 42. ſed declara, vt nu. 43.

Vide in verb. aſſenſus paulò ante finem, conſuetudo, Eccleſia, Monaſterium, præſcriptio, Prorex.

SPETIES.

Spetierum enumeratio an reſtringat genus expreſſum, remiſſiuè lect. 20. nu. 4.

STIPVLATIO.

Stipulatio facta pro ſe, & heredibus longè diſtat ab ea, quæ fit pro ſe, & liberis lect. 13. nume. 29.

Vide in verb. aſſenſus in ſecundo ſummario, pater.

SVBFEVDVM.

Subfeudum propter delictum ſubfeudatarij aperitur Domino immediato, per alienationem verò abſque aſſenſu celebratam aperitur Domino mediato, & ratio aſſertur lect. 17. nume. 20.

Vide in verb. feudatarius.

SVBINGRESSIO.

Subingreſſio habet locum vſque in infinitum in linea deſcendenti de iure communi Romanorum feudorum, Regni, & Municipali huius Ciuitatis Neapolis; ſed in linea Collaterali non datur poſt fratrum filios, præterquam ſecundum Conſuetudines præfatæ Ciuitatis, ſecundum quas datur etiam hoc caſu vſque in infinitum, quo loci habetur, quando nepos ſuccedat vnà cum patruo in feudo, & quando vnus ab altero excludatur iuxta opinionem Andr. lect. 12. nu. 17. 18. 20. 21. 33. 34. & 42.

SVBREPTIO.

Vide in verb. aſſenſus.

SVBSTANTIA.

Subſtantia rei eſt ipſamet res, illaq; [illegible]ſta corruit actus lect. 2. nu. 14.

INDEX.

SVCCESSIO.

ſecundum feudorum vſus producitur vniuerſales vſque ad ſeptimum gra- … ſecundum opinionem … iſſimis iuribus fundatur aduer- … m lect.9.nu.60.

Regni non datur inter Colla- … morientis ſupra tertium gra- … lapit. Ciuit… onceſſum vltra … in deſcendentibus per lineam … nam; … quomodo gradus in hiſce … us ſit computandus, vel ſecundum ius Romanorum, vel Pontificum, remiſſiuè lect.9. nu.62.& 63. ſed de iure communi Romanorum datur vſque ad decimum gradum lect. 12.nu.19.& 33.

Succeſſio filiorum eſt ius de perſe, & diſtinctum à filiatione, & eſt Spes approbata à iure ſecundum Bart. communiter receptum, lect. 13.nu. 43.

Succeſſionis ius, & ſucceſſio ipſa diuerſa ſunt nume.48.

Vide in verb. filius, fœmina, nepos, pater in fine, patruus, ſubingreſſio, vir.

SVCCESSOR.

Succeſſor feudi declarans nolle ſuccedere, vel ſequenti in gradu locum cedens, habetur pro mortuo lect. 18.nu.18. circa finem.

Succeſſor feudi hereditarij debet eſſe hæres defuncti adhoc, vt feudum obtineat, & dicitur hæres in ipſo feudo, quippe quod cum hac defertur qualitate lect. 19.nu.13. & 17.

Succeſſor ſi incapax ſit ad ſuccedendum habetur pro mortuo, & ſic aperitur locus ſequentibus in gradu lect.22.nu.3.

Vide in verb. aſſenſus, emphyteuta, feudatarius, refutatio.

T

TESTAMENTVM.

TEſtamenti vitium viſibile excludit immiſſionem inductam ex l. fin. C. de edic. Diu. Adr. toll. prout in hanc ſententiam itum eſt frequentius lect. 11.nu.24.

Vide in verb. feudatarius paulò poſt medium.

TESTATOR.

Teſtator poteſt in ſuo teſtamento æqualiter diuidere feudalia inter ſuos hæredes, & etiam vni totum feudum aſſignare, & alteri totum allodium. Hac de re cauendum eſt à Capye. qui ſub clypeo Oldr. & Alex. in negatiuam abijt opinionem, imò tantum abeſt, vt præfati Doctores hoc aſtruant, vt potius contrarium tueantur, atque defendant, & ad cap.1. de ſucceſſ. feud. qui irrefragabiliter Capye. ſententiam confirmare videtur, germanus affertur intellectus, ac fusè, & magiſtraliter declaratur, lect. 11. nume. 17. 18. 19. 29. 30. & 32. cum ſequenti.

Teſtator prout poteſt rem alienam legare, ſic de re hæredis diſponere nu.38.

Teſtator ſi inæqualiter inter filios diſponat … feudalibus, vel in extraneum, iſthæc ſit … voluntas adeò effectu carebit, vt nec quò ad feudi æſtimationem ſit attendenda ſecundum Andr. ſententiam, quæ manifeſtiſſimo iure, conquiſitiſq; rationibus comprobatur per D. Auctorem referentem pariter … e nouiſſimè … ciſum iunctis omnibus Trib… ibus num. 37. vſque ad 58. ſed declara… … ita, vt dicto nu.58. cum ſeq.

Teſtator prout poteſt de re hæredis diſponere, ita pariter illum grauare in fructibus feudi hæreditarij iuxtà punctualem Bald. deciſionem, quæ viua ratione fulcitur, & ita alias iudicatum lect.14. nu. 33. ſed quid in fructibus feudi ex pacto, tangitur nu.ſeqq.

Teſtator in dubio non præſumitur diſponere de re hæredis ſecundum Bald. lect.19.nu.9.

TRANSMISSIO.

Tranſmiſſionem effugit ius delatum, & non quæſitum; ſed id non obtinet in feudis lect.12. num.45.

Vide in verb. ius, primogenitura, priuilegium in penult. ſumm.

V

VALVASOR.

Valuaſores vnde dicantur lect.7.nu.1.

VASSALLVS.

VAſſallo quo pacto ſit conſultum renuente Domino feudum promiſſum tradere, quaue ratione è conuerſo Dominus iuuetur aduerſus Vaſſallum ſeruitium præſtare recuſantem. In obiecta controuerſia notab. Andr. traditio adnotatur lect.1.nu.8.

Vaſſallo delinquente Dominus ex lege contractus reuocat feudum, quod ob lineam finitam vindicaret ex contractu reſoluto, nume.29.

Vaſſallus non poteſt Domino inuito feudum refutare, ſi illud conceſſum ſit ad certum ſeruitium, ſecùs ſi ſimpliciter ſecundum Andr. nume.121.

Vaſſallus ſi clericetur ſtatim feudum amittit: quia miles Chriſti non poteſt eſſe miles ſæculi, nec habitum dimittendo, poterit pœnitentia iuuari: quia dominium non poteſt ſtare in ſuſpenſo nu.124.

Vaſſallus alio nomine appellatur fidelis lect. 2. nu. 3.

Vaſſallus ratione feudi iurare debet fidelitatem per ſpecifica Capitula nu.5.

Vaſſallus quis dicitur ratione feudi, ſubditus ratione domicilij, vel ſi ſit ciuis nu.7.

Vaſſallus quando veniat feudo priuandus, ſi interpellatus reſpuat fidelitatem iurare nu. 19.

Vaſ-

[illegible] ...iſſerat à ligio, quæ eſt ...4.44.

V[illegible] ...re Regni per Conſtit. ſi ... aperitur, ... expendi-tur Conſtit. po[illegible] ... [illegible]rina Andr. in § præte[illegible] ... [illegible]or fu-tata eiuſdem [illegible] ...uit in caſ. ſi verò § hæ[illegible] ... [illegible] cuius em-[illegible]ciati conſt[illegible] ... punctualis [illegible] ditio Can[illegible] ...tur [illegible] t. 6. nu. 3. cum ſeqq.

Vaſſallus qu[illegible]q; tenet feudum ab eodem, & in capite, [illegible] immediatè, quandoq; ab vno in capite, & ab altero immediatè, quæ inter ſe admodum diuerſæ ſunt, prout benè explicat D. Author, cum[illegible]rſione detegit diſcrimen exiſtens inter has dictiones, in capite, & immediatè nu. 40.

Vaſſallus domanij dum venditur: quia redigitur in ſeruitutem, poteſt ad libertatem proclamare, dummodo Domino pretium offerat, quo loci nonnulla recenſentur de illius intereſſe. At Baronis Vaſſallus non gaudet hac prærogatiua, quamuis contrarium ſit vſurpatum; illa tamen perfruetur Dominus directus lect. 8. nu. 35.

Vaſſallo in eius teſtamento de feudo diſponente aduerſus legem, & naturam feudorum, inualida, & nulla erit diſpoſitio, & duplex ratio aſſertur, vna per Andr. & altera per D. Authorem lect. 13. nu. 1. 4. 14. & 17.

Vaſſalli culpa in alienando feudum ſpreto Domini aſſenſu an ſubiaceat diſpoſitioni §. ſi vaſſallus culpam, ſi de feud. defun. milit. lect. 16. nu. 5.

Vaſſalli culpa in alienando feudo ſpreto Domini beneplacito, quo ſit coercenda modo, Andr. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. docet huiuſmodi contemptum obeſſe alienanti, eiusq; filijs, & deſcendentibus; non autem agnatis, & in his terminis dicit procedere text. in §. ſi vaſſallus culpam. ſi de feud. defun. milit. Idem Author alibi negat, hoc caſu præiuditium parari filijs, & deſcendentibus, & rationes adducit in medium; ſed dum pro hac parte allegat text. in cap. Titius, longè fallitur. Diſtinctio Iacob. de Beluiſ. de eadem re ſubijcitur, quæ optimè conuenit cum prima Andr. opinione; ſed rationes, quibus eſt fretus, confutantur, & diſſoluuntur. Hinc D. Author ſuſtinendo primam Andr. opinionem, vltra alios fulcit illam munitis, veriſimilibusq; rationibus lect. 17. nu. 5. cum ſeqq.

Vaſſallus ſi infra annum, & diem fidelitatis iuramentum præſtare omiſerit, priuatur feudo ex pacto etiam in præiuditium filiorum ſecundum Andr. nu. 23.

Vaſſallus de iure antiquo feudo inſeuda[illegible], & pariter neceſſit. ſi [illegible] alien[illegible] abſque aſſen[illegible] ta[illegible] hoc em[illegible] r[illegible] ei præſt[illegible] 18 [illegible] 28.

Vaſſallus ſtatiſ[illegible] leg[illegible] tuitur [illegible] veluti [illegible] [illegible] tum habe[illegible] pro [illegible] m[illegible] eſent at perſonam lect. 19

Vaſſallus non poteſt aſſignare fe[illegible] vni ex filijs, quando viuitur de iure [illegible]ncorum ſecundum Andr. etiam ſi ſit hæreditarium ſecundum D. Authorem, & ratio aſſertur lect. 20. nu. 11.

Vaſſallus an poſſit refutare feudum Domino inuito, diſtinctio Andr. hac de re obiter ref[illegible]tur lect. 21. nu. 10.

Vaſſallus parricida, fratricida, vel aliorum ſcelerum perpetrator non poteſt ſtare in Curia abſque dedecore nu. 11.

Vaſſallo delinquente nedum filij; ſed etiam agnati vſque ad quartum gradum, tanquam proximiores ſanguini infecto excluduntur a feudi ſucceſſione ſecundum Iacob. de Beluiſ. ſed contrarium quò ad agnatos docuit Aluar. & hanc opinionem irrefragabilibus rationibus comprobat D. Author nu. 21. & 22.

Vaſſalli delictum ſiue in Dominum, ſiue in non Dominum commiſſum repellit filios à ſucceſſione feudi ex pacto antiqui, idq; ſpetiale eſt in feudo, prout in crimine læſæ maieſtatis de iure communi Romanorum, ac huius diſpoſitionis rationes recenſentur lect. 22. num. 1. Cæterum declara, & limita, niſi feudum conceſſum eſſet nominatim patri, & filio, & hæc eſt communis Doctorum limitatio, quæ licet ſit in ſe vera, non tamen benè congruit, vt patet ex ingenioſè conſideratis per D. Authorem num. 2.

Vaſſalli delictum nocet omnibus hæredibus in feudo hæreditario nu. 14.

Vide in verb. Dominus, felonia, feudatarius, feudum, fidelitas, inueſtitura, poſſeſſio, Rex in fine. ſeruitium.

VENDITIO.

Venditione permiſſa non intelligitur conceſſa oppigneratio, quæ eſt minor, ſi ambo ſint prohibita ſecundum Andr. lect. 9. nu. 31.

Venditio rei alienæ ſicut de iure valet, ſic pariter & inueſtitura lect. 18. nu. 13.

Vide in verb. aſſenſus, Dominus, fructus, Monaſterium.

VERBA.

Verba æquiuoca ſunt accipienda in potiori ſignificatu, & ſic per prius, & non per poſterius lect. 3. nu. 19.

I N D E X.

[illegible] im effectu intelligenda. Hinc [illegible] ndominatio [illegible] datio- [illegible] ſſionem faciunt [illegible] ſ. udr [illegible] [illegible] l. legitimis, [illegible] ſtè fac [illegible] lect.

[illegible] non eſſe [illegible] tio- [illegible] vltima [illegible] refertur [illegible] domini [illegible] nſ- [illegible] tantia, quæ ſæpè in prim [illegible] [illegible] runtu [illegible] nſentur nu.5.

[illegible] bum, qui [illegible] nque, adiectum in diſpoſitione [illegible] ominis nullam admittit reſtrictionem de habilitate lect.14. nu.23.

[illegible] ba legis debent intelligi de habilibus, idq; fu- [illegible] exornatur nu.27.

[illegible] um genus, poſteri, & proles an deſignet ma- ſculos, & fœminas lect.15. nu.14. & 35.

Verbi ſignificatio intelligitur ſecundum ſubiectam materiam nu.15.20. & 35.

Verbum priuare quid importet lect.21. nu.19.

Verba vſque in infinitum in materia gradus interdum intelliguntur vſque ad ſeptimum num. 24.

VICARIVS.

Vicarius aſſentiendo nihil dat; ſed pellit è medio impedimentum, quod feudatarius habebat in tranſlatione ſui vtilis dominij lect. 6. nu.18.

Vicarius poteſt aſſentire, non autem alienare rem, vel ius Domini ſecundum Andr. Ad quæ verba affertur Camerar. explicatio, & commendatur. Hac de re accuratè examinatur doctrina Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. tenean. lect. 6. num. 19. eumſeqq. & lect.11. num.13.

Vide in verb. aſſenſus.

VIR.

Vir, & vxor regulariter non ſuccedunt in emphyteuſi lect.15. nu.8.

VITA, ET MILITIA.

Vita, & militiæ debitum arctiori iure debetur, quàm illud releuij lect.2. nu.fin.

Vide in verb. argumentum.

VNIVERSITAS.

Vniuerſitates in emptione ſecundarum cauſarum, portulania, ponderum, & menſurarum prælatione carent, & ita deciſum teſte eruditiſſimo D. de Franch. quamuis poſteà contrarium fuerit vſur [illegible]

Vniuerſitatibus de con [illegible] ad petendu [illegible] domaniu [illegible] infra qua [illegible] fuerint [illegible] perint, [illegible] ta [illegible] n [illegible] ſi per inter [illegible] e [illegible] giſſe proteſta [illegible] [illegible] n [illegible] [illegible]. Authoris ſen- [illegible] petendi domanij, [illegible] nnorum à die

Vide in verb. [illegible]

[illegible] S.

[illegible] ſus idem, qui filio relinquit [illegible] quæritur lect.7. num.57.

VSVSFRVCTVAR[illegible]

Vſusfructuarius non poteſt vendere vſumfructum; ſed benè ius vtendi, & fruendi, quod illius morte extinguitur, lect. 7. num. 51. & 53.

VSVSFRVCTVS.

Vſusfructus eſt pars rei, & eſt ius vtendi, & fruendi, &c. eſt in corpore, & in multis eſt pars dominij. Hac de re optimè Bald. aſſeuerabat, eſſe dominij ſpetiem lect.7. nu.26.

Vſusfructus patris dicitur formalis, & non cauſalis, iccircò permanet poſt filij mortem nu.27. & 39.

Vſusfructus patri minimè quæritur, ſi expreſſè prohibeatur, idq; obtinet, ſiue legis, ſiue hominis ſit prohibitio nu.32.

Vſusfructus licet patri non quæratur in feudis filiofam. non à Principe conceſſis; debetur tamen commoditas patriæ poteſtatis ex ſententia Bald. freti authoritate Beluiſ. qui hoc nequaquam aſſeuerauit, nec iura per Bald. adducta hoc probant nu.50.

Vſusfructus filio, vel ſeruo relictus patri, vel Domino quæritur, nec ipſorum morte extinguitur nu.52.

Vſufructu filio legato nō acquiritur patri vſusfructus formalis ſecundum Bald. & ratio affertur nu.58.

Vſusfructus ius poteſt apud vnum reſidere, & apud alterum fructuum perceptio, cum ex ea ius in re nequaquam conſtituatur ſecundum Oldr. nu.60. ſed declara, vt nu.64.

Vide in verb. alienatio, feudum, pater, peculium.

VXOR.

Vide in verb. vir.

F I N I S.

p[illegible]
pag [illegible]
pe. [illegible]
p. 3. [illegible]
pag [illegible]
pag [illegible]
pag. [illegible]
& [illegible]
in [illegible]
c [illegible]
pag [illegible] ait.
pag [illegible] ntelligat[illegible]
pag.4 [illegible]
pag.4 [illegible] uentu.
pag.4 [illegible] lin. 34. & pag. 4 [illegible] col.1. lin. [illegible], continuè.
pag.45. col.1. lin. [illegible], illam.
pag.47. col.2. lin.36. [illegible]ndultabilis, indubitabilis.
pag.55. col.1. lin.3. aſſentijt, aſſenſit.
pag.57. col.1. lin.38. eligit, erigit. col.2. lin. 4. concea, conceſſa.
pag.65. col.1. lin.15. dicunt, debent.

[illegible] col.1.
[illegible] col. 2.
[illegible]mendarum.
[illegible] 138. col.1. lin.38. cm[illegible] teuſi.
pag.141. col.1. lin.32. Eccleſiaſticam.
pag.148. ſumm.16. ibi, ſibi.
pag.152. col.2. lin.36. ſi, [illegible]
pag.155. col.1. lin.35. red[illegible]
pag.156. col.1. lin.17. & pag. [illegible] eum, cum.
pag.166. col.1. lin.28. partis, patris.
pag.172. col.2. lin.33. inueſtit[illegible], inueſtitura.
pag.177. col.2. lin.31. in, ex.

Reliqua in typis errata conſultò omiſsimus emendare velut notiſsima.

258

597958

Digitized by Google

Digitized by Google

Google

Digitized by Google

SAM RESTAURO S.R.L. ANNO 2008
COLLOCAZIONE VILLAROSA G 108
RIEPILOGO
Smontaggio totale, misurazione PH 6 pag. 72, pulitura a secco con pennello, spianametto sotto pressa idraulica con valori minimi di pressione, lavaggio in acqua deionizzata, deacidificazione in soluzione di carbonato di calcio, ricollatura con adesivo Tylose MH300P al 1%, risarcimento delle lacune mediante restauro meccanico utilizzando polpa 49500 della ditta TREDI, nuova cucitura su 3 nuovi nervi in pelle allumata passante, nuova indorsatura con tela mussola di cotone, nuovi capitelli come originali grezzi filo di cotone e pelle allumata passante, quadranti in cartone da conservazione tipo Museum ditta TREDI, nuova coperta realizzata con pergamena di recente manifattura, nuove carte di guardia n. 231 della ditta TREDI, titolo sul dorso in seppia.

Digitized by Google